17
1
41

Digitized by Google

Digitized by Google

JO: ALBERTI FABRICII

BIBLIOTHECA LATINA,

SIVE

NOTITIA AUCTORUM VETERUM LATINORUM,

Quorumcumque ſcripta ad nos pervenerunt, diſtributa in Libros IV. Supplementis, quæ antea ſejunctim excuſa maximo Lectorum incommodo legebantur, ſuis quibuſque locis nunc primum inſertis.

TOMUS PRIMUS,

Ad cujus calcem accedunt Epiſtolæ Q. Curtii nomine A. 1500. Regii Lepidi Vulgatæ.



VENETIIS, MDCCXXVIII.

Apud Sebaſtianum Coleti.

CUM APPROBATIONE ET PRIVILEGIO.

Ex legato D: Equitij Antonij Francisci de Marnij

Digitized by Google

[illegible]

Google

D. JOH. FRID. MEYERO

Auguſtiſſimi Svecorum Gothorumque Monarchæ à Conſiliis ſanctioribus, Theologo ac Profeſſori Honorario Illuſtris Kilonienſis Academiæ, & Paſtori Eccleſiæ Jacobeæ Hamburgenſis,

Patrono meo Honoratiſſimo,

HANC BIBLIOTHECAM LATINAM

L. M. Q. Conſecro.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.

QUi Bibliothecas apud veteres adornarunt, ſive in publicos uſus hoc facerent, ſive privatæ id darent voluptati & utilitati, conſtat eos non tantum de libris comparandis & ſeligendis cogitaſſe, ſed hoc quoque egiſſe ſedulo, ut collecti & diſpoſiti libri, appoſitis Maximorum Virorum Statuis, ſimulacris & imaginibus præfulgerent. Neque hodie iſte mos ita exolevit, ut non inſtructiſſimæ quæquæ Bibliothecæ in Italia, Galliis, Germania & aliis Chriſtiani orbis regionibus ab eo genere pretium & ornamentum ſibi quærant. Quid igitur à re alieni facio, ſi Bibliothecæ huic meæ quam in ſtudioſorum gratiam digeſſi, & omni genere latinorum auctorum veterum inſtruxi, præfixa icone Viri illuſtris, gratiam, decus, auctoritatem volo comparare & conciliare? Quod vero Tui, VENERANDE MAYERE, imaginem præ reliquis mihi ad hoc exoptandam eſſe duco, non ſane Tua in me liberali manu collata beneficia faciunt, quamvis ea tot ac tanta eſſe & novi & memini, ut eis prædicandis nedum referendis longe ſim impar: Sed imprimis hoc mihi è re fore viſum eſt, quod libri ipſi & qui hic à me congeſti ſunt auctores, vix quenquam magis quam Te unum expetere, & Tua unius imagine exornari velle videantur. Cum enim maximus ſis non modo fautor litterarum, ſed & ipſe earum callentiſſimus: nec tantum Bibliothecam à multis jam annis con-

das locupletiſſimam cura ingenti magniſque ſamptibus, ſed & ipſe viva quædam Bibliotheca & Muſeum ambulans ſcribas quotidie digna quæ in Bibliothecas referantur, brevi poſt tot alia præſtantiſſima ingenii Tui monumenta daturus *Bibliothecam Biblicam*, in quam admiſſi ſacrarum litterarum aſſidui ſcrutatores, nihil habebunt quod de accurata notitia verſionum & interpretum, nihil quod de Philologiæ Sacræ & Antiquitatum Biblicarum Scriptoribus jure potuerunt deſiderare. Cumque hæc etſi egregia & præclara vix exigua quæ Te laudatum & principibus Viris familiarem, Regibuſque Maximis amabilem reddiderunt, quæ Bibliotheca non gaudeat MAYERIANI adumbratione oris pretium ſibi accedere & gratiam? Quæ non libenter velit MAYERI imagine illuſtrari? At enim ſentio quid in hac re qua Bibliothecæ meæ à tua effigie ornamentum expeto, futurum mihi ſit longe difficillimum. Ecquis enim ſatis idoneus artifex, aut quænam digna materia imagine tua effingenda à me poterit reperiri, quæ non debet niſi à Praxitele & Myrone aliquo, quo pulcherrima prodeat, formari? Ego ſane nunquam Apellem me memini, neque auro magis quam argento abundo, facile autem intelligo, quam ſit indignum ſi pulcherrimam imaginem dedecoret pictor fœdus, vel ſi ego in gypſo Te fingere, vel ligneum aut fictile tuum ponere ſimulacrum, hoc eſt dignitatem imaginis tuæ ſermonis mei inelegantia deterere velim. Sed nonne materiæ præſtantiſſimæ pariter & peritiſſimi artificis vicem ſolum nomen Tuum implere poteſt? Hoc itaque vel nudum Bibliothecæ huic præfixum, inſtar elegantiſſimæ & elaboratiſſimæ ſtatuæ non mediocre decus pretiumque illi facile comparabit. De ſubſcriptione denique cogitanti qua monumentum iſtud antiquo ritu Tibi conſecretur, opportune mihi ex Scriptoribus in hanc Bibliothecam relatis occurrit Flavius Vopiſcus, qui ſtatuæ Numeriani Cæſaris in Bibliotheca Ulpia quondam dedicatæ refert ſubſcriptum fuiſſe in hæc verba: *Numeriano Cæſari*

ORATORI SUIS TEMPORIBUS POTENTISSIMO.

Scripſi Hamburgi prid. Cal. Octobris Anni Chriſtiani MDCLXXXXVI.

AD

AD LECTOREM.

Tria mihi in hoc libro propoſui mi Lector, quorum primum fuit, ut Latinos auctores veteres non Eccleſiaſticos, quorum ſcripta ætatem tulerunt, recenſerem univerſos ordine Chronologico: alterum, ut ſingula eorum quæ exſtant ſcripta commemorarem: tertium denique, ut quantum fieri poſſet quaſque ſingulorum certe præcipuas annotarem ac præ ceteris commendarem editiones. Neque nomina auctorum nuda appoſui, ſed paucis ſimul perſtrinxi, quæ certiora & præcipue obſervata digna de unoquoque memoriæ meæ occurrerent. Quod de celebrioribus inprimis dictum velim, nam in tanto auctorum numero, uti inter ſtellas quoque, non pauci ſunt obſcuri, atque ut ita dicam nebuloſi, quorum præter exiguam nominis tanquam lucis ſtricturam oculos noſtros nihil non præterit. Scripta vero illorum quæ exſtant ſingula, non tantum recenſita cujusvis inſcriptione commemoravi, ſed & genuina diſtinxi à dubiis ac ſuppoſititiis, dedique operam, ut de argumento librorum ac ſcribendi genere, & quibus illi ab auctoribus ſuis inſcripti eſſent, pariter conſtaret. Editiones porro præſtantiſſimas vocare ſoleo, quæ vel è MSS. Codicibus primum editæ, vel ab Aldis, Stephanis, Juntis, Plantinis & ſimilibus typographorum principibus emendatius excuſæ ſunt, vel alio nomine eximii quid habent, vel denique ad uſus ſtudioſorum juvenum quibus potiſſime hac opera mea prodeſſe volui, accommodatiſſime redditæ ſunt caſtigationibus, notis & indicibus virorum doctorum. Horum ſtudio effectum eſt etiam, ut qui Jo. Frid. Gronovii, Jo. Georgii Grævii, Jacobi Gronovii & paucorum hujuſmodi noſtra ætate qui cum judicio & induſtria in his litteris verſati ſunt editiones habet, antiquas illas non adſpernetur quidem, ſi poſſit illas conſequi, minus tamen deſideret. Itaque utriuſque generis ſingulas quam potui ſtudioſe indicavi, ut quilibet facili opera intelligere poſſes, quantam operam & induſtriam ſcriptoribus ſingulis & per quos eſſet navatam. Neque aliarum editionum leviorum licet prorſus omiſi notitiam, ſi quæ meæ ſeſe offerrent inquiſitioni, ut faciliorem redderem laborem iis qui poſt tenues hoſce conatus meos aliquando plenam latinorum ſcriptorum Hiſtoriam nobis dare voluerint. Univerſum autem opuſculum diviſi in libros & capita; ut tanto facilius poſſit evolvi, reſpondeatque Bibliothecæ meæ Græcæ, ſimiliter in libros & capita diſtributæ. Ad calcem libri poſtremi ſubjeci notitiam celebriorum typographorum, eorumque nomina qui præ ceteris laudem & gloriam in libris emendate ad MStos codices ac luculenter imprimendis conſecuti ſunt, aſteriſco diſtinxi. In eodem libro præterea annotavi ſi qui viri docti Veterum ſcriptorum, quorum integra ſcripta perierunt, fragmenta collegiſſent, imitati nautas naufragium paſſos, quos Poeta ait

Navibus amiſſis fluctantia quærere apluſtra.

Sed & collectiones Veterum ſcriptorum latinorum, Grammaticorum, Rhetorumque & aliorum, diligenter recenſui, non præteritis JCtis, Medicis, & Poetis Chriſtianis. Omitto alia quæ in hac libri mei quaſi repaſtinatione recens acceſſerunt, quæque malim te ex ipſius opuſculi inſpectione cognoſcere, lætaturus, ſi ſtudioſis hominibus in quorum gratiam totus hic à me ſuſceptus eſt labor, uſum aliquem afferre queat. Vale.

Hamburgi, Nonis April.
Anni MDCCVIII.

(a) *EGREGIO VIRO*
HENRICO WETSTENIO,
Bibliopolæ doctiſſimo Amſtelodamenſi
S. D.
JO. ALBERTUS FABRICIUS.

ECce Tibi, Vir præſtantiſſime, tenue munuſculum, ſupplementum Bibliothecæ meæ latinæ, quod eatenus cupio tibi probari ut illud tanquam publicum documentum & ſincerum teſtimonium habeas mei in te amoris. Quis vero te non amet quicunque amat litteras, ſive ſacras illas ac divinas, ſive humaniores haſce græcas pariter ac latinas, quas omnes ita ornas & tam accurate tam nitide atque eleganter excuſis, locupletas monumentis, ut nemo tuis aliquid det auribus, nemo Aldis, Stephanis, Plantinis faciat injuriam, qui te cum illis conferat, eoſque noſtræ ætati reddere ac repræſentare affirmat. Jampridem igitur, lubens fateor, te amo, variis etiam privatis benevolentiæ tuæ ſignificationibus provocatus, ſed maxime omnium integritate & virtute tua ac publicis in litteras meritis accenſus. Confido igitur te hoc, licet parvum, quod tibi conſecro munus non adſpernaturum, cum ego officii mei putaverim hanc occaſionem in libello ab arte tua non abhorrente teſtificandæ tibi voluntatis meæ non prætermittere, atque alioquin habeam quod publice agendum tecum mihi ſit, & coram erudito orbe exponendam, futurum & ipſum, ut ſpero, tibi neutiquam ingratum.

Memini nimirum te ante aliquod temporis jure merito eſſe mecum conqueſtum de injuria, quam certe inſignitam nomini Illuſtris Viri & ob virtutem eruditionem ac merita non minus eruditis omnibus quam patriæ ſuæ venerandi NICOLAI WITSENII, *præceps olim ac vana Jo. Scheferi, Viri alioquin haud indocti ſuſpicio affricuit; hæc enim effecit ut Viri pariter inſignes atque eruditi* Morhoſius & Clariſſimus Mollerus, *Lycei Flensburgenſis Rector celebratiſſimus Schefero ſine examine habentes fidem, criminationem ejus publicis in ſcriptis ſuis repeterent, Virumque illuſtrem & non minus à lectione ſcriptorum quam uſu & experientia rei, de qua tractandum ſuſceperat intelligentiſſimum, arguerent ut qui non habuiſſet ſatis materiæ vel ingenii domi, verum Scheferi ſcrinia illaudato more expilaſſet. Hoc cum multis argumentis facile mihi demonſtraſſes eſſe falſiſſimum, & tam certo ſcire te quam te vivere, quod Scheferi librum de militia navali tunc cum opus ſuum de Architectura navali conderet Vir illuſtris, ne quidem oculis uſurpaſſet, nedum plagii neſcio cujus in illum commiſſi reus eſſe poſſet: non dubitavi ea de re* Mollerum *qui ſolus ex illis tribus adhuc ſupereſt, atque ut diu ſuperſit opto, monere, neque apud virum optimum fruſtra fui. Ille enim pro ſuo candore & honeſto veritatis atque æquitatis amore & ſtudio mihi non modo reſcripſit ſe prorſus eſſe perſuaſum, injuriam factam eſſe per illam criminationem Scheferianam illuſtri Viro, ſed etiam pro ſua parte retractationem quam publici juris facerem, lubens ad me miſit. Illam igitur eum ad ſarciendam & reparandam immeritam labem Viro innocentiſſimo & omnium laudes ac plauſus, non injurias promerito, illatam inprimis faciat hoc loco integram ſubjicio atque ad te mitto.*

JO.

(a) Epiſtola dedicatoria prioris ſupplementorum voluminis.

JOHANNIS MOLLERI, FLENSBURG.

Scholæ patriæ Rectoris

Monitum de falſa Plagii litterarii, Viro Illuſtri, NICOLAO WITSENIO, Reip. Amſtelodamenſis Conſuli, per Jo. Schefferum, V.C. temere affecti criminatione, hanc refellens, Morhofiique & ſuas ipſius de illo narrationes emendans.

ERrores ſuos agnoſcere, agnitosque retractare, hominibus eruditis nun turpe, ſed glorioſum & honorificum eſſe, cum candoris ſibi hoc pacto & integritatis, ſine quibus doctrina omnis vana eſt ac nihil, famam, literaria potiorem atque præſtantiorem, concilient, ſemper ſum arbitratus. Gaudeo proinde, erroris hujusmodi Hiſtorico-Literarii, cum D. G. Morhofio, Polyhiſtore eximio, mihi communis, & è ſcripto hujus in mea derivati poſthumo, plagium literarium, per Jo. Schefferum, Criticum & Antiquarium Sveciæ eruditiſſimum, Viro illuſtri, NICOLAO WITSENIO, civitatis Amſtelodamenſis Conſuli inclyto, temeraria affictum ſuſpicione, ſpectantis, publice emendandi, oblatam eſſe occaſionem ab Henrico Wetſtenio, Bibliopola Amſtelodamenſi longe doctiſſimo, feliciqùe Manutiorum & Stephanorum gloriæ æmulo, cujus aliquot ad Jo. Alb. Fabricium, Profeſſorem Gymnaſii Hamburgenſis, Epiſtolæ, ab hoc amice communicatæ, argumentis idoneis, & innocentiam Witſenianam, ſimul ac Elzevirianam, & criminationis Schefferianæ falſitatem, adeo luculenter oſtenderunt, ut de neutra dubitari ulterius poſſe convictus, ſponte Apologemate hoc publico Viri illuſtris famæ itidem patrocinari, &, quicquid à Morhofio ac me nimia peccatum eſt credulitate, hoc pacto emendare, confeſtim decreverim. Id quod Morhofium etiam ipſum, ſi ſuperſtes eſſet, alacritate haud minori fuiſſe facturum, nemo cui candor illius perſpectus fuit, ambiget. Sed res, ut rectius de illa judicari poſſit, paulo altius eſt repetenda. Ediderat Schefferus A. 1653. *Libros de militia veterum navali quatuor*, Upſaliæ, ſumtibus Janſonianis excuſos, & Chriſtinæ Auguſtæ inſcriptos. Hos, annis compluribus interjectis, *altero tanto* (teſte Morhofio, *T. I. Polyhiſt. Lib. V. cap. 1. pag. 234.*) *auctiores*; imo (ſi ipſum *in Svecia Literata* pag. 269. audias) *ita auctos, mutatos atque emendatos, ut pro plane aliis & novis poſſint haberi*. Danieli Elzevirio, Bibliopolæ Amſtelodamenſi celeberrimo, ut ejus cura ac impenſis in lucem denuo, nova hac facie quam primum prodirent, transmiſit. Is vero, uti à Wetſtenio, per ſeptem olim annos ipſius domeſtico, edoceor, quod exemplorum editionis prioris numerus apud ſe ſupereſſet haud exiguus, prius hæc diſtrahere, quam Tractatum Schefferi auctiorem (gemino Morhofii, in *Autoſchediaſmatis poeticis* p. 21. 24. publice jam celebratum Epigrammate) prælo ſubjicere, conſtituit, &, hoc fine, cum tardius iſta ſuos invenirent emptores, MStum transmiſſum, per annos aliquot, ἀνέκδοτον aſſervavit, nec cuiquam, metu jacturæ paſſus eſt innoteſcere. Quod in Sveciam poſtea (A. 1670.) ni fallor, Schefferi juſſu, remiſſum, illo A. 1679. & Elzevirio A. 1680. defunctis, nondum alium, quo obſtetricante in lucem protraheretur, invenit. Vidit hanc interea Illuſtris Witſenii opus *de Architectura navali novantiqua* Belgicum, Amſtelodami A. 1671. excuſum, ac pleraſque hujus argumenti antiquitates, è Scriptoribus vetuſtis ſedulo congeſtas exhibens, eruditeque illuſtrans, & merito pro-

Digitized by Google

proinde ab Actor. Soc. Reg. Angl. Philoſophicorum & Ephemeridum Gallicarum Scriptoribus, Morhoſio (*T. I. Polyhiſt. Lib. II. c. 7. p. 435.*) ac Jo. Chriſtoph. Sturmio, *doctiſſimum & elaboratiſſimum* iſtud apellante (*in diſſ. de Mathematis & Mathematicis c. 7 §. 4. p. 16*) de nota meliore commendatum. Viſo illo, Schefferus non pauca ſibi etiam in veterum lectione obſervata, & in ſuo jam annotata Syntagmate offendens, ex hoc, cum ἀνέκδοτον illud Amſtelodami ap. Elzevirium hæreret, ea eſſe ſublecta, temere eſt ſuſpicatus, &, huic plus juſto indulgens ſuſpicioni, in literis ad Morhoſium, *multa ſe in libro Witſeniano, è ſchedis ſuis deprompta, deprehendiſſe* conqueſtus. Cujus querelæ mentionem cum Morhoſius *capiti 15. Prælectionum* inſeruiſſet *Polyhiſtoricarum*, inde eadem *in T. 1. Polyhiſtoris Lib. V. c. 1. p. 23.* M. Joh. FriKio (quem IV. poſteriores Tomi hujus libros prælo paraſſe, & paſſim interpolaſſe, *in Prolegomenis monui*) & a me *in Hypomnemata ad eandem p. 399.* uti & ad Schefferi *Sveciam literatam p. 457.* cum certiora neuter comperiſſet, eſt translata. Nunc vero, poſtquam longe aliter ea de re ſum edoctus, lubens volensque, quod æquitas ipſa, candor meus, & Witſeniana in literas merita, exigunt, Schefferum animi plus juſto ſuſpicacis κακοηθείᾳ peccaſse, profiteor, & à Morhoſio, ac me, de plagio hoc chimærico *ll. cc.* relata expungi cupio, Witſenium autem pariter atque Elzevirium ab omni ejus culpa immunes pronuncio. Quod enim ad Elzevirium atrinet, is, teſte Wetſtenio, in ædibus ejus tunc verſato MStum Schefferi auctius, ne illius notitia exemplorum primæ editionis reſiduorum obeſset venditioni, ſollicire occultavit, & nulli mortalium, nedum Witſenio, quem idem ſaxum volvere fama percrebuerat publica, innoteſcere eſt paſsus, multoque minus inſpiciendum præbuit. Witſenius autem, Vir non Juris ſolum (cujus honores ſummos reportavit Academicos), & Matheſeos, ſed literarum etiam elegantiorum, omnisque Hiſtoriæ & antiquitatis peritiſſimus, ac in ſcriptoribus omnis generis vetuſtis (quorum lectioni parens eum eruditus, dignitate itidem apud Amſtelodamenſes functus Conſulari, mature aſsueſecit) ab ipſis ferme incunabulis, in ſeram usque ætatem aſſiduus, nec patronus ſolum literarum eximius, ſed earundem etiam atque librorum, quibus ne ſeptuagenarius quidem nunc exſatiari poteſt, helluo, quæcunque in his de re occurrunt navali, patris ejusdem amantiſſimi hortatu, per tot, quibus ſtudia hæc deperiit, annos, ſingulari diligentia conquirere & excerpere nunquam ceſsavit. Tantum igitur abeſt ut Scheffero quædam, ſive multa, ſive pauca ſublegere opus habuerit, ut ipſi potius omnia, imo plura (cum plures ſe illi, ob Emporii cui præeſt, celeberrimi ingentes, in re etiam litteraria ac libraria, præ civitate Upſalienſi prærogativas, Autores obtulerunt) ex iisdem, quos iſte conſuluerat fontibus, merito rivulos aſpernato licuerit depromere. Sufficere vel ſola hactenus relata, ad innocentiam Viri illuſtris demonſtrandam, niſi omnino fallor, poterant. Majus tamen his momentum accedet, omnesque ſcrupuli moroſiſſimorum etiam judicum evellentur animis, ſi eum, toto iſto tempore, quo MS. Schefferi auctius Amſtelodami penes Elzevirium delituit, juſſu Ordinum fœderati Belgii, negotiorum publicorum cauſa in aula abſentem fuiſse Ruſſica, imo ſanctiſſimis eundem verbis teſtari, ſibi cum opus ſuum redux ederet, Schefferi Libros *de Militia veterum navali* ſive MStos, ſive impreſsos, viſos nondum fuiſse, quum imo ne fando quidem, aut aliena relatione innotuiſse, è literis Wetſtenianis cognoverint. Criminatio proinde Schefferi (quem, priusquam famam Witſenii illa læderet, monita utiliſſima plagiariorum accuſatoribus à Jac. Thomaſio, *in Tractat. de plagio literario c. III. Reg. I. & II.* ac Jo. Conr. Schvvartzio, in libro ejusdem argumenti, *c. XI.* inculcata,

ſerio

ſeclo decuiſset perpendere) manibus ac temerariis, quibus Critici & Antiquarii, ad pravas hujusmodi de aliis in eodem ſecum decurrentibus ſtadio, ſuſpiciones, præ cæteris eruditis, promtores, impetere ſe invicem atque exagitare, more illaudabili, jam pridem conſueverunt, jure in poſterum accenſebitur. Si enim ullibi inter κωμικοὺς certe hos literarios, vel de unius voculæ aut literæ emendatione toties digladiatos, uti exempla quam plurima, apud Scriptores ævi noſtri doctiſſimos, de plagio commentatos literario, Jac. Thomaſium, Theod. Janſonium, Joh. Albert. Fabricium, Thomam Crenium & Jo. Conr. Schvvartzium, obvia, abunde oſtendunt, juxta Heſiodeum illud:

καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ φθονέει, καὶ τέκτονι τέκτων.

Hactenus Clariſſimus Mollerus.

Vale, Vir egregie, & me quod facis amare perge. Datum Hamburgi X. Cal. April. Anni Christiani CIƆIƆCCXXI.

AD LECTOREM.

Cum ab eo tempore quo Bibliothecam meam latinam poſtremum auctibus novis locupletatam, atque inde ſine novis acceſſionibus ſemel iterumque recuſam in lucem edidi, non pauca iterum fuerint a me obſervata, ſive quæ intra illud duodecennii ſpatium à viris doctis recens in vulgus emiſſa adjungi merebantur, ſive quæ ex antiquioribus editionibus me antea fugerant, ſive alioqui non indigna videbantur eſſe obſervatu, & ad notitiam ſcriptorum veterum latinorum facere: ea nolui ſuis quæque locis ſtatim inſerere novæ quæ jam prodit editioni, quod in promptu & hujus lectoribus fortaſſis opportunius futurum erat, ſed quo & hujus & prioris emtoribus ſimul conſulerem, potius ſeparatim emittere in modum ſupplementi, atque paginas ad quas referenda ſingula ſunt, in ora libelli annotare. Nihil præterea habeo quod præfationis loco illi præmittam, niſi quod conceptas gratias me debere profiteor viris doctiſſimis qui me de nonnullis publice etiam monere ſunt dignati, quibus præſens locupletare ſupplementum potui, è quibus nominatim laudare juvat V. C. Michaelem Maittaire *qui in jucundo & utili Annalium typographicorum opere pulcherrimam ſtudioſis operam præſtitit: nec non* Chriſtianum Junckerum *qui cum viveret junctus mihi amicitia, & propter felix atque indefeſſum bene de litteris promerendi eosque ornandi ſtudium mihi inprimis dilectus in ſuis ad latinos ſcriptores, quos in ſtudioſæ juventutis uſum in lucem emiſit, prolegomenis ſubinde quædam me docuit, quæ me præterierant & quæ libenter ex illo didici. Ingratus etiam ſim ſi ſilentio involverem laudabilem induſtriam eruditi & præſtantiſſimi Viri* Jo. Gottlieb Krauſii *ejusque amicorum qui in Ephemeridibus litterariis Lipſiæ in patria mea Germanice editis A. MDCCX. Bibliothecæ meæ latinæ ita fecere mentionem, ut quædam non protrita addiderint, quæ mihi uſui fuiſſe non inficior, quemadmodum & illa de quibus per litteras monitus ſum à clariſſimo Viro* Chriſtiano Schœtgenio. *Tu vero, Optime Lector, vale, & indices ſcriptorum quos nova huic ſupplementi editioni paſſim inſertos videbis, ac qualecunque ſtudium meum commodis tuis inſerviendi, boni conſule: volumenque tertium, quo altera ſupplementi pars ſimiliter locupletata continebitur, brevi à me exſpecta.*

NO.

Digitized by Google

(a) *NOBILISSIMO VIRO*

GERHARDO DUNTE,

J. U. D.

Fautori meo Honoratiſſimo,

S. D.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.

Libellum huncce recens perductum ad umbilicum, Jus faſque ſit quæſo Tibi, VIR NOBILISSIME, conſecrari & inſcribi cum maxime à me, tenue quidem ſcholaſticumque, publicum tamen ac fidele documentum mutuæ noſtræ voluntatis, quam in animo Tuo nec disjunctio abſentis in Academiis diſſolvit, nec peregrinatio per pulcherrimas Europæ regiones à Te proximis annis curioſo oculo luſtratas imminuit, nec præſentis Tui & Patriæ ac penatibus Tuis feliciter redditi oblivio vel frigus extinxit. Cum autem probe meminerim quantus fuerit pridem in Te adhuc admodum juvene ardor ſolidæ virtutis ac ſapientiæ, quantum in indole honeſtiſſima ſtudium bonorum & utilium librorum, quod interjecto tempore & poſt auctam ætatem & judicii vim confirmatam vitæ uſu, aditaſque propius & inſpectas celeberrimas Europæ Bibliothecas incrementa non inficianda cepit: veni in eam ſpem, imo fiduciam, hancce præſentem lucubrationem meam, qua optimi quidam libri, veterum præſertim Latinorum, & quibus ſpeciatim operam Tuam addixiſti, Juriſconſultorum monumenta, quotquot ætatem tulerunt, commendantur, Te pro veteri Tua in me benevolentia & pro illo conſtanti tuo amore in litteras non aſpernaturum, ſed libello huic in delecta & eleganti Bibliotheca Tua locum aliquem relicturum. Precor Optimum Numen, ut ad ſummam ſenectutem ſervet Te valentem firmumque rebus florentibus ac lætis annoſque beati Fratris Tui nuper extincti ætati ſubtractos atque ademtos addat Tibi, virtutemque Tuam & dexteritatem magno Patriæ commodo, magnaque nobiliſſimi DUNTIANI Nominis gloriæ quam pulcherrime & quam feliciſſime jubeat eniteſcere. Vale. Nonis April. Anni Chriſtiani cIↃ IↃcc xxII.

AD

(a) Epiſtola dedicatoria ſecundi tomi ſupplementorum.

AD LECTOREM.

IN locupletiore hoc Bibliothecæ meæ Latinæ, quintum nuper editæ ſupplemento, cujus partem reſiduam ſtudioſorum uſibus nunc offero, id mihi propoſitum fuiſſe profiteor, ut obſervationes alibi præteritas à me de ſcriptoribus veteribus Latinis; de eorum monumentis, ſingulorumque editionibus & verſionibus quam poſſem accurate ac breviter exponerem: deinde quod de Græcis in Græca Bibliotheca, non improbante doctorum Viro judicio, conſuevi facere, ut interſererem paſſim Indices ſcriptorum, qui à Latinis ſcriptoribus priſcis allegantur. Illos indices partim ipſe compoſui, vel ab aliis compoſitos ex libris ipſis ſupplevi; vel ex editionibus, quas nomino, mutuatus ſuum, aut denique debeo doctiſſimi *Caſp. Barthii* induſtriæ, cujus manu conſignatos amicus quidam nobiliſſimus benevole mecum communicavit. Barthii itaque nomen præfixum indicibus nonnullis videbis, qui licet plures etiam ſive compoſuerat, ſive manu ſua in eodem Codice deſcripſerat, tamen illis uti non potui, quoniam meliores jam & pleniores accuratioresque in mundo mihi erant. Ex illis indicibus, ſive fragmenta clariſſimorum ſcriptorum aliquis luſtrare geſtiat, quorum lucubrationes nobis temporum injuria ſubtraxit; ſive deperditorum monumentorum requirat notitiam, titulis ipſis atque argumentis, nedum auctoribus ſuis commendabilem: lector ſtudioſus & hos & alios illuſtrandæ antiquitati uſus poterit capere, præcipue vero hunc, ut quorum fide atque auctoritate illi, quos habemus ſcriptores inprimis nitantur, haud obſcure conſtet. Poſtremo *Aur. Cornelii Celſi* libellum Rhetoricæ inſtitutionis, dignum Quintiliani judicio, qui non ſine cultu ac nitore eum ſcripſiſſe affirmat, veluti purpuram panno meo adtexui, cum enim brevis eſſet, obviuſque rariſſime, & in antiquis Rhetoribus Franciſci Pithœi prætermiſſus, placuit eum licet extrema parte mancum revocare in lucem ex unica Sixti Popmæ editione, quam Pariſiis cum verſaretur, deſcriptam ad me miſit egregius Vir *Georgius Wallinus*, à cujus virtute & doctrina merito patria ipſius Svecia reſque litteraria poteſt magna ac præclara ſibi polliceri. Vale.

NOI

NOI REFORMATORI
Dello Studio di Padoa.

HAvendo veduto per la Fede di Reviſione, & approbatione del P.F. Tomaſo M. Gennari Inquiſitore nel Libro Intitolato *Joannis Alberti Bibliotheca Latina*, non v'eſſer cos' alcuna contro la Santa Fede Catolica, & parimente per Atteſtato del Secretario Noſtro; niente contro Prencipi, & buoni coſtumi, concedemo Licenza à Sebaſtiano Coleti Stampatore, che poſſi eſſer Stampato, oſſervando gli Ordini in materia di Stampe, & preſentando le ſolite Copie alle Publiche Librarie di Venetia, & di Padoa.

Dat. 29. Maggio 1727.

(Carlo Ruzini Proc. Ref.
(Alviſe Piſani Kav. Proc. Ref.

Agoſtino Gadaldini Segretario.

1727. 18. Giugno.
Regiſtrato nel Magiſtrato Eccellentiſſimo degli Eſecutori contro la Beſtemia. *Antonio Canal Nodaro.*

BIBLIO-

BIBLIOTHECÆ LATINÆ,

SEU

SCRIPTORUM VETERUM LATINORUM,

De quibus in ea præcipue agitur,

INDEX ALPHABETICUS.

Numerus ſolus paginas primi voluminis, cum appoſita b. paginas ſecundi ſignificant.

A Lcimus Avitus. 232.b.
S. Ambroſius. 310. b.
Ammianus Marcellinus. 98. b.
Apicius. 638
Apulejus. 17. b.
Arator. 238. b.
Arnobius. 289. b.
Aſconius Pedianus. 400.
Auctores linguæ Latinæ 402. b. & 453. b.
S. Auguſtinus. 34:. b.
Avienus. 93. b.
Aulus Gellius. 1. b.
Aurelius Victor. 77. b.
Auſonius. 87. b.
Böethius. 146. b.
Cæſar C. Julius. 172.
Calpurnius. 55. b.
Capitolinus. 57. b.
Caſſiodorus. 165. b.
Cato M. Porcius. 20.
Catullus. 60.
Celſus. 381.
Cenſorinus. 44. b.
Chalcidius. 64. b.
Cicero. 94.
Claudianus. 120. b.
Columella. 404.
Corpus juris civilis. 543. b.
juris Canonici, 563. b.
Curtius. 568.
S. Cyprianus. 284. b.
Donatus. 465. b.
Ennius. 191. b.
Eutropius. 81. b.
Feſtus. 402. b.
Firmicus. 70. b.
Florus. 624.
Fragmenta veterum Tragicorum. 196. b.
Frontinus. 585
Gallus. 354
Germanicus. 354
Grammatici Veteres. 453. b.
Gratius. 334
S. Hieronymus. 319. b.
S. Hilarius. 302. b.
Hiſtoriæ Auguſtę Scriptores. 57. b.
Hiſtoricorum fragmenta & Collectiones. 374. b.
Horatius. 271
Hyginus. 359
Joannes Saresberienſis. 368. b.
Jornandes. 186. b.
S. Irenæus. 281 b.
Juriſconſulti antiqui. 515. b.
Juſtinus. 35. b.
Juvenalis. 577
Juvencus. 234. b.
Laberius. 335.
Lactantius. 293. b.
S. Leo Magnus. 360. b.
Livius. 191.
Lucanus. 448
Lucilius. 193. b.
Lucretius. 49
Macrobius. 113. b.
Manilius. 349
Marcianus Capella. 138. b.

Digitized by Google

Marius Mercator. 357. b.
Martialis. 588
Medici antiqui. 579. b.
Mela. 407
Minutius Felix. 281. b.
Monumenta antiqua. 385. b.
Nemeſianus. 54. b.
Nepos. 69
Nonius Marcellus. 412. b.
Obſequens. 42. b.
Optatus Milevitanus. 308. b.
Oroſius. 365. b.
Ovidius. 307
Palladius. 41. b.
S. Paulinus. 348
Perſius. 466
Petronius. 457.
Phædrus. 373
S. Philaſtrius. 309. b.
Plautus. 1
Plinius Major. 477
junior. 607
Poetæ Chriſtiani. 225. b.
Priſcianus. 457 b.
Probus. 462. b.
Propertius. 297
S. Proſper Aquitanus. 358. b.
Prudentius. 225. b.
Publius Mimus. 336
Quintilianus. 521
Rhetores antiqui. 501. b.
Rufinus. 345. b.
Rutilius. 127. b.
Salluſtius. 164
Scriptores antiqui Chriſtiani. 268. b.
rei Agrimenſoriæ. 573. b.
Sedulius. 236. b.
Seneca uterque. 414
Serenus Sammonicus. 52. b.
Severus Sulpitius. 363. b.
Sidonius Apollinaris. 131. b.
Silius Italicus. 473
Solinus. 511
Spartianus. 57. b.
Statius. 561
Svetonius. 631
Symmachus. 129. b.
Tacitus. 595
Terentius. 29
Tertullianus. 269. b.
Tibullus 297
Valerius Maximus. 389
Varro. 81
Vegetius. 109. b.
Venantius Fortunatus. 239. b.
Virgilius. 213
Vitruvius. 338
S. Zeno. 305. b.

BIBLIO-

BIBLIOTHECÆ LATINÆ,
SIVE
NOTITIÆ AUCTORUM VETERUM LATINORUM,
LIBER I.
De Scriptoribus Aureæ Ætatis, qui libros ſuos edidere intra duo ſæcula ante Tiberii imperium.

CAPUT I.
DE M. ACCIO PLAUTO
Umbro Sarſinate. (*a*)

Plauti ætas. 1. *Comœdiæ quæ exſtant.* 2. *Vidularia unica deſideratur ex illis XXI. quas omnium conſenſu Plauto tributas Varro eſſe ſcripſit.* 3. *Poëtæ quorum dramata ad Plautum à nonnullis relata.* 4. *Comœdiæ deperditæ quæ à Veteribus ſub Plauti nomine laudantur.* 5. *Grammaticorum Veterum Scripta in Plautum deperdita.* 6. *Acroſticha Plauti Comœdiis quæ exſtant præmiſſa.* 7. *Plauti editiones.* 8. *Varia ſcripta eruditorum Virorum Plauto lucem afferentia.* 9. *Querolus ſuppoſita Plauto.* 10 *Philodoxios.* 11.

I. MACCIUS à pedum planitie ſive πλατύπτι initio *Plotus*, poſtea PLAUTUS (*b*) eſt dictus, patria Sarſinas ex Umbria, lepidiſſimus Poëta Comicus. A temporibus belli Punici Secundi floruit, ingenio magis dives quam opibus, ita ut ad molas manuarias (*c*) ſe locare coactus ſit piſtori. Fatis conceſſit Romæ, cum Terentius vix novennis eſſet Anno U. C. DLXX. (*d*)

a) Arnoldus Pontacus ad Euſebii Chron. p. 462. (b) Feſtus in *Ploti*. (c) Hieron. Chronico, & Gellius III. 3. qui è Varrone refert binas illum fabulas Satyrionem & Addictum & tertiam cujus nomen non adſcripſit, in piſtrino compoſuiſſe. Apud Minucium quoque Felicem c. 14. *Plautinæ proſapiæ hominem* pro piſtore poni obſervant Viri docti. Utrum vero, quod in truſatili mola aſinorum veluti vicem geſſerit Plautus in piſtrinis verſatilibus molentium, ideo *Aſinii* cognomento veniat in quibusdam libris, in medio relinquo. (d) Cicero Bruto c. 15. Apud Voſſium de Poetis latinis, etiam in nova Operum editione in fol. perperam excuſus Urbis annus CIϽ. LXXV.

ante CHRISTUM natum CLXXXIV. P. Claudio & L. Porcio COSS. * PLAUTUM *ad exemplum Siculi properare Epicharmi* ſcripſit Horatius, (*a*) non tam quod ejus fabulas expreſſerit, quam quod ut ille Græcas, ſic hic Latinas Comœdias cum ſingulari laude compoſuerit. Quintiliani tamen judicio X. 1. in Comœdia maxime claudicant Latini, nec comparandi Græcis ſunt, licet Varro dicat Muſas, Ælii Stilonis ſententia Plautino ſermone locuturas fuiſſe, ſi Latine loqui vellent: licet Cæcilium veteres laudibus ferant; licet Terentii ſcripta ad Scipionem Africanum referantur, quæ tamen ſunt in hoc genere elegantiſſima, & plus adhuc habitura gratiæ, ſi intra verſus trimetros ſtetiſſent. Sane Muretum ſi audimus lib. XVI. cap. 13. Var. Lect. cui acutiſſimus Burmannus ad Quintilian. pag. 913. aſſentitur, ſi Plautino ore loquerentur Muſæ, meretricio ſæpius quam virginali more locuturæ eſſent, & plebejo quam honeſto. In Rabani Mauri libro II. de arte Grammatica Tom. 2. Opp. pag. 46. edit. Colon. 1627. fol. Horatio teſte laudato afferuntur hi verſus.

Dicitur & Plautus vexiſſe poëmata theſpis
Quæ canerent agerentque infecti facibus ora.

Sed ex Horatii arte poëtica v. 276. obvium erat emendare:

Dicitur & plauſtris vexiſſe poëmata Theſpis.

Eadem pagina apud Rabanum; *Poëtæ primi Comici, Suſurim, Bullus & Magnes*. Lege: *Suſarion, Mullus & Magnes*. ex Diomedis lib. III. pag. 486. Sequitur apud Rabanum: *Secunda ætate fuerunt Ariſtophanes, Eupolis & Horatius* (legge *Cratinus*) *qui & principum vitia inſectati acerbiſſimas comœdias compoſuerunt. Tertia ætas fuit Menandri, Phili* (fortaſſe *Philippidis*) *& Philemonis, qui omnem acerbitatem comœdiæ mitigaverunt, atque argumenta multiplicia græcis erroribus* (Diomedes, *autoribus*) *ſecuti ſunt. Ab his Romani fabulas tranſtulerunt, & conſtat apud illos primo Latino ſermone comœdiam Libœum* (lege *Livium*) *Andronicum ſcripſiſſe*. Corruptiſſimus etiam locus apud eundem Rabanum pag. 47. *Cujus planipedis acta togatarum ſcriptor ita in ædilicia fabula meminit, datur ineſt Seaurus exultat planipes*. Lege ex Diomede p. 487. *Cujus planipedis* (ſive mimi) *Atta, togatarum ſcriptor ita in ædilicia fabula meminit: daturin' eſtis aurum? exultat planipes*. S. Hieronymus Epiſt. 101. ad Pammachium de optimo genere interpretandi: *Terentius Menandrum, Plautus & Cæcilius veteres Comicos* (Græcos) *interpretati ſunt. Numquid hærent*

(a) Horat. lib. 2. Epiſt. I. v. 58.

hærent in verbis? ac non decorem magis & elegantiam in tranſlatione conſervant? Rufinus eidem Hieronymo objicit, quod in Monaſterio Bethlehem pueris ad diſcendum DEI timorem ſibi traditis, Maronem ſuum, Comicoſque Plautum & Terentium, ac Lyricos & Hiſtoricos auctores expoſuit. Nimirum non putavit timori DEI adverſum eſſe Hieronymus efficere, ut lingua Græca & Latina, & ſuavitates atque elegantiæ, quæ in Ethnicorum libris exſtant, non fugerent Chriſtianos, & ab illis intelligi, atque in uſum verti poſſent. Nihilominus majus meritò ſtudium idem poſuit in Chriſti fide & obſequio teneris animis inſtillando. Utinam, quod queſtus olim Plautus fuit Rudente IV. 7. 23. id ſolis Comicis in ſcena, non in cathedra etiam Philoſophis, & ſacris Concionatoribus de ſuggeſtu identidem eſſet conquerendum:

Spectavi ego pridem Comicos ad iſtum modum
Sapienter dicta dicere, atque iis plaudier,
Cum illos ſapienter mores monſtrabant poplo:
Sed cum inde ſuam quiſque ibant diverſi domum,
Nullus erat illo pacto ut illi juſſerant.

II. Exſtant ex ipſius Comœdiis, quarum CXXX. ætate A. Gellii ſub Plauti nomine circumferebantur, ut ipſe auctor eſt libro & capite tertio Noctium Atticarum, hæ *viginti*, ordine fere litterarum à Grammaticis digeſtæ, ad evolvendi, ut credibile eſt, facilitatem. * Plauti quas habemus Comœdias collocatas ordine literarum à *Priſciano* putant, qui *Acroſticha* ſingulis Comœdiis præmiſſa (*a*) ad eundem referunt, quod tanquam incertum & non magnæ rei relinquo.

1 *Amphitruo*, in qua poſt actus IV. ſcenam 2. inſerti ſunt à recentiore manu verſus CLXXXII. * *Amphitruo* Tragico-comœdia dicitur à Luctatio ad Statii 4 Thebaid. v. 47. Verſus CLXXXII. ſive ſcenas tres *Amphitruoni* poſt Actus IV. ſcenam 2. à recentiore manu adjectas, perperam pro genuinis Plauti habuerunt Pylades Brixianus aliique. In Plauto Taubmanni ad calcem voluminis rejecti leguntur, pag. 1271. ſeq. A Plauti dictione abire, magisque tumentia eſſe, & vetera licet, tamen omnino ſequioris ævi adjectamenta notat Voſſius lib. 1. de vitiis ſermonis cap. 27. In Plautinis ſuis exemplaribus non reperiri teſtatur Jac. Moſantus Brioſius pag. 105. Epiſt. Amphitruonem Plauti Hiſpanice vertit D. Villabolos, Hiſpali 1574. 8. Imitatus eſt in Amphitruone ſuo Jo. Baptiſta Poquelinus Molierius, ac Bælio

A 2 judice

(a) Vide infra ad num. VII. pag. 9.

Digitized by Google

judice longe poſt ſe reliquit. Imitatus etiam eſt Italus Poëta ſive Bocacius ſive alius in dramate cui titulus: *Gieta*, *e Birria*. Vide Diarium Venetum, Giornale de' letterati d' Italia Tom. VI. p. 236.

2 *Aſinaria* ex ὀνάγρῳ Demophili Comici Græci expreſſa. * *Aſinariam* Plauti imitatus eſt, & ad ſacrum argumentum de Saule filiam Davidi dote cruenta præputiorum Philiſtæorum deſpondente deflectit *Jo. Burmeiſterus*. Luneb. 1625. 8.

3 *Aulularia* ſic dicta ab aulula ſive olla Euclionis. Extremam hujus dramatis partem ſuplevit & adtexuit *Antonius Codrus Urceus*, Profeſſor Bononienſis, qui clarebat ſub Sigismundo & Friderico III. Impp. Aliud brevius ſupplementum legitur in editione Plauti Lugdunenſi, quam dedit Gryphius, in Colonienſi Gyberti Longolii, tum in Pareana, & aliis recentioribus. Alia denique ex ingenio adornarunt Joach. Camerarius & Georgius Reimannus Leibſchütz. Jamque olim Plauti Aululariæ alienos verſus inſertos fuiſſe colligas è Plinii XVIII. 1. Aululariam ſeorſim illuſtravere Steph. Riccius, Mauritius Sydelius &c.* *Aululariam* verſibus Germanicis ut illa ætate rudibus reddere non dubitavit quidam *Joachimus Greff*, ZWickavienſis Magdeburg. 1535. 8. Sed meritam ingenii laudem ætate noſtra tulit *Molierius* (*a*) Comicorum Gallicorum princeps, qui ex Aularia Plauti *Avarum* ſuum expreſſit amœniſſima imitatione. Supplementum Aululariæ neſcio an diverſum ab editis, de quo Goldaſtus in literis MSS. ad Johannem Meurſium XI. Kal. Nov. 1604. *Supplementum Aululariæ illud quæro quod Camerarius ait apud Georg. Fabricium vidiſse, non quod abs te* (*b*) *editum. Numquid ſuper eo aliquid ex Scaligero? tenta, & vale mi Meurſi, ac amicitiam noſtram fove*. Camerarii verba ſunt: *Noſter quidem Fabricius annotarat quædam Romæ reperta, quibus ſupplerentur hæc deficientia, ſed ne illa quidem ſatis Plautina, neque cauſa cur adjici vellemus, viſa fuit*: Sane præter illud ſupplementum verſuum CXXII. quod *Codro Urceo* (*c*) Profeſſori Bononienſi debemus, quodque incipit: *quod non habeo. LY. feram, Velis nolis cum te quadrupedem ſtrinxero*. Exſtat aliud brevius XXVIII. verſum, quod incip. *Quid hic quondam pervi-*

(a) Molierius *Plautus noſtri ſæculi* vocatur à clariſſ. Burmanno p. 91. ad Petronium.

(b) In Meurſii curis Plautinis Lugd. Bat. 1599. Confer Plautum Taubmanni p. 1279.

(c) Codrus Urceus lepidi vir ingenii obiit Bononiæ A. 1500. ætat. 54. cujus vita ſcripta à Bartholomæo Blanchino exſtat ad calcem Urcei operum junctim excuſorum A. 1540. De eodem conſulendus Bernardus Moneta in obſervationibus Gallice editis ad Menagiana Tom. IV. p. 150. ſeq. & Memoriarum literariarum ſcriptor, editarum Gallice A. 1716. 8. Tom. I. pag. 331. ſeq.

pervicus addit? quod ante *Meurſium* variæ Plauti editiones exhibuerant, ut Simonis Carpentarii Pariſienſis, Lugdunenſis Gryphii, Giberti Longolii Colonienſis, & Hervagii Baſileenſis, neque aliud à Camerario innui ſuſpicor. Eo puto etiam pertinere quod legas in Pithœanis, *il y a quelque choſe au Plaute de Gryphe, qui n'eſt pas aux autres*. Præter hæc duo exſtat etiam ſupplementum recentius verſuum CCLXXV. *Martino Dorpio* (*a*) auctore, cujus initium: *Non feram, carnifex*. Nec non aliud *Joachimi Camerarii* ipſius: aliud item *Georgii Reinmanni Leibſchutz*, Profeſſoris Regiomontani. Prodiit ſeparatim Plauti Aulularia cum Urcei ſupplemento Daventriæ 1512. 4. & Argentorati 1514. 4. & adjuncto altero longiore Martini Dorpii, Antuerp. 1537. 8.

4 *Captivi*, de qua Comœdia ſua Auctor ipſe, Prologo.
Non pertractate facta eſt, neque item ut cæteræ,
Neque ſpurcidici inſunt verſus immemorabiles.

Et in calce dramatis:
Spectatores, ad pudicos mores facta hac fabula eſt.
Hujuſmodi paucas Poëtæ reperiunt Comœdias.
Ubi boni meliores fiant. ---- ---- ---- ----

* *Captivos* Plauti Joach. Camerarius putabat intercidiſſe; huic autem quæ ætatem tulit Comœdiæ titulum fuiſſe *Captivi duo*. Illam elegante proſa Gallica nuper donavit præſtantiſſ. Vir Petrus Coſteus Pariſ. 1713. & Amſtelod. 1716. 8. Gallice & Latine cum notis. De ſpatio temporis, quod ad actionem hujus dramatis requiritur, num ad leges theatri ſit exactum, vide ſi placet Anonymi Criticas Obſervationes, quæ editæ ſunt in Hiſtoria Critica Reip. litterariæ celeberrimi Maſſoni Gallice edita T. XIII. p. 1. & laudati Coſtei Epiſtolam in Novellis Reip. litterar. A. 1716. pag. 464. Memoriis Trevoltinis A. 1716. Jul. p. 1388. & A. 1717. p. 317. Hiſtoria Critica Reip. litterar. Tom. XIV p. 56. Dälliſche Nachleſe der Neven Bibliothec. V. p. 404.

5 *Curculio*, quod eſt nomen paraſiti impoſitum à verme, qui frumentum exedit, unde jocus Auſonii Epiſt. XXII. *Tota illa familia hominis litterati non ad Ciceronis frumentariam* (3. in Verrem,) *ſed ad Curculionem Plauti pertinebit*,

6 *Caſina*, pro quo nomine *Caniſsam* malebat Sam. Petitus II. 19. Miſc. ſed infelici conjectura, ut docuit Sam. Bochartus parte

(a) Martinus Dorpius vir egregius & amicus Eraſmi in flore ætatis extinctus Lovanii A. 1525. De eo Valerius Andreas in Bibl. Belgica & in Athenis Belgicis Franciſcus Swveertius. Rich. Simon Tom. 1. Bibl. ſelectæ pag. 88. Jo. Clericus Bibl. ſelectæ Tom. V. p. 210. ſeq. &c.

I. Hierozoici II. 55. Vide etiam ſi placet Gvil. Canterum VII. 22. Nov. lect. Johannes Meurſius in mantiſſa ad librum de luxu Romanorum cap. 17. Caſinam dictam conjicit à *caſu* ſive ſorte; translata enim eſt de Græco Diphili dramate, quod inſcribebatur κληρούμενοι ſive ſortientes. Feſto in *remiligines* hæc Plauti fabula laudari videtur ſub titulo *Patinæ* ſive *Patinariæ*. Confer Caſinam IV. 3. 7.* De *Caſina* Plauti, ejuſque latranti nomine adeundus etiam Deſiderius Heraldus animadverſionibus in Salmaſii obſervationes ad Jus Atticum & Romanum lib. 2. cap. 27. p. 189 ſeq. qui tamen non perſuadet, cum apud Plautum *latratæ* pro *latranti nomine* ſcribendum conjicit, quod Caſinam omnes latrarent ſcilicet, hoc eſt poſcerent & ſuper qua ſortitiones fierent.

7 *Ciſtellaria*.

8 *Epidicus*, auctori ſuo præ cæteris probata. Vide Bacchides II. 2. 36. Hanc ſeparatim illuſtravit Andreas Wilckius. Erfurt. 1604. 8.

9 *Chryſalus* ſive *Bacchides*. Prologus ac ſcenæ primæ initium à Laſcari repertum eſt Meſſinæ in *Sicilia*; ab aliquibus tribuitur Franciſcò Petrarchæ. Exſtat in editione Plauti Longoliana Colonienſi, atque inde in aliis.

10 *Phaſma* ſive *Moſtellaria*, ſic dicta à *Moſtella* ſive monſtro ædes infeſtante.

11 *Menæchmus*, cujus Dramatis uti Pœnoli quoque Italicam translationem vidi editam Venetiis 1526. 8.* In *Menæchmos* lepida exſtat Angeli Politiani præſatio inter ejus Poemata in Operibus Politiani & Tom. 2. Delic. poëtar. Italorum p. 363. Menæchmi Plauti & Miles glorioſus Hiſpanice verſi prodiere A. 1555. forma minore. Militem Italica proſa reddidit Cælius Calcagninus.

12 *Pyrgopolinices* ſive *Miles glorioſus*.

13 *Mercator*, translata ex ἐμπόρου Philemonis Comici Græci. In hâc quoque poſt Actus IV. ſcenam quintam bene multi verſus adſuti ſunt à recentiore manu, necnon & verſus undecim præmiſſi ſcenæ III. Actus V.

14 *Pſeudolus*. Cicero Catone Majore c. 14. *Quam gaudebat bello ſuo Punico Nævius, quam Truculento Plautus, quam Pſeudolo!*

15 *Pœnolus*, qui & *Patruus*, & *Phagon*. Punica in hoc dramate occurrentia, quæ parum à puritate Hebraiſmi abeſſe affirmat Joſephus Scaliger Epiſt. CCCLXII. & Hebraicis litteris in ſua Plauti editione deſcripſit Pareus, illuſtrarunt Joſephus Scaliger ad fragmenta Græcorum p 32. Salmaſius Epiſt. XVIII. Thom. Reineſius de lingua Punica c. XII. Sed maxime Sam. Petitus lib. III. Miſc.

Digitized by Google

c.1.2. 3. eoque felicius Bochartus II. 6. Chanaan, & Jo. Clericus Vir Cl. Tomo IX. Bibl. Univerſalis p.256. qui rhytmos eſſe docet, quod ſubodoratus quoque fuerat Jo. Seldenus prolegom. de Diis Syris cap. 2. Vide præterea ſi lubet Hugonem Grotium Epiſtola CVI. ad Gallos (collectionis majoris CCLVIII.) Brianum Waltonum apparatu ad Biblia Polyglotta prolegom. II. num. 6. ſeq. Stephanum le Moyne ad Varia Sacra p. 112. Jo. Chriſtoph. Wagenſeilium in telis igneis Satanæ retuſis p. 411. Jo. Braunium Virum Cl. in ſelectis ſacris p. 484. & Rev. Valentinum Erneſtum Lœſcherum de cauſſis linguæ Hebrææ p. 31. Poſt actus poſtremi ſcenam ſextam Jo. Sambucus è MSto Codice aliam ſubjunxit, quam in manu exaratis libris reperit etiam Juſtus Lipſius V. 19. Antiq. Lect. * De Punicis in Plauti *Pœnolo* videndus etiam Iſ. Caſaubonus in Caſaubonianis, editis nuper ab Rev. noſtro Jo. Chriſtophoro Wolfio, pag. 121. Athanaſius Kircherus in prodromo Copto pag. 179. Bernardus Aldrete in Antiquitatibus Africæ & Hiſpaniæ, Hiſpanica lingua vulgatis p.207. Antonius Bynæus de Natali Chriſti pag.102. & Olaus Rudbeckius T. 3. Atlanticæ pag. 731. ſeq. Ad dialectum Aramæam refert Georgius Henricus Saphunius in commentatione erudita ad Plauti Punica, quam edidit Lipſiæ 1713. 8. Vide Acta Eruditorum T.V. ſupplementi pag.421. Specimen divinationum ſuarum in Pœnolum Plauti memorat Thomas Erpenius Epiſtola ad Caſaubonum, quæ inter Caſauboni Epiſtolas pag. 661. legitur edit. novæ in fol. Linguam Punicam in hodierna Melitenſi ſupereſſe, ſpecimine linguæ Punicæ, Marpurgi A 1718. 8. edito demonſtratum ivit exquiſitæ eruditionis & præclari ingenii vir Jo. Henricus Majus, filius, humaniorum litterarum in Giſſenſi Academia digniſſimus Profeſſor.

16 *Perſa*.

17 *Rudens*, quo titulo perinde ut Trinummo & Truculento non expleri indicationem argumenti diſputat Julius Cæſar Scaliger p.766. Poëtices. * *Rudentem*, Anna Daceria, quæ eleganti illam fabulam veſte Gallica induit, inſcribit *Felix Naufragium*. Eam è Diphilo Plautus tranſtulit, fortaſſe ex ejus ἀναναζομένοις

18 *Stichus*. In hâc fabula leguntur loca bina, quæ è *Nervolaria* Plauti producit Feſtus in *Naſiterna* & *Oſculana*: forte quod Plautus ſimiles verſus in diverſis quandoque adhibuit Comœdiis. Sane quæ è Nervolaria tum apud Feſtum, cum apud alios plura leguntur, in Sticho fruſtra quæras.

19 *Trinumus*, quam ſeparatim illuſtravit in Plauto Philologo Critico *Henningus Succovius*. Iulio Cæſare Scaligero judice rectius feciſſet Plautus, ſi *Theſaurum* inſcripſiſſet. * *Trinumum* ex Philemonis Comici Græci Θησαυρῷ expreſſum conſtat. *Henningi Succo-*

vii commentarius in Trinumum vidit lucem Francof. 1643. 8.

20 *Truculentus*, cæteris depravatior hodie exſtat, etſi ut ſupra in Pſeudolo dixi, Plauto ipſi hoc drama ſuum mirè placuit.

III. Ætatem igitur tulerunt (præter unam *Vidulariam*) Comędiæ Plauti Varronianæ omnes, ſive XXI. illæ, quas *Varro in libris de Comœdiis Plautinianis* conſenſu omnium pro genuinis habuit teſte Gellio III. 3. Vidularia quoque extitit olim in antiquiſſimis membranis Palatinis, in quibus ejus titulum poſt Truculentum obſervarunt Viri docti, ſed fabula ipſa deſiderabatur, quam plus ſimplici vice in teſtimonium citent Nonius, Priſcianus, & alii.

IV. Poſt mortem Plauti, ejus Comędiæ, quæ incertæ ferebantur, Plautinæ tamen eſſe de jocorum copia cognitæ ſunt, ut narrat Macrobius lib. 2. Saturnal. c. 1. Aliarum Plautum paſſim tributarum auctores fuere *M. Aquilius* quidam, vel *M. Accius* ſive *Acutius*, vel *Plotius*, vel denique *Turpilius*.

V. Nomina deperditarum Comędiarum ſub Plauti nomine hæc apud veteres Grammaticos obſervata ſunt Viris doctis, Georgio Fabricio præcipue, Taubmanno, ac Pareo, qui fragmenta Plauti collegerunt. 1. *Acariſtio*, pro quo alii apud Nonium legunt ἄχαρι *ſtudium*. 2. *Abroicus*, al. Ambroicus vel Agroicus, ἄγροικος. 3. *Addictus*. 4. *Anus*. 5. *Artemon*. 6. *Aſtraba* ſive *Clitellaria*. 7. *Bacchbaria*. 8. *Bis compreſſa*. 9. *Bęotia*. 10. *Caciſtus*. 11. *Calceolus*. 12. *Carbonaria*. *Clitellaria* (ſupra *Aſtraba*.) 13. *Cęcus* ſive *Prædones*. 14. *Colax*. 15. *Commorientes* è Diphili fabula, cui titulus συναποθνήσκοντες expreſſa teſte in Adelphis Terentio. Tamen hanc quoque Varro videtur Plauto abjudicaſſe. 16. *Condalium* è Menandri δακτυλίῳ. 17. *Cornicularia*. 18. *Dyſcolus*. 19. *Fęneratrix*. 20. *Fretum*. 21. *Frivolaria*. 22. *Fugitivi*. 23. *Gaſtron*, aliis *Reſtio* vel *Geſtio*, vel *Quæſtio* denique. 24. *Hortulus*. 25. *Leones* (al. *lenones*) *gemini*. 26. *Lipargus*, ſive Paraſitus piger. 27. *Medicus paraſitus*. 28. *Męchus*. 29. *Nervolaria*. *Prædones*, (ſupra *Cęcus*.) 30. *Plocinus*, al. Plociona, πλοκιώνης, ſtuparum inſtitor. 31. *Satyrio*. 32. *Scytba litburgus*, ex Antiphontis Σκύθη. 33. *Syrus*. 34. *Trigemini*. 35. *Vidularia*. * Poſſent & catalogo deperditarum inſeri *Paraſitus* (ſupra, *Medicus*:) *Patina* ſive *Patinaria*, (niſi eadem hæc fuerit cum Caſina:) Phaſma (niſi eadem cum Moſtellaria) & *Siſennaria* (niſi falſa lectio Camerarium deceperit.)

VI. Plau-

(a) Gellius III. 3. e Varrone refert *Plautium fuiſſe quempiam Poëtam Comœdiarum, cujus quoniam fabulæ Plauti inſcriptæ forent, acceptas eſſe quaſi Plautinas, cum eſſent non à Plauto Plautinæ, ſed à Plautio Plautianæ.*

VI. Plautum olim illuſtraverunt Grammatici veteres *Aruntius Celſus*, *Flavius Caper* & *L. Siſenna*. Indices ſuper fabulis Plautinis ſcriptos à *Vulcatio Sedigito*, *L. Ælio*, *Claudio* quodam, itemque *Accio* & *Aurelio*, *Manilioque* memorat Gellius: *Varronis* librum ſecundum Plautinarum quæſtionum Diomedes. Sed horum omnium labores pridem intercidere. * Veteribns Grammaticis, quorum monumenta Plauto illuſtrando deſtinata non tulerunt ætatem, addendus etiam *Q. Terentius Scaurus*.

VII. *Acroſticha* ſive verſus nomina ſingulorum dramatum primis litteris indicantes, eorumque argumentum complexi, qui in codicibus & editionibus Plauti ante ſingulas fabulas leguntur, *Priſciano* nonnulli tribuunt; alii è ſtylo colligunt illa vel ipſius eſſe Plauti, vel alterius prope æqualis, ut viſum Bocharto T. 1. Hierozoici p. 664.

VIII. Plauti Comœdiæ XX. primum è MS. Florentino prodiere Venetiis Opera & impendio Joannis de Colonia Agrippinenſis, & Vindelini de Spira Anno 1472. fol. cura *Georgii Merulæ* Alexandrini Statielenſis, & Tarviſii * 1482. fol. opera & impendio Pauli de Ferraria atque Dionyſii de Bononia. Sed annotamenta ejus & Plautinæ quas promittit quæſtiones dubito an viderint lucem. Cornelius Vitellius de obſervatione dierum, menſium, annorumque ad Pyladem Buccardum Brixianum: *Habeo ſexcentos & amplius errores ipſius* (Merulæ) *ex commentariis Juvenalis & Orationis in Ligarium ac emendatione Plauti, Columellæ, Catonis Cenſorii, & Varronis collectos, quos jam edidiſſem, niſi expectarem ipſius* quæſtiones Plautinas, *quas jam decem annos in utero geſtat, & adbuc* (A. 1481.) *non modo non parit, ſed ne parturit quidem, cum ei opus ſit recantare, quæ in toto Plauto depravavit*. Confer Diarium Venetum, Giornale de' letterati d' Italia T. XVII. p. 297. ſeq.

Poſt Merulam recognitæ Plauti Comœdiæ ab ejus diſcipulo ſunt *Euſebio Scutario*, Vercellenſi, Mediolan. 1490. fol. in officina egregrii mancipis Ulderici Scinzenzeler, ipſius & magiſtri Joannis Legnani opera & impendio.

A *Jo. Petro Valla*, cum cujus commentario & *Bern. Saraceni*, ſine anni nota Plautum habeo editum Venetiis fol. ut omittam editionem hujus Comici Venetam A. 1495. 4.

A *Pylade Buccardo* Brixiano, Brixiæ 1506. fol. qui Plautum termille amplius erroribus à Saraceno & Pio corruptum queritur. Hinc ut omittam editiones Daventrienſem Anni 1482. & Brixienſem cum Commentario *Bernb. Saraceni*, quam procuravit Simon Papienſis: Venetaſque cum commentario ejuſdem Saraceni &

ni & *Jo. Petri Vallæ* additis etiam commentariis *Jo. Baptiſtæ Pii* Bononienſis 1499. 1511. fol. & Ulmenſem A. 1499. Plautus cum commentariis *Jo. Baptiſtæ Pii* prodiit Mediolan. 1500. fol. (* Sed caſtigationes & retractationes notarum ſuarum in Plautum Pius ſubiecit commentariis ſuis in Lucretium editis Bonon. 1511. fol. & Pariſ. 1514. fol.) & cum *Burchardi Pyladis* Brixiani, &c. *Thaddæi Ugoleti* commentario Parmæ 1511. fol. Præterea cum notis Saraceni, Vallæ, Pii, Pyladis, Ugoleti, & *Franciſci Marii Grapaldi*, additis iconibus quibuſdam ligno inciſis Venet. 1518. fol. * In Parmenſi vero editione an. 1511. fol. præter *Pyladis Buccardi* Brixiani ſcholia in quinque priores Comœdias, occurrunt ad undecim ſequentes & principium Rudentis, hypomnemata *Thaddæi Ugoleti*: commentarii *Franciſci Marii Grapaldi*, & in reliqua *Georgii Anſelmi* Epiphyllides. Commemorandæ porro veniunt editiones.*

Argentinenſis, curante Adolfo *Mulingo*, An. 1508. quam laudat Taubmannus.

Lipſienſis ſingularum Plauti Comœdiarum Anno 1506. 1511. 1512. &c. fol.

Pariſienſis, *Simonis Carpentarii* A. 1513. 8. * In qua primum editum eſt ſupplementum Aululariæ, quod deinde Gryphius, Meurſiuſque vulgaverunt.

Florentinæ, Philippi Juntæ, A. 1514. & 1522. 8. cura *Nicolai Angeli* Buccinenſis recenſita. Exſtat & editio Florentina, A. 1554. 8.

Aldina, Venet. 1522. 4. * quæ in titulo ipſo carmina Plauti magna ex parte in menſum ſuum reſtituta promittit, & Franciſcus Aſulanus in præfatione profitetur ſe exemplar ab Aldo & Eraſmo caſtigatum typographis exſcribendum propoſuiſſe. * *Roberti Stephani* editio Aldum ſecuti prodiit Pariſiis 1529. fol.

Lugdunenſes apud *Gryphium*, 1535. 1540. 8. 1554. 16.

Pariſienſis apud *Rob. Stephanum*, exemplaribus viginti invicem collatis, A. 1535. fol.

Colonienſis *Gyberti Longolii* Ultrajectini, 1538. 8. apud Joannem Gymnicum. Prodierant etiam Comœdiæ Plauti ſelectiores cum notis Longolii Pariſ. 1530. 4.

Joachimi Camerarii, qui membranis antiquiſſimis Palatinæ poſtea illatis, atque inde iterum ereptis, Bibliothecæ uſus, plurima reſtituit, & quinque primum Comœdias recenſuit, Anno 1545 8. deinde totum Plautum A. 1551. & 1558. 8. Baſileæ apud Hervag. cum fragmentis à *Georgio Fabricio* collectis, & præfixa ejuſdem Camerarii de Carminibus Comicis diſſertatione.

* *Joa-*

* *Joachimus Camerarius* de Plauto in primis præclare meritus, uſum ſe eſſe teſtatur membranis antiquis *Viti Verleri* Franci, quem Lipſiæ Comœdias Plautinas interpretantem audiverat. Quanquam vero privilegium Friderici I. Imperatoris, quod in quinquennium accepit Camerarius pro editione ſcriptorum ſuorum quorumcunque ad humaniores literas ſpectantium, jam datum eſt A. 1538. 26. Novembr. in quo Plautinarum etiam emendationum fit mentio, nihil tamen ex illis lucem videtur vidiſſe ante A. 1545. quo Lipſiæ in 8. ex officina Valentini Papæ Camerarius edidit à ſe recenſitas illuſtrataſque Amphitruonem, Aſinariam, Curculionem, Caſinam, atq; Ciſtellariam: niſi quod jam A. 1536. 8. Magdeburgi, edente Georgio Majore, prodiere Captivi, Aulularia, Miles, Menæchmi, Moſtellaria & Trinumus, emendati & numeris reſtituti ab eodem, ut non dubito, Camerario, licet nomen ſuum proditum vetuit. Quod itaque in Catalogo Bibl. publicæ Leidenſis noviſſimo pag. 271. mentio fit Comœdiarum Plauti viginti per Joachimum Camerarium editarum Baſileæ An. 1538. 8. putem ego errorem eſſe pro 1558.

Plautiniana cum caſtigationibus ejusdem Camerarii, *Cœlii Secundi Curionis*, *Jo. Sambuci*, *Adr. Turnebi*, *Adriani Junii*, *Caroli Langii*, & aliorum, AntWerp. 1566. 12. Genev. 1581. 1587.

Baſileenſis Hervagiana Anno 1568. 8 in qua præter caſtigationes jam memoratas Virorum doctorum & Caroli Langii lectiones in Plautum occurrit *Andreæ Alciati* Mediolanenſis de Plautinorum Carminum ratione libellus, & Lexicon Plautinum.

Baſileenſis Andreæ Cratandri, A. 1573. 8.

Lambinianæ cum commentariis inſignibus *Dionyſii Lambini*, Pariſ. 1577. 1587. fol. Col. 1578. Genev. 1595. 1605. 1622. 4.

Plautus ex recenſione Lambini Heidelberg. A. 1581. 8.

* Plautus cum variis Lect. ex Lambini & aliorum variorum obſervatione adſcriptis. Lugd. apud Sanctandreanum. 1587. 8.

Lambino notas ſuas in Plautum retractanti manus injecerunt fata, cum perveniſſet ad tertiam decimam comœdiam. Cætera peregit Collega ejus *Jacobus Helius*, Græcarum literarum Regius Profeſſor.

Plautum à ſe emendatum promiſit in publicum emittere elegantiſſimus *Muretus* p. 178. b. notis ad Terentium. *Gabriel Faërnus* quoque, qui in reſtituendo Plauto multa Camerarii laboribus accepta libenter retulit: & *Latinus Latinius*, opera etiam Longolii adjutus. Vide Latinii Epiſtolas T. 2. p. 43. Etiam *Antonius Panormitanus* ſui in Plautum Commentarii meminit in Epiſtolis ſuis pag. 19. 22. 51. 99. &c.

Jani

Jani Gruteri editio caſtigata ad Codices Palatinos A. 1592. tanto minus prætereunda, quod illa prima eſt, in qua Comœdiæ ſingulæ actibus & ſcenis, verſuumque numeris magno lectorum commodo diſtinguuntur. Grutero iniquior Jo. Philippus Pareus, de quo ſuo quondam diſcipulo Gruterus queritur Epiſt. 121. 122. poſt Gudianas: nec Pareo parcit in ſcriptis ſuis Gruterus, quam miſeram virorum doctorum certantium invicem maledictis conditionem merito dolet Michaël Piccartus litteris ad Jo. Kirchmannum, poſt Gudianas pag. 260. atque acerbe nimis, noviſque maledictis exagitat Jac. Gretſerus lib. I. rerum variarum, Ingolſtad. 1628. 8. capite IX.

Plautus cum non contemnendo indice dictionum & phraſium excuſus Cothenis 1618. 8.

Plautus ex recenſione *Jani Douſæ* filii, cum brevibus ejus animadverſionibus, Antuerp 1589. Lugd. Bat. 1595. Francof. 1610. 12.

Ex recenſione & cum præfatione *Auguſti Buchneri*, Witteb. 1640. 12. 1652. 1659. &c. Præfationem in poſterioribus Plauti editionibus omiſſam queritur Tho. Crenius. Vir Clar. parte 2. animadverſ. p. 2. De editione ipſa non præclare ſentit Jo. Frid. Gronovius præf. ad Plautum.

Jo. Paſſeratii Commentaria in Plautum laudata Adriano Bailleto nuſquam terrarum neque typis exſcripta, neque manu exarata comparuiſſe affirmat Ægidius Menagius T. 2. Anti-Bailleti p. 158. At in Philippi Labbei Bibliotheca nova MSS. p. 371. memorari video Paſſeratii Commentaria in Plauti militem, Caſinam & Moſtellariam.

E recenſione *Jo. Iſaaci Pontani* Plautus prodiit. Amſt. 1650. formæ minore.

Præſtantiſſimæ ad intelligendum huncComicum ſunt editiones Taubmannianæ, quarum prima Franc. 1605. altera 1612. cum ſecundis *Frid. Taubmanni* curis, tertia poſt illius obitum (vitâ enim exceſſit Wittebergæ A. 1613. IX. Cal. April.) accedente eximii Viri *Jani Gruteri*, ſed variis invectivis (*a*) in Jo. Philippum Pareum moleſti, induſtria A. 1621. 4. (*b*) Hæ editiones licet non uſquequaque ſunt emendatiſſimæ, primæ enim ſe ideo pudere ſcribit Taub-

(a) Hæ totis plauſtris etiam in Pareum effunduntur à Grutero in Epiſtola monitoria ſub Chriſtophori Pflugii typographiæ Schurerianæ præfecti nomine edita, tum in ἐπιτάφιοις Erfordiana & in Euſtachii SU. P. Aſini Cumani fraterculo è Plauti electis electo. Reſpondit Pareus non minus acerbe in provocatione ad ſenatum Criticum pro Plauto, & in Analectis Plautinis, quæ theſauro ſive Faci Artium Gruterianæ tomi ſeptimi inſtar maligne ſubjuncta ſunt.

(b) Hanc minus emendatam eſſe monet Thom. Crenius par. 16. animad. hiſt. philolog. pag. 221.

Taubmannus in literis ad Godofr. Jungermannum datis prid. Cal. Septembr. A. 1606. & tertiam hoc nomine reprehendit Jo. Clericus Vir Cl. T. 3. Bibl. ſeleċtæ p. 364. ſeq. tamen contextum pluribus locis exhibent meliorem, ac præter luculentos commentarios omnium quiqui ante Plauto manus admoverant induſtriam delibantes ac vincentes fragmenta ex amiſſis Plauti Comœdiis poſt G. Fabricium diligentius colleċta, tum hypobolimæa ſeorſim ad calcem conjeċta notiſque illuſtrata exhibent. Eadem fragmenta deinceps ſubjunċta ſunt Plauto cum Indice phraſium excuſo Cothenis Anno 1620. 8. tum editionibus Plauti eximiis, quas magno ſtudio adornavit *Jo. Philippus Pareus* Francof. 1610. 8. Neapoli Nemetum ſive Spiræ (*a*) 1619. 4. & Francof. 1641. 8. tum illis quas cum variorum notis vulgarunt Lugduni Batavorum M. *Zuerius Boxhornius* A. 1645. 8. à Nic Heinſio exemplar manu *Joſephi Scaligeri* notatum naċtus, & Anno 1664. 1684. 8. *Jo. Frid. Gronovius* è ſex Codd. MSS. atque ex ſagaci ingenio non paucis Plauti locis novam lucem fœneratus. * *Jo. Fridericum Gronovium* in Plauto, ſenariorum verſuum rationem non ſatis habuiſſe perſpeċtam, arguit Rich. Bentleius V. C. in emendationibus ad Menandri reliquias pag. 54. cui facile fuerit loca illa monſtrare, atque ita leċtores ſibi obſtringere.

De corpore Poëtarum Latinorum Genevæ, Lugduni, & nuper præſtantiſſimo viro Michaële Maittaire curante Londini edito, in quo & ipſe Plautus obvius, dixi infra lib. IV. cap. I.

In uſum ſereniſſimi Galliæ Delphini Plautus editus eſt à *Jacobo Operario* Conſtantienſi Presbytero, & Domus de charitate S. Mariæ Proviſore Pariſ. 1679. 4. duobus Voluminibus, cum interpretatione ſive paraphraſi & notis, omniumque (*b*) Indice Vocabulorum, quod ne ſæpius monere neceſſe ſit, ſemel annotaſſe ſufficiat ita adornatas eſſe omnes auċtorum editiones, quas moderantibus Carolo Sanċtamauræo Montauſerii Duce, Jacobo Benigno Boſſueto (*c*) Epiſcopo Condomenſi atque inde Meldenſi, & Petro Daniele Huetio Epiſcopo hodie Abrincenſi doċtrinæ & ingenii laude

(a) * Hæc editio a *Jo. Gravio* collata cum Miſſ. & paſſim caſtigata fuit in Bibl. Jo. Mori Elienſis in Anglia Epiſcopi.

(b) Multi reprehenderunt, quod in Indicibus hiſce laborioſis ſane ac perutilibus nulla tamen phraſium ratio habita eſt, neque acceptionis variæ vocabulorum, ut laudatiſſimo ſtudio factum eſt in Indicibus *Matthiæ* Berneggeri, Jo. Freisheimi &c. ſed hæc ſimplicia & nuda modo exhibentur, atque parum utilis ſive ſuperſtitioſa potius diligentia jactatur in ejuſmodi qualia nemo ſanus requiſierit, uti ſunt *&, eſt, qui* &c. Præterea quod librariorum vitio numeri interdum perperam poſiti, vocabulaque omiſſa, ut in Plauto ipſo annotavit Tho. Crenius T. V. animadverſ. p. 197.

(c) Diem obiit ſupremum An. 1704. 12. Aprilis, ætat. 78. Vide Ephemerides Pariſienſes ejus anni p. 905. ſeq. edit. Amſtelod.

laude illuſtriſſimo, in Delphini uſum Galli vulgarunt. * *Jacobus Operarius* (*a*) qui Plautum in uſum Delphini vulgavit, teſtatur ſe uſum fuiſſe ineditis notis *Jacobi Corbinelli* Florentini, ad oras editionis Plauti à Sambuco factæ, manu auctoris adſcriptis. *Levini Torrentii* notas & caſtigationes ex Codice illius, qui erat in Bibl. Gudiana, ſervo adſcriptas huic in uſum Delphini publicatæ editioni manu præclari viri & amici Jo. Chriſtiani Wolfii.

Prodiit etiam Plautus cum variis lectionibus in Corpore Poëtarum latinorum Genev. 1603. 1611. 4. & ex *Franciſci Guieti* Critici ſeveriſſimi recognitione, addita Gallica translatione proſaria *Michaelis Marolſii* Pariſ. 1658. 8. Ab eo tempore *Anna T. Fabri* filia quasdam Plauti Comœdias, Amphitruonem puta, Rudentem, atque Epidicum nova veſte eleganti Gallica induit, notiſque & dramatum ad leges theatri examine illuſtravit, Pariſ. 1683. & Amſt. 1691. 12. tribus Voluminibus. Hæc Plautum Terentio ita notat præſtare ingenio & inventione atque apparatu, ut Terentius vincit arte & dictionis elegantia.

* Ad *Janum Hautenum* de verſione ipſius *Belgica* aliquot Plauti Comœdiarum, hendecaſyllabos Juſti Lipſii habes in ejus poëmatis num. 17.

Noviſſime binas metaphraſes amœnas Plauti nacti ſumus ſermone Gallico proſario, alteram *H. P. Limierii*, pluribus aliis ſcriptis & Ludovici XIV. Galliarum Regis hiſtoria clariſſimi, qui Captivos ex Coſtei, Amphitruonem, Epidicum & Rudentem ex Daceriæ interpretatione ſervavit, notaſque adjunxit: Stichum vero & Trinummum totidem verſibus Gallicis reddidit. Hæc verſio Latinis Plauti ex adverſo poſitis lucem vidit Amſtelodami 1718. 12. decem Voluminibus. Alteram debemus ex Benedictino celeberrimo *Gueudevillio*, cujus verſionem Moriæ Eraſmi & diſſertationes Atlanti Hiſtorico inſertas aliaque ingenii monumenta habemus. Hujus Plautus circa idem tempus ſumptu Petri Vander Aa prodiit Leovardiæ octo Voluminibus, in quo & dramata, quæ Coſteus & Daceria verterant, ex nova Gueudevillii interpretatione comparent, & notæ ſingulis Comœdiis ab interprete ſunt adjunctæ. Qui utramque translationem inter ſe & cum Latino Plauto conferent, (*b*) fatebuntur illam Limierii adſtrictiore ac modeſtiore toga: hanc Gueudevillii fluxa magis

(a) Giornale de' letterati di Roma, A. 1679. pag. 39.

(b) Journal Hiſtorique Amſt. 1719. Jan. pag. 19. *il ſemble que Mr. Limiers s'attache d'avantage à ſon original, & qu'il en fait mieux ſentir le veritable caractere: & que le Sr. Gueudeville eſt plus badin, plus vif, plus bouffon*. Confer Acta Erud. A. 1719. pag. 335. Journal literaire Tom. IX. pag. 485. Hiſtoire Critique de la Rep. des lettres Tom. XV. p. 396. Bibliotheque ancienne et moderne de Mr. le Clerc T. XI. p. 220. etc.

gis magiſque Comica veſte incedere. In utraque nonnulla notant Acta Eruditor. A. 1719. pag. 329.

IX. Præterea Plauti Comœdiis lucem attulere *Juſtus Lipſius* (*a*) in antiquarum Lectionum libris quinque, uſus quatuor Codd. MSS. *Hermannus Buſchius* in decimationibus Plautinis: *Janus Mellerius Palmerius* in ſpicilegiis, Tom. V. facis Artium Gruterianæ. *Janus Guilielmus* in quæſtionibus Plautinis Pariſ. 1583. 8. & jam dictæ facis Artium Tomo III. *Janus Douſa*, Pater, in Centurionatu ſive Plautinarum explanationum libris IV. Lugd. Bat. 1587. 12. Francoſ. 1600. 12. *Janus Gruterus* in IX. libris ſuſpicionum, Vviteberg. 1591. 8. *Caſpar Scioppius* in ſuſpectarum lectionum libris V. quibus amplius ducentis locis Plautus caſtigatur & illuſtratur, Norimb. 1597. 8. *Jo. Meurſius* in Curis Plautinis, ſive parte priore Exercitationum Criticarum, Lugd. Bat. 1598. 8. *Valens Acidalius* in libris viginti divinationum & interpretationum Plautinarum, Francoſ. 1607. 8. & Tomo VI. facis Artium Gruterianæ. *Franciſcus Diſſaldeus* in animadverſionibus ad Plautum, Salmur. 1611. 8. *Jo. Philippi Parei* Lexicon Plautinum editum Hanoviæ 1634. 8. Ejuſdem Calligraphia Plautina, Commentarius de metris Plautinis, de imitatione Plauti Terentiana, de vita & ſcriptis Plauti diſſertatio. Electa denique & Analecta Plautina, ut animadverſiones, quas Clariſſimus vir Petrus Francius ineditas habuit, omittam. * Jo. Philippi Parei electa Plautina perſtringuntur in libro, qui inſcribitur *Aſini Cumani fraterculus ex Plauti electis electus* per Euſtathium Svvartium. 1619. 8. Reineri Neubuſii electa Plautina ac Terentiana prodierunt Amſtelod. 1646. 12.

Analectis in Tomo VII. facis Artium ſubjiciuntur *Jo. Brantii* breves notæ in Plautum, *Georgii Reiteri* cenſura in aliquot loca Plauti, & variæ lectiones è tribus Caroli Langii Codicibus MSS. Videndus quoque in varia Plauti loca *Octavius Ferrarius* vir doctiſſimus lib. II. electorum cap. 27. ſeq. *Simonis Ulrici Piſtoris* animadverſiones in Plautum affectæ, lucem opinor haud viderunt, laudatæ & inſpectæ Taubmanno. * Loca in quibus Ciceronem cum Terentio, Terentium cum Plauto comparat *Gaudentius*

(a) Is Lipſius cum Eloquentiam publice doceret in Academia Jenenſi, his verbis ſolebat ſtudioſæ juventuti lectionem Plauti commendare, ut video à quodam ejus auditore annotatum: *Diligenter legite Plautum, plus eſt doctrinæ in Plauto, quàm in Terentio; nihil poteſt utilius legi poſt Ciceronem: hic eſt, qui proprietatem, qui puritatem ſuppeditat, qui urbanitatem, jocos, ſales & eam Atticorum Venerem quam fruſtra in reliquo Latio quæras.* Norunt tamen ſtudioſi fugiendos eſſe in illo Comico non minus putidos quoſdam et obſcœnos ſales, quam obſoleta verba, quæ longe plura è deperditis quoque Plautinis Comœdiis annotarunt Fulgentius Planciades, Nonius, Feſtus.

Digitized by Google

dentius Merula in dialogo, petiit magnam partem è Camerarii commenrario ad lib. I. Tuſculanarum diſpp. Ciceronis, ut notavit Antonius Majoragius in Apologia contra Merulam p. 28. Loca Plauti quæ *imitatus* videtur *Terentius*, ſingulis paginis ſingulari ſtudio annotata ſunt in editione nitida Terentii, quam adornavit *Martinus Hugenius* Amſt. 1710. 8.

Henrici Stephani diſſertatio de Plauti latinitate ejuſdem libello de latinitate falſo ſuſpecta ſubjicitur Pariſ. 1578. 8. *Franciſcus Floridus Sabinus* in diſſertatione adverſus calumniatores Plauti vulgatâ, Baſil. 1540. atque in editione Plauti Pareana, & *Benedictus Florettus* in Apologia pro Plauto, quam ex ejus progymnaſmatis poeticis (*a*) petitam ex Hetruſco Idiomate vertit latine Janus Panelius Middelburgenſis, Philippus vero Pareus edidit, eam ſubiunxit commentario ſuo de particulis latinæ linguæ Francof. A. 1647. 12. Plautum extollunt contra judicium (*b*) Valcatii Sedigiti, Horatiique, probatum Danieli Heinſio in diſſ. quæ Terentii quibusdam editionibus præmitti ſolet. Tuetur etiam Plautum H. Stephanus adverſus Naugerium in diſſ. de Criticis p. 16. ſeq. & 27.. 34.

Georgii Caſſandri ſententiæ ſelectiores ex Plautinis Comœdiis, una cum ſcholiis in loca obſcuriora prodiere Gandavi 1536. 8. ut omittam *Georgii Fabricii* è Plauto & Terentio collectas ſententias, *Reineri Neubuſii* electa Plautina ac Terentiana, *Chriſtophori Uladeracci* flores Plauti, *Bernhardi Heupoldi* Plautum redivivum, ſive ſententias è Plauto excerptas, &c

Non inutilis labor eloquentiæ ſtudioſis offertur in *Auguſtini Gambarelli* libello quem inſcripſit: Oppoſita ſive Antitheta è Plauto, Terentio & Cicerone, Mediol. 1606.

Denique *Caſpar Sagittarius*, Anno 1671. 8. Altenburgi edidit diatribam de vita ac ſcriptis Plauti, Terentii, ac Ciceronis, in qua memorat nonnulla à me ante omiſſa, ut Lælii Patavini notas in Aulularia, Epidicum, Bacchides, Moſtellariam & Pſeudolum: Lodevei Odeberti Eduenſis in Amphitruonem, Haſenmulleri in Aulularia &c.

*. Plauti editionem adornare voluit *Ioſephus Scaliger*, ut notatum Clariſſ. Almeloveenio in Bibliotheca promiſſa & latente pag. 51. Notas quaſ'am Scaligeri MStas, quemadmodum & emendationes *Salmaſii* ſervat Bibliotheca Publica Leidenſis, in qua præter

(a) Hæc progymnaſmata Italice edita Florentiæ 1639. 4. quinque voluminibus, acceſſiones & 1661. 4.

(b) Sedigitus apud Gellium XV. 24. Horatius in Arte Poët. v. 270. ſeq. Confer ſi placet G. Jo. Voſſium II. 23. Inſtitut. Poet. & Franciſcum Vavaſsorem de ludrica dictione p. 160. ſeq.

præter Aululariam in membraneo Codice cum Variis Lect. ex Codice Pithœi, obvii etiam tres Codices membranacei Comœdiarum octo, & alius in charta. *Antonius* etiam *Clementius*, Plautum recenſere inſtituit, ut diſces ex Epiſtola IX. Merici Caſauboni A. 1657. ad eum ſcripta. D. *Caſparis Eraſmi Brochmandi* prælectiones ineditæ in quasdam Plauti Comœdias, Hafniæ adhuc aſſervantur.

Baſileæ ex officina Hervagiana per Euſebium Epiſcopium 1568. 8. prodiit Volumen hoc titulo: Eruditorum aliquot virorum de Comœdia & Comicis verſibus commentationes, itemque in Plautum annotationes & alia quibus totus fere Plautus explicatur. In hoc continentur *Lilii Gyraldi* ex dialogis de poetis excerpta diatriba de Comœdiæ ejuſq; apparatu, p. 1. & *Julii Caeſ. Scaligeri* de Comœdiæ origine, & de comicis verſibus, ex ejus opere de Poëtica: p. 32. *Andreæ Alciati* de Plautinorum carminum ratione p. 71. & Lexicon breve vocum Plautinarum pag. 79. *Ioach. Camerarii* de Comicis verſibus pag. 126. & in Plauti Comœdias annotationes ab ipſo auctore correctæ & auctæ pag. 153. *Caroli Langii* Variæ Lectiones ex tribus Codicibus Plauti MSS. pag. 301. *Adr. Turnebi* in Plautum obſervationes ex libris Adverſariorum. p. 333. *Hadr. Iunii* pag. 336. *Cælii Secundi Curionis* Plautinæ Lectiones pag. 340--343. & 355. 364 Loci ex XLI. amiſſis Comędiis citati pag. 344. Loci ex Comędiis quæ exſtant citati, qui in noſtris Codicibus non reperiuntur. p. 352. 355.

Ex Bibliotheca V. C. Marquardi Gudii accepi editionem Plauti Douſianam, & alteram Seb. Gryphii A. 1549. 12 utramque innumeris locis Joſiæ Merceri & alterius viri docti manu caſtigatam è MSS. Codd. & variis obſervationibus. Plauti Codex inſignis membranaceus, qui olim fuit Hieronymi Suritæ, Cæſarauguſtani, poſtea pervenit ad Illuſtrem Frid. Adolphum Hanſem ab Ehrencron. Vide Catalogum ejus Bibliothecæ p. 420.

Subactius judicium jam requirit lectio Plautina, ut mirer in tractatione ſcriptorum Latinorum adoleſcentibus commendanda Plautum Terentio prælatum eſſe à Scioppio in Epiſtola de compendioſa Linguæ Latinæ exactius cognoſcendæ ratione, quæ ejus lucubrationis de arte Critica præmittitur. Confer Morhofium III. 4. polyhiſt. pag. 623. ſeq. Cæteroqui norunt omnes, proprietatis & leporis linguæ Latinæ Magiſtrum Plautum eſſe utique egregium.

Plenus ingenioſis dictis ac facetiis eſt hic Comicus jociſque, non de illis pertractatis jam loquor, ſed de amœnis & honeſto homine haud indignis. Itaque illuſtriſſimus Cardinalis *Henr.*

Noriſius Johannem Harduinum & Franciſcum Macedo cum ab illis impetitus fuiſſet, inſultus utriuſque Plautinis ferme ſententiis vel repreſſit vel eluſit. Vide Noriſii parænesin ad Harduinum,& Annibalis Corradini Veronenſis (quo ſub nomine idem Noriſius latet) Thraſonem ſeu militem Macedonicum Plautino ſale perfrictum. Amſt. 1709. 8.

Non contemnendam quoque pulchrarum ſententiarum, & prudentium monitorum Plautus ſuppeditat copiam, ex quibus unicum hoc loco adſcribam ex Perſa Act. IV. Scen. 4.

Satin' Athenæ tibi viſæ fortunatæ atque opiparæ?
Si incolæ bene ſunt morati, pulchre munitas arbitror,
Perfidia & peculatus ex urbe & avaritia ſi exulant,
Quarta invidia, quinta ambitio, ſexta obtrectatio,
Septimum perjurium, octava indiligentia,
Nona, injuria: decimum quod peſſimum aggreſſu ſcelus.
Hæc niſi inde aberunt, centuplex murus rebus ſervandis parum eſt.

Hermann Buſchii decimationes Plautinæ Pariſ. 1521. 4. editæ ſententias è Plauto excerptas cum ſcholiis in tironum uſus continent. Et Robertus Stephanus A. 1536. 8. edidit feſtivum delectum ſententiarum & proverbiorum ex Plauto, Terentio, Virgilio, Ovidio, Horatio, Juvenale, Perſio, Lucano, Seneca, Lucretio, Martiale, Silio Italico, Statio, Valerio Flacco, Catullo, Propertio, Tibullo & Claudiano, cum indice ſententiarum & Proverbiorum. Spectat huc etiam ſapientia ſcenæ Romanæ, cum notis nuper edita à V. C. Chriſtoph. Auguſto Heumanno, Iſenaci 1716. 12. Vide Acta Erud. illius anni p. 325. Georgii Fabricii ſententiarum è Plauto & Terentio decerptarum libri duo prodiere Lipſiæ 1558. 8.

X. Joannes Philippus Pareus editioni ſuæ Plauti præclaræ, quam Neapoli Nemetum prodiiſſe dixi An. 1619. 4. ſubjecit antiquam Comœdiam (*a*) quæ inſcribitur *Querolus ſive Aulularia* diverſa ab Aulularia, quam inter Plautinas jam poſui. Hæc primum in lucem prolata eſt à *Petro Daniele* Pariſ. 1564. 8. apud Rob. Stephanum: hinc prodiit cum notis ejuſdem Danielis, *Conradi Reitterſhuſii* & *Iani Gruteri*, adjecta ejusdem argumenti Aulularia, quam elegis pridem deſcripſit Gallus quidam Bleſenſis, *Vitalis* nomine, ſub initia ſæculi XIV. à CHRISTO nato clarus.

(a) Scripta eſt ſermone Poëtico, non tamen accurata certaque pedum ratione obſervata, unde *clodo pede incedere* ſe affirmat in prologo, ad quem vide ſis notas Petri Danielis. Recte igitur *drama proſaicum* vocat G. Jo. Voſſius cap. 2. de natura Poëtices, & *fabulam proſam* Tho. Reineſius p. 175. Epiſt. ad Boſium.

Digitized by Google

clarus. Heidelbergæ apud Commelin. 1595. 8. Etſi vero Querolus illa in MSto antiquiſſimo Palatino ad Plautum refertur, ſub Plauti quoque nomine allegatur à Servio in III. Æneid. p. 279. edit. P. Danielis, Jo. Sarisberienſi II. 2. Policratici, & Luitprando de rebus per Europam geſtis I. 3. unde Plauto alicui juniori tribuitur à Caſp. Barthio XLIV. 13. 14. Adverſariorum: M. Accii Plauti certè minime eſt, quoniam auctor ipſe in prologo hanc fabulam *inveſtigatam Plauti per veſtigia* profitetur, & pag. 34. locum profert è Ciceronis Oratione pro Sex. Roſcio Amerino. Quemcunque vero parentem agnoſcit, exploratum videtur vel è Servii teſtimonio, Imp. Theodoſii ſaltem junioris tempora ſive antecedere, ſive æquare, quamobrem *Rutilium*, cui hoc drama Auctor inſcripſit, viri docti (*a*) haud putant diverſum eſſe à Claudio Rutilio, ſcriptore Itinerarii, de quo infra ſuo loco. Non mei fugit quidem a Pareo & aliis auctorem hujus Queroli exiſtimari *Gildam Badonicum*, qui poſt medium ſæculi à CHRISTO nato ſexti floruit. Ita ſane vir inſignis Jo. Fridericus Gronovius IV. 18. de ſeſtertiis, ſcriptorem. hujus dramatis appellans *Gildam, Anacharſin Britanniæ*. Sed vereor ne anſam huic ſententiæ parum veriſimili dederit toto cęlo diverſa ab hoc dramate Epiſtola Gildæ Sapientis de excidio Britanniæ & Caſtigatio Ordinis Eccleſiaſtici, quæ *liber Querolus* inſcribitur in Codd. MSS. * *Queroli* auctorem non eſſe *Gildam*, ipſe deinde Pareus à Reineſio monitus agnovit. Vide Reineſii Epiſt. XXXIX. ad Boſium pag. 175. Gildæ liber de excidio Britanniæ occurrit etiam in Tomo VIII. Bibliothecæ Patrum edit. Lugdunenſ. pag. 707. De illo libro adi ſi placet Jac. Uſſerii Antiquitates Eccleſiarum Britannicarum cap. XIV. & de Gilda Taubmannum ad Plautum p. 1498. Cavei Hiſt. literar. Script. Eccleſ. ad A. 581. & Acta Sanctor. T. 2. Januar. p. 952. ſeq.

XI. Joſias Simlerus in Bibl. affirmat Achillem Statium habuiſſe Comędiam Plauti ineditam *Philodoxium*. Sed non magis Plauti eſt hoc drama quam alterius Comici veteris *Lepidi*, ſub cujus nomine illud Lucæ Anno 1588. edidit Aldus Manutius Pauli F. Vide, ſi placet, quæ dixi inferius ubi recenſeo fragmenta veterum Comicorum latinorum.

(a) Vide Voſſium de Poetis latinis p. 59. & Paulum Colomeſium ad dialogos Gyraldi de Poetis p. 431.

CAPUT II.

DE M. PORCIO CATONE.

M. Catonis majoris ætas 1. *Liber de agricultura*. 2. *Inſcriptiones capitum. Editiones*. 3. *Oratio pro Lege Oppia, apud Livium*. 4. *Suppoſititia Catonis ab Annio edita*. 5. *Diſticha moralia alterius ſcriptoris. Valerii Catonis diræ*. ibid. *Catonis majoris dictio*. 6. *Scripta deperdita*. 7. *De M. Catone filio Prætore*. 8. *De Catone nepote*. 9. *De Pronepote, Catone minore, Uticenſi*. 10. * *Index Scriptorum in Auctoribus de re Ruſtica laudatorum*. 11.

I. M. PORCIUS CATO antea *Priſcus* appellatus, etiam *Major* vulgo audit ob pronepotem Catonem minorem Uticenſem. Ortus municipio Tuſculo, non minus (*a*) egregii Imperatoris Conſulisque ac Cenſoris (unde *Cenſorius* quoque paſſim dicitur) quam JCti, Oratoris, conditoris Hiſtoriarum ac Philoſophi nomen promeruit. Cum bello Punico ſecundo ab anno uſque ſeptimo decimo ætatis non infeliciter pugnaſſet, deque Hiſpania triumphum, & multa in Rep. præclare egiſſet, haud dubitavit magno jam natu (*b*) Græcas litteras in Sardinia ab Ennio addiſcere, nec pauca latine ſcripſit, obiitque tertio bello Punico quod ipſe perſuaſerat ineunte, Anno U. C. DCIV. L. Cenſorino & Manilio Coſſ. ante CHRISTUM natum CXLIX. ætatis LXXXV. ſi Ciceronis quidem (*c*) & Plinii calculum ſequimur, nam Livius XXXIX. 40. eum teſtatur anno LXXXVI. adhuc cauſſas egiſſe, & anno XC. Servium Galbam ad populi judicium adduxiſſe, quod narrat etiam Plutarchus in vita p. 344. ſeq. Confer., ſi juvat, Valerium Max. VIII. 7. 1.

II. Jam

(a) Livius XXXIX. 4. Plin. VII. 27. & XXIX. 1. Hiſt. Cicero Bruto cap. 15. &c. Nepos & Plutarchus Catone Majore pag. 336. ſeq. E recentioribus Jo. Glandorpius in Onomaſtico Romano p. 714. ſeq. ubi de gente Porcia è Gellii XIII. 19. & aliis ſcriptoribus: Andreas Schottus ad Victorem de viris illuſtribus c. 47. Caſpar. Sagittarius de vita & ſcriptis Catonis, Ennii, Pacuvii &c. Altenburg. 1672. 8. (quo in libro pag. 75. tabellam Genealogicam Catonum exhibet.) Martinus Hanckius (in Sagittarii libro p. 106. per typographi errorem Hanſerus) Vir. Cl. libro utroque de Romanarum rerum ſcriptoribus, ac Petrus Belius dictionario Hiſtorico Critico edit. ſecundæ in *Porcius*. Imaginem Catonis Cenſorii poſt Bellorium & alios exhibet Jacobi Gronovii Viri Cl. Theſaurus Antiquitatum Græc. Tomo III. Diverſus à Catonibus quos Glandorpius & Sagittarius recenſent, fuit Cato Sinopenſis, cujus de Hieronymi Syracuſani Tyrannide librum allegat Athenæus libro VI.

(b) Aurelius Victor c. 47. Cicero Catone Majore c. 1. & 2. & in Lucullo c. 2. Quintilian. XII. 11.

(c) Cicero Bruto c. 20. Plinius XXIX. 1

II. Jam tum Ciceronis (a) ætate nullum fere exſtabat ſcriptum latinum, quod eſſet dignum lectione, ſcriptis Catonis antiquius. Cum vero plurima, ut dixi, ſcripſerit, unicus hodie illius ſupereſt *de agricultura*, ſive *de rebus ruſticis* ad filium *liber*, cujus meminit præter Varronem ac Columellam, Gelliumque Plutarchus pag. 351. συνέταξε τάγε βιβλίον γεωργικὸν, ἐν ᾧ καὶ περὶ πλακούντων σκευασίας (cap. 76.) καὶ τηρήσεως ὀπώρας (cap. 25. & 101.) γέγραφεν, ἐν παντὶ φιλοτιμούμενος περιττὸς εἶναι καὶ ἴδιος. Plinius XIV. 4. *Catonum ille primus triumpho & cenſura ſupra cetera inſignis, magis tamen etiamnum claritate litterarum, præceptiſque omnium rerum expetendarum datis generi Romano, inter prima vero agrum colendi, illius ævi confeſſione optimus ac ſine æmulo agricola.* Servius ad 2. Georgic. *Hoc etiam Cato ait in libris ad filium de agricultura*, &c. * Ab CATONE *ornata litterarum latinarum monimenta* ſcribit Valerius Maximus III. 4. 6. & apud Ciceronem de ſenectute cap. 15. Cato ipſe loquens *dixi*, inquit, *in eo libro quem de rebus ruſticis ſcripſi, de qua* (utilitate ſtercorandi) *doctus Heſiodus ne verbum quidem fecit, cum de cultura agri ſcriberet.* Plinius XVI. 39. *Cato hominum ſummus in omni uſu, de materiis hæc adjicit*: Producit deinde verba ex libro de re ruſtica cap. 31.

III. Inſcriptiones Capitum non eſſe ab ipſo auctore, recte mihi videtur annotaſſe Joannes Meurſius, licet exſtent in editione principe, quæ prodiit Regii An. 1482. fol. apud Barthol. Bruſchium, tum in altera ibid. apud Franciſcum Mazalum 1499. fol. At in aliis quibuſdam deſunt, ut in Baſileenſi Anno 1521. quam optimæ notæ eſſe idem Meurſius teſtatur, & in Colonienſi apud Jo Gymnicum 1536. 8. & in Lugdunenſi apud Seb. Gryphium 1536. 8. Prodiit liber Catonis, præter jam dictas editiones ſæpiuſcule, additis Varronis, Columellæ & Palladii libris ejuſdem argumenti, ut Bononiæ 1494. & 1504. fol. & Venetiis 1472. & 1514. apud Aldum 4. iterumque Venetiis An. 1528. 8. tum Pariſ. apud Aſcenſium 1529. fol. atque iterum in eadem urbe 1533. apud Jo. Parvum & Galeotum à Prato, fol. cum *Georgii Alexandrini* enarratione priſcarum dictionum in ſcriptoribus de re ruſtica, Phil. Beroaldi notis ad Columellam, & Aldi Manutii ad Palladium. Hinc cum *Petri Victorii* caſtigationibus Pariſ. apud Rob. Stephanum 1543. 8. & Lugd. 1549. 8. Denique Heidelbergæ apud *Hieron. Commelinum* 1591. 8. cum Indicibus *Friderici Sylburgii*. Notæ Commelini, quas pollicitus eſt, nunquam viderunt lucem, at caſtigationes & animadverſiones *Fulvii Urſini* ad Catonem, Varronem, Columellam & Calendarium Ruſticum

(a) Cicero Bruto c. 18.

Farneſianum & veteres Inſcriptiones fratrum arvalium prodiere Romæ 1587. 8. * Editio princeps Catonis & aliorum de re ruſtica ſcriptorum, Georgii Merulæ auſpiciis excuſa Venetiis per Nicolaum Jenſon A. 1470. fol. fuit in Bibl. Joannis Mori, Epiſcopi Elienſis, Altera quæ Anno 1482. prodiit Regii per Bartholomæum Bottonum, alias Bruſchium, Regienſem, fol. exſtat Hieronymi Commelini manu paſſim annotata in Bibl. publica Academiæ Franequeranæ. In illa legas hoc octaſtichon.

Priſcorum quicunque ſtudes monumenta doceri,
Terrarum & cultus, arma, Deoſque ſimul,
Hos legat antiquos Varronem, cumque Catonis
Scripta, Columellam, Palladiumque legat.
Rura canunt, ruriſque Deos: his vita magiſtris
Deſuevit querna pellere glande famem.
Impreſſit Regii nuper volumina quorum
Optime Bottonus nomine Bartholomeus.

Binos ultimos verſus aliis exprimere litteris non dubitavi, quoniam ab alio illos artis poëticæ rudi adjectos, prioribuſque haud inelegantibus parum lepide ſubtextos patet. Nec omittendæ editiones ſcriptorum rei ruſticæ Veneta 1496. fol. Regienſis 1498. fol. quæ Georgii Merulæ enarrationem priſcarum vocum & Philippi Beroaldi ad Columellam notas adjunctas habent: Tum Aldina 1533. 8. Hervagiana 1535. 4. Colonienſis apud Jo. Gymnicum 1536. 8. Lugdunenſes Gryphianæ 1541. 1549. 8. & Methodus ruſtica Catonis atque Varronis, præceptis Aphoriſticis per locos communes digeſtis typice delineata & illuſtrata auctore *Theodoro ZWingero*, Baſil. 1576. 8. MS. Codicem haud contemnendum Catonis, Varronis, ac Palladii de re ruſtica audio exſtare Uratiſlaviæ in Bibliotheca inſtructiſſima Rhedigeriana. In Bibliotheca Menarſiana pag. 39. memoratur editio auctorum rei ruſticæ Pariſ. 1529. fol. Sed legendum 1529. etſi optandum erat illum incomparabilis pulcherrimorum & rariſſimorum librorum theſauri catalogum, quam emendatiſſime excuſum eſſe. Olaus Borrichius in conſpectu ſcriptorum Latinæ linguæ: *In originibus, dictio Catonis gravis eſt, arguta, ſubtilis, ſine flore tamen, ſine aſcititio colore: in opuſculo de re ruſtica, clara & rei quam tradit opido conveniens, adeoque caſtigatæ puræque latinitatis cultoribus merito imitanda. Interea ab obſoletis ejus vocibus & medicatione per verba, conſulto abſtinendum.* Calendarium ruſticum Farneſianum, & veteres Inſcriptiones fratrum arvalium cum Fulvii Urſini notis occurrunt etiam in theſauro Inſcriptionum veterum Gruteriano p. CXVII. ſeq.

Catonis

Digitized by Google

Catonis librum ſeparatim recenſuit illuſtravitque *Auſonius Popma* Anno 1590. 8. apud Plantinum. Poſt Popmam *Jo. Meurſius*, (a) qui centum amplius locis auctum ex Baſileenſi maxime & Commeliana editione correctumque ſe dare profitetur, Lugd. Bar. 1598. 8. & Franequeræ 1620. 8. In his editionibus præter Popmæ Meurſiique notas occurrunt *Fragmenta ex deperditis Catonis ſcriptis* (poſt *Antonii Riccoboni* induſtriam ad calcem libri de Hiſtoria Venet. 1568. & Baſil. 1579. 8. & Francof. 1628. fol. ad calcem T. Livii) diligentius collecta ab Auſonio Popma, & brevibus notis illuſtrata. * Lipſiæ typis ſubjiciendam novam Catonis & aliorum rei ruſticæ ſcriptorum veterum latinorum editionem cum notis integris virorum eruditorum & novis editoris obſervationibus, atque inedito ſcripto *Gargilii Martialis* de cura boum, exſpectamus jam pridem à clariſſ. *Chriſtiano Schœtgenio*. Libenter etiam audio pereruditum virum *Joſephum Waſſe*, qui *fragmenta Catonis* nova ſtudio ſuo poſt Riccobonum ac Popmam collecta aucta & expolita luculentæ ſuæ Salluſtii editioni Cantabrig. 1710. 4. ſubjecit, ſimiliter ſcriptores de re ruſtica recenſendos atque illuſtrandos in ſe ſuſcepiſſe. Denique vir egregius *Joannes Conradus SchWartzius* novæ editionis horum librorum ſpem nuper fecit Coburgi, edito ſchediaſmate & ad celeberrimum Virum Godfridum Thomaſium Epiſtola inſerta Miſcellaneis Lipſienſibus T. 2. p. 477. ubi pulchra ſpecimina eruditi laboris & utilis, quem produci in lucem exoptem.

IV. *Oratio* Catonis *pro lege Oppia* adverſus L. Valerium Tribunum, cum Valerii reſponſione legitur apud Livium XXXIV. 1. ſeq. incertum an ipſius Catonis verbis.

V. Cætera quæ tanquam ex Originibus Catonis petita *de Antiquis Italiæ populis* fragmenta, unà cum aliis ſcriptis nullius fidei vulgavit commentariiſque illuſtravit *Joannes Annius* Viterbienſis, Romæ Anno 1498. fol. frequenter & variis locis ab eo tempore recuſa, tanquam ſpuria, quanquam laciniis quibuſdam, quas è Catone Plinius & alii proferunt, adtexta, præſenti loco omitto. Ita *diſticha moralia*, quæ ſub *Dionyſii Catonis* nomine circumferuntur, nemo ignorat ad Catonem, de quo loquimur in præſenti, neutiquam pertinere; Non certe magis quam *Valerii Catonis diras*, de quibus ſingulis infra ſuus ſeſe offeret dicendi locus.

VI. Ut ad Catonem Cenſorium noſter redeat ſermo, oratio-

 nis

(a) Meurſii editio libri Catonis non nova eſt, ſed eadem cum illa Popmæ, niſi quod nova libro frons, novuſque titulus præfixus, Meurſiſque præfatio, & notæ acceſſerunt.

nis ejus formam ita deſcribit Cicero in Bruto cap. 17. *Antiquior eſt bujus ſermo, & quædam borridiora verba: ita enim tum loquebantur. Id muta, quod tum ille non potuit, & adde numeros, & aptior ſit oratio, ipſa verba compone & quaſi coagmenta, quod ne Græci quidem veteres factitaverunt; jam neminem antepones Catoni*. Plutarchus in Catonis vita pag. 339. εὔχαρις ἅμα καὶ δεινὸς, ἡδὺς καὶ καταπληκτικὸς, φιλοσκώμμων καὶ αὐστηρὸς, ἀποφθεγματικὸς καὶ ἀγωνιστικός. *Lepidus ſimul & gravis, jucundus & fulminans, facetus & auſterus, ſententioſus & acris*. Hoc exemplis deinceps quibuſdam confirmat, & nunnulla ipſius acute dicta refert Plutarchus.

VII. *Scripta* Catonis *deperdita* hæc apud Veteres commemorantur:

Originum ſive Hiſtoriarum (*a*) Annaliumve Pop. Romani *libri VII.* quibus ultimam manum paucis ante mortem diebus vel menſibus impoſuiſſe è Cicerone conſtat. Certe ſenex demum illos ſcribere inſtituit teſte Nepote cap. 3. ubi ſingulorum librorum argumenta. Apud Livium quidem XXXIV. 5. L. Valerius tribunus Catoni vix duo de quadraginta annos nato Origines ipſius objicit. Sed videtur Livius eo in loco ut ſæpius alibi tribuere ex ingenio ſuo orationem L. Valerio, quam ille aliter aliamque dixerat; ut multis jam eruditis obſervatum Voſſio, Bælio, atque Henrico Noriſio Cenotaph. Piſan. diſſ. 1. cap. 1. p. 4. Laudes ſuas in hoc opere minime præteriiſſe Catonem docet Plutarchus in vita p. 344. Ipſe Cato manu ſua deſcriptum majoribus litteris legendum filio ſuo propoſuit, ut domeſtica exempla virtutis ediſceret. Id. p 348. Laudat hoc Opus Cicero Bruto c. XVII. Illuſtraverat olim *Statilius Maximus*, ut è Chariſio colligitur.

De re militari liber laudatus poſt alios Joanni Sariſberienſi VI. 19. Policratici. Vide de hoc Catonis ſcripto Stevvechium ad Vegetii lib. 1. c. VIII. qui tamen fallitur, cum plures libros hujus argumenti à Catone ſcriptos putat, & Orationes confundit cum libris; etſi & hi & illæ Græcis ſunt λόγοι, & Gellius quoque Orationem Catonis de falſis pugnis librum appellat X. 3. & librum contra Tiberium Sempronium Longum exſulem II. 14.

Libri quæſtionum Epiſtolicarum, Gellius VII. 10.

Epiſtolæ. Plinius, Feſtus, Priſcianus &c.

De Ora-

(a) *Hiſtorias* vocat præter Nepotem Chariſius lib. 2. Sed *Annales* Epitoma Livii lib. XLIX. *Origines* non ſatis plenus titulus viſus Feſto in *Orig.* Adi Voſſium lib. 1. de Hiſtoricis latinis cap. V. Fragmenta è Catonis Originum libris collegere Antonius Riccobonus ad calcem libri de Hiſtoria, & Auſonius Popma in fragmentis Catonis de quibus ante dixi, & in fragmentis Hiſtoricorum de quibus infra in Salluſtio.

De Oratore, *ad filium*. Diomedes lib. I. pag. 358. Quintilianus III. 1. *Romanorum primus*, *quantum ego quidem ſciam*, *condidit aliqua in hac materia M. Cato ille Cenſorius*.

Orationes variæ (centum & quinquaginta legiſſe ſe teſtatur Cicero in Bruto cap. XVII.) quas ab adoleſcentia, ut eſt apud Nepotem, confecit, laudatæ Ciceroni, Varroni, Livio, Plutarcho in Vita Flaminii p. 379. Gellio, Feſto, Chariſio, Nonio, Priſciano & aliis. Quaſdam ex his provectiore ætate ſcriptas habitaſque Originibus ſuis etiam incluſerat, ut viri docti colligunt ex Epitoma libri XLIX. Liviani, atque è Livio ipſo XLV. 25. & Cicerone in Bruto. Quamplurimos accuſavit, pro ſe ipſo cauſam undequinquagies dixit. Cęterum Athenienſes cum non Græce ſed per interpretem allocutus eſſet, mirati ſunt illi quod interpres breviloquentiam ejus vix pluribus verbis aſſequi valuiſſet, ut refert Plutarchus p. 343. ſeq.

De liberis educandis. Macrobius III. 6.

Carmen de moribus, liber non verſibus ſcriptus, ſed proſa: Carmen enim antiquis dicebantur præcepta, leges, preces, diræ & formulæ quævis ſolennes, licet minime verſibus ſcriptæ eſſent ut demonſtravi lib. I. Bibliothecæ Græcæ cap. IX. ſect. 14. Vide Gellium IX. 2. & Nonium in *eligantes*.

Commentarius quo medetur filio, *ſervis*, *familiaribus*. Plin. XXIX. 1. Plutarchus in Vita p. 350.

Apophthegmata à ſene Catone collecta. Cicero I. Offic. c. 29. Plutarch. p. 337.

VIII. Filius Catonis noſtri M. Cato, Prætor, ante Patrem (*a*) denatus ſcripſerat *de Juris diſciplina* libros, ſive *Commentarios Juris Civilis*, quorum decimus quintus laudatur à Paulo JCto, in leg. 4. D. de Verbor. obligat. Meminit & Gellius XIII. 19. & Feſtus in *Mundus*. Confer ſi placet Jac. Oiſelii notas ad laudatum Gellii locum. Hoſce Commentarios inter Catonis Cenſorii ſcripta perperam retulere viri doctiſſimi Popma & Riccobonus.

IX. M. Cato nepos, qui Anno U. C. DCXXXVIII. Conſul fuit, ſcripſit & ipſe *Orationes*, quæ à veteribus allegantur, & cum Orationibus proavi ſubinde confunduntur. Cato nepos de actionibus ad populum ne lex ſua abrogetur, Priſcian. III. p. 602.

X. De *Cæſaris Anti-Catonibus*, qui oppoſiti erant laudibus Catonis vulgo dicti (*b*) minoris, Uticenſis, quem Cenſorii pronepotem Cicero helluonem librorum appellat, ac ſingulari ſcripto laudi-

(a) Livii Epitome lib. XLVIII. *M. Porcius Cato filii in Prætura mortui funus tenuiſſimo ut valuit, nam pauper erat, ſumtu fecit.* De virtute ejus vide ſis Juſtinum XXXIII. 2.

(b) Vitam ejus deſcripſit Plutarchus p. 759. ſeq.

laudibus in cœlum extulerat, dico infra in Cæſare, ubi etiam de Bruto qui Cæſari, ac de Auguſto qui Bruto reſpondit. Scripſerat & Catonem M. Fabius Gallus, quem mitti ſibi poſtulat Cicero libro VII. Epiſtola 24. ad Gallum. * Scipionis librum probris in Catonem refertum memorat Plutarchus in Catone minore, pag. 787. Nimis, ut ſolet, audacter eruditiſſimus Benclejus ex Horatii lib. I. Oda 12. tollit repugnantibus omnibus libris *an Catonis nobile letum*, & pro eo reponit *anne Curti*. De eodem Catone nepote accipiendus Virgilius VIII. Æneid 670. *ſecretoſque pios, his dantem jura Catonem*. Adi ſi placet diſſertationem inſertam Diario Baſnagii Bellovallii (Hiſtoire des ouvrages des Savans) A. 1708. pag. 102. Idem Uticenſis Cato nuper materiam præbuit Tragœdiis duabus inſignibus, quas libenter ſpectavit Anglia, Galliaque. Anglicæ auctorem, Londini primum editæ, & deinde Hagæ 1713. 12. recuſæ, conſtat fuiſſe Joſephum Addiſonium, præſtanti virum ingenio, qui extinctus (a) A. 1719. 17. Jun. At Gallicam compoſuit Mr. Deſchamps Pariſ. 1715. 12. de qua conſulendæ ephemerides eruditorum Pariſ. 1715. Septemb. p. 273. ſeq. & Hagenſes (Journal literaire) Tom. VI. pag. 510. ubi mentio editionis, quæ Hagæ repetita eſt cum addita comparatione Catonis Gallici Anglicique. Addiſonii Anglicum Catonem Italica Metaphraſi donavit eruditiſſimus vir Antonius Maria Salvini. Vide Diarium Venetum, Giornale de' letterati d'Italia Tom. XXII. p. 443. ſeq.

XI. INDEX SCRIPTORUM
In Auctoribus Latinis de re ruſtica laudatorum,

ad paginas editionis Commelinianæ.
Cato pag. 1. Varro pag. 53. Columella pag. 157. & Palladius pag. 513. incipit.

Accius Poeta 162.
L. Ælius 145. vide Stilo.
Æſchrio 54. 164.
Agathocles Chius 54. 164.
Albutius 131. 137.
Ambivius 153.
Amphilochus Athenienſis 54. 164.
Anaxipolis Thaſius 54.
Androtion 54. 164.
Antigonus Cymæus 54.
Apollodorus Lemnius 54.
Apollonius Pergamenus 54. 164.
Apulejus 532.
Archelaus 107, 144. 145. Bugoniæ auctor 113. 148. Epigramma 148.
Archytas Pythagoreus 54. 163.

Ari-

a) Vide Addiſonii elogium in Bibliotheca Anglica Gallice edita Tom. VI. pag. 113. ſeq.

Ariſtander Athenienſis 54. 164.
Ariſtomachus 395.
Ariſtomenes 54. 164.
Ariſtophanes Mallotes 54.
Ariſtoteles 54. 98. 114. 163. 337. 384. 603.
Athenagoras 54. 163.
Attalus Philometor 54.
Atticus (Julius) 107. 164. vide Julius.
Bacchius Mileſius 54. 164.
Bias Prienæus 164.
Bion Soleus 54.
Bugoniç auctor ſupra Archelaus.
Cæcilius 126.
Caſſius Dionyſius Uticenſis Magonis libros Græce verſos de Punico miſit ad Sextilium prætorem 54. 164. 71. 84. 103. 130. 331. Vide infra in Diophane & Magone.
Cato 56. 59. 62. 72. 73. 74. 75. 77. 93. 94. 110. 164. 165. 166. 167. 168. 170. 177. 183. 208. 213. 219. 226. 252. 415. 419. 487. originum libro 107.
Cornelius Celſus 164. 177. 185. 186. 193. 202. 214. 218. 219. 240. 245. 250. 251. 267. 291. 312. 315. 317. 334. 337. 341. 344. 373. 383. 387. 388. 394. 398. 400.
Chæreas Athenienſis 54. 164.
Chæreſteus Athenienſis 54.
Chreſtus Euphronis, non ut multi putant Amphipolites, ſed indigena ſoli Attici 164. *(idem fortaſſe cum ſuperiore)*
Chaldæi 4. 420. 435.
Cicero 161. 162. 225. Oeconomicum Xenophontis Latino ſermone tradidit 415. 417. 447. 448. 451.
Cleobulus 164. Hic 54. eſt Eubolus.
Columella 524. 550. 551. 554. 555. 557. 560. 567. 572. 574. 603. 609. 616. 624. 625.
Columellæ contra Aſtrologos libri 420.
Columellæ patruus Columella illuſtris agricola 465.
Crates 54. 164.
Dadis 54. 164.
Democritus Phyſicus 54. 163. 234. 326. 367. 397. 436. 446. 531.
Dicæarchus 57. 98.
Dio Colophonius 54. 164.
Diodorus Prienæus 54. 164.
Dionyſius cujus patriam negat ſe Varro accepiſſe 54.
Dionyſius Uticenſis. Vide Caſſius.
Diophanes Nicenſis 54. Bithynus 66. 164. Caſſium Dionyſium Magonis interpretem ſex libris epitomes circumſcripſit, illoſque miſit Dejotaro regi 54. 164.
Dolus Mendeſius 344. 444.
Ennius 60. 127. Euhemero 89.
Epicharmus 163. 336.
Epigenes Rhodius 54. 164.
Evagon Thaſius 54. 164.
Eubolus 54. Hic 164. eſt Cleobulus.
Eudoxus 399.
Euhemerus 384. Ennii 89.
Euphiton 54. 164.
Euphorion 54.
Euphranius Athenienſis 54.
Euphranius Amphipolites 54.
Euphron. Supra in Chreſto.
Euthronius 384. niſi legend. Euphranius.

Gargilius

Gargilius Martialis 574. vide Martialis.
Græcinus. vide Julius.
Græci auctores 516.532.626.&c.
Hamilcar 453.
Hegeſias Maronites 54.164.
Heraclitus Epheſius 360.
Heſiodus Aſcræus 54.163.419.
Hiero Siculus 54.163.
Hipparchus 163. 398. 399.434.
Hippocrates medicus 60.
Homerus 106.
Hyginus 164.232.383. 394.395. 397.400.433. de apibus 395.
Iſchomachus 451.417.451.
Julius Atticus 164.221.232.239. 240.245.246.250.251.253. 267. 268.271.273.
Julius Græcinus 219. 220. 221. 233. 247. 267. libro quem de vineis ſcripſit 164.248.
Licinius Menas 108.453.
Licinius Nerva 108.
Lucilius 135.
Lyſimachus 54.
Mago Carthaginienſis, ruſticationis parens, cujus libri XXVIII. ex SCto de Punica lingua in latinam verſi ſunt 164. eoſdem Caſſius Dionyſius Uticenſis Græce complexus eſt libris viginti, qui de Græcis ſcriptis etiam varia addidit 54. Novam ex Caſſio Epitomen ſex libris ſcripſit Diophanes. id. Citatur Mago 103.115.130. 165.234.238.251.284. 306.323. 331.397.400.453.473.478.505. 551.593.
Mamilius 107.
Mantius Percennius Nolanus 46.
Maro, infra, Virgilius.
Gargilius Martialis. 574. 544. 545.576.578.581.589.593.598. 618.619.636.
Matius 453.477.
Menander Heracleotes 54.
Menander Prienæus 54.164.
Licinius Menas 108.453.
Mencrates Epheſius verſibus de agricultura ſcripſit. 54. citatur 150.
Meneſtratus 54.164.
Meto 162.399.
Mnaſeas 54.164.453.
Licinius Nerva 108.
Nicander 384.
Niceſius Maronites 54.
Oraculum Cretenſibus redditum. 621.
Pacuvius 55.
Paxamus 453.
Manius Percennius Nolanus 46.
Perſis 54.730.
Attalus Philometor. 54.
Piſo Hiſtoricus 99.
Plato 242.
Plautus 101.111.
Planſiphanes 54.164.
Pœni ſcriptores 163. vide Mago, Hamilcar.
Pythagoras 98.
Pythion Rhodius 54.
Rhinto Comicus 132.377.
Saſernarum patris & filii libri 58.59.71.72.73.74.121.162.163. 164.176.204.219.233.252.
Tremellius, Scrofa vide Tremell.
Seneca 220.
Sibylla 53.
P. Silvinus 226.
C. Ælius Stilo 56.145.162. 252.
Syri 620.

Tarquenna 59.
Terentius Varro 164. vide Varro.
Thales 98.
Theophilus rei ruſticæ ſcriptor 54. 164.
Theophraſtus peripateticus 54. 63. bis 83. 85. 163. lego libros Theophraſti complures qui inſcribuntur φυτῶν ἱϛορίας & alteri φυτικῶν αἰτιῶν. 61.
Timæus 112.
Tremellius Scrofa 56. 162. 163. 164. 181. 191. 196. 205. 219. 232. 233. 287.
Terentius Varro 60. 63. 97. 159. 164. 219. 220. 226. 275. 305. 331. 367. 369. 377.
Virgilius 164. 167. 169. 183. 185. 191. 194. 197. 205. 212. 214. 219. 230. 233. 238. 243. 252. 283. 324. 334. 335. 337. 339. 341. 342. 343. 345. 379. 383. 384. 385. 386. 387. 389. 391. 392. 393. 397. 400. 414. 419. 420. 436. 493. 562. Bucolicis. 226. 352. Georgicum Virgilii carmen ſupplet Columella libro de cultu hortorũ 403. ſeq.
Xenophon Socraticus. 54. 163. Œconomicus ejus à Cicerone verſus 415. 417. 447. 448. 451.
Zeno Citieus. 98.

C A P U T III.

DE P. TERENTIO.

Terentii ætas. 1. Sex Comœdiæ quando actæ ſingulæ, & ex quibus Græcis dramatis expreſſæ. 2. De Donati & Eugraphii editis aliorumque deperditis veterum in Terentium Commentariis. 3. Codices Terentii celebriores MSti, atque de Calliopio qui Terentium recenſuit. 4. Terentii editiones 5. Alii Terentii 6. Index Scriptorum in Donati & Eugraphii Commentariis citatorum. 7.

I. P. TERENTIUS, Afer, natus Carthagine Anno conditæ urbis Romæ DLXII. ante CHRISTUM natum CXCII. decem annis poſt finem belli ſecundi Punici. Romam venit ſervus, ſed à Terentio Lucano Senatore ob ingenii ac formæ elegantiam mature manumiſſus, amicitia virorum nobiliſſimorum, P. Corn. Scipionis Africani & C. Lælii Sapientis uſus eſt, ita ut etiam ab his adjuvari (*a*) in componendis fabulis diceretur, quemadmodum etiam à Furio Publio, C. Sulpicio Gallo, Q. Fabio Labeone & M. Popilio. Obiit (teſte Euſebio) in Arcadia, Anno U. C. ſi Marianum Scotum ſequimur, D. XCIX.

(a) Cicero VII. ad Attic. Quintil. X. 1. Donatus ad prologum Adelph. & in Terentii Vita, quam nonnulli Codices auctori tribuunt Svetonio.

XCIX. ante CHRISTUM natum CLV. ætatis XXXVII. ſex annis ante cœptum bellum Punicum tertium, cum itinere in Aſiam ſuſcepto naufragium feciſſet, atque in illo CVIII. fabulas (*b*) è Menandro verſas perdidiſſet. Detractorem habuit Terentius L. Lavinium, cujus meminit S. Hieronymus I. in Rufinum. Luſcium Lanuinum vocant Eugraphii Codices, ad Eunuchum p. 526. * Terentius ab Ovidio 2. Triſtium. 359. negatur eſſe *conviva*, hoc eſt paraſitus: non itaque ibi eo nomine intelligit hominem qui non illubenter nec injucundus hoſpes intereſt honeſtis epulis & conviviis, *un bon vivant*; ut viro docto viſum ad Petronium pag. 133. Engelbertus Abbas libro de ortu & fine Romani Imperii cap. XVI. (Tom. 25. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 370.) *Terentius poëta devicta Carthagine captus & ductus Romam, cum interrogaretur in Senatu quæ fuiſſet major cauſſa expugnationis Carthaginenſis, utrum vires Romanorum vel impotentia Carthaginenſium? reſpondit quod neutrum: ſed quod ſicut concordia civium conſervabat ſtatum, ita diſcordia cauſſabat excidium Carthaginenſium*. Confundit Engelbertus perinde ut Oroſius IV. 19. Terentium Comicum cum Q. Terentio Culleone Senatore, quem Scipio devicta Carthagine aſſertum à vinculis Romam adduxit, de quo Livius XXX. 45. & Themiſtius Oratione XIII. pag 179. S. Hieronymus prologo quæſtionum Hebr. *Urgebat L. Terentium Lavinius noſtro Lucio ſimilis, & quaſi publici ærarii, poëtam furem criminabatur*. Ille Hieronymi Lucius ſive Luſcius, haud diverſus à Rufino, ut colligas ex his ejuſdem Hieronymi lib. 1. in Rufin. p. 383. *Sin autem contra invidos loquor, & Luſcium Lavinium vel Aſinium Pollionem de genere Corneliorum, ſtyli mei mucro convulnerat: ſi hiſtriculæ & lividæ mentis hominem à me ſubmoveo, & ad UNUM ſtipitem cuncta jacula dirigo, quid vulnera SUA partitur in multos? quid ex impatientia reſpondendi oſtendit ſe eſſe qui petitur?* De Terentii obtrectatore L. Lavinio, quem ipſe tacito nomine perſtringit, nominatim meminit etiam Donatus in prologum Andriæ & Eunuchi, ac ſæpe Eugraphius cui Luſcius appellatur pag. 501. 547. 548. 565. 573. Non modo ob terſum ſcribendi genus puroque ſimillimum amni ſemper probavit ſe Terentius: & ſuis quibus vixit & inſecutis temporibus: ſed etiam ob nativos morum quos depingit characteres, animorumque humanorum imagines ad vivum dedeſcriptas expreſſaſque. Igitur etiam Terentii Comici lectione valde delectatum eſſe narrant Lutherum, quem Baſilius Faber memo-

(b) Volcatius Sedigitus apud Donatum. Auſonius in Gripho Senarii Epiſt. XVIII. *Protulit in ſcenam quot dramata fabellarum, Arcad a medio qui jacet in gremio.*

(*a*) memorat duorum menſium ſpatio iterata lectione integrum bis evolviſſe, ita demum profeſſum perſpicere ſe quid in eo auctore artificii ineſſet. Et Hugo Grotius (*b*) ob Terentii Comœdiarum lectionem velut ſe indignum arguenti, *alia*, inquit, *legimus in his pueri*, *alia viri*. Vitam Terentii per *Franciſcum Petrarcham & Paulum* Oroſium, & argumenta omnium ipſius quæ ſuperſunt Comœdiarum, MSS. in Bibl. Cæſarea memorat Lambecius Tom. 2. p. 937. Duos Codices MStos Terentii cum Petrarchæ notis ſervant Bibliothecæ Angliæ, Oxonii Collegii Mariæ Magd. n. 23. & Londini inter Codices Franciſci Bernardi, Collegii Medicorum Lond. ſocii n. 36.

II. Extant *ſex* Terentii *Comœdiæ*, neque plures veteribus cognitæ fuerunt, qui in eis nativam elegantiam puri ac ſimplicis laudarunt ſermonis, ingeniumque ſuave, & τὸ ἠθικὸν, quod è Græcorum, Menandri (*c*) præcipue imitatione feliciter conſecutus eſt, licet vim Comicam in eo deſideravit Cæſar. E recentioribus juvat audire Evremonium: *Terence eſt peut être l'Auteur de l'Antiquité qui entre le mieux dans le naturel des perſonnes. I'y trouve cela à redire, qu'il a trop peu d'étendue, & tout ſon talent eſt borné à faire bien parler des Valets & des Vieiltards, un Pere avare, un fils debauché, une eſclave, une eſpece de Briguelle. Voilà ou s'étend la capacité de Terence. N'attendez de lui ni galanterie, ni paſſion, ni les ſentimens, ni les diſcours d'un honnête homme.* Hæc vir politiſſimi ingenii T. 2. Opp. p. 18. Actæ ſunt fabulæ Terentii hoc ordine & tempore, de quo præter interpretes conſulendus Samuel Petitus lib. I. Obſervationum cap. VIII.

Andria

(a) Præf. ad Synonyma Terentii.
(b) Morhofii polyhiſt. lib. III. cap. 9. §. 29. pag. 665.
(c) *Converſum expreſſumque latina voce Menandrum* à Terentio *efferri* dixit Cicero in Limone: Cæſari quoque Terentius vocatur *dimidiatus Menander*. Hecyram Terentii & Menandri Epitrepontem ejusdem argumenti fabulas vocat Sidonius IV. 9. Epiſt. Adelphos, Heautontimorumenon, Andriam & Eunuchum à Menandro accepiſſe Donatus tradit, Phormionem & Hecyram à comico Apollodoro. Ipſe Terentius prologo Heautontimorumeni queritur rumores malevolos diſtuliſſe *quod multas contaminaſſet fabulas Græcas, dum facit paucas latinas*. In Andria duas imitatus eſt *Menandri* Andriam & Perinthiam, in Eunucho Colacem Menandri, Eunuchum & Phaſma: In Adelphis, Menandri ἀδελφοὺς & *Diphili* συναποθνήσκοντες. Sic potuit in Hecyra & *Apollodori* fabulam quandam habere ante oculos & ſimul Menandri ἐπίκληρον. Nam Phormionem quidem ex Apollodori ἐπιδικαζόμενον expreſſam eſſe idem nobis Donatus fidem facit. *Latinos Comicos* antiquiores Plautum, Nævium &c. quoque expilatos à Terentio inimici criminabantur, ſed hoc ipſe quidem conceptis verbis negat, neque in iis quæ habemus Plauti Comœdiis furtorum Terentianorum vel minima veſtigia apparent, licet de Terentiana Plauti imitatione liber extat Jo. Philippi Parei, Plauto ipſius, ut ſupra cap. 1. notare me memini, ſubjunctus.

Andria Anno U. C. DLXXXVIII. * *Andriam* ſeparatim in tironum gratiam Germanica expoſitione & medulla quam vocat Philologica illuſtravit *Wilhelmus Lymberger* . Rinthelii 1674. 8. Gallica interpretatione & Latina expoſitione ſingularum phraſium, indiceque copioſo *Carolus Stephanus* . Pariſ. 1547. 8. typis Franciſci Stephani, & Lugd. 1548. apud Jo. Tornæſium. Eandem fabulam Gallicis verſibus reddiderat *Bonaventura Pererius* (des Periers) Lugd. 1530. *Anglicis* Georgius Webbe. Lond. 1629. vide Antonii Wood Antiquitates Oxon. T. 2. p. 241. *Italicis* Joannes Juſtinianus. Venet. 1544. 8. In Andriam præ cæteris laudantur ab Anteſignano annotationes *Joannis Rivii* , quæ ad mores facere inprimis videntur .

Hecyra Anno DLXXXIX. atque iterum DXCIV. cum prima vice non multum plauſus meruiſſet .

Heautontimorumenos Anno DXCI. Priores binos Actus hujus Dramatis veſpere dedit , reliquos docuit proximo mane . De controverſia, quæ Ægidio Menagio ſuper hac Comœdia cum Hedelino Abbate Albignacenſi interceſſit, vide ſi placet Ephemerides litterarias Pariſienſes Anni MDCXCI. p. 65. ſeq. edit. Amſterod. Hedelini liber lucem vidit Gallice Pariſ. 1656. 4. *Terence juſtifié par Hedelin*. Menagii diſſertatio Ultraj. 1690. 8. * In *Heautontimorumeno duplex argumentum feciſſe* ſe affirmat Poëta *ex ſimplici*, hoc eſt cum Menander ſingula πρόσωπα induxiſſet , duos ſe exhibuiſſe filios familias amatores, amicas duas, duos ſenes, duos ſervos, ut notat Petrus Nannius lib. 1. Miſcell. cap. 4. qui lib. 2. cap. 3. probe quoque obſervat univerſas hujus Comici fabulas fingi ut quæ agantur Athenis. Heautontimorumenos Terentii reſpicitur ab Horatio lib. 1. Sat. 2. v. 20. *Terentianus ipſe ſe puniens* , Ciceroni III. 28. Tuſc. quem & aliis in locis ad Comici dicta libenter alludere notavit Petrus Victorius lib. VI. var. Lect. cap. 14. *Franciſci Hedelini* & *Ægid. Menagii* diſſertationes Gallica lingua ſcriptæ de tempore hujus dramatis (quod Athenis in Dionyſiis (Pithœgiis) actum fingitur à veſpera diei intra ſpatium decem ut Hedelinus; vel ut Menagius, amplius duodecim horarum) recuſæ Amſt. 1715. 8. cum ejuſdem Hedelini de rationibus & uſu Theatri : *la pratique du Theatre par l' Abbé d' Aubignac*. Prior Menagii diſſertatio prodierat A. 1640. recuſa inter ejus Miſcellanea Pariſ. 1652. 4. Altera poſt Hedelinum jam defunctum Ultrajecti 1690. 8. Confer librum Memoires de literature Hag. 1715. 8. Tomo 1. pag. 289. ſeq.

Phormio (*a*) Anno DXCIII. * *Phormionem* Terentii imitatus fuit

(a) Phormio Paraſiti nomen ἀπὸ τῆς φορμίδος à ſportula viminea obſonio ferendo. Vide Erycii Puteani Amœnitates p. 48.

fuit Molierius in dramate Gallico cui titulus: *Les fourberies de Scapin*. Phormio apud Apollodorum Græcum Comicum paraſiti nomen ἀπὸ τῆς φορμίδος à ſportula viminea. Vide If. Caſauboni notas ad Theophraſti Characteres p. 133.

Eunuchus, eodem Anno DXCIII. quæ pretium 8000. ſeſtertium (*a*) quantum nulla antè cujuſquam Comœdia meruit, iterato tertiumque acta * *Eunuchi* metaphraſin verſibus Gallicis factam à *Baifio*, laudat Daceria, quam ante paucos menſes hoc anno 1720. Lutetiæ elegantioribus literis mors eripuit. Idem drama Latine & Gallice cum *Jo. Enrici* ſcholiis. Lugd. 1553. Sed & Gallicis verſibus reddidit *Fontanus*, Pariſ. 1654. 4. Italicis *Joannes Juſtinianus*, Venet. 1544. 8. Etiam Comœdiâ Æthiopiſſa expreſſit Italice *Catharinus Dulcis*. Tubing. 1599. 12. Latinè prodiit Eunuchus Terentii ſeparatim, ſed verſibus haud diſtinctus Daventriæ 1513. 4. ex officina literatoria Theodorici de Borne. Stephani Doleti obſervationes Latini ſermonis in Andriam & Eunuchum &c.

Adelphi, Anno DXCIV. * *Adelphos* Italica Metaphraſi pridem redditos accepi ab Alberto Lollio. *Nathan* autem *Chytræus* Adelphos ſeparatim vulgavit Latine, notatis morum & affectuum characteriſmis, atque ita totum voluit Terentium in lucem dare, quod non perfectum ab illo dolet Morhofius libro tertio polyhiſtoris cap. 9. pag. 666. Idem ſpeciminis in modum quædam ex illo adducit pag. 664. ſeq.

III. E veteribus Grammaticis præter (*b*) *Ælium Donatum* & *Eugraphium* (*c*) qui exſtant, Terentius illuſtratus olim fuit ab

C *Helenio*

(a) Non 8000. nummum ſive thalerorum, ut è Bailleto legas in Ephemeridibus literariis Pariſienſibus Anno 1686. p. 508.

(b) *Donati* in ſolas quinque Comœdias commentaria habemus, neque integra fortaſſis, ſed è Donato & aliis excerpta atque collectanea. Confer Jani Parrhaſii Epiſt. LVIII. & LIX. In Heautontimorumenon nihil Donati hodie exſtat. Itaque interpretationes quas inde nonnulli producunt, vindicandæ ſunt *Joanni Calpurnio* Politiani æquali, ut obſervat G. Jo. Voſſius lib. 1. de Vitiis ſermonis cap. 5. De Donato ipſo plura dixi infra, ſuo loco, inter Grammaticos.

(c) Eugraphii præter illa quæ Gabriel Faernus & (locupletiora longe) Fridericus Lindenbrogius edidit, Pariſiis in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi exſtat *commentum in Terentium*, Eugraphii titulo inſignitum, quod inſulſum luceque indignum duxit idem Lindenbrogius. Vixit Eugraphius iſte ſub Othone III. circa A. C. DCCCC. XCVIII. Vide illuſtris viri Giſberti Cuperi Obſervationes p. 127. Meminit Eugraphii Gerbertus qui poſtea Sylveſter II. Epiſtola VII. ad Airardum. *Evanthius* vero cujus commentarius in Terentium laudatur à *Rufino in libello de metris Terentianis* inter Grammaticos Eliæ Putſchii p. 2705. Lindunbrogio videtur eſſe auctor *brevis diſſertationis de Tragœdia & Comœdia*, quæ tanquam ex *Aſpro* vel *Cornuto* petita, Terentio in melioribus editionibus præmittitur. *Anonymi explicatio vocum aliquot apud Terentium* è veteribus membranis, primum edita eſt à Bonav. Vulcanio cum

Iſidori

Digitized by Google

Helenio Acrone , *Adeſione* (niſi nomen apud Donatum p. 163. corruptum ſit) *Aſpro* , *Flavio Capro* , *Aruncio Celſo* , *Annæo Cornuto* , *Evanthio* , *Nigidio Figulo* , & *Valerio Probo* , quos laudant Hieronymus Apologia 1. in Rufinum , Soſipater Chariſius , Donatus , & in libello de metris Terentianis Rufinus Grammaticus Antiochenus.

IV. Antiquiſſimum Comœdiarum Terentii Codicem olim habuit Petrus Bembus , exaratum ante annos amplius mille , cui Politianus hæc verba manu ſua inſcripſit : *Ego Angelus Politianus , homo vetuſtatis minimè incurioſus , nullum æque me vidiſſe ad hanc diem Codicem vetuſtiorem fateor* . Hic ab illo tempore pervenit in manus Fulvii Urſini , qui dum vixit auro quovis pretioſiorem habuit , & moriens Bibliothecæ legavit Vaticanæ , ut referunt Janus Nicius Erythræus Pinacotheca 1. p. 10. & Leo Allatius animadverſ. ad Antiquitates Hetruſcas p. 59. Franciſcus vero Cardinalis Toletus , qui Urſinum cum vetuſto ſuo libro uſque adeo deriſit , neſcio an multo fecit elegantius quam Hadrianus VI. ſummus Pontifex , à quo viros litteratos & humaniori doctrinæ deditos per contemptum dictos *Terentianos* , narrat Jo. Pietius Valerianus de infelicitate litteratorum libro II. * Specimen MSti Codicis antiquiſſimi Vaticani Comœdiarum Terentii dedit Jo. Mabillonius C. V. in opere de re diplomatica p. 354. Hic eſt ille liber Petri Bembi , quem laudans Muretus pag. 189. b. ad Terentium : *Sed in libro Petri Bembi non tantum* , *ut in aliis* , exercerent , *legitur* , *verum etiam adſcripta eſt ad latus explicatio quædam hujus vocis* , *quæ ſcripturæ illius integritatem confirmet* . *Multum autem ejus libri valere debet auctoritas* , *eſt enim ita antiquus* , *ut Angelus Politianus* , *qui multos veteres libros viderat* , *teſtatus ſit omnium cujuſque generis librorum quos ipſe unquam vidiſſet* , *eum ſibi antiquiſſimum videri* . Petrus Victorius IX. 15. Var. Lect. ubi Menandri loca quædam confert cum Terentianis , addit domi ſe habere Terentium collatum cum illo Bembi codice manu Angeli Politiani . Alterum Codicem Terentii pervetuſtum manu exaratum poſſidere ſe teſtatus eſt Rev. Jq. Gothofredus Olearius in ſcrinio antiquario ; Halæ Sax. Anno 1681. 8. editio pag. 210. Is olim fuit Georgii Fabricii qui manu ſua hos ei verſiculos inſcripſit :

Ut ſapor

Iſidori Hiſpalenſis Originibus , deinde inter Autores Latinæ linguæ prodiit vulgatus à Dionyſio Gothofredo , & in Terentio editionis Lindenbrogianæ p. 583. Addamne his quod Petrus Lambecius lib. 2. Commentar. de Bibl. Vindobonenſi p. 937. teſtatur MStam in illo theſauro librario exſtare *Vitam Terentii* ſcriptam à *Franciſco Petrarcha* & *Paulo Oroſio* , & ineditа argumenta omnium Comœdiarum .

Ut ſapor eſt veteri vino, veteri decus auro,
Sic libri veteres nomina digna tenent.
Nam minus his nocuit ſtultorum audacia, haberi
Forſan Ariſtarcho qui voluere pares.
Corrigere è priſcis libris licet atque probatis,
Quæ fecit ſtudium deteriora recens.
Dum quiſque ingenii confiſus viribus, illa
Emendat quæ non percipit ipſe ſtatim.
Hinc tantum errorum libros invaſerat æquor,
Quantum nulla diu tollere ſecla queant.

Ibidem Olearius narrat ſibi eſſe editionem Terentii Pariſienſem A. 1541. excuſam, quam idem Fabricius à capite ad calcem contulit cum codice jam laudato Vaticano. Donati commentariorum codex MS. membranaceus in Bibl. Ehrencroniana pag. 421. Terentii veterem effigiem, quam binæ tenent perſonę Comicæ, è Codice ſuo vulgavit Fulvius Urſinus in illuſtribus imaginibus p. 42. atque exinde Jacobus Gronovius U. C. Tomo 3. theſauri Antiquitatum Græcarum. Occurrit & in fronte quarundam editionum, ut Lindenbrogianæ, ſed omiſſis perſonis illis quas dixi Comicis, & Gallicæ Dacerianæ. Exſtat præterea Terentii icon in veteri nummo apud Jacobum Stradam, & Andream Morellum Bernatem, incredibili jactura elegantioribus litteris nuper (*a*) ereptum in ſpecimine univerſæ rei nummarię antiquæ p. 47. In Bibliotheca etiam Vaticana jampridem aſſervatur celebris alter Codex Terentii Georgio Fabricio olim inſpectus, quem ævo (*b*) Caroli Magni quidam *Hrodogarius* ſcripſit, & (*c*) *Calliopius Scholaſticus* recenſuit, ut poſt ſingulas

C 2 Comœ-

(a) Obiit Vir præſtantiſſimus inopina correptus apoplexia Arnſtadii, ubi illuſtriſſimi Comitis Schvvartzburgici theſauro nummario præerat Anno 1703. feria tertia Paſchatos. Quantam jacturam ejus mortem fecerit res litteraria, æſtimare licet ex eo quod cum ipſo occiderit opus nummos veteres hactenus vel editos vel ineditos complexurum ultra 15000. eleganter & accuratè depictos, atque eruditè illuſtratos.

(b) Juſtus Fontanini U. C. in Vindiciis antiquiorum diplomatum adverſus Bartholomæum Germonium p. 37.

(c) De *Calliopio*, qui Terentii Comœdias recenſuit, non, ut Eugraphio in extremo Andriæ traditum, recitavit, vide ſi juvat Caſp. Barthium VI. 20. Adverſariorum, & Euſtathii Svvartii Analecta III. 12. p. 132. Hi *Alcuinum* qui Caroli M. ætate ſcholaſticum geſſit, Calliopii nomine à Calliope Muſa ducto librariis venire ſcribunt. Sed videtur potius eſſe nomen proprium alterius viri, quoniam & alios Calliopios reperio, ut presbyterum Nicænum apud Socratem VII. 45. tum illum, ad quem exſtat Epiſtola Dionyſii Sophiſtæ Antiocheni, denique Martyrem, de quo Martyrologia ad diem VII. Aprilis. Calliopium quoque pro Callipione Diacono reponit Barthius III. 5. in tertio dialogo Severi Sulpitii, ſed ni fallor citra neceſſitatem. Calliopium pro viro Muſico iterum ponit XLVI. 3. ubi ait ad Venantium Fortunatum *velut ad Calliopium quempiam, magiſtrum & coryphæum Muſicorum modulaminum reſpexiſſe om-*

nium

Comœdias apparet. Scholaſticus hâc ætate erat dignitas Eccleſiaſtica eorum qui Scholis præerant Eccleſiaſticis, ut docet Cangius in Gloſſario latino. *Joſephus Scaliger in Scaligeranis pag.* 151. Calliopius recenſui. Hic Terentium recenſuit, ut Vegetium *Eutropius* in MSS. Vegetii apud Puteanum. C'eſtoient des Grammairiens, qui corrigeoient un livre, & la deſſus on le copioit. A la fin de Ceſar dans les vieux exemplaires, *Julius Celſus*, c'eſtoit un autre Grammairien. Apres Aurelius Victor (non celui qui ſe met apres Juſtin) il y a un *Symmachus* ou *Theodorus*, c'eſtoient des Grammairiens. In MS. veteri Priſciani Grammatici, qui eſt in Bibliotheca Puteana, illius Grammatici *Theotori* cenſura reperitur: comme auſſi *Acro* & *Porphyrio*, qui eſtoient de beaux & grands Commentateurs, (nous n'en avons que les reſtes) & d'autres vieux commentateurs, qui ſon citez par Chariſius. Auctor eruditus notarum Terentio edit. Cantabrig. 1701. 4. adjunctarum Evanthium ſecucutus relinquit dubium, utrum Calliopius fuerit Grammaticus & Criticus, (*a*) qui Comici dramata emendaverit, an eorum unus qui ad ſpectatores dixerit *plaudite*. Sed quod additum legitur, *Calliopius recenſui*, perſpicue evincit Critici functum eſſe partibus, & quonian in pluribus Codicibus nomen ejus obvium eſt, recenſionem illius præ cæteris probatam fuiſſe, & librariis placuiſſe. Eruditiſſimus Vir Richardus Bentlejus, qui ab aliquot annis novam Terentii editionem ſingulari ſtudio caſtigatam prælo parare inſtituit, in parte prima obſervationum Anglica editarum lingua adverſus Antonii Collini libellum pro licentia cogitandi vulgatum pag. 66. teſtatur ſe collatis variis Codicibus notaſſe farraginem variarum lectionum ad vicies mille.

* Terentius manu Theodorici de Palude ſcriptus A. 1442. extat in Bibl. publica Leidenſi, ut alios Codices MSS. & collatos Comici in eodem theſauro librario obvios prætersam.

V. Univerſas Terentii editiones perſequi velle inepti haud dubie

nium ſequentium Poëtarum chorum: Sed ſive verum ſive fictum habeatur nomen, Criticus certe fuit, qui Terentii fabulas ad priſca exemplaria correxit. Sic Vettius Agerius Baſilius Mavortius U. C. & INL. ex commendatione Dom. Exconſ. ord. legit & emendavit Horatium: Nicomachus Dexter & Victorianus V. V. C C. Titum Livium: Julius Celſus Coſtantinus V. C. & Flavius Licerius Firminus Lupicinus Ephemerin Julii Cæſaris: Flaccus Theodorus Memorialis ſacri ſcrinii Epiſtolarum & adjutor viri magni Quæſtoris ſacri Palatii, Priſcianum. Securus Melior Felix Aſper Comes conſiſtorii Rhetorem urbis Romæ Martianum Capellam, uti hæc nomina in vetuſtiſſimis ſcriptis Codicibus adnotantur. Sic Apuleji Mileſiarum libros & Apologeticum Criſpus Saluſtius quidam legit, emendavit & recognovit: ita enim in antiquiſſimis Codicibus legitur, qui Florentiæ in Bibliotheca Magni Ducis Hetruriæ aſſervantur, quas obſervationes debere me fateor Lindenbrogio pag. 596. ad Terentium.

(a) Bibl. choiſie de Mr. le Clerc T. 3. p. 162.

dubie ſit; pleroſque tamen qui vel inter primos, vel cum laude in illo edendo atque illuſtrando verſati ſunt, prorſus præterire, negligentis. Niſi antiquiſſima ſit, quam forma folii excuſam ſine loci temporiſque nota memorat Catalogus Gudianus p. 248. nullam reperio antiquiorem Terentii editionem Mediolanenſi 1470. per Antonium Zarotum impendio Jo. Legnani, & Donati in Terentium Rom 1472. fol. per Conrad. SWeynheim & Arnoldum Pannartz. Hanc ſequitur Tarviſina (*a*) an. 1474. fol. tum Veneta an. 1476. fol. * cum Donati, & in Heautontimorumenon, Jo. Calpurnii commentariis: quam laudans Muretus, *etſi*, inquit, *uti erant illa tempora, mendis innumerabilibus ſcatet, tamen ita multa, ita præclara veteris ſcripturæ veſtigia retinet, incredibile ut mihi auxilium tulerit ad locos perplurimos corrigendos*. Altera deinde Tarviſina an. 1477. fol. quæ ſicuti & prior Donati in quinque Comœdias & in Heautontimorumenon Jo. *Calpurnii* commentarios adnexos habent. Parmenſis A. 1480. cum caſtigationibus *Pomponii Leti* Tarviſina cum iiſdem commentariis 1477. fol. & Franciſci Dianæ recognitione Venet. 1479. fol. Venet. 1482. 1487. fol Veneta 1480. & Neapolitana 1481. fol. ex caſtigatione *Auli Sabini*. Has excipit Mediolanenſis & Veneta 1483. fol. Venetæ iterum 1494. 1567. & 1580. fol. &c. Argentoratenſis 1496. fol. in qua gloſſa interlinearis & directorium adagiorum, artiſque comicæ, commentariique Donati, *Guidonis* & *Jo. Badii Aſcenſii*, atque in Heautontimorumenon expoſitio Calpurnii continentur; & 1499. fol.

Argentorati Anno 1503. fol. cum Donati Commentar. additis iconibus, ligno ſatis ridiculè deſcriptis, & 1506. 4. cum commentario Petri Marſi, & Pauli Malleoli.

Cum notis Badii Aſcenſii, Pariſ. 1504. 4. & 1508. fol.

* Lipſienſis A. 1508. Argentoratenſis A. 1513. Tubingenſis 1516. 4.

Editiones *Aldinæ*, Venet. 1517. & 1521. 8.

Terentius cum *Petri Marſi* & *Pauli Malleoli* annotationibus. Argent. 1519. 4.

Editio *Rob. Stephani* Pariſ. 1529. fol. 1536. 4. 1541. 4. cum commentario Donati &c. & ſine commẽtariis 1533. 1545 8. & minori forma 1532.

Eraſmi editio Baſil. 1532. 1538. fol. cum Scholiis è Donato, Cornuto & Aſpero.

* Editio Gryphiana A. 1544.

Baſileenſis apud Bryllingerum 8. cum Melanchthonis & variorum Commentariis.

Pariſienſis A. 1552. fol. è MSS. caſtigata cum variis lect. & reſtitu-

C 3

(a) Cornel. Beughem in incunabulis Typographiæ pag. 131. Obſerva, primas Terentii editiones deſtitui verſuum diſtinctione.

Digitized by Google

reſtituta verſuum ratione, ſcholiiſque præter Donatum & Calpurnium *Melanchthonis*, Eraſmi, Goveani, Jul. Cæſ. Scaligeri, L. Victoris Fauſti, P. Bembi, A. Barlandi, B. Latomi, P. Marſi, *J. Rivii*, Steph. Doleti, H. Loritti Glareani, J. Theodorici, & Jodoci Willichii.

Antonii Goveani. Lovanii 1552. 4. Pariſ. 1558. 4. * *Goveanum* hominem ingenioſiſſimum vocat & paſſim ad Terentium laudat elegantiſſimus Muretus. Idem *Æmilii Ferreti* operam in Terentio poſitam celebrat pag. 181. b.

Veneta A. 1553. fol. apud Barthol. Cæſanum cum commentariis Donati, *Guidonis Juvenalis* Cenomani, *Petri Marſi* in omnes fabulas, *Stephani Doleti* in Andriam & Eunuchum, & Jo. Calpurnii in Heautontimorumenon.

Colonienſis A. 1555. cum commentario *Jodoci Willichii*.

M. Antonii Mureti Venet. 1555. 8. apud Paulum Manut. & Antuerp. 1567. 12. 1580. 8. apud Plantin. & Lugd. 1573. 8. Venet. 1575. 8. apud Aldum, & Franequ. 1597. 8. Muretum dum metro conſulere ſtudet, nimium ſibi in Terentio indulſiſſe queruntur viri docti. Dedicationem Mureti in poſterioribus editionibus prætermiſſam dolet Tho. Crenius V. C. parte 2. animadverſ. p. 7. * Cum *M. Antonii Mureti*, quatuor Codicibus MStis uſi argumentis & notis, Venet. 1558. 8. apud Paulum Manutium, quam editionem ipſius Mureti manu paſſim notatam vidi in Bibliotheca Marquardi Gudii, qui eam ab Octavio Falconerio V.C. Romæ A. 1662. dono acceperat. Eodem A. 1558. 12. lucem iterum vidit Pariſiis, ſæpiuſque deinceps recuſa ut Antuerp. 1565. 12. Frf. 1575. 1592. 8. Venet. 1603. Editio Lugd. 1573. 8. manu Iſaaci Caſauboni trita & ejus notis paſſim inſignis exſtat in Bibl. Joannis Mori, Elienſis Epiſcopi. Cæterum in recentioribus editionibus non modo dedicatio Mureti ad Jacobum Surianum Patricium Venetum (ut in Pareana) deſideratur, ſed etiam in Elmenhorſtii Epiſtolis MSS. ad Holſtenium lego hæc verba: *Laboramus etiam de Terentio Mureti Venetiis edito, quem rogo omni niſu nobis extorqueas, ſaltem ad menſis ſpatium. In Antuerpienſi enim editione multa omiſſa à ſacris hominibus*.

Petri Anteſignani editio Terentii triplex Lugd. 1560. 8. 1. cum argumentis, brevibuſque notis, & proſodia atque carminum ratione, 2. cum notis variorum, & 3. cum notis brevibus novis ad oram libri, & trium priorum dramatum verſione & paraphraſi Gallica, notatis in verſione per uncinulas ſingulis vocabulis, quæ in latino non exſtant. Confer Bælii dictionar. edit. ſecundæ p. 260. & Hendreichii Pandectas in Anteſignano. * In *Anteſignani*

teſignani Rapiſtagenſis editione hoc eſt ſingulare, quod ſingulis verſibus per Siglas in interiore margine adſcripti ſunt pedes, quibus metrum conſtat, v. g. verſui in prologo Andriæ:

Poëta quam primum animum ad ſcribendum appulit, adſcriptæ ſunt literæ ii d ſſp, quæ ſignificant verſum illum conſtare jambo iterumque jambo & dactylo tum ſpondæis duobus & pyrrichio. * Veneta A. 1561. fol. *Ambroſii Berndtii* ſive *Bernardi*, qui Lutheri affinis fuit, notas in Terentium A. 1540. compoſitas edidit A. 1566. Stephanus Riccius. De Ambroſio illo A. 1542. Witebergæ, ubi Oratoriæ Profeſſorem geſſit, defuncto vide Car. Frid. Pezoldi Miſcellanea Lipſienſia T. V. pag. 354. ſeq. A. 1717. 8.

P. Terentii Comœdiæ vetuſtiſſimis libris & verſuum ratione à *Gabr. Faërno* emendatæ, Florent. 1565. 8. editio nitida & accuratiſſima, curante Petro Victorio. Recuſa etiam exſtat Anno 1587. 8. Heidelbergæ apud Commelin. cum Eugraphii Commentariorum fragmento: & 1607. 8. * De Terentio præclare promeritus poſt Muretum *Gabriel Faërnus*, de quo Latinus Latinius in Epiſtola A. 1555. data Tom. 2. Epiſt. pag. 41. *Faërnus intermiſſo Livio ad Terentium abſolvendum iterumque nova diligentia caſtigandum rediit, jamque ad Phormionem pervenit. Sperat autem ſe multis locis poſtrema hac opera lucem pulcherrimam attuliſſe adjutus cum aliquot Codicum ope, tum veteris cujusdam Scholiaſtæ, qui apud Canonicos D. Petri in Bibliotheca tamdiu latuit, ut pene omnibus ſæculis ignotus nunc primum videatur in lucem prodire.*

E caſtigatione & cum notis *Matthiæ Bergii* Lipſ. 1574. 8. adjunctis Joh. Camerarii, Jo. Rivii, Georgii & *Franciſci Fabricii* caſtigationibus atque annotationibus. *Theodori Pulmanni* notæ cum Eugraphii, Mureti, Fabricii, &c. Antuerp. 1580. 8.

Terentius ex Eraſmi & Melanchthonis recognitione Francof. 1575. 8. cum ejuſdem Melanchthonis argumentis. Eraſmi præfatio ad Terentium exſtat inter ejus Epiſtolas XXVIII. 20. edit. Lond:

Auguſtini Gambarelli Mediolanenſis * obſervationes in Terentium, ſive voces ejus & locutiones una cum conjunctis, oppoſitis & epithetis Alphabeti ordine deſcriptæ prodiere Bergomi, 1597. forma majore octava. Ejuſdem Gambarelli antitheta ex Plauto, Terentio, Cæſare & Cicerone digeſta ordine literarum lucem viderunt Mediolani 1619. 4.

Jo. Weitzii notæ ſive collectanea in Terentium Lipſ. 1610. 8.

Frid. Lindenbrogii editio inſignis atque reliquis præferenda, cum Ælii Donati & Eugraphii veteris Scholiaſtæ integris commentariis ad MSS. Codices recenſitis, additis propriis, & Gabr.

 Faërni,

Faërni, de Terentio præclare meriti, obſervationibus, Pariſ. 1602. 4. & Francof. 1623. 4. quæ editio auctior & emendatior eſt, niſi quod Epiſtola Lindenbrogii ad Suffridum Calignonum & Faërni notæ in illâ ſunt omiſſæ.

Stephani Riccii è prælectionibus doctorum Wittebergenſium, Mulhuſæ 1568. & Gorlicii 1570. 1574. 8. atque iterum Lipſ. 1614. tribus Vol. 8.

* Terentius ex recenſione *Dan. Hienſii*, præmiſſa diſſertatione de Plauto & Terentio, ſæpius vidit lucem in Belgio & in Germania poſt editionem Amſtelod. 1618. 12.

Jo. Philippi Parei, Neapoli Nemetum 1619. 4. in qua editione præter notas Rivii, G. Fabricii, Faërni, Mureti, Pareique ipſius habetur index omnium vocabulorum. Idem Pareus Plauto ſuo diſſertationem de Terentiana Plauti imitatione adtexuit, quod argumentum ante eum tractaverat quoque *Gaudentius Merula* in dialogo Terentiano.

Cum Epiſtolis VII. Criticis, ſive notis brevibus *Chriſtophori Coleri* & indice phraſium Francof. 1584. 12. Genev. 1593. 12. Francof. 1685. 12.

Cum notis, indicibus & medulla ſive Phraſeologia Terentiana *Martini Hayneccii*, Lipſ. 1592. 1606. 1614. 1624. 1634. 8. quam editionem Caſpari Barthio cumprimis probatam fuiſſe teſtatur Caſpar Sagittarius libro de Plauti, Terentii & Ciceronis vita ac ſcriptis Altenb. 1671. 8. p. 65.

Editio Regia typis luculentis & majoribus, Pariſ. 1642. fol.

Cum locupletiſſimo indice Philologico verborum phraſiumque & collectaneis *Jac. Kockerti*, Lubecæ 1651. & 1667. 8.

Cum *Jo. Henrici Bœcleri* annotationibus & Chreſtomathia Terentiana ſive ſelecto Indice locutionum, Argentorat. 1657. 8. Huic editioni adjunctæ ſunt etiam *Franciſci Guieti* Andegavenſis in Terentium notæ eruditæ, ſed juſto paſſim audaciores, unde Terentium indignis modis à Guieto tractari ſcripſit Chr. Waſius in Senario p. 244. Obierat jam Guietus A. 1655. cum notæ illæ ederentur. Vide vitam ab Antonio Periandro ſcriptam notiſque in Terentium præmiſſam.

Cum notis *Tho. Farnabii* in quatuor priores, & *Merici Caſauboni* in Phormionem & Hecyram, Lond. 1651. 12. Amſtel. 1651. 1660. 1669. 12.

Jo. Minelli Roterd. 1670. 1680. 12. Ejuſque æmuli V. C. *Chriſtiani Junckeri* Dreſdenſis Lipſiæ 1702. 12. * Hic meus. cum viveret amicus diem (*a*) obiit Altenburgi A. 1714.

Tan.

(a) De Junckero ejuſque ſcriptis vide ſi placet Epiſtolam quam Dresdæ A. 1714. 4. edidit atq; mihi pro ſuo in me amore inſcripſit C. V. Jo. Gideon Gelius. Nova litteraria, Hamb. A. 1703. p. 35. Secretarium Tom. 2. p. 885. ſeq.

Tan. Fabri. Salmurii A. 1671. 12.

Cum Commentariis Donati, & ubi hic deficit, Eugraphii, atque ſelectis (*a*) *variorum* notis. Lugd. Bat. 1644. 8. & 1651. 1657. 8. curante *Cornelio Schrevelio*, qui poſterioribus editionibus nomen ſuum adſcripſit.

In uſum Delphini, à *Nic. Camo* Pariſ. 1675. 4. quæ editio ſemel iterumque repetita eſt ab Anglis Lond. 1688. & 1700. 8. * omiſſa tamen quædam haud abſurde, quæ Camus in Pariſienſi editione præmittenda eſſe duxerat.

Cum integris notis *variorum*, Donati, Eugraphii, Faerni, Bœcleri, Farnabii, M. Caſauboni & Tan. Fabri, Amſtelod. 1686. 8.

Denique Pariſiis Terentii comœdiæ expurgatæ cum notis viri egregii *Joſephi Juvencii*, è Societate Jeſu, quæ auctiores occurrunt in editione Rothomag. 1711. & Pariſ. 1715.

* Terentii Comœdiæ captui puerorum accommodatæ per Emanuelem Sincerum. Auguſtæ Vindel. 1717. 8.

Editio Comici nitida atque emendata A. 1701. Cantabrigiæ typis majoribus Academicis in 4. lucem vidit curante clariſſ. D. *Leng*, ex aula S. Catharinæ, additis notis criticis & diſſertatione de ratione & licentia metri Terentiani, de quo argumento etiam conſulendus Chriſtoph. Waſe in ſenario, ſive libro erudito de legibus & licentia veterum Poetarum. Oxon. 1687. 4.

Elegans quoque Terentii editio eſt, quæ cum ſcito & accuratiſſimo *Martini Hugenii* indice vocabulorum & phraſium Terentianarum omnium (jam ante A. 1701. vulgato) prodiit Amſt. 1710. 8. curãte Hugenii fata filio cognomine, & imitationem Terentii Plautinam, ſive loca Plauti phraſeſque quas imitatus Terentius videri poſſit, in ſingularum paginarum calce annotante. Index Hugenii ſervatus quoque

(a) Frequens eſt in Virorum eruditorum ſcriptis, ut in illas *variorum* quę ſolenni vocabulo dicuntur *notas*, quæ non integras hominum celebrium animadverſiones ſed excerpta tantum ex illis ſcholia exhibent, graviter invehantur. Ita doctiſſimus Grævius præf. ad Sveton. Hanninius V. C. præfat. ad Juvenal. & ad Britannici in Juvenalem notas. Antonius Borremanſius in variis Lect. cap. 7. Adrianus Bailletus T. 1. judicior. de Scriptoribus p. 462. 519. multique alii. Neque diffitendum eſt quandoque potuiſſe editionum illarum curatores quoſdam majore delectu, majoreque fide uti in decerpendis, vel digerendis doctorum virorum obſervationibus, ut probe obſervatum etiam Jo. Clerico V. C. eſt T. 1. Parrhaſianorum p. 230. At enim ſi cum judicio adornatæ hujuſmodi Variorum notæ in optimos quoque ſcriptores veteres exſtent, non dubitem affirmare earum editionum auctores tanto melius promeritos de publico bono, quanto ceteri illi magis forte conſulere ſe exiſtimant virorum doctorum famæ, qui uni ſcriptori horum plurium integros commentarios, atque in his tamen multa ſæpius repetita, multa parum ad rem facientia ſubjungunt. Nolim ſane commentaria illa perire vel non integra conſervari, ſed hæc qui typis exſcribenda dant, eos viciſſim nolim invidere ſtudioſorum compendio, quod ex altero genere notarum, ſi ita ut par eſt conficiantur, haud dubie ſibi promittere poſſint.

quoque in editione Terentii Londinenſi, quam curavit præclarus Vir *Mich. Mattaire* 1715. 12. qui in corpore poetarum Latinorum poſt Genevenſes auctiore Terentium jam vulgaverat Lond. 1713. fol.

Cum locis Terentii ipſius parallelis & indice formularum ſive phraſium uberrimo cura V. C. *Davidis Hoogſtratani*. Amſt. 1718. 4.

Chriſtophorus Cellarius Vir præſtantiſſimus in diſſ. de ſolutæ Orationis ſcriptoribus ſcholarum uſui publico commendandis edita Halæ Sax. A. 1706. p. 4. *Longiores ſunt fabulæ Terentii quam ut puerili ætati adprebendantur, periculoſiores adoleſcentiæ (a) quia quam caſte videntur ſcribere, tamen res ipſa turpis eſt, ſtuprum in fabellis ſingulis. Habemus excerptas ex iis præſtantiores formulas atque locutiones, quas qui juventuti proponunt, conſultius nobis videntur agere quam qui integras interpretantur Comœdias*. Eum in finem *Hieronymus Freyerus* laudabili inſtituto Colloquia Terentiana cum de Plauto excerptis & Phædri fabulis ad innoxium Scholaſticæ juventutis uſum accommodata edidit Halæ Sax. 1714. 8.

Terentium cum pluribus MStis diligenter contulerat *Chriſtophorus Waſe*, & uberioribus commentariis illuſtraverat, ut teſtatur Henricus Nevvtonus (*b*) vir nobiliſſimus Epiſtola LXIX. qui illo Doctore olim uſus fuit: Hos intercidiſſe dolebit mecum, qui Waſii hujus librum de ſenario, ſupra etiam mihi memoratum evolverit.

Nuper admodum ex amici beneficio in manus meas inciderunt notæ ineditæ doctiſſimi Viri *Jo. Frid. Gronovii*, quas ubi Terentius apud nos recudetur, ſtudioſis Latinæ linguæ non invidebo. Utinam vero brevi in lucem ferri contingat elaboratiſſimam *Rich. Bentleii* editionem, (*c*) qui Terentium cum ſcholiis Donati & ſuis caſtigationibus jam pridem dare cogitat, & in parvo Comici volumine ad mille vocabula emendare ac reſtituere (*d*) promiſit. Nam audacem licet, ut in Horatio, juvabit fortuna ingenii, & eruditio recondita nihil non elegantis atque exquiſiti proferre ſinet.

Ver-

(a) S. Auguſtinus lib. 1. Confeſſion. cap. 16. Terentium velut turpitudinis magiſtrum deteſtatus: *Non accuſo verba quaſi vaſa electa atque pretioſa, ſed vinum erroris quod in eis nobis propinatur ab ebriis doctoribus.*

(b) Henr. Neutoni Epiſtolæ, Orationes & carmina prodierunt Lucæ 1710. 4. vide Acta Erud. Tom. VI. ſupplem. p. 85. & cave hunc confundas cum Iſaaco Neutono, Philoſopho & Mathematico acutiſſimo.

(c) Hæc Bentlei editio in Anglia primum, tum Amſtel. lucem vidit an. 1727. Omnium vero Terentii editionum præcipua videtur, quam cum antiquis interpretibus Donato, Eugraphio, Calpurnio, aliorumque recentiorum obſervationibus, ac ſuis emiſit Hayæ Comitum 2. vol. 4. 1726. Arn. Henr. Vveſterhovius.

(d) Journal des Savans A. 1714. p. 351. ſeq. edit. Amſt.

Verſiones quoque Terentii exſtant *Gallicæ*; antiquiores quidem qualis proſa & verſu regi Galliæ Franciſco I. oblata auctore *Octavio Galleſio* prodiit Pariſ. 1539. fol. apud Antonium Verardum, & Jo. Petit. *Jacobi Bourlei* verſum verſu reddentis metaphraſis memoratur Franciſco de Cruce Cenomano Bibl. Gallicæ p. 179. *Petri Anteſignani* Rapiſtagnenſis verſio Gallica proſaria Pariſ. 1574. 1583. 614. forma minore, & Lugd. 1560. 8. Eſt mihi ad manum editio Latino-Gallica Pariſ. 1586. 12. ſine nomine interpretis. Recentiores vero ſunt. Una *S. Albini*, quæ poſt primam editionem Pariſ. 1646. ſæpius lucem vidit hoc titulo: *Comedies de Terence traduites en François avec le latin à coté & rendues tres bonnettes* (*a*) *en y changeant fort peu de choſes*. Andriæ, Adelphorum, & Phormionis verſio Gallica proſaria auctore *San Albino* jam quartum prodierat Pariſ. 1658. 12. Reliquæ tres Eunuchus, Heautontimorumenos & Hecyra *Martignate* interprete, primum viderunt lucem Pariſ. 1670. & deinde 1678. 12. Latino ut in prioribus etiam Comœdiis factum e regione poſito. Altera *Michaelis de Marolles* Abbatis Villalongani, quæ ſubjunctas habet *Johannis Peyraredei* obſervationes, & e regione Latina Pariſ. 1660. 8. duob. volum. Tertia denique, cui itidem latina adpoſita ſunt, *Annæ Daceriæ* T. Fabri filiæ Pariſ. 1688. & Amſt. 1698. 12. tribus voluminibus. Quanquam vero elegantiſſima hæc eſt interpretatio, tamen ex illa ipſa repetitis exemplis, quam difficile ſit vim atque elegantiam verborum latinorum vernacula lingua reddere, oſtendit Jo. Clericus V. C. in arte Critica T. 1. p. 208. ſeq. * Illa autem ſemel iterumque recuſa eſt in Belgio, & Zittaviæ 1705. 12. ac Budiſſinæ in Germania, & cum novis illius animadverſionibus, Roterd. 1717. 8. Latine & Gallice tribus Volum. (Journal des Savans 1717. Aout. pag. 169.) & Latinis omiſſis Halæ Sax. 1720. 12. ex Martini Deſchneri recenſione, qui Budiſſinenſem editionem inemendatiſſimam eſſe queritur. Andriam, Adelphos, & Phormionem eleganti quoque veſte Gallica induit *Iſaacus le Maitre de Sacy*. * Andriam verſibus Gallicis nuper dona-

(a) Terentius ab obſcœnitate purgatus lucem quoque vidit aliàs, ut Ingolſtadii 1589. 8. Etiam in editione ad uſum Delphini Pariſienſis, turpia verba omiſſa ſunt & ad calcem rejecta. Ab illis obſcœnis ut deduceret juventutem, ſine Terentianæ dictionis purique ſermonis latini jactura *Cornelius Schonaus* Goudanus (A. C. 1618. denatus) Terentium Chriſtianum compoſuit, ſæpiuſcule recuſum; & *Jo. Fichtelius* Æſchinum Comœdiam vulgavit Lubecæ, 1669. 12. continentem phraſes & elegantias Terentii, addito ſupplemento ſeptem Colloquiorum. Ceterum primordia latini ſermonis non à Terentio, ſed à Cicerone capienda eſſe pulchre docet Conr. Sam. Schurtzfleiſchius, Vviteberga lumen, in ſingulari Diſſ. A. 1704. edita.

Digitized by Google

donatam audio à Petro Clerico S. I. Toloſæ, eodem qui Electram Sophoclis metaphraſi Gallica reddidit.

Terentius *Italice* Venet. 1533. 8. & 1558. *Jo. Fabrino* da Fighine, Florentino interprete, cujus etiam eadem lingua ſcripti exſtant commentarii, interpretationis vice Latino Terentio adjuncti Venet. 1580. 4. & 1594. 4.

Flammetta Maleſpina, Marchioniſſa Terentium Italieis verſibus quam feliciſſime expreſſit teſte Jo. Maria Creſcimbenio in Hiſtoria Poeſeos Italicæ lib. 2. p. 241. * Celebratur & Italica *Jo. Juſtiniani* translatio.

Germanice & *Italice* per *Antonium Gagliardi* Lipſ. 1692. 12.

Germanicè expoſuerunt multi, Jo. Rhenius, Val. Boltzius, Steph. Riceius, & noviſſimè Dan. Hartnaccius: Carmine Germanico Jo. Epiſcopius Herbipolitanus Francof. 1563. 8.

Terentius cum Germanica verſione editus *Davide Hæſchelio* & *Matthia Schenckio* Auguſtæ Vindel. 1624. 8. memoratur in Theoph. Spizelii templo Honoris pag. 334.

Verſio Germanica cum præf. M. Joannis Kromayeri, Concionatoris aulici & inſpectoris Vinarienſis, qua Terentium in ſcholis retinendum ſuadet. Vinariæ 1626. 8. Eadem verſio recuſa Hamb. 1670. 8. omiſſis ſummariis notiſque. Vidi etiam vulgaria Terentii in Teutonicam linguam traducta, ſeu phraſes Comici cum Germanica verſione excuſas Daventriæ 1489. 4.

Carmine Germanico, Terentius per *Henricum Ham*, Isleb. 1586. 8.

Belgice Antuerp. 1555. 8. * Latine ac *Belgice* vidit lucem cum notis Henr. Svvaerdekroonii Roterd. 1648. 8.

Cum emendata *Belgica* verſione & Minellii notis marginalibus. Roterd. 1663. 8. Vveſterbanii interpretatio eodem anno Hagæ 4.

Latine, & *Anglice*, Lond. 1629. 4.

Hiſpanica verſio auctore *Petro Simone Avril* edita A. 1577. & Compluti A. 1582. atque iterum Barcinone A. 1599. 8. ad addiſcendam linguam Hiſpanicam commendatur in primis à Gaſpare Scioppio in conſultationibus.

Argumenta in ſingula dramata habemus à *C. Sulpitio Apollinari*, illo qui Pertinacem Imp. Latinas literas docuit. Etiam è recentioribus argumenta in Comœdias Terentii Melanchthon, & Muretus: in ſingulas fabularum Terentii ſcenas compoſuere Paullus Malleolus, Chriſtophorus Hegendorfinus, Hadrianus Barlandus, Barthol. Latomus &c.

Juvatne etiam commemorare libellos tyronum deſtinatos uſibus,

bus, *Georgii Fabricii* elegantiarum è Plauto & Terentio libros duos, cum P. Syri mimis ab Eraſmo & eodem Georgio expoſitis excuſos Lipſiæ 1558. 8. *Henrici Decimatoris* Gifhornenſis ſuccum & medullam Terentianam, libris V. Halæ Sax. 1597. 8. *Pauli Perdicis* latine dicendi formulas è Terentio collectas, Budiſſinæ 1545. 8. *Martini Hayneccii* medullam & fructus Terentianos, ſive ſententias Ethicas, Politicas, Œconomicas, Phyſicas & Hiſtoricas cum adagiis & proverbiis Comicis Lipſ. 1608. 1614. 1625. 1634. 8. *Cornelii Graphei* phraſes Terentianas laudatas Vignolio Marvillio ſive quicunque ſub illo nomine latet T. 2. Miſc. Hiſtorico-litterar. pag. 121. *Pauli Toſſani* Phraſeologiam Terentianam, Oppenheim. 1613. in 8. *M. Friderici Haberſack*, Rectoris Scholæ Gryphisvvaldenſis nucleum Terentianum, Roſtoch. 1655. 8. *Bartholdi Feind* phraſeologiam Plautino-Terentianam Hamburg. 1688. 8. &c.

VI. Fuit diverſus à noſtro, licet ſunt qui utroſque confundant, *Terentius Culleo* Senator Romanus, quem captum à Carthaginienſibus Scipio Africanus major vindicavit in libertatem, & triumphans eum cum pileo capiti impoſito pone currum ſequentem habuit, ut traditum Livio XXX. ult. Alius *Terentius Libo* Fregellanus Poeta, cujus meminit Donatus, ut omittam *Terentium*, à quo exaratos Numæ libros repertos in arca juſſu Senatus crematos refert Victor de Viris illuſtribus cap. 3. Sed plures Terentios collectos videre licebit à Jo. Glandorpio p. 833. ſeq. Onomaſtici, & à Jo. Lomeiero dierum genialium parte I. diſſ. VI. De M. Terentio Varrone Atacino & Terentio Clemente JCto dicturus ſum inferius ſuis locis. * Variis Terentiis à me commemoratis addere licebit Priſcum Terentium, de quo Mæcenate ſuo Martialis XII. 4. 14. 63. Terentium Comitem de quo S. Baſilii Epiſt. 272. & 349. Theodoritus IV. 28. Terentium Epiſcopum Seleucianenſem, qui Concilio Africano A. C. 424. interfuit & Collationi Carthaginienſi A. 411. Terentium item Tomorum Epiſcopum in Scythia, de quo Sirmondus ad Facundi IV. 3. T. 2. Opp. p. 521. Terentium monachum ac presbyterum novæ Lauræ, qui ſubſcripſit Concilio CPol. ſub Mena A. C. 536. M. Terentium Coracem, quem dum tabellas ſcripſit, in foro mortuum narrat Plinius VII. 53. Hiſt. &c.

Verba CHRISTI ad Paulum, *grave tibi erit adverſus ſtimulum calcitrare* Act. IX. 5. ridicule quidam petita eſſe duxerunt è Terenti Phormione 1. 2. 28. *nam quæ inſcitia eſt adverſum ſtimulum calces?* Vide Jo. Euſebium Nierembergium XII. 14. de origine S. Scripturæ, & Rev. D. Jo. Frid. Mayeri Exercitationem, *Utrum CHRISTUS legerit Platonem vel Terentium?* editam Hamburgi

burgi 1701. Sane obvium eſt idem proverbium in multis ſcriptoribus etiam Terentio antiquioribus, ut annotatum Jo. Pricæo & Doughteio ad Actorum locum, & Joanni Nicolai in libro de calcaribus cap. XIV. Uſus quoque diu poſt Julianus Imp. Oratione VIII. ſive Epiſtola ad Salluſtium fol. 246.

VII. INDEX SCRIPTORUM
In Donati, & Eugraphii Commentariis in Terentium citatorum

ad paginas editionis Lindenbrogianæ Francof. 1623. 4.
V. Vitam Terentii à Donato ſcriptam deſignat,
E. Evanthium, D. Donatum de Comœdia.

ACcius Clytæmneſtra. 324. Accius, Afranius, Plautus magni Comici. E.
Ego Adeſionem ſequor, qui recte intellexit Terentium 163.
Afranius. 289. in Compitalibus *Terentio non ſimilem dices quempiam* V.
Æſchylus D. *uſum perſonarum in Tragœdiis reperit*. E.
Ambivius Terentii hiſtrio 461.
Apollodorus. 345.359.368.376. 380.431.437.458.463.477.478. 481.483.546.594. Ejus (vel alterius 571.) Hecyra. 336. ἐπιδικαζομένη. 421. translata à Terentio 574. 428. alia ἐπιδικαζόμενος. id. Phormionem & Hecyram ab Apollodoro expreſſit Terentius, ceteras à Menandro V.
Ariſtophanes 163. Cratinus, Eupolis & Ariſtophanes, poëtæ veteris Comœdiæ: Menander & Terentius novę. E.
Aſper Grammaticus 275. 297. 436.
Cæcilius 79.176.572. Eratoſthene. 370. harpazomene 162. (alius Cæcilius de quo 518.) ejus fabulæ partim exactæ, partim vix admiſſæ 342.
C. Cæſaris verſus ſex hexametri in Terentii, dimidiati Menandri laudem V.
Calliopius recitator Terentii. 525.
Cato 402.
Catullus 73.
Cicero 6.7.8.16. 19.26. 27. 31.33. 38.52.56.60.61.64 66.73.77.80. 84.89.90.91.104.114.121. 141. 145. 150. 159. 163. 184. 186.190.197. 199.251.257.263.273.274. 280. 282.283.288 295.308.309.320. 321.331. 352. 359. 361. 368.387. 392.395.398.406.414. 417.428. 440.443.449.454.456.457.462. 467.468.470.482.483.497.510. 512.518.519.523. 526. 532. 535. 543.547. 560. Comœdiam ait eſſe imitationem vitæ, ſpeculum conſuetudinis, imaginem veritatis. D.
Cicero Cluentio 533. in Topicis 6. in Tuſculanis 7. in Catilinam 141.186. 295. 387. pro Cælio 199. 251. in Verrinis 440. 449 456.506. in Protagora 481. de Ora-

de Oratore 526. Tullius in Gallia * 530. Ciceronis Limo V. ubi quatuor ex illo verſus hexametri de Terentio.

Cincius & Faliſcus primi perſonati Comœdiam egiſſe dicuntur, Tragœdiam Minutius & Protinius. V.

Cornelius Nepos V.

Q. Coſconius redeuntem à Græcia periiſſe in mari dicit Terentium cum CVIII. fabulis converſis à Menandro V.

Critici 80.

Demoſthenes 436.

Diphili συναποθνήσκοντες, Plauti commorientibus expreſſi. 242.

Duodecim Tabb. 146.

Ennius 48. 56. 151. 153. 252. 353. 436. 473. 491. 501. in Medea 443. decimo. 458. ſexto ſatyrarum. 463. 490.

Epicurus 92.

Euripides 359.

Feneſtella V.

Græcorum ſententiæ 246.

Græca fabula (Apollodori) 481.

Hellanicus 113.

Homerus 2. 45. 73. 120. 175. 287. 319. 341. 375. 376. 531. 536. omnis poëticæ largiſſimus fons, Iliadem inſtar Tragœdiæ, Odyſſeam ad imaginem Comœdiæ feciſſe monſtratur. E.

Horatius 45. 68. 90. 138. 143. 197. 263. 275. 296. 319. 344. 352. 354. 360. 385. 392. 396. 358. 458. 484. 523. arte poetica. D.

Hortenſius 506.

Hymenæus hymnus Virginalium nuptiarum 328.

Q. Fabius Labeo. infra in Terentio.

L. Lavinius 6. 501. 526. 547. 548. 565. 573. qui Menandri Phaſma Latine vertit. 101.

Livius Andronicus Comœdiæ & Tragœdiæ togatæ repertor. D.

Lucanus 131.

Lucilius. 24. 38. 54. 70. 90. 91. 94. 128. 131. 143. 158. 162. 166. 183. 258. 269. 271. 322. 324. 380. 434. 444. 447. 450. 454. 458. 469. 482. 494. ſecundo. 497. in tertio 444. in quinto. 38. in decimo. 38. vigeſimo ſecundo. 458. Comœdiam novo conſcripſit modo ut poeſin ipſe faceret, id eſt unius carminis plures libros. E.

Lucretius 24. 138. 146. 163. 298. 454.

Luſcius 6. 101. 501. 526. 547. 548. 565. 573. idem qui ſupra L. Lavinius.

Martialis 518.

Menander 1. 46. 52. 54. 59. 61. 63. 73. 78. 79. 90. 92. 94. 101. 104. 113. 163. 189. 246. 259. 268. 331. 515. 528. Ejus Adelphi 238. Andria & Perinthia. 501. 502. 547. *Donatus argum. Andriæ Terentii.* Phaſma & theſaurus 101. Eunuchus. 92. 95. 96 Colax. 96. 527. Heautontimorumenos. 546.

Q. Memmius Oratione pro ſe. V.

Metius. V.

Nævius in Stalagmo 436. in bello Punico. 15. in tribacelo 292. Næviana fabula alimoniæ Remi & Romuli 293. Colax 526.

Nigidius. 447. 448. 454.

Pacuvius. 243.

Perſius 77. 299. 349. 356.

Philippides. 161.

Plato de Rep. 536. Platonica, Pythagorica vocabula. 122.

Plautus 16. 18. 25. 26. 32. 39. 48. 55. 63. 76. 77. 91. 101. 104. 105. 111. 117. 121. 122. 130. 139. 146. 148. 151. 157. 162. 165. 169. 173. 174. 176. 184. 190. 193. 242. 244. 246. 247. 282. 287. 278. 307. 314. 319. 324. 328. 334. 342. 370. 441. 457. 464. 474. 481. 484. 489. 531. 538. 540. Aulularia. 55. 105. 242. 497. Amphitruo 104. 161. Bacchides. 26. 157. 188. 473. Colax. 526. Commorientes ex Diphilo expreſſi 242. 525. Epidico. 121. Menechmis 138. Milite glorioſ. 556. 493. Pſeudolo 32. 39. Trinummo. 117. 162. 190. 395. Truculento. 548. Plautus obſcurior pluribus locis, quia abſtruſa ſæpius ponit quæ ab hiſtoricis requirenda ſunt. E.

Pomponius 158.

Poetarum figmenta cladem moribus afferentia. 153.

M. Popilius, infra in Terentio.

Porcii (Licinii) verſus plures referuntur trochaici de Terentii inopia per Scipionis, Furii & Lælii favorem neutiquam ſublevata. V.

Probus 86. 104. 275. 341. 443. 496. 500.

Rhetorum præcepta 343. controverſiæ. 112.

Salluſtius 13. 16. 17. 18. 26. 32. 37. 39. 42. 56. 71. 81. 89. 91. 104. 105. 109. 113. 121. 124. 129. 134. 136. 142. 144. 158. 187. 190. 274. 275. 287. 298. 307. 309. 355. 363. 372. 373. 376. 390. 391. 411. 430. 436. 438. 440. 441. 445. 448. 449. 454. 458. 467. 469. 472. 479. 494. 497. 498. 505. 506. 530. 533. 546. 568. bellum Jugurthinum 167. 503. 544. in primo libro (Hiſt.) 363. 493. 496.

Santra. V.

Socrates 455.

Svetonius Tranquillus. V.

C. Sulpicius Gallus, infra in Terentio.

Terentius non habet Θεὸν ἀπὸ μηχανῆς ut alii Græci & Latini dramatici poëtæ. E. Terentium fama fuit adjutum in ſcribendo à C. Lælio & Scipione & à C. Sulpicio Gallo, qui conſularibus ludis initium fecerit fabularum dandarum, & à Q. Fabio Labeone & M. Popilio conſulari utroque & Poeta V.

Theocritus 293.

Theſpis primus repertor Tragœdiæ. E. D.

Tubero 458.

Valgius in Actæone V. ubi verſus tres.

Varro 122. 298. 331. 332. 431. in Marcellum. 158. humanarum rerum libris 122. citatur Varro V.

Virgilius 2. 6. 7. 8. 13. 14. 15. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 25. 28. 31. 32. 33. 34. 37. 38. 39. 42. 44. 46. 47. 49. 50. 51. 55. 56. 58. 59. 63. 68. 70. 71. 72. 73. 78. 79. 80. 81. 86. 89. 91. 93. 101. 102. 104. 105. 109. 110. 113. 114. 115. 118. 121. 123. 124. 127. 138. 141. 142. 143. 146. 150. 153. 155.

155.156.158.159.164.165.166.169. 172 173.175.176.182.184.187. 193.198.200.242.245.253. 257. 258.259 262.264.265.270.272. 275.276.277.280.283.284.287. 288.293.296.297.298.299.307. 308.309. 310.313. 316. 319. 320. 322.326.331.343.346. 350.352. 353.355.359.360.363.365.368. 369.370.372.373.375.376.377. 378.379.380.383.384.385.387. 389.390.391.395.396.398.403. 404.406.409.410.411.413 414. 417.426.427.431.435.436.437. 438.439.441.448.449.450.451. 454.459.462.463.464.468.469. 470.471.474.479.480.483.492. 498.501.506. 508. 510. 511. 515. 516.517.518.519.520.521.526. 530.533.534.537.539.546.550. 551.560.562.565.568.569.575. 577.581. in Bucolicis 52. 262. quarto Æneid. 307.

Volcatius V. ubi unus & deinde tres afferuntur verſiculi. Mox idem dicitur Terentium non ſolum Nævio & Plauto & Cæcilio, ſed Licinio quoque poſtpoſuiſſe.

C A P U T IV.

T. LUCRETIUS CARUS.

Lucretii ætas 1. *Libri VI. de rerum natura*. 2. *Eorum editiones atque interpretes*. 3. *Poetæ quos Lucretius imitatus fuit*. 4.

I. T. LUCRETIUS CARUS, patria ut videtur Romanus, natus eſt, teſte Euſebio, Olymp. CLXXI. 2. anno U. C. DCLIX. ante CHRISTUM XCV. *Poſtea amatorio poculo* (*a*) *in furorem verſus, quum aliquot libros per intervalla inſaniæ* (*b*) *conſcripſiſſet, quos poſtea Cicero emendavit, propria ſe manu interfecit anno ætatis quadrageſſimo quarto*, U.C. DCCIII. (*c*) ante CHRISTUM LI. Philoſophus de Epicuri Schola acutiſſimus, quem qui legunt, videntur ut IX. 3. ait Vitruvius, cum eo velut coram de rerum natura diſputare. Poeta ſublimis, idemque elegans & multæ artis luminibus pictus, ac latinæ linguæ auctor egregius. De hoc Poeta conſulendæ Caſp. Barthii notæ ad Statium Tom. 1. pag. 260--263. De eodem Barlæus lib. 2. Miſcell.

Hic Phœbi furiis, furiiſque exarſit Oreſtis,
Quam præſtat ſolis verſiculis furere.

D Ama-

(a) Euſebius Chron.

(b) Hoc vix credibile mihi videtur. Neque eo reſpicere putem Statium lib. 2. Silva 7. in verbis, *& docti furor arduus Lucretii*. Poetarum enim furor laudabilis, ἐνθουσιασμὸς. Pro arduo *difficilem* dixit Quintilianus X. 1.

(c) Triennio citius mortem Lucretii aſſignat Iſ. Voſſius p. 83. ad Catullum, è Scriptore Vitæ Virgilii.

Amatorio poculo verſum in furorem, propria ſe manu interfeciſſe tradit poſt Euſebium etiam Proſper in Chronico. Scriptor vitæ Virgilii eo die quo togam virilem ſumſit Maro, periiſſe Lucretium reſtatur (A. U. C. 698.) *Alii eodem die quo natus eſt Virgilius, obiiſſe ferunt: & aliquis Pythagoreus credat Lucretii animam in Maronis corpus tranſiiſſe, ibique longo uſu & multo ſtudio exercitatum Poetam perfectiſſimum obiiſſe. An ſibi ipſi manus attulerit incertum: interiit anno ætatis ſuæ XLIII. & miſerrimam, quam olim ludibrio habuerat, nimis cito expertus eſt immortalitatem.* Hæc Tho. Crech.

II. Exſtant ejus *libri VI. de rerum Natura* ad C. Memmium Gemellum (*a*) Heroico poemate, verſibus jucundo antiquitatis ſapore conditis Epicuri de rebus naturalibus ſententiam, ſed & impios ejus errores diſertiſſime explicantes. Non plures à Lucretio libros hujus argumenti ſcriptos eſſe, ut male conjiciebat Barthius LII. 4. Adverſar. Lucretio ipſi teſti credimus, qui libro ſexto v. 91. *ſupremæ præſcripta ad candida calcis ſpatium* currere ſe affirmat. Exordium Operis idem quoque quod nos hodie, legit olim Ovidius 2. Triſt. v. 261.

*Sumſerit Æ*neadum genetrix, *ubi prima requiret.*

Æneadum genetrix, unde ſit alma Venus.

Hoc eſt, ſi in manus ſumſerit Lucretium cujus prima hæc ſunt verba: *Æneadum genetrix, hominum divumque voluptas*, quem Ovidii ſenſum eſſe jam pridem notavit Ludovicus Carrio lib. I. emendationum cap. VIII. Uſitatum enim fuiſſe veteribus, ut vocibus initialibus ſcripta ipſa denotarent, pluribus exemplis docet Jo. Jonſius II. 5. de Scriptoribus Hiſt. Philoſ. p. 136 ſeq & Scaliger ad Euſeb. num. M. DCCCCLX. Quod vero in limine Operis invocet Venerem Lucretius homo Epicureus, qui à Diis omnia humana ſuſque deque putabat haberi, ſatis ſe duxiſſe exiſtimandus eſt excuſari more vulgato Poetarum, neque alia opus eſſe reſponſione arbitror ad dubitationem hanc diſſolvendam, quam multos viros doctos exercuiſſe docet præter interpretes Lucretii Creechium alioſque Petrus Bælius vir ingenioſiſſimus in dictionario Hiſtorico p 1923. editionis ſecundæ, quem de Poeta lector ubi volet conſulet. * *Memmium* cui poema ſuum Lucretius inſcripſit, ſcripſiſſe & ipſum verſus, colligas ex Plinii lib. V. Epiſtola 3. Eundem Mæcenatibus ac liberalibus ſtudiorum Patronis accenſet Martialis XII. 36.

Piſones, Seneeaſque, Memmioſque

Et Criſpos mihi redde ....

Quæ

(a) De hoc conſulenda Giſanii prolegomena.

Digitized by Google

Quæ vero à recentiore ætate in Gallia etiamnum claret illuſtris Memmiorum gens, Gallice *des Meſmes*, ſi Bernhardum Monetam audimus, Latine Maximorum potius nomine appellanda erat. Vide Menagiana T.IV. p.175.

Lucretii placita Epicurea carmine confutanda ſibi ſumſerunt, Latino Heroico quidem *Aonius Palearius*, *Scipio Capicius*, *Polignacus* Cardinalis & *Thomas Ceva* S. I. Anglico *Henricus Morus* & *Richardus Blanckmore*, Gallico *Carolus Claudius Geſtus*, & Italico *Alex. Marchetti*. De *Scipionis Capicii* libris II. de rerum principiis, & *Palearii* libris tribus pro animæ immortalitate, Lucretio oppoſitis, infra ad pag. 55. *Polignaci* libri IX. de DEO auctore univerſi necdum lucem viderunt; quod ſciam, ſed ut quam primum prodeant, deſiderabit mecum quiſquis legerit initium primi & fragmenta quæ ex eo producuntur in libro Gallico, Memoires de litterature Tom. 1. pag. 413---418. & in Jo. Clerici Bibl. ſelecta Tom. XXVI. p. 155. ſeq. *Cevæ* Philoſophia novantiqua, qua confutavit Lucretium, excuſa eſt Mediolani 1704. 12. & merita laude celebratur in Diario Veneto, Giornale de' letterati d'Italia Tom. VII. pag. 114. ſeq. *Henrici Mori* poemata Philoſophica, in quibus præcipue multa pro animorum immortalitate, prælum evaſere Cantabrigiæ 1647. 8. *Blackmorii*, Equitis & Medici Londinenſis poema inſigne de creatione, ſeptem conſtans libris, quo Providentiam Numinis adverſus Lucretium defendit, jam tertium prodiit Londini A. 1714. *Geneſti* poema pulcherrimum Pariſiis primum, deinde Amſterodami A. 1717. 12. excuſum hoc titulo eſt: *principes de philoſophie, ou preuves naturelles de l'exiſtence de Dieu & de l'immortalité de l'ame*. Sed *Marchetti* (ejuſdem cujus metaphraſin Lucretii Italicam infra memorabo) Poema Philoſophicum imperfectum ab auctore relictum nec luci datum eſt, cujus initium exſtat in Diario Veneto Tom. XXI. p. 258--260. Nec Germanis noſtris deerit quem hiſce Religionis aſſertoribus ingenioſiſſimis Poetis accenſere cum laude, & Lucretio opponere licebit, ſi ampliſſimo *Brockeſio* noſtro carmina ſua vernacula de Creatoris & rerum creatarum admirandis colligere & in lucem edere placuerit.

Si quis titulum modo conſulat, facile putet Lucretio etiam oppoſitum eſſe librum Belgica proſa Amſt. 1710. 8. ab Henrico Vvyermarſio vulgatum hoc titulo: *de ingebeelde chaos, en gevaande verels vording der oude en hedendaagze wyſgeeren, verideit en veerlegt, byzonder de gevoelens hier omtrent van* T. Lucretius

cretius Carus *en DirK Santvoort*, (*a*) *betoonende dat ze de beginzelen der Werelt, dat is, vording van Zon, Maan, Aard-Klot enz volgens hin eygen gronden niet vel afgeleyden betrogt hebben. Ment een verſtandige verKlaring vegen Gods inblyvende en overgaande verKing.* Sed qui ſcriptum ipſum evolverunt, putidum Spinoſæ aſſeclam, deriſorem ſacrarum litterarum impium, & religionis contemtorem Lucretio ipſo haud meliorem illo prodi obſervant.

Subſtantiam & corpus æque late patere, omne extenſum eſſe corporeum (cum ſuo conſectario, Spiritus nuſquam eſſe) nihil fieri poſſe niſi ex præjacenti materia; vel, quod idem eſt, nihil poſſe creari. Omne corpus motum ab alio corpore moveri. Omnia Mundi phænomena rationibus pure mechanicis poſſe explicari. Cohærentiam corporum, atomorum hamatarum unione contineri, & id genus alia fere infinita, præſertim apud Democriti *&* Epicuri *ſectatores, apud* Lucretium *præ ceteris: quem cum admodum adoleſcens evolverem, putabam profecto ſubinde, me ſatyrum quempiam ſimiumve ſenem è ſylvis philoſophantem audire, adeo omnia ex ſolo ſenſu externo, craſſaque imaginatione deducebantur. Quod genus Philoſophos innumeros è luſtris locisque deſertis credibile eſt jamdudum confluxuros fuiſſe, ſi DEUS ac Natura brutis animalibus loquendi ſcribendique facultatem conceſſiſſent. Ipſa enim facile potuiſſent prolixas craſſarum imaginationum concatenationes ſive carmine ſive ſoluta oratione, ornate & copioſe deducere & ennarrare. Hoc vero proprie philoſophari non eſt, ſed materialia αἰσθήματα καὶ φαντάσματα inani opera recenſere.* Hæc Henricus Morus, Theologus & Philoſophus Anglus in Confutatione Cabbalæ Ætopædomeliſſææ Tom. 1. Opp. Philoſoph. pag. 527.

Invocationem Veneris, in limine libri primi Lucretii, expoſuit Gallicis verſibus pluribus Poetria ingenioſiſſima Deshoulieria Tom. 2. carminum, editorum Gallice Bruxell. 1708. 8. pag. 80. *imitation de Lucrete, en galimatias fait exprés*. De invocatione illa videndus etiam Petrus Victorius, Epiſtola ad Joannem Caſam. Jo. Clerico viro doctiſſimo T. XXVI. Bibl. ſelectæ pag. 154. rectius facturus fuiſſe videtur Lucretius, ſi Rationem ſive Mentem tanquam Deum in limine poematis potius, quam Venerem imploraſſet. Sed Lucretius ſenſibus plus quam rationi tribuens, & generationem rerum cupiens exponere, nullum magis phyſicum numen quam Venerem appellare ſe poſſe exiſtimavit.

III. Pri-

(a) De Santvoortii libro de oorſaak van de bevveging en de Beginſein der vaſte lichamen, & de ſcripto Vvyermarſii vide clariſſimi Viri Chriſtoph. Auguſti Heumanni Acta Philoſophorum edita Germanice, parte VII. pag. 121. ſeq.

III. Prima Lucretii editio eſt *Veronenſis* curante Hieronymo Avantio A. 1486. fol. per Paulum Fridenperger Paſſavienſem (de Patavia Alemagnę.) Inſcribitur: *De rerum natura lib. VI. ad Epicuri mentem deſcripti*. Hanc ſecuta eſt Veneta An. 1495. 4.

Veneta apud Aldum A. 1500. 4. ex Avantii editione: atque iterum 1515. 8. ad veterum exemplarium fidem caſtigata.

Florentina Phil. Juntæ A. 1512. 8. cum præfatione & caſtigationibus *Petri Candidi*, qui ex *Joviani Pontani & Mich. Marulli* caſtigatione & MStis Florentinis Lucretium emendatiorem ſe dare profitetur. Marullum vero nimis indulſiſſe ingenio, graviter conqueſtus eſt Petrus Victorius ad Ciceronis lib. XI. ad diverſos Epiſt. 20. * & Scaligero notis ad Catullum pag. 93. judice, *nullus veterum auctorum ita male ab ullo correctorum acceptus eſt, ut Lucretius ab illo audaculo Græco Marullo*.

Bononienſis cum commentario *Jo. Baptiſtæ Pii* 1511. fol. apud Aſcenſium. * Jo. Baptiſta Pius in ſuo ad Lucretium commentario varias lectiones è MSS. paſſim advocat, quæ excerptæ exſtant ad calcem editionum Lucretii Lond. 1712. 4. & fol.

Vicentina, Lambino memorata, & Gifanio, quam non vidi, uti neque illam quam Geſnerus in Bibl. cum commentariis *Petri Aponi* impreſſam dubius ipſe ſcripſit.

Baſileenſis apud Henr. Petri A. 1531. 8.

Lugdunenſes An. 1536. & 1540. 8. apud Seb. Gryphium, & minore forma A. 1546. 1558. atque A. 1564. 8. & 1576. 12.

Lovanienſis A. 1542. 4.

Lambinianæ editiones viri Doctiſſimi Dionyſii Lambini, qui Codicibus quindecim MStis & Andr. Turnebi atque Jo. Aurati conſilio uſus octingenta Lucretii loca reſtituiſſe ſe profitetur, ac primùm edidit Lucretium cum commentariis ſuis inſcriptum Carolo IX. Galliæ Regi, Pariſ. 1563. 4. Deinde ſine commentariis, tamen cum brevibus ſcholiis conjectis ad calcem, & emendationibus *Adr. Turnebi* Pariſ. 1565. 12. Denique ex tertia recognitione & cum commentariis locupletioribus & Vita Lucretii Pariſ. 1570. 4. quæ editio recuſa eſt Francofnrti Anno 1583. 8. Præclare profecto de hoc Poeta promeritum Lambinum nemo æquus ac peritus lector negabit, etſi commentariorum molem reprehendit Janus Rutgerſius IV. 1. variarum lectionum, atque Lambinus ipſe in editione Anni 1570. iniquiorem ſe præbuit Gifanio. Confer quæſo Jac. Thomaſii librnm de plagio litterario §. 447. 448.

* Editio Lucretii Antuerp. 1565. 8. cum MSS. collata à Franciſco Nanſio & Iſ. Voſſio exſtat in Bibl. publica Leidenſi, nec non

editio Lugd. 1576. 12. notata manu Iſ. Caſauboni.

Oberti Giſanii utiliſſima editio, quam diligenti ſtudio adornavit adhibitis Codicibus plus quam octo, & editis ante ipſum fere omnibus, Turnebi præcipue atque Lambini, tum, quæ *P. Nannius* (*a*) ad Codicem MStum Ultrajectinum contulerat, quæque obſervaverat Cornelius Valerius Giſanii Præceptor & Antonius Goldingamus Anglus. Præmiſit & è veteribus libris indicem argumentorum, quæ ab Epicuro tractantur, & præter Laertii & Ciceronis loca de Epicuri Philoſophia & Thucydidis deſcriptionem peſtilentiæ Atticæ, quam Lucretius libro ſexto imitatur (*b*) ſubjunxit Collectanea ſua ſive commentarios in Lucretium ordine litterarum digeſtos, atque dictionem ejus cumprimis erudite illuſtrantes, & Scioppio quantumvis inimico mirifice probatos. Antuerp. 1566. 8. & Lugd. Batav. 1595. 8. apud Plantin. Johannes Sambucus, cui Lucretium ſuum inſcripſit, Giſanio copiam fecerat editionis Veronenſis manu Marulli caſtigatæ. Uberiores vero, quos promiſit, commentarii Giſaniani non viderunt lucem. In contextu ipſo non ſemper optimam videtur lectionem amplexus eſſe, ut obſervavi collatis lectionibus quas habeo Codicis antiquiſſimi Gottorpienſis. Vide ſis etiam Barthii Adverſaria lib. 50. p. 2355. ſeq.

* Lucretius à Turnebo & Lambinio recognitus Lugd. 1596. 12.

Prælo datus etiam Lucretius eſt in Corpore Poëtarum Latinorum Lugdunenſi, & ubi variæ lectiones adjectæ ſunt, Genevenſi, nec non ſeparatim Antuerp. 1589. 12. & Lugd. Bat. 1597. 12. & 1611. 12. apud Raphelengium: ſed & Lugd. 1606. 12. & Amſtelod. 1616. 1626. forma minore.

De Raphelengiana editione *Caſpar Barthius*, cum ipſe infinita ſe in Lucretium notata habere ſcripſiſſet Tom. 3. ad Statium pag. 81. *Habet autem*, inquit, *omnino optimus ſtili Romani auctor opus nova & tali recenſione, quæ proponat diverſas Codicum & doctorum hominum lectiones, ac de veritate ſtatuat. Quod qui nobis jam forte ſepultis molietur, ei ſuademus ne negligat minimam Raphelengianam editionem toties & jam ab aliis typographis repetitam: ejus enim recenſio & conſtitutio debetur* Juſto Lipſio, *qui vir ut Poeta non fuerit, & fuit tamen, vidit nihilominus ingenii bonitate plurima in literis, in quibus cæcutiunt multi docti.*

A *Joſepho Caſtalione* indicem in Lucretium, indici Erythræi in Virgilium haud diſſimilem adornatum, pridem teſtatus eſt Caſpar Scioppius Epiſtola ad Præceptorem ſuum Conradum Rittershu-

(a) Eum Lucretii editionem molitum ex Adr. Junii Epiſtolis obſervat Tho. Crenius V. C. parte 6. animadverſ. pag. 17.

(b) Vide ſi lubet quæ notavi Bibliotheca Græca lib. 2. cap. 25. §. 4.

terſhuſium ſcripta A.1599. qua ipſum rogat ut typographum ei quærat excudendo.

Lucretius cum variis lect.editus in *Corpore Poetarum latinorum*.Genev. 1611.4.1627.4.

Amſtelodamenſis editio Lucretii 1620. 1631. forma minore.

Danielis Parei, veſtigia Giſanii fere legentis. Francof. 1631. 8. quo anno etiam Lexicon ejus Lucretianum lucem vidit, è Giſanianis fere collectaneis repetitum. Præ cæteris vero hoc habet eximium editio Lucretii Pareana, quod illi ſubjuncta ſunt duo Poëmata recentia,lectu haud indigna, *Scipionis Capicii* Neapolitáni de rerum principiis libri duo, & *Aonii Palearii* libri III. de immortalitate animarum, quos ex merito laudat Jacobus Sadoletus lib. V. Epiſtolar. p.200. ſeq. * Poëma de animarum immortalitate libris tribus, Lucretio oppoſitum & *Aonii Palearii* nomine ſæpius editum, à Paleario ſcriptum eſſe negavit; præter rem ut opinor, Robertus Titius litteris ad Marcum Velſerum. Vide Velſeri opera pag.878. *Scipionis Capicii* libri duo de rerum principiis prodiere Venetiis 1546. 8. cum ejus libris tribus de Vate maximo.

Cum explanatione paraphraſtica & notis *Jo: Nardi*, Florentini, non adeo feliciter in illuſtrando Lucretio verſati. Florentiæ 1647. in 4.

Cum Gallica verſione proſaria *Mich. Marolleſii*. Pariſ. 1650. 8. dicata Reginæ Sveciæ Chriſtinæ, à qua ne reſponſum (*a*) quidem accepit, atque iterum 1663. 8. addito libro decimo Laërtii Gallicè translato. Laudat hanc Marolleſii verſionem Rolandus Mareſius p.364. Epiſt. * *Gallicam* Lucretii Verſionem proſariam à *Marolleſio* concinnatam & An. 1659. 8. primum Pariſiis cum Latino Lucretio ex Giſanii recenſione editam notiſque illuſtratam commendat præter Rolandum Mareſium, Guido Patinus in Epiſtolis à Joanne Brantio editis. Ut adeo iniquius ſit judicium perſonati Vignolii Marvillii (Bonaventuræ de Argonna, Pariſienſis, Monachi Carthuſ.) Tom.1. miſcellan. pag.150. *L' Abbè de Marolles s' eſt conſumè à faire de pitoyables verſions, ſans que jamais ni les conſeils de ſes amis, ni les railleries & la cenſure des Critiques, & ſur tout celle de MS. de l' Eſtang dans ſa methode de traduire, ayent pui lui arracher de l' eſprit cette maudite paſſion.* Verſibus Gallicis pridem reddidit Lucretium *Guilelmus Altarius* ſive *des Autels* circa A. 1560. ut notavit Franciſcus à Cruce Cænomana in Bibl. Gallica pag.138. Vidit & lucem Metaphraſis nova Lucretii Gallicis verſibus neſcio quo auctore An. 1677. 4.

D 4 Cum

(*a*) Bælii Lexicon T. 2. pag. 1916. edit. 2.

Cum breuibus ſed eruditis notis *Tan. Fabri*. Salmur. 1662. 4. & Cantabrig. 1675. & 1686. 12.

In uſum *Delphini* Lucretius interpretatione & notis illuſtratus eſt à *Michaele Fayo* (*a*) Pariſ. 1680. 4. addito, ut in aliis ejuſmodi editionibus fieri ſolet, indice omnium vocabulorum. Pareo fere & Nardo uſus eſt, cujus etiam diatribam de funeribus Athenienſium, integram p. 569. ſeq. ſubjunxit.

Cum interpretatione magis latina ac brevioribus ſed diſertioribus argumentis notiſque doctioribus & Philoſophum magis ſapientibus, in quibus tamen nec grammaticum acumen deſideres, edidit qui Lucretium totum imbiberat, ejuſdem poſtea infauſtum exitum triſti fato imitatus (*b*) *Tomas Creech* Collegii omnium animarum in Academia Oxonienſi Socius. Oxon. 1695. 8. In hac quoque editione Index omnium vocabulorum Poetæ occurrit. Idem Creechius jam ante *Anglico carmine* quam feliciſſime reddiderat Lucretium, cujus tertia mihi ad manum eſt editio excuſa Londini 1683. in 8. In notis Anglicæ huic metaphraſi ſubjunctis potius cenſorem Poëtæ agit, erroreſque ejus graviores refellit, vel etiam à perverſis acceptionibus ſententiam ejus tuetur; quam Scholiis vel commentariis Lucretium κατὰ πόδα illuſtrat. Ante Creechium *Jo: Evelinus*, ſed primum duntaxat librum verſione metrica Anglica donatum & notis illuſtratum edidit Lond. 1656. 8.

Cum *Gallica* verſione proſaria, & notis lectu digni *Cultorii*. (Mr. Baron des Coutures) Pariſ. 1685. 12. & Amſtelod. 1692. 12. duobus voluminibus. * Proſaria interpretatio elegans ſecundis Baronis *Couturii* curis una cum Latino Lucretio recuſa eſt Pariſ. 1708. 12. duobus voluminibus, adjunctis novis notis, quibus priores vel emendantur vel defenduntur. Vide Ephemerides literarias Pariſ. A. 1709. menſe Decembri pag. 468. ſeq. Dicitur & *Molierius* manum admoviſſe Gallicæ Lucretii Metaphraſi concinnandæ, ſed quam affectam Vulcano conſecravit, cum folium illius vidit imprudentem forte ex ſuis aliquem crinibus criſpandis adhibuiſſe. Vide vitam Molierii pag. 198. Initium libri primi ex eleganti Metaphraſi verſibus Gallicis facta auctore *Henaulto*, exſtat in diario Hagenſi, Journal literaire Tom. IV. pag. 418.

Vehementer laudari audivi *Italicam* Metaphraſin Poëticam Lu-

(a) Creechius notat eum *barbara interpretatione inceſtaviſſe latinum Poetam, in contextu uni Pareo fidere, eas verò adjeciſſe notas quæ Philoſophum faciant ſæpe abſurdum, ſe ipſum ſemper ridiculum*. (b) Sibi ipſi necem conſcivit A. 1700. ſuſpendio propter perditos ut fertur amores, nondum natus annos quadraginta. Vide Jacobi Bernhardi V. C. novellas relationes R. p. litterariæ A. 1700. menſe Septembri p. 351. & Novembri p. 580. & A. 1701. menſe Septembri p. 267.

Lucretii adornatam ab (a) *Alexandro Marchetti* Mathematum apud Senenſes nuper Profeſſore. Sed editam non eſſe exiſtimo. Ejus ſpes adipiſcendæ facta fuerat, cum in Italia verſaretur, *Jacobo Tollio*, viro doctiſſimo, qui novam Lucretii editionem meditabatur, & ineditas *Gaſp. Scioppii* in Lucretium notas Neapoli dono acceperat à Joſepho Valletta viro Nobiliſſimo. * Specimen venuſtiſſimæ Metaphraſeos Lucretii *Italicæ*, auctore *Alexandro Marchetti* concinnatæ produxit A. 1710. illuſtris vir Guil. Godfridus Leibnizins in libro digniſſimo lectu, cui titulum fecit: Eſſais de Theodicée ſur la bonté de Dieu, la libertè de l'homme & l'origine du mal. pag. 511. ſeqq. Sed bella illa Lucretii interpretatio tota jam edita habetur Londini. Tollius morti vicinus ſuas in Lucretium animadverſiones commendavit Viro egregio *Gerardo de Vries*, qui commentariis Philoſophicis illuſtrare Lucretium inſtituit, ut refert Henricus Chriſtianus Henninius in notis ad Epiſtolas Tollii itinerarias. pag. 77. *Iſaaci* quoque *Voſſii* viri ſummi ineditas in Lucretium laudat Theodorus J. F. Grævius ad Callimachum pag. 174. Exſtat & Italica Lucretii tranſlatio auctore *Hieronyma Franchetta* Rhodigino.

Editio *Neapolitana* Lucretii Anno 1693. 12. præter notas Tan. Fabri, argumenta Fayi habet adjuncta. * Apud Anglos noviſſime Lucretius excuſus eſt perquam nitide & ſæpius. Londini inprimis apud Jacobum Tonſon A. 1712. 4. de qua editione vide Jo. Clerici Bibl. ſelectam Tom. XXVI. pag. 150. Eodem tempore Lond. 1712. fol. apud eundem Tonſonum, de qua ſplendididiſſima editione Acta erud. T. VI, ſupplementi pag. 193. & Diarium Lipſienſe Germanicum Neuer Bucher Caal parte XLIX. p. 1. In utraque harum adjunctæ tabulæ æneæ nitidiſſimæ & variæ Lectiones ex editione Jo. Baptiſtæ Pii, & ex codicibus collatis à Nic. Heinſio & Jac. Suſio, & Theodoro Munckero, qui ex ſectione librorum V. C. Petri Francii pervenere in Bibliothecam illuſtris Epiſcopi Elienſis Joannis Mori; nec non lectionibus Codicis Bodlejani notatis à Thoma Creech. Has ſecutus eſt *Mich. Mattaire* in Lucretio edito cum indice Lond. 1715. 12. (Bibl. ancienne & Moderne de Mr. le Clerc Tom. V. pag. 153.) Idem Mattaire Lucretium etiam recenſitum à ſe dedit in Corpore poëtarum Latinorum vulgato Lond. 1713. fol. *Thomæ* quoque *Creech* Lucretius cum notis ejus auctioribus recuſus Lond. 1716. 8. de qua editione vide ſi placet Ephemerides Pariſ. A. 1717. pag. 667. edit. Amſt. Ejuſdem quoque Creechii Anglicam Metaphraſin Lucretii emendatam paſſim ac ſuppletam, addicis animadverſionibus iterum exhibuere Londinenſes 1715. 8. duobus volumi-

(a) Memorat Gregorius Leti in Italia regnante T. 3. pag. 497.

luminibus. Denique *Alexandri Marchetti* Metaphraſis perpulchra quam verſibus Italicis *ἀῤῥύθμοις* abſolvit A. 1669. inſcripſitque Coſmo III. magno Florentiæ Duci, Londini primum in lucem data eſt luculenter, editore Paulo Antonio Rullo Romano, 1717. 8. De qua vide Bibl. Anglicam V. C. Michaëlis de la Roche, editam Gallice Tom. 1. pag. 332. & memorias Trevoltinas A. 1718. pag. 382. & de Marchetto ipſo qui A. 1714. 6. Sept. Piſis obiit, ejuſque ſcriptis cæteris, Diarium Venetum, Giornale de'letterati d'Italia Tom. XXI. pag. 213. ſeq. ubi etiam iconem ejus deſcriptam ære, & epitaphium reperies.

In hiſtoria Critica Reip. litterar. celeberrimi Maſſoni A. 1713. Tom. 2. pag. 284. nova Lucretii editio Londini curanda promittitur à Medico celeberrimo Garthio: *Mr. G.... fameux Docteur en Medecine travaille à nous donner une nouvelle edition de Lucrece. Il à la reputation d'être entré auſſi avant, que perſonne dans les ſentimens de cet ancien Epicurien. Il dedie ſon ouvrage au Grand prince, ſur qui l'Angleterre a les yeux.* Audio eam prodiiſſe A. 1714. & dedicationem ad potentiſſimum Electorem tunc Hanoveranum, hodie Regem magnæ Britanniç Georgium ſeparatim excuſam verſamque Anglice ab Oldmixonio. Librum ipſum non vidi, uti nec editionem quam notaſſe me video Londinenſem A. 1709. 4.

In memoriis Trevoltinis A. 1718. pag. 478. Johnſonus Hagæ tres prælis ſubjicere Lucretios traditur, Latinum cum notis, Italicum Marchetti, Anglicumque Creechii, ex quibus nullus adhuc quod ſciam abſolutus in lucem exiit. (*a*)

* *Anglicam* Metaphraſin libri primi, quam ante Creechium dedit *Jo. Evelinus* Eques, laudat Mericus Caſaubonus Epiſtola 17. Ex interpretatione vero, quam verſibus *Belgicis* compoſuit *Jeremias de Dekker*, ſpeciminis loco initium libri ſecundi affert Petrus Rabus in Diario ſub (boekſaal van Europe) A. 1693. Tom. II. pag: 251. & 1699. Tom. 1. pag. 91. Cum *Belgica* verſione proſaria *Joannis de Wit* eleganter excuſus Lucretius eſt Amſtelod. apud Sebaſtianum Petzoldum 1701. 8. Libris ſingulis diviſis in ſectiones quibus argumenta præmiſſa, uti toti operi præfixæ breves animadverſiones, quibus præcipui errores poëtæ rejiciuntur, & venuſta *Adriani Relandi* V. C. Oda in poëſin Lucretianam.

Alſarium à Cruce Profeſſorem Patavinum An. 1632. Lucretianis Commentario vere Philoſophico illuſtrandis occupatum ſe inveniſſe teſtatur Gabriel Naudæus pag. 231. Epiſt. Promiſit etiam Lucre-

(a) Prodiit quidem Lugd. Batav. 1725. 2. vol. in 4. curante Sigiberto Havercampio optima Lucretii Editio cum notis integris Lambini, Giſanii, Fabri, Creech, & ſelectis Pii, aliorumque cum venuſtiſſimis Figuris.

Lucretium *Iſ. Voſſius* notis ad Catullum pag. 249. cujus paucas quaſdam animadverſiones MSS. (eaſdem fortaſſe quas citat Grævius ad Callimachum pag. 174.) nactus ſum. Ante hos dicitur *Lucas Fruterius* in Lucretium affecta habuiſſe, quibus non parum adjuti ſint ii, qui poſt Lambini labores ſcriptorem illum collectaneis illuſtrarunt. Vide Valerium Andream Bibl. Belgica pag. 579. & Franc. Svveertii Athenas Belgicas p. 518. *Titi Joannis Scandinienſis* doctiſſimi in Lucretium commentarii, non opinor editi, citantur à Bernardino Realino, Carpenſi cap. 14. annotatt. in varia ſcriptorum loca T. 2. Lampadis Artium Gruterianæ p. 367. *Andreæ Riveti* notas MSS. in Lucretium laudat Servatius Gallæus ad Lactantii II. 1. pag. 138. quod monuit me V. C. Chriſtianus Schœtgenius. Noviſſime cum Berolini adhuc verſaretur vir cultiſſimæ doctrinæ *Johannes Barbeyracus*, poſtea ingens gloria Academiæ Lauſannenſis, hodie Grœningenſis, ſpem fecit editionis hujus Poëtæ novo ſtudio caſtigandi ad Codices MSS. ac veteres editiones, vulgandique cum paraphraſi Creechii, notiſque ſuis & aliorum ſelectis atque ad examen revocatis. Conſilium ſuum & ſpecimen operis expoſuit in diatriba A. 1709. inſerta T. XVII. Bibliothecæ ſelectæ Joannis Clerici V. C. pag. 242. ſeq. De *Richardi* (a) *Burridge* Angli promiſſis in Lucretium animadverſionibus vide Acta Erud. A. 1716. pag. 64.

Non paucis quoque Lucretii locis inſignem lucem attulit vir eruditiſſimus *Petrus Gaſſendus* in Opere de Philoſophia Epicuri, quanquam & Gaſſendum reprehendunt hinc inde interpretes Lucretii, qui alias paſſim eum libenter ſequi ſe profitentur, Creechius ac Couturius. * Franciſco Gacono credat qui volet præfatione ad Anacreontem Gallica donatum metaphraſi p. XXXI. ſcribenti Gaſſendum quotquot diebus mane centuriam verſuum Lucretii è memoria citaſſe. *Mr. Gaſſendi, qui merite d' être cru ſur cet article, ſavoit tout Lucrece par cœur, & de peur de l' oublier, il en recitoit tous les matins une centaine de vers.*

Lucretii duo Codices MSti membranacei in Bibl. Leidenſi inter libros Iſ. Voſſii n. 30. & 94. nec non variæ lectiones ex Codice antiquiſſ. Gottorpienſi.

IV. Poëtas imitatus eſſe Lucretius cumprimis videtur è Græcis Homerum & Empedoclem, è latinis Ennium. Lucretii veſtigia non puduit legere Virgilium, neq; ſemper eum vicit aut poſt ſe reliquit, ut præ ſe fert Alexander Roſſæus, qui loca Lucretii nonnulla cum Virgilianis contulit libro Tertio Virgilii triumphantis capite VI.

* Non

(a) Male Eduardus hic vocatur in gelehrten Zeitungen A. 1718. pag. 55. atque inde in Claſſiſſ. Falſtenii cogitat. Philolog. pag. 112.

* Non opus eſt monere eruditos, quod commentitia eſt inſcriptio Cæſenas obvia in Aldi Manutii Orthographia pag. 129. & Fulvii Urſini imaginibus atque apud Gruterum pag. CCCCXXXII. laudataque à Mabillonio itineris Italici pag. 42. *A. Lucretii Hiſtorici ac Poetæ Conditoris veriſſimi, cui ob excellentiam ingenii ſtatua condonata, ac Civitati Cæſenæ Roman. Coloniæ deductæ in hoc ſacro monte dedicata.*

Claudant præſens de Lucretio caput hi verſus Marulliani:

Amor Tibulle, Mars tibi Maro debet,
Terentio ſoccus levis.
Cothurnus olim nemini ſatis multum,
Horatio ſatira & chelys.
Natura magni verſibus Lucretii
Lepore muſeo illitis.
Epigramma cultum, teſte Rhallo, adhuc nulli,
Docto Catullo ſyllabæ.
Hos ſi quis inter cæteros locat vates,
Quærat quam honorat verius.

CAPUT V.

C. VALLERIUS CATULLUS.

Catulli ætas. 1. *Carmina* 2. *reperta à Franciſco quodam Veronenſi.* 3. *Diviſio in libros.* 4. *Editiones una cum Tibullo & Propertio ſine notis.* 5. *cum notis.* 6. *Editiones Catulli ſeparatim illuſtrati.* 7. *Alia ſcripta Catullo lucem afferentia.* 8. *Male ad Catullum referuntur Ciris & pervigilium Veneris.* 9. *Catulli carmina deperdita.* 10.

I. C. VALERIUS CATULLUS (*a*) natus Anno U. C. DCLXVIII. claro genere in peninſula Sirmione lacus Benaci in agro Veronenſi, Poeta lepidus & priſca ſuavitate venuſtus, at ſalibus admiſtis paſſim, quod merito fugias, obſcœnis. Hinc veluti à nequitiis, *docti* nomen tuliſſe Barthio viſus lib. LII. cap. 16. Adverſar. Sapphonis non infelix imitator. Obiit Romæ, cum jam Julii Cæſaris magna eſſet in Rep. auctoritas, (*b*) cir-

(a) *Quintum* pro *Cajo* vocant nonnulli Catulli Codices & Plinii XXXVII. 6. atque cum his Joſephus Scaliger. Sed *Cajum* cum Apulejo in Apologia & S. Hieronymo in Chron. If. Voſſius. Alius certe *Q. Catullus* fuit, cujus integrum nomen *Q. Lucatius Catullus*, mimographus, de quo videndus Scholiaſtes ad Juvenal. VIII. 185. ad verba:

(*a*) circa Annum U. C. DCCV. quo bellum civile Pompejo ac Reip. funeſtum cœpit anno ante natum CHRISTUM XLIX. * Catullus carmine LIII meminit Conſulatus Vatinii, quem geſſit ille ſuffectus Anno U. C. 707.

Per Conſulatum pejerat Vatinius,
Quid eſt, Catulle, quod moraris emori?

Itaque ad illud ſaltim tempus Catullus ſupervixit. Jo. Maſſono (*b*) autem non abſurde videtur liber carminum non editus ante Cæſaris mortem, hoc eſt poſt Annum U. C. 710. licet nonnulla ex illis jam quindecim annis ante compoſuit.

Catullus Romam perductus fuit à Manlio, ad quem plura Catulli epigrammata directa exſtant. Gellio *elegantiſſimus Poetarum* VII. 20. ubi verborum collocationem in eo commendat. Laudant & Nepos in vita Attici, Vellejus II. 36. Martialis X. 78. &c. Appellationem vero *docti* unde tulerit ab Ovidio III. amor. elegia 9. Tibullo III. 6. Martiali I. 62. VII. 98. VIII. 73. &c. non debuerat dubitare & ſe neſcire fateri in hypercritico Jul. Cæſar Scaliger, cum docti Poetæ proprie à Latinis dicti ſint qui non tantum proprio ingenio valebant, & intacti carminis auctores erant, ſed qui ſe ad imitationem Græcorum componebant. Ita dicitur Ennius doctus à Claudiano III. præf. de laude Stiliconis, Lucretius à Statio 2. ſilv. 7. verſ. 76. Pacuvius ab Horatio lib. 2. Epiſt. 1. 55. Vide & Propertium lib. 2. eleg. 25. verſ. 89. & eleg. 18. Sveton. Caligula pag. 34. & ita uſos Latinos ea voce docet Cicero 1. de Offic. cap. 1. & de claris Oratoribus cap. 45. & 30. de Rutilio. *Hæc erudite vir clariſſimus Petrus Burmannus.*

Lesbiam

ba: *clamoſum ageres ut phaſma Catulli* & ad XIII. 109. Q. Catulli Epigramma è Callimachi Epigr. XLIII. ſuaviter expreſſum refert Gellius XIX. 9. quod incipit: *Aufugit mi animus, credo, ut ſolet, ad Theotimum*. Omitto Cinam Catullum Stoicum, quem audivit M. Antoninus Imperator teſte Capitolino in Marci vita c. 3. Nam & illius verum nomen Catullus erat, ut conſtat ex M. Antonini lib. I. ſect. 13.

(a) Quod Catullus Cæſarem quoque ſupervixerit, contendit Joſephus Scaliger ad Euſebii num. MDCCCCLX. aſſentiente Iſ. Caſaubono ad Svetonii Cæſarem cap. 73. Sed vide quæſo, quæ contra illam ſententiam diſputat Iſ. Voſſius ad Catullum p. 35. 72. 81. ſeq. & 317. Petrus item Bælius in Lexico. Quod vero Martialis IV. 14. ſcripſit.

Sic forſan tener auſus eſt Catullus
Magno mittere paſſerem Maroni,

hoc non ita poteſt intelligi, ac ſi revera ad Virgilium carmina ſua vel carmen de paſſere miſerit Catullus, nam alioqui non dixiſſet Martialis, *ſic forſan:* ſed quod Martialis ſua voluerit Epigrammata cum Catullianis, & Silium ad quem ſcribit, comparare cum Marone; licet accurate loquendo non jam ita claruerit Virgilius cum Catullus ſcriberet, ut ad eum miſiſſe carmina ſua credi poſſit. Sed quantacunque etiam deinde fuit Virgilii fama, non dubitaſſet forte Catullus ſi tum vixiſſet, paſſerem ſuum illi jocoſque mittere. Ita Martialis quoque Epigrammata ſua ait ſe offerre Silio.

(b) T. V. Hiſt. Critic. Reip. litterar. p. 158.

Digitized by Google

Lesbiam Catulli ſunt qui putant fuiſſe Clodiam, Metelli Celeris filiam. Paſſerem amicæ tribuit, avem veneream & ſalacem, qua Venerem vectari notavit Sappho: ἅρμ' ὑποζεύξασα καλοὶ δέ σ' ἄγον ὠκέες στρουθοὶ πτέρυγας μελαίνας πυκνὰ δινέντες. Turneb. XV. 22. Adverſar:

II. Exſtat ejus *Liber Epigrammatum*, *variorumque Poematum* diverſo carminis genere ſcriptorum, dicatus Cornelio Nepoti. In hoc libro occurrunt etiam num. LXII. LXIII. LXV. Epithalamia quædam perquam amœna & ſæculare carmen, (*a*) atque nonnulla è Sapphone (*b*) verſa ac (*c*) Callimacho. Tum Elegia, qua fratris Troade Bithyniæ defuncti mortem (*d*) molliſſimo affectu luget. Denique Galliambi (*e*) in Atyn.

III. Catulli quæ habemus, in Gallia primùm reperta fuiſſe, idque eum ipſum, qui publicavit, Epigrammate ſcripto eſſe teſtatum, notat Joſephus Scaliger. *At enim qui Epigramma conſcripſit, Baptiſta Guarinus Veronenſis eſt, uti patet etiam in editione Catulli quæ apud me eſt, ubi legitur Hexaſtichum Guarini Veronenſis Oratoris clariſſimi in libellum Valerii Catulli, ejus Concivis*:

Ad patriam venio longis de finibus exul,
  Cauſa mei reditus compatriota fuit.
Scilicet à calamis tribuit cui Francia nomen,
  Quique notat turbæ prætereuntis iter,
Quo licet ingenio veſtrum celebrate Catullum,
  Quovis ſub modio, clauſa papirus erat.

Neque vero illi verſus: Scilicet à calamis tribuit cui Francia nomen, aliam interpretationem recipit, quam à Franciſco quodam repertum alicubi, & forte in horreo codicem Catulli. Hæc Laurentius Pignorius, Epiſt. XVI. * Andreas Schottus lib. 2. Obſervationum cap. 16. pag. 53. teſtatur Toleti ſibi ad Antonio Covarruvia JCto egregio utendum datum Codicem Catulli in membranis non contemnendæ vetuſtatis A. 1428. manu Matthæi Palmerii ſcriptum, qui & A. 1425. primum repertum Catullum, peſſimeque acceptum in manus hominum veniſſe annotavit. Hexaſtichon vero quod ſupra exhibui, & Joſephus Scaliger Guarino Veronenſi tribuit, auctorem videtur habere Baptiſtam Guarinum filium, non patrem, quem laudatus Burmannus non poteſt ſibi perſuadere tam deteſtabiles verſus feciſſe, idque vel ex ejus diſcipulis T. Strozza & Jano Pannonio liquere ait.

Sen-

(a) Carmen XXXV. p. 80. edit. Iſ. Voſſii, quanquam ſæculare eſſe carmen negat Jo. Taffinus libro de ludis ſæcularibus cap. 16.

(b) p. 112. carmen LII. confer. Longinum Jac. Tollii p. 76.

* (c) Coma Berenices. p. 253. eſt carmen LXVII.

(d) Carmine LXIX. ad Manlium. p. 278. edit. Iſ. Voſſii.

(e) Carmine LXIV.

Sententiam porro illius Hexaſtichi ita explicant auctores Diarii Veneti, Giornale de' letterati d'Italia Tom. XII. pag. 363. ut per *compatriotam* intelligatur Guerinus Veronenſis, atque adeo Catulli civis & popularis, qui ejus carmina à tenebris & ab oblivione, reperto codice MSto aſſeruit. *A calamis* autem eſt amanuenſis ſive librarius, qui Codicem deſcripſit, Franciſcus quidam nomine, portæ cuſtos.

Variis Catullis adde illum, de quo Martialis XII. 74.

IV. Catulli Poemata in *libros tres* dividi, lyricorum unum, alterum elegiarum, & tertium epigrammatum ſcribit Petrus Crinitus in Poetæ vita; hæc enim diſtinctio apparet in editione Veneta 1487. fol. cum commentariis *Antonii Parthenii Laſicii* Veronenſis. Verum in MSS. antiquis codicibus, quemadmodum in eximio illo membranaceo, quem in Bibl. Gudiana inſpexi, neutiquam reperitur, atque recte in reliquis fere omnibus editionibus omiſſa eſt, etiam in Veneta A. 1493. fol. apud Simeonem Bevilaquam Papienſem, in qua Tibullus primo loco cum commentariis Bernardini Cyllænii Veronenſis, Catullus deinde cum Parthenii, & denique Propertius cum Phil. Beroaldi commentario exhibetur. Repetita editio cum commentariis *Palladii Fuſci Patavini*, *Alex. Guarini Ferrarienſis*, & emendationibus *Hieron. Avantii* in Catullum, Venet. 1500. fol.

V. * Præter indicatas editiones Catullus per Stephanum Corallum editus Parmæ 1473. fol. memoratur in V. C. Michaelis Mattaire annalibus typograph. pag. 104.

Catullus Tibullus Propertius Venet. 1475. fol. & per Joannem Renenſem & Dionyſium Bertochum, Vicent. 1481. fol. & eodem anno Regii per Proſperum Odoardum & Albertum Mazali, Regienſes fol.

Catullus cum commentario Antonii Parthenii, Tibullus item & Propertius cum notis, Brixiæ 1486. fol. quæ editio fuit Hafniæ in Bibliotheca Nobiliſſimi Viri Nicolai Benzonis.

In Veneta editione Anni 1500. fol. quam ſervat Bibl. Paulina Lipſienſis, habetur Tibullus cum commentario Cyllænii, Catullus cum notis Parthenii, Palladii (*a*) Fuſci ſive Nigri Patavini, & Hieron Avantii, nec non ejuſdem Avantii in Priapeia caſtigationibus: & Propertius denique cum commentariis Philippi Beroaldi, Domitii Calderini & Joannis Cottæ, curante Hieron. Avantio.

Sæpius deinde hi amorum triumviri *Catullus, Tibullus, Propertius*

(a) Hic Palladius circa A. 1470. floruit. Vide Voſſium de Hiſtoricis Latinis p. 601. & Diarium Venetum, Giornale de' letterati d' Italia T. XVII. p. 278. ſeq.

Digitized by Google

pertius conjunctim prodierunt, *ſine notis* quidem Venetiis apud Aldum, 1502. 8. & 1515. 8. * Catulli editio Aldina collata cum MS. per Nicolaum Heinſium fuit in Bibl. Menarſiana pag. 523.

Pariſ. 1529. 8.

Baſil. 1530. 8. 1569. 8.

Antuerpiæ 1569. 12. è recenſione *G. Canteri* ap. Plantin &c.

Lugd. Bat. 1588. 12.

Lugd. 1559. 8. 1594. 12. & apud Gryph. 1546. 1551. 1573. cum *Galli* fragmentis 12.

Baſil. 1592. 8.

Hanoviæ 1608. cum *Corn. Galli* poematis & indice omnium verborum, quem concinnavit *Horatius Tuſcanella* Florentinus.

Amſterod. 1619. 1630. 1664. 1670. 1686. forma minore.

Pariſiis è typographia Regia, typis majoribus, fol.

Cum variis Lect. Cantabrig. 1702. 4. eximia editio.

VI. *Cum notis M. Antonii Mureti* Lugd. 1559. 8. Venet. 1558. 1562. 8.

Cum commentario erudito *Joſephi Scaligeri*, Pariſ. 1577. 8. apud Patiſſonium.

Heidelb. ap. Comelin. 1600. 8.

Cum notis Mureti & Scaligeri. Antvv. 1582. 8.

Cum præcidaneis *Jani Douſæ* pro Catullo & conjectaneis *Jani Douſæ filii* in Catull. Tibull. Propert. & *Patris* paralipomenis in Propertium, Lugd. Bat. 1588. & 1592. 12.

Cum notis variorum, Pariſ. 1604. fol. curante Fed. Morello, qua in editione exſtant notæ integræ ad *Catullum* quidem Antonii Parthenii, Palladii Fuſci, Achillis Statii, Mureti, Douſæ Fil. Joſephi Scaligeri, & Theodori Marcilii, Roberti item Titii prælectiones in carmen LXIV. & Franciſci Robortelli ac Conſtantini Landi, Complani Comitis, in Epithalamium Juliæ & Manlii (LXII.) Florentis quoque Chriſtiani Metaphraſis Græca Carminis LXIII. cum notis. Præterea *ad Tibullum* Bernardini Cyllænii Veronenſis, Achillis Statii, Mureti, Scaligeri, & Douſæ Fil. Denique *in Propertium* Philippi Beroaldi, Mureti, Douſæ Patris, filiique, & Joſephi Scaligeri, tum Jo. Annii in Propert. IV. 2. Subjiciuntur quoque Douſæ præcidanea & ſuccidanea in Catull. Tibull. Propert. & Hieron. Avantii Veronenſis in Catullum emendationes. * Roberti Titii prælectiones ad Catulli Galliambos in editione Pariſienſi Anno 1604. minus emendatæ ſunt excuſæ, ut apparet ex his Marci Velſeri pag. 874. *Nell' editione di Catullo Parigiana non è dubbio che ſe le ha fatto notabil torto. Ma queſte ſono ſaccenterie di perſone che preſumono di correggere quello che non intendono.*

Digitized by Google

tendono. Conſulenda igitur editio illarum prælectionum Bononienſis, excuſa Anno 1599. 4.

Cum eximio *Jo. Paſſeratii* commentario, Pariſ. 1608. fol.

Cum *Jani Gebhardi*, qui ſubinde Scaligero iniquior eſt, notis Hanov. 1618. 8.

Cum notis Jani Gebhardi & Jo. Livineii Francof. 1621. 8. addito *Jani Meleagri* ſpicilegio & indice Tuſcanellæ.

Cum interpretatione Gallica proſaria *Michaëlis de Marolles*. Pariſ. 1653. 8. 3. Vol.

Cum ſelectis *Variorum* commentariis, curante *Simone Abbeſio Gabbema*. Trajecti 1659. 8. ſubjunctis elegiis, quæ Cornelio Gallo tribuuntur.

In uſum Delphini, opera *Philippi Sylvii*, Pariſ. 1685. 4. In qua editione Sylvius exiguum operæ pretium fecit, unde paſſim exagitatur ab acutiſſimo Brœkhuſio ad Propertium. Vide etiam ſis illuſtrem Ez. Spanhemium ad Callimachum pag. 424. & Nic. Diſpontini præfationem exquiſitis ad Phædrum collectaneis præmiſſam. In hac editione ut in aliis ad Delphini uſum editis ſcriptoribus omnibus, obſcœna & laſciva ad calcem rejecta ſunt, conſilio non improbando, niſi hac ratione plures etiam ad ea legenda allicerentur, quorum forte oculos eadem Scriptoris corpori ſuo loco inſerta citius latuiſſent. Nam πλεῖστοι κάκοί, πλεῖστοι ἀργοί, pauci ſolidam eruditionem conſectati integros legunt auctores: multi contrà qui eos obiter evolvunt miſſis utilibus, inſtar κανθάρων irruunt εἰς τὴν κοπρίαν, cujus guſtu tenentur, quamque gaudent & gratulantur ſibi ab editoribus congeſtam veluti in cumulum. Angli quidem quoties editiones in uſum Delphini curarunt recudi, loca illa ſuis quæque locis reſtituerunt, etſi viciſſim indices omnium vocabulorum minus plenos paſſim ab illis exhiberi dolet Tho. Crenius V. C. part. III. animadverſ. p. 6.

Cum notis integris Scaligeri, Mureti, Achillis Statii, Rob. Titii, Hieron. Avantii, Jani Douſæ patris & filii, Theodorique Marcilii & ſelectis *Paſſeratii aliorumque* notis, ex recenſione *Jo. Georgii Grævii*, Trajecti ad Rhen. 1680. 8.

VII. *Catullus ſeorſim editus* cum *A. Mureti* notis apud Aldum Pauli F. 8. 1558. non adeo emendatè, ut notavit Tho. Crenius parte X. animadverſ. p. 61. Secuti deinde ſeparatis voluminibus Tibullus & Propertius.

Cum commentario *Achillis Statii* Luſitani Venet. 1566. 8.

Cum eruditiſſimo *Iſ. Voſſii* commentario Lond. 1684 4. quæ editio reliquis quidem hactenus præſtat. Uſus Voſſius eſt præter alios Codices omnium vetuſtiſſimo Mediolanenſi, quem laudat paſſim,

E & re-

& reliquis uti antiquiorem ita emendatiorem quoque eſſe prædicat p. 215. Utinam vero politiſſimi vir ingenii, cui nuper Propertium debere cœpimus ac mox debebimus Tibullum, ſimiliter etiam Catullum ingenio atque doctrina ſua illuſtrandum ſibi ſumat, ita nihil erit amplius quod ad venuſtiſſimi Poëtæ lucem Studioſi poterunt deſiderare. * Iſ. Voſſii Catullo per Hadr. Beverlandum curato in quibuſdam exemplaribus præfixus novus titulus Lugd. Bat. 1697. 4. Nitida Catulli Tibulli & Propertii editio ante paucos annos lucem vidit Cantabrigiæ typis Academicis, curante *D. Anneſley* 4.

Præclara quoque horum triumvirorum editio Patavina non prætereunda, quæ A. 1710. 4. lucem vidit cum Nobiliſſimi Viri *Jo. Antonii Vulpii* annotationibus & inſigni indice omnium ferme vocum, obſervationibus Grammaticis, Hiſtoricis, Geographicis & Mythologicis illuſtrato.

Catullus, Tibullus, Propertius ex recenſione *Michaëlis Maittaire (a)* Lond. 1715. 12. Ab eodem Corpus Poetarum poſt Geneveſes & Lugdunenſes editum, in quo Catullus ſimiliter cum Tibullo, & Propertio exſtat. Lond. 1713. fol.

Codex carminum Catulli eleganter ſcriptus in membrana, qui olim fuit V. C. Marquardi Gudii, una cum aliis ejuſdem MSS. optimæ notæ pervenit in Bibliothecam Guelferbytanam Sereniſſimi Ducis Brunſvvicenſis. Aldinam editionem Catulli, Tibulli ac Propertii vulgatam Anno 1502. 8. habeo caſtigatam paſſim & emendatam manu viri docti.

* Codicem Catulli, Tibulli & Propertii, ſyluarumque Statii ab Antonio Sinibaldo Florentiæ Anno 1484. deſcriptum Neapoli in Bibliotheca Olivetanorum, vidit Bernhardus de Montfaucon, ut refert ipſe in Diario Italico. p. 305.

VIII. *Bernardini Realini* commentarius in nuptias Pelei & Thetidis, cum annotationibus ejus in varia ſcriptorum loca, vidit lucem Bononiæ 1551. 4.

Vir meritiſſimus *Samuel Pitiſcus* in dedicatione præclari Curtii ſui jam An. 1684. ſcripſit ſe *jamdudum prælo commiſſurum fuiſſe Lexicon Catullo Tibullo Propertianum, ad quod concinnandum ultra trecentos, inquit, auctores improbo labore excuſſeram, niſi Johannem Sommeren, Bibliopolam Amſtelodamenſem fatum præcepiſſet*. Simile fatum intercepit etiam conatus Nobiliſſimi Viri *Jani BroeKhuſii* qui ut Tibullum & Propertium ita Catullum quoque expolitum & illuſtratum edere inſtituerat. Etiam inter ineditas & affectas lucubrationes *M. Georgii Friderici Thryllitii* Roda Miſnici, video memorari non contemnendum volumen obſervationum in Catul-

(a) Bibl. ancienne & moderne Tom. V. p. 155.

tullum, Tibullum & Propertium. Obiit Thryllitius ille in flore ætatis A. 1715. de quo Miſcellanea Lipſienſia Tom. II. pag. 566. & Tom. V. pag. 398. Velehrte Ceitungen A. 1716. pag. 398. Neue Bucher Baal LVIII. pag. 376.

Rob Titii prælectiones ad Catulli Galliambum ſive Carmen LXIV. Bonon. 1599. 4. cum aliis quibuſdam ejus viri ſcriptis prodierunt, & in Grævii editione Catulli leguntur, atque in Pariſina A 1604. fol. p. 216.

Catulli Epithalamium Græca Metaphraſi poëtica donatum à *Q. Septimio Florente Chriſtiano*. Pariſ. 1587. 4. apud Morell. & in editione Pariſienſi Catulli, Tibulli, Propertii, A. 1604. fol. 197. ſeq.

Catulli Phaſelus cum annotationibus doctorum virorum per *Sixtum Octavianum*. Eboraci 1579. 8. & Lugd. 1593. 12. Idem Catulli carmen cum *Andreæ Senſtlebii* commentario & parodiis amplius quinquaginta, & Græca Joſephi Scaligeri Metaphraſi, è Bibliotheca Nic. Henelii. Lipſ. 1642. 8.

Amores Catulli ex poëmatis ipſius petito argumento Gallica proſa ingenioſe deſcripſit, conjecturiſque ſuis explicuit *Joannes Capellanus* Pariſ. 1680. & Amſt. 1699. 12. duobus voluminibus, atque inter ejus opera Pariſ. 1700. 12. Gallum ſecutus Germanus eſt in libro cui titulus: *Joachim Meyers* von Perlenberg Durchlauchtigſte Romerin Lesbia &c. Lipſ. 1690. 8.

Catulli caſta carmina, ſelecta à *Raph. Eglino Iconio*, cum ejuſdem vindiciis *Ciris* Catullianæ, adverſus Joſephum Scaligerum. Francof. 1606. 12. additis Scioppii epithetis & ſynonymis poëticis & notis ejuſdem ad Claudii Verdierii cenſionem. * Qui ſub *Imperialis* nomine compſures fabulas Romanenſes ſermone vernaculo Germanico (ut *Jo. Capellanus* ſive *de la Capelle* Gallico) edidit, teſtatur etiam prælo paratam ſe habere Deliam, Cynthiam & Lycoridem, ſive Catulli Tibulli ac Propertii poëmata verſibus Germanicis expreſſa ſic ut fabulæ eroticæ illa intexuerit, & rerum Auguſti Imperio Romæ geſtarum non inamœnam narrationem fuerit perſecutus.

Epithalamium Thetidis & Pelei redditum carmine Italico à *Ludovico Alamanno*, qui primus in Heroicis uſus fuit genere verſuum liberiori, quod Italis *verſi ſciolti* (*a*) appellatur: uti poſt Alamannum deinde fecere Ludovicus Martelli in Metaphraſi libri quarti, & Hippolytus de Medicis in Metaphraſi libri ſecundi Æneidos.

Petrus Taiſſand Quæſtor Burgundiæ A. 1715: ætat. 72. defunctus. E 2 inter

(a) Quaſi *verſus ſolutos* dixeris.

inter alia inedita, quæ in ejus vita memorantur, reliquit verſionem Gallicam Officiorum Ciceronis & Metaphraſin Catulli. Vide Journal des Savans 1716. *Sept.* pag. 300.

IX. Præter rem omnino *Cirin* Catullo tribuit Eglinus, ut dicam infra in Virgilio, quem Catulli non raro imitatorem probat Leonhardus Friſo libro tertio de poëmate. Neque verius alii *Carmen de Vere*, ſive *Pervigilium Veneris* ad Catullum tanquam auctorem retulerunt, quorum ſententiam confutat Lipſius libro I. Electorum capite V.

X. *Dubitaudum vero minime eſt, opus Catulli ad nos lacerum perveniſſe. Longe enim plura ſcripſiſſe teſtes ſunt veteres Grammatici, qui de ejus poëmatiis ea producunt, quæ hodie non extant. Itaque apud Virgilium lib. V.* per mille coloribus arcum, *ibi Servius:* De iride arcum in genere maſculino dixit. Virgilius, Catullus & alii in fœminino, referentes ad originem. *Atqui tale nihil hodie in Catullianis. Præterea ejus opus videtur iu genera carminum diſtincta fuiſſe,* Hendecaſyllabos, Heroica, Lyrica, Elegiaca. *Itaque Chariſius citat Catullum* in Hendecaſyllabis, *quod ſane nou feciſſet, niſi ita tributum fuiſſet volumen. Rurſus apud Virgilium legimus* -- Et quo te carmine dicam Rætica? -- *Ibi Servius refert, Virgilium quum ſciret Ræticum vinum ſummopere laudari à Catone, contra autem vituperari à Catullo, ne ſe in eam diſſenſionem interponeret, hoc modo locutum, atqui in hodiernis Catullianis nulla nota ejus rei extat. Deuique Nonius ex Priapeo Catulli adducit:* de meo ligurire libido eſt. *Quare admodum mutilum opus Catullianum ad nos perveniſſe minime dubium. Quid præterea dicam, quæ citat ex Catullo Maurus Terentianus, quæ nuſquam comparent.* Hæc de carminibus Catulli perditis Joſephus Scaliger, quibus inepte quidam *Phaſma* & *Laureolum* è Juvenale ac Tertulliano adjungunt. Vide Sam. Petitum ad Leges Atticas p. 245. ſeq. & Pamelium ad Tertullian. c. XIV. contra Valentinianos. * *Phaſma* Q. Lutatii Catuli, & *Laureolum* Nævii vel Laberii, neutrum vero Catulli eſſe, eruditis jam notatum.

Carmen Catulli *de incantamentis* citat Plinius XXVIII. 2. *Ithyphallica* memorat Terentianus Maurus.

CA-

CAPUT VI.

DE CORNELIO NEPOTE.

Corn. Nepotis ætas. 1. *Vitæ quæ exſtant.* 2. *Earum auctor diverſus ab Æmilio Probo.* 3. *Editiones.* 4. *Scripta deperdita.* 5. *Fragmenta, & de Corneliæ matris Gracchorum Epiſtola ad C. Gracchum.* 6. *Scripta Nepoti falſo tributa, liber Aurelii Victoris de Viris illuſtribus.* 7. *Daretis latina interpretatio duplex.* 8. *Verſio latina Epiſtola Alexandri M. de mirabilibus Indiæ.* 9. *Plures Cornelii Scriptores.* 10.

I. CORNELIUS NEPOS natus fertur in Hoſtilia (*a*), qui vicus eſt Veronenſium in tranſpadana Italiæ parte, quæ antiquis Gallia togata appellabatur. Scriptor ingenio, ſtudio veritatis, ſermoniſque pura ac ſuccincta elegantia laudatiſſimus, Catulli qui eidem carmina ſua inſcripſit civis & amicus, defunctus primis annis principatus Auguſti, hoc eſt poſt annum U. C. DCCXXIV. qui fuit ante CHRISTUM natum XXX *De Nepote extat ſingularis diſſertatio Dan. Guilelmi Molleri, Altdorfii A. 1683. 4. Hiſtoricum elegantem nec mendacem vocat Petrus Alcyonius lib. 2. de exilio pag. 182.

Diverſus ab Æmilio Probo & junior eſt Probus vir doctus & illuſtris, de quo Sirmondus ad Ennodii lib. 7. Epiſt. 27.

II. Exſtant ejus *Vitæ Excellentium Græciæ Imperatorum ſive belli ducum XX.* dicatæ Pomponio Attico: 1. *Miltiadis*, 2. *Themiſtoclis*, 3. *Ariſtidis*, 4. *Pauſaniæ*, 5. *Cimonis*, 6. *Lyſandri*, 7. *Alcibiadis*, 8. *Thraſybuli*, 9. *Cononis*, 10. *Dionis*, 11. *Iphicratis*, 12. *Chabriæ*, 13. *Timothei*, 14. *Datamis*, 15. *Epaminondæ*, 16. *Pelopidæ*, 17. *Ageſilai*, 18. *Eumenis*, 19. *Phocionis*, & 20. *Timoleontis*. In quibuſdam editionibus ut Oxonienſi A. 1675. & 1697 8. additur Vita Ariſtomenis Meſſenii non auctore Nepote, ſed Pauſania, ex ejus Meſſeniacis, græce ac latine. Imperatorum Græcorum vitis Nepos ſubjecit 21. brevem *de Regibus* Perſarum Græcorumque commemorationem, in cujus initio innuit omnium ſe res geſtas ſeparatim retuliſſe, qui liber hodie non exſtat. Sed exſtat præterea Vita 22. *Hamilcaris* Barcæ, & 23. filii ejus *Hannibalis*, Imperatorum Carthaginenſium. Romanorum quoque belli ducum vitas ſimiliter

 tra-

(a) Vide Voſſium lib. 1. de Hiſt. latin. c. 14. Onuphrius Panvinius Veronenſis in catalogo illuſtrium ſcriptorum Veronenſium: *Conſtantiſſimo civitatis noſtra teſtimonio Cornelium Nepotem virum doctiſſimum & antiquitatum omnium peritiſſimum Veronenſem fuiſſe traditur, cui in ſumma cum reliquis Veronenſibus illuſtribus etiam ſtatua poſita eſt ex publica auctoritate.*

tradiderat Nepos, è quibus ſola ætatem tulit vita 24. *Catonis* majoris, in cujus extremo teſtatur ſe de Catone ſeparatim librum feciſſe rogatu T. Pomponii Attici: Sed & ille pridem intercidit. Denique Nepote auctore ſcriptam habemus hujus ipſius 25. *Attici* (*a*) vitam, quam inter Ciceronis Epiſtolas ad Atticum ſervatam notat Vinetus ad Auſonii Idyll. VII. Ejus priora duodeviginti capita Attico vivo Nepos edidit, cetera poſt ejus obitum ſubjunxit. Capite XVIII. ſcripta Attici commemorat, de quibus vide ſi placet quæ ibi annotarunt viri docti; nihil enim eorum ætatem tulit, licet ad nos perveniſſe quæ de familiis Romanis, quæ de Magiſtratibus ſcripſerat Atticus, etiam atque etiam erat optandum. * Integrum nomen *Attici*, cujus vitam Nepos deſcribit, eſt *T. Pomponius Atticus*, & poſtquam à Q. Cæcilio avunculo eum contigit adoptari, *Q. Cæcilius Pompinianus Atticus*, ut notatum Ezechieli Spanhemio T. 2. operis de uſu numiſmatum pag. 81. Epicureum fuiſſe multa ſuadent, niſi diſerte hoc videtur negare Cicero XIII. 1. Epiſt. ad familiar. Confer Petrum Victorium in caſtigationibus ad Ciceronem pag 203. Abbatis de S. Real. Cæſarionem in ejus dialogis Hiſtoricis Moralibus pag. 91. ſeq. Guil. Templeum in diſſertat. de horto Epicuri Tom. 2. Opuſculor. Gallice editorum p. 115. 117. Auctorem diſſertationis inſertam diario Hagenſi (Journal litteraire T. V. pag. 141. ſeq.) denique Nic. Mongaltum Epiſtolarum Ciceronis ad Atticum interpretem Gallicum, & ex illo Memorias Trevoltinas A. 1714. pag. 1907. ac Jac. Bernardum in novellis Reip. litterariæ A. 1716. pag. 298. &c.

III. *Æmilium Probum*, ad quem veluti auctorem vitas Imperatorum variæ editiones male referunt, conſtat vixiſſe ſub Theodoſio Imperatore, cui Nepotis volumen ſua & avi ſcriptum ac recenſitum, matris manu ornatum forte & expolitum, obtulit, ut colligere licet ex ipſis illis verſibus antiquo Codici præfixis, è quibus Probum auctorem harum vitarum facere viri docti voluerunt:

Vade liber noſter, fato meliore memento
Cum leget hæc dominus, te ſciat eſſe meum.
Ne timeas fulvo ſtrictos diademate crineis
Ridenteis blandum vel pietate oculos.
Communis cunctis, hominem ſed regna tenere
Se meminit, vincit hinc magis ille homines.
Ornentur ſteriles, facilis tectura libelli,

Theo-

(a) In codice Giſanii ante vitam Attici legebatur: *Ex libro Cornelii Nepotis de latinis Hiſtoricis*. Sane de illuſtribus Hiſtoricis librum ſe feciſſe teſtatur Nepos in Dione, ut Voſſio etiam animadverſum. Vitam Attici ſeparatim cum notis, gloſſario & nomenclatore edidit Henricus Ernſtius Amſt. 1658. 8.

Theodoſio, & docti, carmina nuda placent.
Si rogat auctorem, paullatim detege noſtrum,
Tunc Domino nomen, me ſciat eſſe Probum.
Corpore in hoc manus eſt genetricis, avique, meaque;
Felices, Domini quæ meruere manus.

* IV. Prima Cornelii Nepotis vitarum editio ſub Æmilii Probi nomine Venetiis 1471. fol. per Nicolaum Jenſon, abſoluta VIII. Id Martias, quam inſpexit V. C. Mich. Maittaire pag. 92. annal. typograph.

Prodierunt vitæ Nepotis ſub Æmilii Probi nomine Venetiis A. 1473. fol. qua editione uſum ſe teſtatur Joanne Savaro.

Inde Parmæ. A. 1480.

Venetiis iterum 1499.

* Sub Æmilii Probi nomine prodiit Nepos etiam Argentorati 1506. 4. ex ædibus Schureriamis, una cum Plutarchi parallelis & libello de virtutibus mulierum.

Tertia Veneta editio, Aldina, 1522. 8. eidem Savaroni, perinde ut binæ Venetæ priores inſpecta, adjunctos habet Juſtini hiſtoriarum libros.

Hinc lucem vidit Coloniæ apud Gymnicum, 1543. 8. cum ſcholiis *Gyberti Longolii*, quæ recuſa etiam ſunt in editione Lugd. Bat. 1642. 12. & in Francofurtenſi 1608. fol.

* Pariſiis quoque edente Henrico Stephano 1560. 8. ad calcem vitarum Plutarchi ex verſione Hermanni Cruſerii, ut alias latinas vitarum Plutarchi editiones quaſdam antiquiores, in quibus itidem Nepos habetur, omittam. Quemadmodum & vitam Attici obviam in editionibus Ciceronis ad Atticum, ut Romana 1490. fol.

Baſileæ 1563. cum *Hieronymi Magii* annotationibus.

Pariſiis ex emendatione *Dionyſii Lambini* cum eruditis ejus commentariis. 1569. 4. De plagio quod Lambino Giſanius impegit, conſulendus Jac. Thomaſii liber §. 448.

Ex recenſione *Nathanis Chytræi*. Bardi Pomeranor. 1594. 8.

Editus præterea Nepos Pariſiis 1602. forma minore cum caſtigationibus & notis viri docti *Jo. Savaronis*.

Francof. 1608. fol. ap. Claud. Marnium & hæredes Jo. Aubrii, in qua præclara editione poſt librum Aurelii Victoris de viris illuſtribus, commentario A. Schotti illuſtratum, exhibentur Cornelii Nepotis fragmenta ab Andr. Schotto collecta cum ejus notis: Petri Nannii Alcmariani de claris Corneliis liber, vita Scipionis Æmiliani à Sigonio ſcripta, & notæ integræ in Cornelium Nepotem Andr. Schotti, Lambini, Longolii, Magii & Savaronis. Denique caſtigationes & obſervationes à Petro Daniele adnotatæ

ad editionem Colonienſem, collato veteri MS. codice, qui deinde pervenit ad Obertum Gifanium. Præfigitur volumini Chronologia Imperatorum Græciæ ab Andrea Schotto per Olympiades digeſta, quam in ſua etiam editione ſervavit Courtinus.

* Savaronis & Giberti Longolii notæ ſubjiciuntur Cornelii Nepotis editioni, quæ minore forma lucem vidit Lug. Bat. ex officina Jo. Maire A. 1642.

Cum *Jani Gebhardi* ſpicilegio notarum, Amſt. 1644. 12. 1662. 12.

Cum notis *Johannis Raven*, Jen. 1635. 8. Hamb. 1648. 12. 1677. 12.

Cum Commentario, notis, & luculento Indice *Jo. Henr. Bœcleri* Argentorat. 1640. 8. ac deinde ſæpius, ita ut jam ſexta ſit editio An. 1656. Septimæ An. 1659. Lipſ. 8. *Jo. Vorſtii* curæ acceſſere; & iterum 1669. Lipſ. 8.

Jac. Mylii, adjunctis notis Bœcleri, Gebhardi, Erneſti. Lipſ. 1653. 8.

Cum *Jo. Loccenii* notis politicis atque indice Philologico. Holmiæ 1638. 12. Amſt. 1648. 8. Holm. 1654. 8. Hamburg. 1673. 12.

Cum *Jo. Andr. Boſii* commentariis Lipſ. 1657. 8. & Jenæ 1675. 8. additis Gebhardi, Bœclerique notis & indice, Henrici item Ernſtii ad Nepotis Atticum.

Georg. Caſparis Kirchmeieri, Profeſſoris Wittebergenſis 1665. 8.

Frid. Hildebrandi. Lipſ. 1666. 12.

* Cum commentariis notiſque Jo. Andreæ Boſii, Jani Gebhardi, (*a*) Bœcleri, & ad Atticum Henr. Ernſtii, curante *Jo. Chriſtian. Hetzero*. Jenæ 1675. 8.

Cum notis *Variorum*, curante *Rob. Keuchenio*. Lugd. Bat. 1658. 1667. & 1675. 8. apud Hackios, & 1687. quæ locupletiſſima eſt editio.

Cum notis *Auguſti Buchneri* ad tironum maxime captum comparatis. Hamburgi primum, deinde Lipſiæ 1688. 8. in qua meliori editione acceſſit triplex in Nepotem clavis Chronologica, Geographica & Stathmica, quæ monetæ atque menſuræ veteris convenientiam cum noſtrate exhibet auctore M. P. L. S. Additus quoque index duplex, alter Bœcleri latinus, alter locutionum germanicarum.

In uſum *Delphini*, illuſtrante *Nic. Courtino*. Pariſ. 1675. 4. & Lond. 1691. 8.

Editiones *Oxonienſes* è MSS. recenſitæ An. 1675. 12. 1687. 12. 1697. 8. addita è Pauſaniæ Meſſeniacis vita Ariſtomenis Meſſenii græcè

(a) Obiit Gebhardus Groningæ, ubi Profeſſorem humaniorum litterarum geſſit, 3. Octobr. A. 1632. Ejus vita adjecta eſt ſpicilegio ejus notarum in Nepotem, edito Amſt. 1644. 12.

græcè & latinè. * Editio Oxonienſis repetita A. 1709. 8.

Cum *Hermanni Eſſenii* animadverſionibus perquam nitide excuſus Nepos, Trajecti 1691. 12. Recuſa editio ibid. 1705. 12.

Cum notis ſelectis *Davidis Hoogſtratani*, V.C. Amſt. 1691. 12. * & per ſecundas curas auctioribus Amſt. 1706. 12.

Ex editione *Rutgeri Hermannidæ*, qui notas & indicem addidit è Bœcleriano contractum. Amſt. 1692. 12. * & Antea Amſtel. 1665. 12.

Cum perſpicuis notis tabuliſque Chronologicis ac Geograph. viri doctiſſimi *Chriſtoph. Cellarii*. Lipſiæ 1694. 12. poſt editionem 1689. 12. * & Lipſ. 1699. 12. atque additis in tironum uſus ſcholiis *Chriſtiani Schœtgenii*, ibid. 1711. 12. In hac editione p. 341. legitur etiam locus inter fragmenta à Schotto & aliis prætermiſſus, è Freculphi Chronico Tom. 1. lib. 3. cap. 7. *Homerus Poeta in Græcia claruit, ut ait Cornelius Nepos, ante Olympiadem primam, ante urbem conditam anno centeſimo viceſimo quarto.*

* Nepos Bœcleri cum *Gotfridi Wegneri* nucleo ſcholaſtico, Francof. ad Viadrum 1695. 8.

Cum *Aug. Buchneri* notis recuſus Lipſiæ 1693. 8. præfixa præfatione D. Adami Rechenbergii.

Cum *Chriſtiani Grunbergii* notis Philologicis, Hiſtoricis & Geographicis, phraſiumque elegantiorum adnotatione & variatione. Francofurti 1697. 8.

E recenſione *Joachimi Heningii* ConR. Hamburgenſis adjuncto indice *Hermannidis*, hinc inde locupletato. Hamburg. 1697. 8.

Ex recenſione *Michaelis Maittaire*, Lond. 1715. 12.

Cum notis ad tironum captum perquam accommodatis, phraſium expoſitione, tabellis Geographicis, indicibuſque viri præclari, cui ſub nomine *Emanuelis Sinceri* latere placuit. Auguſtæ Vindel. 1715. & 1717. 8.

Cum notis ad modum Minelli, curante *Andrea Stubelio*. Lipſ. 1715. 12.

Cornelius Nepos notis ſelectiſſimis variorum illuſtratus. Rothomagi apud Nicolaum Alemannum, 1718. 12. Vide Memorias Trevoltinas illius anni, menſe Majo p. 337.

Cum *Germanica* expoſitione M. Abrahami Sculteti, Rectoris Lubenenſis. Norimb. 1662. 8. Dav. Garderi deutſchredender Nepos, mit Anmercungen. 1658. 8. Nepos deutſch durch den Bol giehenden. Caſſellis &c. Interpretatio Martnaccii etiam ſexies minimum recuſa. Sed illis præferes editam Halæ Sax. 1717. 12.

Germanice expoſitus adnotatiſque phraſibus elegantioribus ac triplici-

triplicibus imitationum exemplis ad varios uſus captuſque tironum accommodatus à *Dan. Hartnaccio* Hamburg. 1695. & 1698. 8. Idem imitandi ſtudium, qui Nepoti navare voluerint, opportune utentur *Jo. Georgii WilKii* Viri eximii Nepote Saxonico, in quo exempla illuſtria Hiſtoriæ Saxonicæ in argumentum imitationum Cornelianarum proponuntur, Lipſ. 1682. 8. Eadem ab auctore ipſo deinde elaborata quoque viderunt lucem latine, quemadmodum ſuas in Nepotem commentationes ſive imitationes latine nuper edidit V. C. *Jo. Henr. Erneſti* Profeſſor Lipſienſis, An. 1707. 8. additis aliis ad loca nonnulla Juſtini, Terentii, Plauti, Curtii &c.

Belgice Roterd. 1688. 12. interprete *Joanne Hillaride*.

Gallice, ut veterem *Bernardi Girardi* verſionem, Pariſ. 1568. 4. editam omittam, Nepos redditus à *Saraſino*, tum ab *Antonio Pineto* etiam, quem à mente auctoris ſæpius aberraſſe notavit Paulus Colomeſius ad Gyraldum pag. 202. Nepos cum *Gallica* & *Germanica* verſione, utiliſſimo pro tironibus inſtituto per commata breviora deſcriptus, atque ad verbum expoſitus à Joh. Paulo Weſthofio. Hamb. 1703. 8.

Vitam Attici *Gallice* eleganter vertit Jo. Franciſcus Saraſinus. Exſtat in ejus opuſculis editis Pariſ. 1656. 4. 1658. 8. Amſt. 1694. 12. Idem eſt Saraſinus, qui ſub Attici ſecundi nomine ſcripſit bellum paraſiticum, ſive ſatyram in Petrum Mommorium.

Angelice Nepos variis interpretibus vidit lucem Oxon. 1684. 8. Vitam Iphicratis etiam tranſtulit Andreas Allam, teſte Antonio Wood, Athen. Oxon. Tom. 2. pag. 595. Vitam Attici. Matthæus Hale.

Præter verſiones Italicam, Hiſpanicam, Polonicam, quarum meminit Dan. Guil. Mollerus diſſ. de Nepote §. 19. *Hungarice* quoque translatum Cornelium à *Georgio Ballog*, & Sempronii in 8. typis exſcriptum narrat David Czvvittingerus in Hungaria literata p. 29.

Jo. Georgii Vvilkii Nepos Saxonicus Corneliana phraſi expreſſus prodiit latine Lipſ. 1700. 12. De Germanico pridem edito vide Acta Erud. 1682. pag. 84.

Jo. Scheferi ſpecimen animadverſionum in Nepotis Miltiadem, Hamb. 1675. 8. inter ejus prælectiones Academicas. Miltiades cum notis *Joannis Raven*. Soræ 1641. 4.

Chriſtoph. Clauſii Lubena Luſati Ethica, Politica, & Œconomica Corneliana, ſive exemplis è Cornelio illuſtrata. Lipſ. 1668. 12.

Ioannis Knoll, apud Regienſes Conrectoris, Vocabulario in Novum

Novum Teſtamentum aliſque lucubrationibus bene meriti de ſtudioſa juventute, lexicon Cornelianum. Lipſ. 1713. 8.

Io. Frid. MicKelii imitationes in Nepotem. Francof. 1712. 8. De uſu particularum Curtii & Cornelii, *Io. Henricus Erneſti*, Lipſ. 1719. 8.

Nepotem à Scioppio cum duobus MSS. collatum nactus Mich. Piccartus loca quædam emendat in Periculis Criticis capite X. Nonnulla etiam caſtigaverat Scioppius ipſe in libris Veriſimilium & Suſpectis Lectionibus.

V. Cornelii Nepotis ſcripta deperdita tum ab ipſo, tum ab aliis veteribus hæc memorantur:

Libellus quo diſtinguit litteratum ab erudito. Sveton. cap. IV. de Grammaticis.

Chronicorum libri tres (a) de quo opere Catullus.

Jam tum, quum auſus es unus Italorum
Omne ævum tribus explicare chartis.
Doctis Jupiter, & laborioſis.

Exemplorum libri, quorum *quintum* laudat Gellius VII. 18.

Illuſtrium Virorum libri complures, quorum *undecimum*, *decimum quintum*, & *decimum ſextum* allegat Soſipater Chariſius libro II. In his videntur fuiſſe *Vitæ Regum* Græcorum aliorumque, etiam *illuſtrium Romanorum*, quas Nepos ipſe compoſuiſſe ſe teſtatur, & liber *de illuſtribus Hiſtoricis*, quem idem Nepos ſcripſiſſe ſe refert in Dione. Sic etiam de illuſtribus Poëtis ſcripſerit, ut colligas è Svetonio in Terentii vita, & de Oratoribus illuſtribus &c.

Liber de vita M. Porcii Catonis ſeparatim ſcriptus rogatu Attici, ut Nepos ipſe auctor eſt in extremo brevis de Catone commemorationis, quæ hodie exſtat.

Libri de Vita Ciceronis, quorum primum laudat Gellius XV. 28.

Libri Epiſtolarum ad Ciceronem, quorum primus citatur à Lactantio III. 15. quemadmodum & Ciceronis ad Nepotem Epiſtolas allegant Svetonius in Cæſare cap. 55. Macrobius, itemque alii.

* *De Hiſtoricis Græcis* ſcripſiſſe ſe Cornelius teſtatur in Dione: *Nam de Philiſto*, inquit, *in eo meo libro plura ſunt expoſita qui de Hiſtoricis Græcis conſcriptus eſt*.

In Catulli verſibus ad Nepotem, *quum auſus es unus Italorum omne*

(a) Auſonius Epiſt. XVI. (Vineti edit. III.) *Nepotis Chronica quaſi alios apologos, nam & ipſa inſtar ſunt fabularum, ad nobilitatem tuam miſi*. Quod nimirum non minus jucunde narrarent, afficerentque lectorem quam fabulæ. Nam fidei Nepotis nihil voluiſſe detrahere his verbis Auſonium, patet ex his quæ ſubjungit: *Gaudens atque etiam glorians fore aliquid, quod ad inſtitutionem tuorum, ſedulitatis meæ ſtudio conferatur*.

omne ævum tribus explicare chartis, Petro Poſſino in notis ad Nicetæ Orationem de laudibus SS. Archangelorum p. 59. *unus*, videtur idem eſſe quod *primus*, perinde ut apud Hebræos interdum *echad*, & apud Græcos εἷς. Sed ſi primus fuit illo tempore Nepos, qui id auſus eſt, facile etiam cum Catullus ſcriberet, ſolus eſſe potuit; alloquitur enim Catullus eum ut æqualem. Magis placet præſtantiſſimi Viri Jo. Antonii Vulpii conjectura, qui *tribus chartis* interpretatur libris non tribus præciſe, ſed paucis vel brevibus. Vide ſi placet ejus notas ad Catullum.

IV. Fragmenta Nepotis ab *Andrea Schotto* diligenter collecta, atque inde in plerisque Cornelii editionibus recuſa ſunt, quibus ſubjiciuntur etiam è veteri libro Abbatiæ Fæſulanæ & altero Britannico MSto per Ant. Auguſtinum & Jac. Bongarſium A. Schotto transmiſſa *fragmenta duo ex Epiſtola* CORNELIÆ, virtutibus & eloquentiæ clariſſimæ fœminæ, quæ Scipionis Africani filia, (a) Tiberii Gracchi Cenſoris uxor, *Gracchorum* vero Tiberii & Caii ac decem præterea liberorum, mater fuit. Scripta eſt ad C. Gracchum filium, ut eum deterreret à capeſſenda Rep. & vindicanda nece fratris Ti. Gracchi, licet ipſe quoque deinde fratre, qui ante trigeſimum ætatis annum obtruncatus fuerat, novem annis minor ſomnio monitus rem geſſit neglecta matris opportuna dehortatione, poſtque tribunatum occiſus eſt Anno U. C. 633. ante CHRISTUM CXXI. Cornelia illa maluit vidua Romæ curam gerere educationis liberorum, quam cum Ptolemæo Ægypti Rege, qui nuptias ejus ambibat regnare, ut refert Plutarchus in vita Gracchorum fratrum p. 824. Caji Gracchi librum allegat idem pag. 828. Orationem pro Veſtio p. 835. Ti. Gracchi eloquentiæ ſpecimina quædam exhibet pag. 828. 831. ſeq. C. Gracchi pag. 836. ubi etiam de ejus in matrem veneratione, ſtatuaque Corneliæ à filio poſita, quæ tantam domus ſuæ cladem miſeroſque filiorum caſus fortiſſimo atque invicto animo tulit, ut præter Plutarchum p. 843. celebrat Seneca conſolatione ad Marciam cap. XVI.

* Ad teſtimonia de Gracchorum eloquentia adde hoc Mamerti Claudiani, Epiſtola ad Sapaudum Rhetorem: *Nævius & Plautus tibi ad elegantiam, Cato ad gravitatem, Varro ad peritiam, Gracchus ad acrimoniam, Chryſippus ad diſciplinam, Fronto ad pompam, Cicero ad eloquentiam capeſſendam uſui ſint.*

VII.

(a) Quintilianus lib. 1. cap. 1. *Gracchorum eloquentiæ multum contuliſſe accepimus Corneliam matrem, cujus doctiſſimus ſermo in poſteros quoque eſt* Epiſtolis *traditus, & Lælii filia reddidiſſe in loquendo paternam elegantiam dicitur, & Q. Hortenſii filia Oratio apud Triumviros habita legitur non tantum in ſexus honorem*. De Gracchorum eloquentia vide Plutarchum pag. 825. Epiſtolarum Corneliæ ad filium Cajum quoque meminit p. 840.

VII. *Liber de Viris illuſtribus* incipiens à Proca Rege Albanorum, non eſt Nepotis, nec Plinii Secundi, neque Æmilii Probi, nec Svetonii, neque Aſconii Pediani, nec Taciti denique, ſed *Aurelii Victoris*, ut infra in Victore dicam. Sæpius tamen ſub Nepotis nomine eſt editus, & confidentiſſime quidem à *Raphaële Eglino Iconio* Tiguri Anno 1600. 8. hoc titulo: *Cornelii Nepotis de Viris illuſtribus liber, additamento ex MSto auctus: antehac Æmilio Probo, poſt Svetonio Tranquillo, diutiſſime C. Plinio Cæcilio Secundo, nuper Sexto Aurelio Victori, nunc liberali cauſa Auctori aſſertus*. Equidem Victorem è Nepotis opere de Viris illuſtribus multa in hunc ſuum libellum derivaſſe, libenter Viris doctis adſentiar, ſed verum auctorem ex MSS. codicum fide & A. Schotti argumentis exiſtimandum eſſe Victorem haud dubito. Sub Nepotis nomine prodiit etiam Germanice Argentorati 1535. fol. una cum Salluſtio.

VIII. *Daretis* Phrygii *Hiſtoria Excidii Trojæ*, quæ latine circumfertur cum Pſeudo Dictye, ſive *L. Septimii* (*a*) Romani *libris VI. Ephemeridos belli Trajani* (*b*) etſi præfixam habet ſub Nepotis nomine *Epiſtolam ad Salluſtium Criſpum*, qua affirmat ſe Daretem è Græca in latinam linguam Athenis transtuliſſe, communi tamen eruditorum ſuffragio tam eleganti ac terſo ſcriptore indigna æſtimatur. De Darete ipſo ac Dictye vide ſi placet quæ ſcripta à me ſunt libro primo Bibliothecæ Græcæ. * DARETEM (*c*) de bello Trojano ex perantiqua editione ſine anni & loci notatione in 4. cum tribus carminibus Prudentii ſervat Bibl. Paulina Lipſienſis, ut me monuit Clariſſ. Schœtgenius, qui etiam de Dictye Caſp. Barthii judicium jubet conſulere ad Gratii Cynegeticum v. 21. Antiquiſſima editio horum ſcriptorum latina (Græca enim pridem periere) eſt Mediolanenſis Anno 1477. Inde commemoranda venit Veneta Franciſci Faragonii Anno 1499. Prodiere etiam

(a) Alii Quintum Septimium vocant, ut Barthius LVII. 7. LVIII. 21. Voſſius de Hiſt. lat. p.742. & Tho. Bartholinus de legendis libris p.93.

(b) Auctor eas inſcripſit Q. Aradio Rufino, qui ſub Imp. Conſtantino conſulatum geſſit A. C. 316. aitque Dictyn opus ſuum conſcripſiſſe primum litteris Punicis, oratione Græca. Poſtea à neſcio quo *Praxi* ſive *Eupraxide* litteris Atticis tranſcriptum oblatumque eſſe Neroni Imp. atque inde à ſe verſum latine. Ceterum S. Ambroſio æqualem vel ſupparem eſſe hunc ſcriptorem ſive interpretem, veriſimilis eſt Voſſii conjectura IV. 50. de Idololatria, quanquam Scioppius & alii longe antiquiorem eſſe putaverint. At enim vel propter ſtyli nævos ſequiorem redolere ætatem demonſtrarunt viri doctiſſimi Jo. Frid. Gronovius c. XXV. Obſervat. Eccleſiaſt. & Jac. Perizonius in diſſ. de Dictye c. XXXVIII.

(c) De aliis Daretibus Reineſius ad Inſcriptiones veteres pag. 852. Hoc loco ille innuitur ſcilicet, de quo Homerus Iliad. ε v. 9. Ἦν δέ τις ἐν Τρώεσσι Δάρης ἀφνειὸς ἀμύμων ἱερεὺς Ἡφαίστου &c. Vide lib. 1. Bibl. Græcæ cap. 5. ubi etiam de Dictye.

iam cum tribus Libanii declamationibus conſimilis argumenti, Lugdun. apud Gryphium 1552. 12. Prætereo editionem Daretis Dictyiſque Pariſienſem A. 1560. 8. & Lugdunenſem Anno 1569. 8. nec minus verſionem *Gallicam* Joannis de la Lande Pariſ. 1556. 8. & *Italicam* Tho. Porcacchio auctore excuſam Venet. 1543. 8. * *Gallice* ex verſione Caroli Bourguille prodiit Dares Cadomi 1573. Dictyn Gallica veſte donare molitus Bourdelinus. Vide Diarium Londinenſe, the hiſtory of the vvorks of the learned A. 1703. pag. 222. Dares *Germanice* ex interpretatione Marci Tatii, Auguſtæ Vinde. 1536. fol. cum iconibus. Dictys *Germanice* redditus à Joanne Heroldo. Baſil. 1554. fol. Etiam *Ruſſice* Dictys & Dares excuſus Moſcuæ A. 1712. 8. Vide Acta Erud. 1714. pag. 488. Prodiit etiam Dares cum Homero Spondani, adjuncta *Pſeudo Pindari* (*a*) Thebani Epitoma Iliados, latino carmine Hexametro ſcripta Baſil. 1583. fol. Dares item Dictyſque ſubjectus Diodoro Siculo ex Poggii verſione edito latine ibid. 1578. fol. Ab eo tempore *Joſias Mercerus* elegantiſſimi vir ingenii, & exquiſitæ doctrinæ Darete cum Dictye ad binos MSS. codices Petri Danielis & Pauli Petavii caſtigato, notiſque illuſtrato emendatius in lucem dedit Pariſ. 1618. 12. Mercenariam editionem ſecuta Amſtelodamenſis Anno 1631. forma minore. Digni quoque hi duo ſcriptores habiti ſunt, qui in uſum *Delphini* illuſtrarentur, uti factum eſt haud infeliciter ab *Anna*, *Tan. Fabri* filia. Pariſ. 1680. 4. Hinc cum Joſiæ Merceri, *Caſp. Barthii*, *Ulrici Obrechti* Prætoris Regii, qui vetus MS. Argentoratenſe contulit, *Paulique Vindingii* ad Dictyn notis, Dares recenſitus eſt à V. C. *Samuele Artopœo*, cujus diligentia index etiam inſignis acceſſit. Argentorat. 1691. 8. Denique Amſtelodamenſes An. 1701. in quarta & octava forma Daretem & Dictyn utinam ſatis emendate recuderunt ex editione in uſum Delphini, cui præter notas univerſas ex editione Argentoratenſi repetitas adjunxere nunquam prius editam Jac. Perizonii viri eruditiſſimi diſſertationem de Dictye, in cujus extrema parte varia hujus ſcriptoris loca illuſtrantur: tum nummos quoſdam gemmaſque veteres ad illuſtrandum Dictyn à Ludovico Smids V. C. collectas, denique *Joſephi Iſcani* (*a*) Devonii, Exceſtrenſis, Poë-

(a) Allegatur à Lutatio ad Statii VI. Thebaid. v. 120. ubi vide ſi juvat, Lindenbrogium, itemque Barthium qui auctorem vetuſtum boniqueingenii appellat LVIII. 14. & LIX. 1. & 15. Adverſar. ubi integrum recenſet, nec dubitat Joſepho Iſcano Devonio præferre. A Laurentio Valla inepte antelatus eſt ipſi Virgilio, ut notavit Jovianus Pontanus lib. 2. de ſermone cap. 18.

(b) Joſephus Iſcanus poema ſuum de bello Trojano dicavit Thomæ Balduino Archi-Epiſcopo Cantiorum ſive Cantuarienſi. De Iſcani porro nugis amatoriis vide Menagii anti Bailletum Tom. 2. pag. 325. De bello ejus Antiocheno ſive Antiocheide & aliis ſcriptis

Poëtæ, pro ætate illa, non inelegantis poëma Heroicum in *ſex libros* diſtinctum *de bello Trojano*, cum notis *Samuelis Dreſemii* Dithmarſi, per ſingulas paginas ſubſtratis. Indicem quoque Dareti & Dictyi ſubjunxerunt, non qualem locutionum minus obviarum, uſuſque vocabulorum ſingularis adornavit Clariſſ. Artopœus, ſed qualis in editione Delphini occurrit Index omnium vocabulorum. Joſephi quoque Iſcani poëma exhiberi poterat ex emendatione & integriore *Joannis Mori* editione Londinenſi A. 1675. 8. Dreſemius enim qui hoc poëma recte Joſepho Iſcano reſtituit, & eruditis notis illuſtravit Francof. 1623. 4. nullis codicibus MStis, ſed tantum tribus editionibus anterioribus (*a*) uſus fuerat, quibus hi libri majore adhuc inſcitia quam proſarius Dares *Cornelii Nepotis* tanquam auctoris nomen gerunt præfixum. In omnibus vero iſtis editionibus omiſſi ſunt poſt lib. 1. v. 32. hi verſus, quibus continetur encomium Balduini, cui Poëma hoc ſuum pro illa temporum ſuorum barbarie facundum & comtum auctor dicavit, Archi-Epiſcopi Cantuarienſis, ſub finem ſæculi à nato CHRISTO duodecimi. Verſus illos primus quod ſciam è MSto codice produxit Tan. Faber in notis ad Longinum p. 169. edit. præclaræ Tollianæ:

In numerum jam creſcit honos, te tertia poſcit
Infula, jam meminit Wigornia, Cantia diſcit,
Romanus meditatur apex, & naufraga Petri
Ductorem in mediis exſpectat cymba procellis.
Tu tamen occiduo degis contentus ovili,
Tertius à Thoma, (Cantuarienſi) *Thomaſque ſecundus & alter,*
Sol oriens, rebus ſucceſſor, moribus heres.
Felices quos non trahit ambitus &c.

* Pſeu-

piis Jo. Lelandum de ſcriptoribus Britannicis editum nuper ab Antonio Hall, Oxon. 1709. 8. p. 237. Alia de eo Chriſtianus Daumius notis ad Bernardum Geyſtenſem p. 73.

(a) Prima editio eſt ab Albano Torino Baſil. 1541. 8. cum Pſeudo Pindari epitome Iliadis, Darete proſario, & Homeri Iliade ex latina Nicolai Vallæ & Vinc. Obſopœi verſione. * Tam corrupte vulgata eſt notante Jo. Lelando pag. 239. de ſcriptoribus Britannicis, *ut ſi pater ipſe in prolem redivivus oculos converteret tam informem, cognoſceret plane nunquam*. Hanc ſecuta eſt editio Heniſchii Baſil. 1573. 8. Altera exſtat ad calcem Homeri græcè & latinè editi & illuſtrati à Joanne Spondano. Baſil. 1583. & 1603. fol. Tertiam denique ab Alexandro Carolo Trogneſio editam Dreſemius memorat, quam non vidi. Ceterum non videtur eſſe dubitandum, quod Joſephus Iſcanus argumentum ſive periocham poematis ſui adſciverit Daretem latinum proſarium, unde deinde factum eſt, ut quemadmodum liber ipſe pſeudo Daretis, ita etiam Iſcani poema Cornelio Nepoti tribueretur. Scripſit & alia iſte Iſcanus Devonius, ſed quod ſciam nondum edita, *Antiocheidem*, cujus in Britannia meminit Cambdenus, magni eum cum viveret inter ſuos habitum teſtatus. Vide Johannem Prince in Anglico opere de illuſtribus Devoniis, vel ſi liber ille ad manus non ſit, conſulantur Acta Eruditorum anni 1702. p. 289.

Digitized by Google

* Pſeudo-Daretis duos Codices MSS. unum Canonicorum Lateranenſium Patavii, alterum Aloyſii Corradini laudat Jo. Rhodius in notis ad Scribonium Largum pag. 60. Citatur Dares à Freculfo lib. 2. Chronici cap. 17.

* Non omittendum etiam quod Dares Gallico metro adſtrictus extat in Codice Sæculi XII. membranaceo Bibliothecæ Ambroſianæ Mediolanenſis. Vide V. C. Bernhardi de Montfaucon Diarium Italicum pag. 19. & Palæographiam Græcam pag. 138. ubi habes verſus quoſdam Metaphraſi illi præmiſſos. Conferenda etiam Hiſtoria Trojana ſcripta à *Guidone de Columna*, Meſſanenſi A. C. 1287. atque edita Argentinæ 1486. & 1489. fol. Utraque editio ad manus mihi eſt. Incipit: *Licet cotidie vetera recentibus obruantur*. In ejus prologo hæc verba leguntur, in quibus latinus Dictyos interpres multa Græci omiſiſſe arguitur.. *Ea quæ per Ditem* (lege *Dictym*) *Græcum & Phrygium Daretem, qui tempore Trojani belli continue in eorum exercitibus fuere præſentes, & horum quæ viderunt ſunt fideliſſimi relatores, & in præſentem libellum per me judicem Guidonem de Columna Meſſana tranſumta legentur, prout in duobus libris eorum inſcriptum quaſi una vocis conſonantia inventum eſt Athenis. Quanquam autem hos libellos quidam Romanus*, Cornelius *nomine, Salluſtii magni nepos, in latinum transferre curaverit, tamen dum laboraret nimium brevis eſſe., particularia hiſtoriæ ipſius, quæ magis poſſunt allicere animos auditorum, præ nimia brevitate indecenter omiſit. In hac igitur ſerie libelli totum invenitur inſcriptum, quod de tota hiſtoria univerſaliter & particulariter geſtum fuit*. Idem ſcriptor ad calcem operis: *Et ego Guido de Columna judex de Meſſana prædictum Ditem* (Dictyn) *Græcum in omnibus ſum ſecutus, pro eo quod ipſe Dites* (Dictys) *perfectum & completum fecit in omnibus opus ſuum ad literarum videlicet ſolatium, ut veram notitiam habeant præſentis Hiſtoriæ, & ut magis delectentur in ipſa. Et ego hiſtoriam ipſam ornaſſem dictamine pulchriori per ampliores metaphoras & colores, & per tranſgreſſiones occurrentes, quæ ipſius dictaminis ſunt picturæ. Sed territus ex magnitudine operis &c.* Non intermiſit tamen Guido varia ex ſuo ſæculique ſui ingenio attexere, ut lectori attento facile patebit.

In Lucæ Dacherii ſpicilegio Tom. IV. pag. 485. *Hiſtoria Homeri ubi dicit & Dares*, legendum *ubi Dictys & Dares*, ut jam notatum Paulo Colomeſio in Bibl. ſelecta pag. 168.

IX. Falſo quoque uti ad *Alexandrum M.* auctorem, ſic ad Cornelium Nepotem tanquam interpretem refertur commentitia *Epiſtola de mirabilibus Indiæ*, cum Inſcriptione: *Alexander Magnus Ariſtoteli Præceptori ſuo ſalutem dicit*. Græcè nunquam vidit lucem

cem , latine vero præter editiones in Bibliotheca Græca lib. II. cap. X. ſect. 17. à me memoratas excuſa eſt nuper Gieſſæ Haſſorum 1706. 8. curante *Andrea Paullino*, qui nec de auctore, nec de interprete ambigendum ratus , in ſchola Darmſtadienſi eam prælegendam diſcipulis ſuis inſtituit. Quanquam vero certum eſt in hac Epiſtola legi pleraque hujuſcemodi qualia de Indiæ mirabilibus vel commentati vel commenti olim ſunt Oneſicritus, Orthagoras, & alii rerum geſtarum Alexandri ſcriptores,tamen hanc Epiſtolam ab Alexandro ſcriptam vel à Nepote verſam minime mihi perſuadeo.

X. Petrus Nannius Alcmarianus librum ſingularem de claris Corneliis ſcripſit ad Cornelium Muſium Delphium, eumque ſuæ præclaræ Nepotis editioni inſeruit A. Schottus. In illo libro caput V. eſt de Corneliis Scriptoribus. Sunt autem præter Nepotem noſtrum hi: Cornelius Gallus & Cornelius Tacitus, de quo infra ſuo loco. Cornelius Calvus Orator , & Cornelius Severus, ac Cornelius Licinius Calvus Poëtæ. His addi poſſunt non pauciores alii , ut Cornelius Thuſcus, quem in ſuaſoriis deridet Seneca ; Cornelius Alpinus apud Horat. quem cum Gallo confundunt nonnulli: Cornelius Capitolinus laudatus Trebellio Pollioni in Odenato: L. Cornelius Sylla dictator ejuſque libertus Cornelius Epicadus, qui librum quem de geſtis ſuis patronus ſcripſerat ſupplevit teſte Svetonio. Vide ſis Voſſium de Hiſt. latinis , apud quem habes etiam de Cornelio Boccho & Cornelio Valeriano,quos allegat Plinius. Ex Corneliani libro contra Beronicem nonnulla affert Stobæus ſermone IV. Alios Cornelios præter Nannium retulit Jo. Glandorpius in Onomaſtico Romano , & qui de familiis Romanis ſcripſerunt Antonius Auguſtinus, Rich. Streinius,& alii. * Corneliis variis adde ſis T. Cornelium Nepotem Architectum , cujus Monogramma ex templo S. Vitalis Ravennenſis refert idem vir doctiſſimus Montfauconus in Diario Italico pag. 98.

CAPUT VII.

DE M. TERENTIO VARRONE.

Varronis ætas. 1. Libri de lingua latina eorumque editiones, & fragmenta. 2. Libri de re ruſtica. 3. Catalogus ſcriptorum Varronis quæ interciderunt. 4. Alii Varrones. 5. Index Scriptorum à Terentio allegatorum. 6.

I. M. TERENTIUS (*a*) VARRO, Romæ natus eſt anno U. C. DCXXXVIII. Vir undecunque doctiſſimus, Ciceronis

F

(a) Terentium Sabinorum lingua notare mollem,docet Varro apud Macr. II. 14. Saturn.

ceronis & aliorum virorum clariſſimorum familiaris, qui poſtquam tribunatu & aliis muneribus functus fuiſſet, & in bello civili Pompejanas partes ſtrenue conatus eſſet tueri, (*a*) mature tamen Cæſari victori ſe permiſit, & ab eo in gratiam receptus, Bibliothecisque græcis & latinis comparandis ac dirigendis præfectus in litterato otio delituit; totumque ſe tradidit ſcribendis libris. Septuagenario major ab Antonio una cum Cicerone Anno U. C. DCCX. proſcriptus evaſit quidem, attamen direptis bibliothecis ſuis gravem jacturam paſſus eſt etiam ſcriptorum ſuorum, atque in his εἰσαγωγικῷ, quem Cn. Pompejo ſcripſerat, ut memorat Gellius XIV 7. Reliquum vitæ tempus nulla interpellante vi totum peregit in litteris, plurimaque compoſuit, ita ut ipſe duodecimam annorum hebdomadam, hoc eſt, ſeptuageſimum & octavum ætatis annum ingreſſus memoret, ſe ſeptuaginta hebdomades librorum (*b*) hoc eſt libros 490. conſcripſiſſe. Diem obiit ſupremum prope nonagenarius, (anno enim octogeſimo & octavo ætatis adhuc ſcripſiſſe traditur à Plinio XXIX. 4.) anno Urbis DCC. XXVII. poſt CHRISTUM natum XXVII. * De Varronis ætate confer Arnoldum Pontacum ad Chronicon Euſebii pag. 52.

II. E libris XXIV. de lingua latina perierunt tres primi, quos ad *P. Septimium* Quæſtorem Varro miſerat, in quibus diſſeruit περὶ τῆς ἐτυμολογικῆς 1. quæ contra eam dicerentur, 2. quæ pro ea & 3. quæ de ea denique. *Exſtant liber IV. V. & VI.* in quibus origines ipſas verborum latinorum perſequitur, ad *M. Tullium Ciceronem*. Tum *liber VII. VIII. & IX.* qui ſunt de analogia, ſed perinde ut priores, hinc inde quibuſdam hiantes lacunis. Reliqui libri univerſi exceptis perpaucis fragmentis interciderunt, in quibus analogiam ipſam latinorum vocabulorum & anomaliam explicaverat, deinde tractaverat de ſyntaxi, ſive quomodo vocabula inter ſe ratione conjuncta ſententiam efferant, denique diſſeruerat de copia verborum. Reſpiciens hoc Varronis opus Vitruvius in præfat. libri IX. (ſive ut vulgo diſtinguunt IX. 3. at tractatio ipſa libri IX. demum à capite quarto incipit) *Plures*, inquit, *poſt noſtram memoriam naſcentes cum Lucretio videbuntur velut coram de rerum natura diſputare; de arte vero Rhetorica cum Cicerone: multi poſterorum cum Varrone conferent ſermonem de lingua latina*. Fragmenta ex his libris collegit *Antonius Auguſtinus*, unde leguntur etiam in editione *Vertranii Mauri*. Poſtea additis nonnullis in Varrone *Auſonii Popmæ*, Friſii, & in *Dionyſii Gothofredi* Auctoribus latinæ

(a) Vide Vertranium Maurum & Auſonium Popmam in Varronis vita, ac præcipue Martinum Hanckium V. C. libro 2. de Rom. Rerum Scriptoribus cap. 6.

(b) Gellius III. 10.

tinæ linguæ. Illi vero ſex,quos utcunque habemus,libri ex *Pomponii Læti* & *Rholandelli* (*a*) recenſione prodiere Venetiis A.1598.4.
* Eſt mihi ad manus editio Varronis de lingua latina, quæ cum Nonio ac Feſto lucem vidit Venet. 1483. fol. Hac etiam antiquior Anni 1474. per Johannem de Colonia & Johannem Manthem de Gherrezen, atque Pariſienſis Anno 1519. fol. memoratur in Ephemeridibus litterariis, (*b*) quæ laudatiſſimo rem literariam promovendi ſtudio Germanicè vulgantur Lipſiæ A. 1710. pag. 881. & prior quidem in multis traditur convenire cum MSto Codice Bibliothecæ Ampliſſ. Senatus Lipſienſis. Illi Codici hæc verba ad calcem inſcripta leguntur: *Finis ejus quod invenitur Marci Varronis, parce qui legeris, ſi aliqua minus polita inveneris. Nam ita omni ex parte, ſive ſeculum fecerit ſive librarii, volumen quodvis corruptum erat, ut neceſſe fuerit antiquari hinc inde ſententias, ideo ſine rubore veniam dabis & errori manum imponas. Pomponius tuus orat. Vale.* In eodem Codice liber ſeptimus de lingua latina inſcribitur *M. Terentii Varronis Analogiæ liber primus*. Illam editionem Venetam A. 1474. per Johannem de Colonia & Johannem Manthen memorat etiam Mich. Maittaire in annalibus typographiæ p. 109. nec non p. 174. Brixienſem A. 1483. fol. per Boninum de Boninis de Raguſia, & Miniatam Delſera Florentinum, ſocios. Extat etiam editio librorum Varronis de Lingua Latina ſine loci & temporis nota in 4. recenſita à Pomponio Læto, cujus Epiſtola ad Platinam præmittitur. Vide Diarium Venetum, Giornale de'letterati d'Italia Tom. XXII. pag. 393. ſeq.

Mediolanenſem editionem A. 1500. laudat dignus vir vita longiore Tobias Guthberlethus libro de Saliis p. 131.
* Pariſienſis prodiit An. 1519. fol. item 1528. 8. nec non altera A. 1529. 8. apud Simonem Colineum, hoc titulo: *M. Terentii Varronis quæ ſuperſunt ex libro quem de Lingua Latina ac verborum origine conſcripſit fragmenta. Ejuſdem de analogia libri tres, quos nitori priſtino reſtituendos curavit Michaël Bentius multa veterum codicum collatione.*
* Occurrit etiam Varro de Lingua Latina cum Nonio & Feſto & Bentini ad Varronem ac Nonium caſtigationibus ad calcem Cornu-copiæ Nic. Perotti, excuſi Venetiis 1492. & apud Aldum 1513. 1527. & Tuſculani 1522. & Baſil. 1518. 1526. fol. Præterea cum Bentini caſtigationibus excuſi Varronis libri etiam ſeparatim Lugd. 1535. 8. adjunctis Pſeudo-Catonis Originibus, & Baſil. 1536. 8.

(a) Beughemii incunabula typographiæ p. 141.
(b) Ausführlicher Bericht von allerhand neuen Buchern und andern Dingen.

Romana A. 1557. cum caſtigationibus *Antonii Auguſtini*, qui codicibus MSS. uſus eſt, ex quibus unum laudat Achillis Mafei. Lugdunenſis A. 1563. 8. apud heredes Seb. Gryphii, cum notis eruditis *M. Vertranii Mauri*, & vita Varronis à Vertranio ſcripta, qui & ipſe MSS. codices Florentiæ & Romæ contuliſſe ſe teſtatur.

Joſephi Scaligeri præclara in Varronem Conjectanea lucem viderunt primum Pariſ. 1565. 8. In illis præter multa alia egregia, Varronem in originibus verborum frequenter falli obſervat vir doctiſſimus. * Parum credibile mihi videtur & iniquum quod Latinius T. 2. Epiſt. p. 121. *Vidi Joſephi Scaligeri in M. Varronem de Lingua Latina adnotationum libellum, quas ut prudenter Pater Octavius exiſtimat, Julius Cæſar pater adornarat, & fortaſſe non dignas ſuo nomine judicarat.* Varro Scaligeri lucem etiam vidit ex tertia editione apud H. Steph. 1581. 8. & Pariſ. 1585. 8 & *H. Stephani* appendix ad aſſertiones analogiæ ſermonis Latini M. Terentii Varronis, 1591. 8.

Adriani Turnebi emendationes & commentarii poſthumi, editi à filio Odone Turnebo Pariſ. apud A. Wechelum 1566. 8. Abortivum hunc viri magni fœtum vocat Joſephus Scaliger appendice ad conjectanea p. 179.

Cum notis *Dionyſii Gothofredi* Varronis libri editi inter auctores latinæ linguæ, Genev. 1602. 4. & 1622. 4.

Denique è recenſione *Gaſp. Scioppii*. Ingolſtad. 1605. 8. *Quæ enim partim per me ipſum*, inquit Scioppius, *partim* Gabrielis Faërni, *hominis ingenioſiſſimi & doctiſſimi, cujus ex veteribus Varronis Codicibus exceptas lectiones* Fulvius Urſinus *meus tranſcripſerat, ipſius denique* Fulvii *opera adjutus in reſtituendis Romani hominis monumentis Romanus ipſe præſtiti, ea non vereor ne non ultro Civicam meruiſſe me vociferentur, ſi quis modo cum prioribus editionibus hanc noſtram ſtudioſe contendere ac comparare velit &c.*

* Ut Salmaſio p. 3. libri de uſuris obſervatum, *non niſi invitus ſolet Varro Romanarum dictionum origines è Græco arceſſere, adeo ut plerumque ineptire malit, quam veras originationes fateri.* Similiter in Platonis Cratylo multa pſeudetyma deprehendunt viri docti.

* Varronis libros de Lingua Latina & ſcriptores de re ruſtica in uſum Delphini illuſtrandos Grævio committere tentavit Huetius, & acceptæ ab eo conditionis ſpem facit, quam deinde aliis occupationibus ab eo neglectam oportet. Vide diſſertationes & Epiſtolas Huetii à Tilladeto collectas T. 2. p. 238. 239.

III. Exſtant præterea Varronis *de re ruſtica libri III.* quos natus octoginta (*a*) annos ſcripſit ad Fundaniam uxorem. Hi ſæpius

(a) In limine Operis Varro ait ſibi eſſe properandum, *quod, ut dicitur, ſi eſt homo*

ſæpius viderunt lucem cum ſcriptis ejuſdem argumenti, quæ compoſuerunt Cato, Columella, & Palladius, ut ſupra capite 2. in Catone dixi. Igitur in præſenti duntaxat memorabo illas horum librorum editiones, quibus utraque ſolius Varronis ſcripta continentur, ut ſunt editiones *H. Stephani* A. 1569. 1573. & 1581. cum Joſ. Scaligeri in libros de latina lingua conjectaneis & appendice conjectaneorum, Antonii item Auguſtini emendationibus notiſque Turnebi, non poſthumis illis, ſed ex Adverſariorum opere excerptis: & in libros de re ruſtica notis ejuſdem *Scaligeri*, & qui codicibus quatuor MSS. uſum ſe profitetur, egregii viri *Petri Victorii*. Etiam appendicem H. Stephanus ad libros de analogia edidit Anno 1591. 8. Præterea *Auſonius Popma* Friſius Varronis ſcripta quæ exſtant recenſuit, illuſtravitque notis collectaneis, & fragmenta ſcriptorum ejus deperditorum, & vitam Varronis, atque Bibliothecam Varronianam, ſive commentarium de Varronis ſcriptis adjunxit. Lugd. Bat. Anno 1601. 8 apud Plantin. Ab eo tempore Varroniana ſcripta cum fragmentis emendatius & plenius deſcriptis addita auctorum, è quibus depromta ſunt, notatione, tum animadverſionibus in Varronem quæcunque in Stephani editione exſtant, prætermiſſis Popmæ lucubrationibus, edita ſunt Dordraci Anno 1619. 8. apud Jo. Berewoud, & Amſtelod. 1623. apud Jo. Janſonium 8. quibus nulla hactenus locupletior Varronis editio vidit lucem. *Petri Ciacconii* ineditas ad Varronem de re ruſtica animadverſiones habuit If. Voſſius. *Petrum* quoque *Axenium* V. C. intellexi pridem in hoc ſcriptore illuſtrando non contemnendum ſtudium poſuiſſe, ſed ante paucos menſes anno ſuperiore MDCCVI. Sleſvici exſtinctus deſiderium ſui bonis reliquit, deſtituto Varrone.

IV. Jam in tabella veluti, libros hujus Scriptoris deperditos referam, quorum non ipſos etiam titulos tempus nobis eripuit: Sequar autem præter Nonium Joſiæ Merceri, & optimas Gellii ac Grammaticorum veterum editiones, *Robertum* & *Henricum Stephanos*, qui fragmenta Satyrarum Varronis congeſſerunt in fragmentis Poetarum Anno 1564. 8. editis pag. 305 - 364. tum *Antonium Riccobonum*, qui in fragmentis hiſtoricorum dedit quoque fragmenta ſcriptorum Varronis, ad calcem libri de Hiſtoria pag. 219-401. *Auſonium* deinde *Popmam*, quem fragmenta Varronis collegiſſe jam dixi. Denique curatorem editionis Dordracenæ, prioribus collectionibus melioris. Fuerunt itaque

De cultu Deorum liber. S. Auguſtinus VII. 9. & 33. de Civ. Dei.

 Rerum

homo bulla, eo magis ſenex. Annus enim octogeſimus admonet me, ut ſarcinas colligam antequam proficiſcar è vita.

Rerum Humanarum Antiquitates, libri XXV. & divinarum XVI. ad C. Cæſarem, de cujus utriuſque operis argumento conſulendus idem Auguſtinus VI. 3. de civitate Dei. * Libros rerum divinarum Varro, dicavit Cæſari Pontifici Max. Lactantius lib. 1. c. 6. *Varro, quo nemo unquam doctior ne apud Græcos quidem, nedum apud Latinos, in libris rerum Divinarum, quos ad C. Cæſarem Pontificem maximum ſcripſit, cum de Quindecimviris loqueretur, Sibyllinos libros ait non fuiſſe unius Sibyllæ.*

De vita Populi Rom. ad Atticum *libri*, quorum *undecimum* laudat Nonius in *paupertates*. * Libros de vita populi Rom. Janus Gebhardus II. 19. antiquar. Lect. teſtatur in Codice Palatino Nonii Marcelli ſemper citari *de vita Patrum*: iis namque libris vitam majorum executus erat Varro, ut oſtenderet quantum ſua tempora à frugalitate veterum deſciviſſent.

De gente Populi Rom. libri IV. Arnob. & alii.

De initiis urbis Romæ liber. Quintil.

De Republica libri, quorum *vigeſimum* Nonius allegat.

Αἴτια, ſive *Cauſæ* (quales apud Græcos ſcripſere Callimachus, Butas, Plutarchus) Serv.

De *Philoſophia liber*. Auguſtin. XII. 4. & XIX. 1. de civitate Dei. *Liber ſecundus de forma Philoſophiæ*. Chariſ.

IX. Libri diſciplinarum ad M. Cœlium Rufum, in quibus unum de architectura fuiſſe teſtis eſt Vitruvius præf. libri VII. * Ex Varronis novem voluminibus diſciplinarum *librum de Arithmetica* adhuc ſuperſtitem ſe vidiſſe Romæ apud Laurentium Strozzium Cardinalem teſtatus eſt Vertranius Maurus in Varronis vita. Varronem de numeris allegat Cenſorinus cap. 2.

Hebdomadum ſive *de imaginibus libri*, quorum ex *undecimo* profert nonnihil Chariſius. In hujus operis libris ſingulis ni fallor, ſeptem Virorum illuſtrium imagines ſtylo perſecutus erat Varro. Imagines DCC. fuiſſe teſtis Plinius XXXV. 2. Confer. Voſſium lib. 1. c. 12. de Hiſtoricis latin. * Libros ſuos de viris illuſtribus unde *hebdomadum* titulo inſcripſerit Varro, docet Samuel Petitus lib. IV. eclog. chronolog. p. 204.

Decem apud Athenienſes ſorte legebantur viri, è ſingulis unus tribubus, penes quos regnum eſſet & imperium ἐφημερίας tribuum ſuarum intra unam Prytaniam. Diſtribuebatur autem Prytania in *hebdomadas* quinque (*Hebdomadas* has obſervatas fuiſſe ab Athenienſibus teſtis eſt A Gellius XV. 2. his verbis: *In conviviis juvenum, quæ agitare Athenis* hebdomadibus Lunæ *ſolenne nobis fuit*. Lunæ, id eſt, κατὰ Σελήνην, ut loquitur Thucydides, ſive τῆς πρυτανείας *hebdomadas* intelligitur.) Singulos

autem

autem dies imperabat forte captus Ἐπιστάτης, & ita deinceps reliqui, donec *hebdomadis* orbis abſolveretur; atque ita fiebat; ut è decem tres ſupereſſent, qui non imperabant. Ulpianus in Androtianam: ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν οἱ πεντήκοντα πολλοὶ ἦσαν εἰς τὸ ἄρχειν ἅμα, οἱ δέκα κατὰ κλῆρον μιᾶς ἡμέρας τῶν ἑπτὰ, ὁμοίως δὲ ἕκαστος τῶν ἄλλων ἀπὸ κλήρου ἦρχε τὴν ἑαυτοῦ ἡμέραν, ἄχρις οὗ πληρωθῶσιν αἱ ἑπτὰ ἡμέραι. καὶ συνέβαινε τοῖς ἄρχουσι, τρεῖς μὴ ἄρχειν. ἕκαστος δὲ ἄρχων ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ καλεῖται Ἐπιστάτης. Hinc explicandus eſt titulus Libri Varroniani. Nam ita inſcriptus eſt, qui continebat imagines clarorum virorum, (*a*) ſimulque eorum elogia, ut colligitur è Lib. I. Epiſtolarum Symmachi Epiſt. IV. (*b*) quia quemadmodum ſingulis Πρυτανείας *hebdomadibus* regnabant οἱ Ἐπιστάται vicem & ἐφημερίαν ſuam; ita & in his Varronis HEBDOMADIBUS aſſignatus erat cuique clarorum virorum quaſi regni dies in ſua ipſius imagine & elogio. *Hactenus Sam. Petitus.*

De proprietate ſcriptorum. Nonius, in *liquidum*.

Theatrales ſive *de actionibus ſcenicis libri*, quorum *tertium* memorat Priſcianus, *quintum* Chariſius.

De ſcenicis originibus libri, quorum *tertium* Nonius & Chariſius laudant. * Librum primum de ſcenicis originibus laudat Cenſorinus cap. 17.

De Poetis libri, quorum *primus* à Gellio citatur & Priſciano. Confer Jonſium p. 214. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſophicæ.

Libri de poematis, quorum *ſecundus* allegatur à Chariſio. *Poeticum* Varronis librum laudat Diomedes.

De Plautinis Comœdiis liber. Gell. III. 3.

Libri de Plautinis quæſtionibus, quorum *ſecundum* allegat Nonius.

Epiſtolicarum quæſtionum libri, quorum *octavus* à Chariſio citatur.

(a) Opus genealogicum appellat vir Rev. Jac. Frid. Reimannus in Hiſtoria litteraria libror. genealogicor. pag. 44. neſcio quo auctore. Nam ſingulos claros viros virtute rebus geſtis vel ingenio ſive Græcos ſive Romanos illo opere celebraſſe potius Varro, quam familiarum aut genealogiæ rationem habuiſſe videtur. Sic libro primo de imaginibus Homerum poſuerat teſte Gellio lib. 3. cap. 11. In alio Demetrium teſte Nonio in *luces*, in aliis alios. Ejuſdem tamen Varronis fuit de familiis Trojanis liber, & de gradibus neceſſitudinum.

(b) Primus hanc Symmachi Epiſt. produxit & illuſtravit Lud. Carrio lib. 2. emendatt. cap. 14. quem vide. Symmachi ad Patrem ſcribentis verba ſunt: *Studium quidem Menippei Varronis imitaris, ſed vincis ingenium. Nam quæ in noſtrates viros nunc nuper condis epigrammata, puto hebdomadon elogiis prænitere, quod hæc aqua ſobria nec tamen caſta ſunt. Illa bono metallo cuſa torno exigi neſcierunt: & duriorem materiam niſi fallor, adniteris. Ille Pythagoram, qui animas in æternitatem primus aſſeruit; illo Platonem qui Deos eſſe perſuaſit; ille Ariſtotelem, qui naturam bene loquendi in artem redegit; ille pauperem Curium ſed divitibus imperantem: ille ſeveros Catones, gentem Fabiam, decora Scipionum, totumque illum triumphalem Senatum parca laude perſtrinxit. Tu ruinam proximæ ætatis illuminas.*

tatur. * Epiſtolicarum quæſtionum libros laudat etiam Servius in 1. Georgic.

Epiſtolæ, ad C. Cæſarem, Fabium, M. Sulpicium Fuſium, Neronem, Marullium, Ser. Sulpicium, Varronem, Oppianum &c.

De Bibliothecis librum ſecundum citat Chariſius.

Liber de Vita ſua, id.

Complexionum librum ſextum citat Diomedes.

Ad Libonem librum I. memorat Macrobius II. 14. Saturn.

* *Libros Navales* laudat Jo. Sareſberienſis II. 1. Policratici, & Vegetius, qui pluraque ex illis tranſtulit in librum ultimum ſuum de re militari, & nominatim eos laudat lib. 5. cap. 11. His videntur reſpondere *littoralia* Varronis citata à Solino cap. 11. Servio *de ora maritima*. Vide Salmaſ. pag. 172. edit. Pariſ.

* *Tubero Varronis de origine humana* laudatur à Cenſorino cap. 9. & falluntur qui *de origine Romana* legunt.

Annales libri, quorum *tertium* Chariſius allegat.

Belli Punici Secundi librum *ſecundum* citat Priſcianus.

Liber de familiis Trojanis. Servius etiam *de gradibus* neceſſitudinum ſcripſiſſe Varonem teſtatur.

Rhetoricorum libri, quorum *viceſimum* Nonius laudat.

Περὶ χαρακτήρων librum *tertium*, Chariſius.

Libri de lingua latina ad Marcellum, *quorum* ſeptimus laudatur à Rufino de metris Terentianis: & *libri de ſimilitudine verborum*, quorum *ſecundum* citat Priſcianus, fortaſſis pars fuere *librorum XXIV. de latina lingua*, de quibus ſupra §. 2.

De utilitate ſermonis librum *quartum* allegat Chariſius.

De compoſitione Satyrarum. Nonius in *Parectati*.

TITULI LIBRORUM LOGISTORICORUM

& Satyrarum (a) Varronis, quarum pleræque *Menippeæ*, h.e. proſa Menippi Cynici exemplo, carminis vario genere diſtincta atque expolita ſcripti erant, unde Varro *Menippeus* Athenæo dictus & Tertulliano, Arnobio ac Symmacho *Cynicus Romanus*. Vide Probum in Eclogam VI. Virgilii, & Joſiam Mercerum p. 207. ad Nonium.

Aborigines περὶ ἀνθρώπων φύσεως.
De admirandis. Infra, *Gallus Fundanius*.
Agatho.
Age modo.
Ἀεὶ Διβὼν vel περὶ αἱρέσεων.
Ajax ſtramentitius.
περὶ αἱρέσεων, ſupra ἀεὶ Διβών.
Ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς.
Ἄμμον μετρεῖς, περὶ φιλαργυρίας.

An-

(a) De Satyris Varronis adeundus Iſ. Caſaubonus lib. 2. de Satyr. poeſi cap. 2.

Andabatæ.
περὶ ἀνθρώπων φύσεως. ſupra, *Aborigines*.
Anthropopoli, περὶ γενεθλιακῆς.
περί ἀρχῆς. Infra, *Marcopolis*.
περὶ ἀρχαιρεσιῶν. infra, *Serranus*.
περὶ ἀρετῆς κτήσεως, infra, *Tribodites*.
περὶ ἀφροδισίων. infra, *Vinalia*.
Armorum judicium.
περὶ ἀῤῥενότητος. infra, *Triphallus*.
Atticus (leg. *Articulus*,) de numeris, Logiſtoricus *liber*.
Autumedus, infra, *Mæonius*.
Bajæ.
Bimarcus, περὶ τρόπων.
Βοῦς περὶ τάφου. infra, in ἐπιτάφιον.
Pro *Cæ* lib. II. apud Nonium in Carra lege, Ἀεὶ Διβών. Scal.
Caprinum prælium, περὶ ἡδονῆς.
Catamitus.
Cato, vel *de liberis educandis*. Logiſtoricus.
Cave canem.
Κενοδοξία. περὶ φθόνου.
Ceria. infra, *Dolium*.
περὶ κεραυνοῦ.
Choregraphia.
Columna Herculis, περὶ δόξης.
Coſmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου.
Cras credo, hodie nihil.
Cygnus, περὶ ταφῆς.
Cynicus.
Cynodidaſcalus.
Cynorhetor.
Deſultorius, περὶ τοῦ γράφειν.
περὶ διαθηκῶν. infra, *Teſtamentum*.
Δὶς παῖδες οἱ γέροντες.
Dolium, aut *Ceria*.
περὶ δόξης. ſupra, *Columna Herculis*.
περὶ ἐδεσμάτων.
περὶ ἐμμονῆς. infra, *Synephebus*.
περὶ ἐγκωμίων. infra, *Papiapapæ*.
Endymiones.
περὶ ἐξαγωγῆς.
Ephebus, vel *Synephebus*, περὶ ἐμμονῆς.
περὶ ἐπαρχιῶν. infra, *Flaxtabulæ*.
Ephemeris navalis.
Ἐπιτάφιον ἢ Βοῦς περὶ τάφου.
Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, περὶ εὐτελείας.
Etratio.
Eſt modus matulæ, περὶ μέθης.
Eumenides, (interdum malè ſcribitur *Eudæmones*,
Εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα, περὶ γεγαμηκότων. καθηκόντων,
περὶ εὐτελείας. ſupra, τὸ ἐπὶ φακῇ μύρον.
Ἔχω σε, περὶ τύχης.
Ἕως ποτέ, περὶ ὡρῶν.
Exdemetricus.
Flaxtabulæ, (al. *Flexibula*.) περὶ ἐπαρχιῶν.
De Fortuna. infra, *Marius*.
Gallus Fundanius, de admirandis.
περὶ γεγαμηκότων. ſupra, εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα.
Gemini.
Gerontodidaſcalus.
Gloria, vel *Inglorius*, περὶ φθόνου. ſupra, κενοδοξία.
Γνῶθι σεαυτόν.
περὶ τοῦ γράφειν. ſupra, *Deſultorius*.
Hecatombe, περὶ θυσιῶν.
περὶ ἡδονῆς. ſupra, *Caprinum prælium*.
Hercules tuam fidem.
Hercules Socraticus.
De Hiſtoria. infra, *Siſenna*.
Idem Attii quod Titii.
De indigitamentis. infra, *Pranſus paratus*.
Inglorius. vide *Gloria*.

De

De inſania. infra, *Oreſtes*.
Ἱπποκύων. (al. *Hippocyon*.)
Judex. infra, *Pappus*.
Laterenſis. Logiſtoricus.
Lex Mænia.
De liberis educandis. ſupra, *Cato*,
Logomachia.
Longe fugit qui ſuos fugit.
Mæonius Autumedus.
Magnum talentum.
Manius.
Marcipor.
Marcopolis, (a) vel μαργόπολις περὶ ἀρχῆς.
De officio Mariti.
Marius, de fortuna. Logiſtoricus.
Meleagri ſive *Meleager*.
Menſurales.
Meſſala, de Valetudine, Logiſtoricus.
περὶ μέθης. ſupra, *Eſt modus matulæ*.
Modius.
De Moribus, Logiſtoricus.
Mutuum muli ſcabunt, περὶ ψωρισμοῦ,
Myſtagogi.
Myſteria.
De natura rerum, Logiſtoricus.
Nepos, Logiſtoricus.
Neſcis quid veſper ſerus vehat.
De numeris. ſupra, *Articulus*.
De numiſmatis. vide mox *Octogeſis*.
Octogeſis, περὶ νομισμάτων.
Oedipothyeſtes.
Ὄνος λύρας.
Oreſtes, de inſania. Logiſtoricus.
De Origine Humana. infra, *Tubero*.
περὶ ὡρῶν ſupra Ἔως ποτέ.
Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων.
Pappus vel *Judex*.
Pappus, de indigitamentis. Logiſtoricus.
Parmeno.
Τὸ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιίας.
περὶ φθόνου. ſupra, Κενοδοξία & *Gloria*.
περὶ φιλαργυρίας. ſupra, ἄμμεν μετρεῖς.
περὶ φιλονεικίας. infra, *Væ Victis*.
περὶ φιλοφθονίας. infra, *Teſtamentum*.
περὶ φθορᾶς κόσμου. ſupra, *Coſmotryne*.
Pius, de pace. Logiſtoricus.
Plutorine.
περὶ πλούτου niſi leg. Περίπλου 1. & 2.
περὶ φιλοσοφίας ap. Nonium.
Polyandrion.
Prætoriana.
Pranſus paratus, de indigitamentis.
Prometheus lib. 1. 2. & lib. 15. allegatur à Nonio in *evireſcat*.
Prometheus liberatus.
Pſeudonea.
Pſeudulus Apollo, περὶ θεῶν ἀπαντάσιος.
περὶ ψωρισμοῦ. ſupra, *Mutuum muli ſcabunt*.
Quinquatrus.
Salaria.
Sardi venales.
Scaurus, Logiſtoricus liber.
Sciamachia, περὶ τύφου.
* De Sectis; ex Nonio, & Priſciano.
Sera parecte.
Serranus, περὶ ἀρχαιρεσιῶν.
Seſqui Ulyſſes.
Sexageſis.
Seſenna de Hiſtoria. Logiſtoricus.
Syniſtor.

Syne-

(d) Pro *Marcopoli* Hadrianus Junius VI, 9. animadverſ. legit μαγγανόπολις, quaſi luxurioſam civitatem dicas, Romam.

Synephebus, περὶ ἐμμονῆς.

Tanaquil.

Ταφὴ Μενίππου.

περὶ ταφῆς. ſupra, *Cygnus*.

Teſtamentum, περὶ διαθηκῶν, περὶ φιλοφθονίας.

περὶ θεῶν ἀφαντήσεως. ſupra, *Pſeudolus Apollo*:

Tithonus, περὶ γήρως.

Tricipitina.

Tribodites, *Tripylius*, περὶ ἀρετῆς κτήσεως (al. καὶ φύσεως.)

Tripallus ſive *Triphallus*; περὶ ἀρρενότητος.

Tubero, ſive *de origine humana*, (al. *Romana* male.) Logiſtoricus.

περὶ τύφου. ſupra, σκιαμαχία.

περὶ θυσιῶν. ſupra, *Hecatombe*.

περὶ τύχης, ſupra, Ἔχοσί.

Væ victis, περὶ φιλονεικίας.

De Valetudine. ſupra, *Meſſala*.

Vinalia, περὶ ἀφροδισίων.

Virgula divina.

Ὑδροκύων.

* Caſp. Barthius XV. 19. Adverſar. in MSto Codice neſcio quo ait ſe has reperiſſe Varronis ſententias:

M. Varro dixit: ficte referas gratias invite dante. Vix datum, ne beneficium putes, ſed prædam. Semel dedit qui rogatus, bis, qui non.

Extorquere eſt plus quam ſemel rogare.

Turpiſſimum eſt in mendaciis confidere: Pulcherrimum eſt fœnore datam gratiam reddere.

Vis experiri amicum? calamitoſus fias.

Non refert quis ſed quid dicam.

Nemo ſuum putet quod extra ipſum eſt.

Excellentiſſimum eſt docendi genus exemplorum ſubditio.

Studia tantum intermittantur, ne obmittantur. Gaudent varietate Muſæ, non otio.

Nil magnificum docebit qui à ſe nihil didicit.

Non eſſemus pauperes, ſi ignorare nos pateremur quid eſſet paupertas. Optimus eſt ad ſummas divitias progreſſus, ignoſcere ſe paupertati. Non eſt miſer niſi qui ſic ſe eſſe putat.

Nuſquam perveniet, qui quot videt, ſequitur calles.

Imperitiæ ſignum eſt, quod difficillimum eſt, exigere cito fieri.

Nulla jactura gravior eſt ſcienti quam temporum.

Viatores non vadunt ut eant: ſic vita non ſui cauſa ſit, ſed ut in ea præclarum aliquid fiat.

Contemnendi ſunt ineruditorum contemtus.

Si vis ad ſummum progredi, ab infimo ordire.

Multi laudem amittunt quam ipſi de ſe dicunt.

* Svetonius de illuſtribus Grammaticis c. 23. de Remnio Palæmone: *arrogantia fuit tanta, ut Marcum Varronem porcum appellaret.* Caſpar Barlæus Epiſtola ad Joachimum Vicofortium: *Palemon Grammairien ſort ſatirique appelloit le docte Varron le pourceau des lettres*,

lettres, parce qu' il ramaſſoit de toutes parts beaucoup des choſes ſans choix & ſans jugement. Dubito an hæc fuerit Remnii ſententia. Necenim porcorum eſt colligere, ſed rimari ac tentare roſtro.

V. *Argonauticorum* libri IV. fuere alterius eodem tempore celebris *P. Terentii Varronis*, à Patria, Galliæ Narbonenſis vico Atace, dicti *Atacini*, (*a*) ut obſervatum præter alios Gyraldo dialogo IV. de poëtis p. 202. & Voſſio lib. I. de Hiſt. latinis c. 16. Idem Atacinus *bellum Sequanicum* carmine Heroico deſcripſerat aliquot libris, quorum *ſecundus* allegatur à Priſciano lib. X. p. 877. Alii Varrones complures videantur apud Glandorpium in gentibus Ælia, Cingonia, Rubria, Terentia, Vibidia & Viſellia.

VI. SCRIPTORUM ET LIBRORUM NOMINA

Quæ à Varrone in libris de Latina Lingua referuntur.

Ad paninas editionis A. 1581. 8.

L. Attius 9.26.60.67.69.74.76. 78.79.80.140.
In Bruto 22.
In Philoctete 67.
In carmine Priami 70.
In tragœdiis 140.
M. Attius Plautus 24. 72. 80. 81.
In Amphitruone 44. 74.
In Aſinaria 38. 45.
In Aſtraba 59.76.78.
In Aulularia 8. 42. 81.
In Caſina 82.
In Ciſtellaria 20. 76. 81.
In Curculione 35. 75. 76.
In Epidico 32.
In Menæchmis 75. 80. 68.
In Mercatore 75.
In Milite glorioſo 28. 79.
In Moſtellaria 111.
In Paraſito pigro 75. 77.
In Perſa 75.
In Pœnulo 19. 76.
In Pſeudolo 78.
Plautus in Sticho 19.
In Trinummo 75. 78.
In Truculento 46. 76. 123.
Plauti aut librarii mendum 123.
Ælius 9. 10. 12. 26. 45.
L. Ælius Gallus 9. 6. 55.
C. Ælius Stilo. 36. 72.
Interpres carminis Saliorum 65.
M. Afranius 12.
Allius in Bœotio 62.
C. Annius 60.
Antipater 43.
Apollodorus 27. 43.
Apriſſius in Bacche 58.
Ariſtarchus 97. 109. 120. 129. 134.
Pro analogia ſcripſit 101.
Ariſtarchei 96.
Ariſtas 141.
Ariſtocles 141.
Ariſtodemus 141.
Ariſtophanes 43. 103. 140.
Ejus lucerna 71.
Ariſtoteles 86. 127.
In libro, Nomina Barbarica inſcri-

(a) * Varronem Atacinum agentem annum 35. ætatis Græcas litteras dediciſſe ſcribit Hieronymus, & ex eo Proſper in Chronico.

inſcripto 76.
Aruſinus 141.
M. Attilius 79.
Aurelius 76. 82.
Aurelius Opilius 74.76.78.
Cæcilius 80. 81. 82.
Callimachus 29. 72.
L. Calpurnius Piſo 36.
In Annalibus 36. 39.
Caſſius 77.
In Bruto 45.
Chryſippus 43.46.55.138.
Chryſippus, homo acutiſſimus, reliquit ſex libros περὶ τῆς ἀνωμαλίας 101.
Claudius 76. 82.
Cleanthis lucerna 7.
Coſconius 51.
In Actionibus 62.
Crates 97. 108.
Crates nobilis grammaticus contra analogiam ſcripſit 101.
Democritus 52.
Dionyſius Sidonius 127.
Q. Ennius 8 9.10.13.16.17.18.23.29.39.45.56.60.68.69.70.71.72.73.74.77.78.79.81.123.140.
In Alexandro 61.
In Aſoto 18.
In Epicharmo 17. 19.
In Medea 67.
In Medo 71.
Euripides 78.
Fulvius Flaccus flamen Martialis 48. 50.
Heſiodus 9.
Homerus 77. 79.
Q. Hortenſius in poëmatis 87. 142.
Iphcrates, vel Iſicrates 23.
Junius 13. 15. 16. 50.
M. Junius in commentariis 64.
M. Junius Brutus 6.
Junius Gracchus 50.
Juventius Comicus 54. 76.
L. Livius Andronicus 65. 79.
Lucillius 12.14.18.57.71.74.80.81.117.
Lucillii urbs 34.
Lucretius 80. Librorum XXI. initium fecit hoc: *Ætheris & terræ genitabile quæ vere tempus* 9.
Q. Lutatius Catulus 36. 44.
Manlius vel Manilius 13. 68. 70.
CN. Matius vel Marcius vates 80.
Mucius Scævola 6. 80. 82.
Q. Mucius Scævola Pont. Max. 22. 50.
CN. Nævius 14. 16. 37. 39. 58. 67. 69. 74. 75.
In Æmatia 75.
In Agidone 82.
In Claſtidio 82. 117.
In Corollaria 75.
In Coſmotria 75.
In Demetrio 82.
In Duloreſte 82.
In Freto 76.
In Hemiſphærio 66.
In Lampadione 83.
In Romulo 75. 82.
In Stigmatia 82.
In Therimo 82.
Neſtocles Parmeniſius 127.
Opilius 76.
M. Pacuvius 8. 12. 17. 45. 69. 77. 79. 81.
In Bello Punico 82.
In Hermiona 63.
In Mercatore 75.
M. Pacuvius in Tarentilla 82.
In Tunicularia 82.
Papinii epigrammation, vel

Pompo-

Pomponii 70.
Plato libro quarto 72.
Plautus, ſupra in Attio.
Polybius. 29.
Porcius. 39. 81.
M. Porcius Cato 75. 123.
Procilius 36. 37.
Pythagoras Samius 69.
Siſenna 98.
Sophron 42.
Ser. Sulpicius Rufus 11.
T. Tatii votum 20.
P. Terentius Afer 54. 58. 78.
M. Terentius Varro in lib. de æſtuariis. 205.
In libris Antiquitatum 46. 47.
In libris Tribuum 16.
Oratio Varronis 48.
Librorum de lingua Latina ordo. 83.
Libri de declinationibus 97.
Valerius 76. 140.
Q. Valerius Soranus 71.
Virginii vel Vergilii Commentarius 72.
Volumnius Tuſcus tragicus 16.
Zenon Citieus 17.
INCERTORUM.
Actiones 80.
Annales 20. 26.
Atellanæ 71. 79. 88.
Augurum libri 9. 74.
Cenſoriæ tabulæ 61.
Commentaria Conſularia 62.
Commentarium vetus Anquiſitionis 62. 63.
Lex duodecim tabularum 9. 34. 44. 74.
Lex Prætoria, vel Plætoria 44.
Sacrorum libri Athenis 25.
Saliorum carmen Numæ tempore 28. 46. 65. 70.
Prima verba poetica Latina Saliorum 66.
Saturnium carmen 72. 73.
Sibyllini libri 47.
Bœtia 62. Plauti.
Ceſtio 76. Plauti.
Colax. 82. Nævii & Plauti.
Condalium. 77. Plauti.
Cornicula 37. 74. Plauti.
Frivolaria. 75. Plauti.
Fugitivi. 76. Plauti.
Nervolaria. 76. Plauti.
Peribœa. 66. Pacuvii.
Phagon. 75. Plauti.
Proſerpinæ chorus 63.
Sitelitergus. 76. Plauti.

C A P U T VIII.

DE M. TULLIO CICERONE.

Ciceronis ætas. 1. *Laus*. 2. *Scripta quæ exſtant Rhetorica*. 3. *Orationes*. 4. *Epiſtolæ*. 5. *Philoſophica*. 6. *Fragmenta & ſcripta deperdita*. 7. *Suppoſititia*. 8. *Editiones*. 9. *Varii libri recentiorum, ſcriptis Ciceronis rebuſque lucem afferentes*. 10. * *Index Scriptorum, quorum Epiſtolæ, cum epiſtolis Ciceronis ad Familiares leguntur*. 11.

I. M. TULLIUS CICERO, Romanus, ex equeſtri familia, natus eſt in villa Arpinate A. U. C. DCXLVIII. Q. Ser-

Q. Servilio Cæpione & C. Atilio Serrano COSS. die (*a*) tertio Januarii. Vitam ipſius è veteribus, ne perditos *Tullii Tironis* & *Cornelii Nepotis* libros memorem, *Plutarchus* ſcripſit, & brevius *Aurelius Victor* cap. LXXXI. Inter recentiores copioſe eam atque diligenter ſingulari libro tradidit Franciſcus Fabricius (*b*) Marcoduranus, digeſtam per annos ætatis, qua vixit Cicero quatuor & ſexaginta. In præſenti annotare ſuffecerit, Conſulatum geſſiſſe Anno U. C. DCXCI. & Catilinæ furoribus patriam feliciter liberaſſe. Ab eo tempore miſſum eſſe in exſilium Anno DCXVI. ſed menſe decimo ſexto poſt, omnium conſenſu atque *Italiæ humeris*, ut ait ipſe, in Urbem reportatum, præfuiſſe Ciliciæ cum Imperio Anno DCCIII. Hinc cum ſemper omni ope Reip. partes quantum poterat in bello civili tutatus eſſet, à Cæſare victore veniam conſecutus, ſed tandem Lepidi, atque Antonii maxime, adverſus quem in Philippicis conſtantiſſime & graviſſime verba fecerat, oppreſſum, Octaviano Auguſto, qui Ciceronis ſuffragio Conſulatum (*c*) acceperat, aliquamdiu fruſtra obnitente, proſcriptum miſereque obtruncatum (*d*) periiſſe VII. Id. Decembris, anno poſt C. Cæſarem in ſenatu transfoſſum, qui erat U.C. DCCXI. ante CHRISTUM XLIII.

* Tullia

(a) Conferatur illuſtris Doctrinæ Viri Step. Baluzii diſſertatio de die natali Ciceronis, & Epiſtola ad Em. Cardinalem Noriſium, quæ exſtat ad calcem notarum in librum Lactantii de mortibus perſecutorum editionis Trajectinæ V. C. Pauli Bauldri 1693. 8. p. 118. 119.

(b) Prodiit hæc vita primum ſeparatim Colon. A. 1563. 8. ac deinde ſæpius recuſa eſt variis formis locisque ut notatum Tho. Crenio parte 4. animadverſ. p. 193. ſeq. Etiam adjuncta legitur melioribus quibusdam editionibus Ciceronis, ut Gruterianæ, Hamb. 1618. fol. apud Frobenium. Ante Fabricium hoc argumentum tractaverant *Chriſtoph. Mylaus*, *Henr. Bullingerus*, cujus narrationem de vita Ciceronis Romæ repertam A. 1553. edidit Vvolffgangus Periſterus Boruſſus. *Jac. Angelus de Scarparia*, *Leonhardus Aretinus*, qui pro Plutarchi interpretatione novam ipſe Ciceronis vitam dedit, inter Plutarchi parallelas latinè editas plus ſemel excuſam. *Conſtantius Felix* Durantinus libri duobus de exſilio & glorioſo reditu Ciceronis, Lipſiæ, 1535. 4. *Chriſtophorus Preyſſius* Pannonius, Baſil. 1535. 8. *Sebaſtianus Corradus* vir pereruditus in Egnatio ſive Quæſtura, qua Ciceronis etiam mores adverſus Plutarchum alioſque tuetur, Bononiæ anno eodem: & *Petrus Ramus* in Ciceroniano, Pariſ. 1556. Poſt Fabricium memorandus venit *Lambinus* in ſua Cic. edtione: *Benedictus Herbeſtus*. A. 1568. cum *Jo. Brantius*, qui cum elogiis virorum illuſtrium è Cicerone collectis Tullii vitam Chronologico ordine digeſſit, Antuerp. 1612. 4. *Davidis Chytrai* tabula Chronologica, cum Scarpariæ libello edita Berolin. 1587. 8. *Sim. Vallambertus* in vita Cic. Pariſ. 1587. 8. *Rudolphus Capellus* in Protheoria Ciceroniana, Hamb. 1683. fol. *Caſp. Sagittarius* libro de vitis Plauti, Terentii, ac Ciceronis Altenburg. 1671. 8. Libro de lectione & imitatione Ciceronis, ibid. & in Hiſtoria vitæ ac mortis Tulliæ filiæ, Jen. 1669. 4. Tulliæ vita neſcio quo auctore Pariſiis edita 1681. 8. Vide ſis etiam Petrum Lambecium lib. 2. de Bibl. Vindob. p. 716. ſeq.

(c) Plutarchus in Cicerone p. 884.

(d) Adi ſi placet Senecam ſuaſoria VII. & quæ ad Cornelii Severi fragmentum Theodorus Gorallus ſive Joannes Clericus V.C. de invento Ciceronis ſepulchro in Zacyntho inſula exſtat Epiſtola Deſiderii Lignaminei, Venet. 1547.

Digitized by Google

* Tullia gens utrum à Tullo Rege Rom. ducat originem, vide Claud. Dauſquejum & Nic. Heinſium notis ad Silii VIII. 407. Fuit & Tullius Cimber Rhetor, in quem ſcazontes in Catalectis Vett. Poëtarum. Ciceronis pater fullo, ſi Dioni fides, cujus inde ſcomma lib.46. ubi ait Ciceronem τὰς χρεώσοντας αὐτῷ πατεῖν καὶ πλύνειν (ut fullones ſolent pannos) λοιδορίαις τισὶν ἐξ ἐργαστηρίων καὶ τελωνῶν. &c. Mater Ciceronis Helvia, pater equeſtris ordinis ex Regio Volſcorum genere. Vide Proſperi Chron. p. 679. ex Hieronymo. Cicero natus Arpini, Serrano & Cæpione Coſſ. Anno 106. ante CHriſtum natum. Vide Gellium XV.28.& Pontacum ad Euſebii Chron. p.481.

Ciceronis effigies extat in nummo Magneſiorum apud Triſtanum Tom.2.429.& in alio apud Lambecium Tom. 2. pag. 726. atque in veteri Cyriaci Matthæi marmore ibid. nec non in gemma apud Laur. Begerum pag. 71. theſauri Palatini: & in veteri anaglypho porticus ſereniſſimi Ducis magni Hetruriæ apud Jac. Gronovium Tom. 3. theſauri Græcar. Antiquitatum. De peregrinatione ſua & ſtudiis Cicero ipſe in Bruto cap. 91. ſeq. cui jungendæ C. V. Jo. Georgii Walchii amœnitates hiſtoricæ de Ciceronis peregrinatione. Lipſ. 1715. Quis vero non miretur Ciceronem, hominem novum, primo ſtatim quo petere eum licebat tempore, hoc eſt quadrageſimo anno ætatis Conſulatum Romæ & petiiſſe & impetraſſe & geſſiſſe tanta cum auctoritate. Confer Orat. contra Rullum c.1. ſeq. & de Catilina à Cicerone Conſule oppreſſo Excerpta Peireſciana pag. 797. & Orationes Catilinarias, Salluſtium &c. Nummus in Ciceronis ex Cilicia triumphum apud Begerum Tom.2. theſauri Brandenburg. Conſulere etiam juvabit ejuſdem Begeri examen dubiorum quorundam, ubi Ciceronem Proconſulem non Ciliciæ tantum, ſed Cypri quoque & Aſiæ fuiſſe diſputat. Berolin. 1704. fol. Ex illa præfectura annua ad quingenta millia thalerorum ad eum redierunt, licet ſatis abſtinentem. Unde colligas quantum exigere potuerint iniqui & avari locupletiorum Provinciarum Romanarum præfecti.

De Ciceronis majoribus conſulendæ notæ virorum doctorum ad caput 1. Orationis pro Rullo Tom.3. edit. Grævianæ p. 339. Uxorem ipſius Terentiam fuiſſe ſororem Fabiæ Terentiæ virginis Veſtalis, notat Plutarchus in Catone minore pag. 768. Filius Ciceronis Marcus Tullius ex paterno ingenio nihil admodum habuit præter affectationem urbanitatis ſive jaciendi joci, cujus exemplum affert Seneca ſuaſoria ultima. Non minus tamen ac pater Conſulatum obtinuit, geſſitque eodem quo Auguſtus An. U. C. 723. ſuffectus ex Idibus Sept. & in conſulatu ſuo auctor fuit, ut ſtatuæ, imagines, ornamenta M. Antonii omnia dejicerentur, ſanciretur-

que

que edicto, ut ex Antoniorum familia nemo Marcus nominaretur. Vide Plinium XXII. 6. & Plutarchum in Ciceronis patris vita pag. 886. Appianum &c. Multi ſunt in hujus Ciceronis filii laudibus efferendis ſcriptores duo recentiores, quorum unus Latine, alter Gallice vitam ejus conſignarunt, & ſimul nonnulla attigerunt de rebus patris, fratriſque ejus Quinti, & quem hic habebat filium cognominem, Quinti Ciceronis. Uterque ad manus mihi eſt., & Latinus quidem, quem ex auctione Kielmannianæ Bibl. locupletiſſimæ nactus ſum raro obvius, ſcriptus diligenter terſoque ſtilo, nec indignus qui prælo iterum ſubjiciatur. Titulus libri eſt: (*a*) *M. Tullii Ciceronis Vita continens rerum cum ab aliis tum ab ipſo domi foriſque præclare geſtarum hiſtoriam*, Simone Vallamberto, *Heduo Avalonenſi autore*. Pariſ. apud Barthol. Macæum 1587. 8. Auctor poſterioris, quæ Gallice lucem vidit Hagæ 1715. 12. (*b*) *Hiſtoire des quatre Cicerons*, ex Vallamberto profecit, licet vix uſquam citet de nomine, niſi pag. 222. vitioſe *Valember* pro Vallamberto.

De Tullia Ciceronis filia & genero Dolabella (*c*) eruditam obſervationem leges in Acerra Philologica Hallenſi Germanice A. 1715. 8. edita pag. 533. ſeq. De fano, quod Tulliæ filiæ ſuæ defunctæ Cicero monumentum dedicaſſe ſe innuit XII. 25. 27. ad Atticum, Diſſertatio Nicolai Mongalti inſerta Memoriis Academiæ Regiæ inſcriptionum, vulgatis Gallice T. 2. p. 473.

In Academiam & thermas Ciceronis, quæ oculis medebantur, argutum Epigramma Laureæ Tullii, ejus liberti ſervatum à Plinio XXXI. 2.

De nece Ciceronis Plutarchus pag. 884. ſeq. Joannes Antiochenus in excerptis Peireſcianis p. 798. Valerius Max. V. 3. 4. Martialis III. 66. & quæ ex Livio & Severo Seneca ſuaſor. VII. E recentioribus Jo. Conradus Dietericus in vita Auguſti Imp. pag. 78. ſeq. & Theodorus Gorallus ſive Jo. Clericus ad fragmentum Cornelii Severi.

Deſiderii Lignaminei, Patavini ad Jo. Baptiſtam Privitellium Cenetenſem deſcripta & Venetiis A. 1557. edita facies monumenti Ciceronis, reperti ut ajunt A. 1544. in Zacyntho inſula cum inſcriptione M. TYLLI CICERO HAVE ET TU TERTIA ANTONIA, cumque urna inſcripta verbis MAR. TUL. AVE, & vaſculo excipiendis lacrymis, recuſa exhibetur in Ampliſſ. Viri

G Bur-

(a) Henr. Jo. Butemeiſteri programma VVitteb 1720.
(b) Acta Erud. A. 1715. p. 155. Journal literaire Tom. V. pag. 118. Neve Bibl. XXXIX. pag. 188.
(c) Duo Dolabellæ, de quibus Grævius ad Svetonii Cæſarem pag. 776.

Burchardi Gotthelf Struvii Bibliotheca librorum variorum, theca 1. Jen. 1719. 4.

S. Hieronymus, cujus Epiſtolæ ſelectæ ſub Tullii Chriſtiani nomine à Monacho quodam Benedictino vulgatæ ſunt noviſſime Pariſiis A. 1718. 12. Euſtochio ſuæ Epiſt. 22. narrat febricitanti ſibi viſum ſe coram divino tribunali vapulare, quod Ciceronianus magis eſſet quam Chriſtianus. Pro re vere geſta accipiens Petrus Blæſenſis Epiſt. 140. *B. Hieronymus*, inquit, *fere uſque ad internecionem flagellatus eſt ab Angelo, quia rhetorici lepore ſermonis illectus vanitati operam dabat*. In Corpore Canonico Can. *legimus* 7. diſtinct. 37. *Legimus de B. Hieronymo, quod cum libros legeret Ciceronis, ab Angelo eſt correptus eo quod vir Chriſtianus paganorum figmentis intenderet*. Aliis ſomnium, quod ipſe alibi firmat Hieronymus: aliis ut Heumanno (*a*) merum eſt commentum Hieronymi. Sed nihil impedit quo minus fuerit ſomnium ex iis, quibus videmus nobis vigilare & tamen ſomniamus, quod febricitantibus ſæpius contingere eſt notiſſimum.

Vitam Ciceronis ſcriptam à *Plutarcho* præter Hermannum Cruſerium (*b*) & Guil. Xylandrum Latine vertit Achilles Bochius. Cum *Chriſtophori Preuſſii* Pannonii vita Ciceronis & ſtudiorum rerumque geſtarum hiſtoria ex ejus ipſius libris teſtimoniiſque potiſſimum obſervata, prodiit Oratio de imitatione Ciceroniana quod illa ſola ad genus quodcunque elocutionis ſufficiat. Baſil. 1555. 8. *Benedictus Herbeſtus* Polonus, verbis Ciceronis vitam ipſius conſignavit A. 1568. de cujus aliis ſcriptis Simon Staravolſcius in Polonorum ſcriptorum hecatontade cap. LIII. De *Seb. Corradi* quæſtura, quo libro vita Ciceronis inſigniter illuſtratur, conferenda Bibl. ſelecta Jo. Clerici Tom. XIV. pag. 143. ſeq.

Vita Ciceronis ſcripta à Franciſco Fabricio occurrit etiam in editione Veneta Manutiorum commentariis illuſtrata in fol. & in Gronoviana adſperſis quibuſdam Jac. Gronovii notis.

II. Veriſſime prodidit Vellejus *perfectum proſæ eloquentiæ decus ſub principe operis ſui Tullio erupiſſe*: atque S. Hieronymus, *in arce eum Romanæ ſtetiſſe eloquentiæ*. Quæ enim vis, quæ ſuavitas, quanta copia in ejus oratione, quæ dignitas, quanta rurſus abundantia rerum, honeſtas ſententiarum: cumque familiariter agit cum amicis ac neceſſariis ſuis, quantus in ſimplicitate inimitabili nitor, quantus delectus verborum, ecquod porro doctrinæ genus, quæ pars, quam ille ingenio ſuo non dicam attigit, ſed mirifice illuſtravit & amplificavit: quid tam abſtruſum aut difficile, quod pro

(a) Anno ætatis Hieronymi XXXII. vide Tillemont. Tom. XII. memor. Hiſt. Eccleſ. pag. 24. ſeq.

(b) C. A. Heumannus programmate de Hieronymi ecſtaſi Ciceroniana.

Digitized by Google

pro illo uſu rerum & doctrinæ qua abundabat ubertate non potuerit explicare facillime atque quam pulcherrimis luminibus exornare. Ex innumerabili autem multitudine eorum, quibus admirabilis ſemper Cicero viſus eſt, unicum duntaxat adſcribo teſtimonium Plinii VII. 30. Hiſt. *Salve primus omnium parens Patriæ appellate, primus in toga triumphum linguæque lauream merite, & facundiæ latiarumque litterarum parens: atque ut dictator Cæſar, hoſtis quondam tuus, de te ſcripſit, omnium triumphorum lauream adepte majorem, quanto plus eſt ingenii Romani terminos in tantum promoviſſe, quam Imperii.* * Antonii Schultingii erudita Oratio de *juriſprudentia* Ciceronis ſubjuncta eſt viri illius clariſſimi diſſertationibus editis Franequ. A. 1708. 4. & recuſa ad calcem diſſertationum ejus de recuſatione judicis Lug. Bat. 1714. 4. Cornelius van Bynkershœk in opuſculis varii argumenti, de quibus Acta Erud. A. 1720. pag. 111. & 116. ſeq. Nicolai Harſchei diatribe de divinatione Ciceronis (Reip. mutationem præſagientis,) in exemplum divinationis civilis propoſita. Marpurg. 1710. 8. Jac. Perizonii Oratio inauguralis de Ciceronis eruditione & induſtria, propoſita in exemplum juventuti Academicæ. Franequ. 1682. Jo. Sam. Bergeri Cicero *Medicus*. Witerb. 1711. Jo. Caſp. Haferungii Cicero *Theologus*. Witeb. 1701. Jo. Philippi Treuneri diſſ. de Theologia Tullii, Jenæ edita. Ex utroque horum, ſed longe magis ex ipſa Ciceronis lectione conſtare puto, alienum fuiſſe ipſum ab errore Epicuri, quem illi impingit vir doctus Jo. Matthias Geſnerus, qui in Chreſtomathia Ciceroniana, libro utiliſſimo alioqui & commendando adoleſcentibus pag. 277. providentiam Divinam ab Cicerone negatam fuiſſe affirmat.

Vim dictionis Tullianæ innuere videtur Ennodius Epiſt. 5. ſcribens de Avieno: *Aurum Demoſthenis & ferrum Ciceronis expendit.* Idem Epiſtola XVI. *Adbibita, credo, adverſus me fuiſſet Tulliani profunditas gurgitis, Chryſippi proprietas, Varronis elegantiæ.* Manus Ciceronis ſive chirographa ejus adhuc ſuperabant temporibus Quintiliani, quo judice X. 1. Tullius effinxit vim *Demoſthenis, Platonis copiam & Iſocratis jucunditatem*: atque ut ait Vellejus, eſfecit *ne quorum arma vicerant Romani, eorum ingenio vincerentur.* Hieronymus prologo quæſtionum Hebr. *Sed & Tullius, qui in arce eloquentiæ Romanæ ſtetit, rex oratorum & Latinæ Linguæ illuſtrator, reputandarum accuſatur à Græcis.* Similiter *Regem eloquentiæ* appellat Paſchaſius Ratbertus prologo in Evangelium Matthæi. Et Themiſtio Græco ſcriptori Oratione XIII. ad Gratianum Imp. pag. 173. audit ὁ πάνσοφος Τύλλιος, ὁ τῆς παλαιᾶς Ῥωμαίων σοφίας ἡγεμών, *qui nihil ignoraret, dux & auctor veteris Romanorum ſapientiæ.*

III. Ex ſcriptis Ciceronis exſtant:

1. *Libri II.* qui vulgo *de inventione* inſcribuntur, & ſoli tulere ætatem è *libris quatuor*, quos fecerat adoleſcens *de arte Rhetorica*. Confer Voſſium de natura Rhetoricæ cap. XIII. p. 91. In duos illos libros edita ſunt Commentaria Rhetoris antiqui *Fabii Marii Victorini* (de quo infra libro IV.) cum variis Ciceronis ſcriptis, Venet. 1490. Mediolani 1498. fol. & ſeparatim Pariſ. apud Rob. Stephanum 1537. 4. atque una cum variorum Commentariis in univerſos Rhetoricos Ciceronis libros additis *Marini Becichemi* caſtigationibus Baſil. 1541. fol. ac denique inter antiquos Rhetores latinos collectos & editos à Franciſco Pithœo. Pariſ. 1599. 4. Libros ipſos Ciceronis illuſtravit præter *Naſcimbænum Naſcimbænium* Ferrarienſem, Vene. 1563. 4. & cum libris ad Herennium emendate edidit *Jo. Michael Brutus*. Lugd. 1570. 12. * *Libri duo de inventione*, ſub titulo *Rhetoricæ veteris* prodierunt ſine anni nota vel loci in fol. Eundem titulum ferunt etiam in aliis antiquis quibuſdam editionibus, quemadmodum libri ad Herennium nuncupantur Rhetoricæ novæ. Itaque & à Georgio Trapezuntio per Rhetoricam veterem libri de inventione denotantur, non libri ad Herennium, ut ſibi perſuaſit Clariſſimus Gibertus, (*a*) Idque recte obſervatum in Diario Lipſienſi, (*b*) at verba hæc commentarii in libros ad Herennium, non ſunt Marii Fabii Victorini, qui in illos non ſcripſit, ſed recentis ſcriptoris: *Nova Rhetorica* (vocantur libri ad Herennium) *ad differentiam veteris, quam in adoleſcentia ſcripſit* (Cicero) *de qua in Oratore ait:* qui libri à nobis exciderunt &c. M. T. Ciceronis ad Herennium Rhetoricorum novorum libri, M. T. Ciceronis Rhetoricorum veterum libri Venetiis 1470. fol. (*c*.) per Nicolaum Jenſon.

Emendata manu ſunt exemplaria docta
Omniboni, quem dat utraque lingua patrem.
Hæc eadem Jenſon Veneta Nicolaus in urbe
Formavit, Mauro ſub Duce Chriſtoforo.

Ad Herennium & de inventione Venet. 1479. fol. per Philippum Condam Petri. Libri II. de inventione cum commentario Victorini, Venet. 1481. fol. per Baptiſtam de Tortis & ibid. 1483. fol. per Joannem de Forlivio & Jacobum Britannicum Brixianum. Venet. 1493. fol. Colon. 1535. 8. &c. Cum Franciſci Maturantii & Antonii Mancinelli commentariis prodierunt etiam Venet. A. 1486. fol.

2. *Dialogi III. de Oratore*, ad Q. Fratrem, quos poſt *Omnibo-*

num.

(a) Jugemens ſur les Auteurs de la Rhetorique.
(b) Never Ducher Baal XXXIX. p. 319.
(c) Maittaire annal. typograph. p. 69. & 136.

num Leonicenum Venet. 1492. fol. annotationibus illuſtrarunt *Jacobus Ludovicus Strebæus*, *Leodegarius à Quercu* & *Philippus Melanchthon*. Pariſ. 1562. 4. *Audomarus Talæus* Pariſ. 1533. 4. Emendate edidit & ad MSS. codices recenſuit *Thomas Cockmann*, Oxoniæ, An. 1696. 8. Meminit Cicero ipſe lib. 1. Epiſtola IX. ad Lentulum: *Scripſi igitur Ariſtoteleo more quemadmodum quidem volui, tres libros in diſputatione ac dialogo de Oratore, quos arbitror Lentulo tuo fore non inutiles. Abhorrent enim à communibus præceptis, ac omnem antiquorum & Ariſtoteleam, & Iſocrateam rationem Oratoriam complectuntur*. Locum de ſalſe dictis ſive *jocis*, qui occurrit libro ſecundo cap. LIV. ſeq. erudite expoſuit ſingulari commentario *Adrianus Turnebus*. De jocis Ciceronis, in quibus nimius interdum quibuſdam viſus eſt, tres libros ſcripſerat olim *Tullius Tiro*, Ciceronis libertus. Vide ſi placet Voſſium de Hiſt. latinis lib. I. cap. XVII. & Jonſium III. 17. de Scriptoribus Hiſt. Philoſ. Multos Tullii jocos è Plutarcho in Cic. p. 863. Quintiliano VI. 3. Macrobio II. 3. Sat. aliiſque collegit Franciſcus Vavaſſor p. 328. ſeq. libri elegantiſſimi de ludicra dictione. Vide & Jani Paſſeratii præfationem de ridiculis Ciceronis. * De *Dialogis III. de Oratore* ita Cicero ipſe XIII. 19. ad Atticum: *Sunt etiam de Oratore noſtri tres mihi vehementer probati. In eis quoque eæ perſonæ ſunt, ut mihi tacendum fuerit. Craſſus enim loquitur, Antonius, Catulus ſenex, C. Julius frater Catuli, Cotta, Sulpicius. Puero me hic ſermo inducitur, ut nullæ eſſe poſſent partes meæ*. A. U. C. 662. Ciceronis XV. Vide Jonſium de ſcriptoribus Hiſt. Philoſoph. pag. 187. *Præcepta Oratoria* vocat Cicero in Topicis cap. 25. & ad hos libros iterum provocat bis cap. 26. Primum illos (quibus laceris tantum & mutilatis uſus fuerat Petrarcha) integros reperit Gaſparinus Bergomas, deſcripſit Coſmus Cremonenſis, excudit Ulricus Han de Wienna, Rom. 1468. fol. & Chriſtophorus Valderfer Ratiſponenſis Venet. 1470. fol. & Andreas Catharenſis ibid. 1478. fol. Exſtat etiam editio ſine anni nota & loci in fol. Illuſtravit *Omnibonus Leonicenus* Vicentiæ 1476. fol. Venet. 1485. fol. Editio præclara *Thomæ CocKmani*, emendata ad ſex Codices MSS. recuſa (*a*) Oxoniæ 1706. 8. Novo deinde ſtudio eoſdem libros noviſſime recenſuit *Zacharias Pearce* (*b*) Cantabrig. 1716. 8. additis etiam notis ad Voluminis calcem. Hic præter Codices tres MStos haud inſpectos Cockmanno, uſus eſt editione Veneta A. 1478. & Mediolanenſi A. 1498. Ex libris Rhetoricis Ciceronis junctim in uſum Delphini editis Pariſ. 1687. 4. à *Pacobo Prouſt*, S. J. hi

(*a*) Bibl. ancienne & moderne Tom. XI. pag. 155.
(*b*) Acta Eruditor. A. 1717. pag. 58. Bibl. ancienne & moderne T. XI. p. 155.

tres de Oratore ſeparatim (*a*) cum Prouſtii notis excuſi prodierunt Oxoniæ 1715. 8. Italica interpretatio *Ludovici Dulcis* cum paucis ejus notis, ſubjectis ad calcem Voluminis, lucem vidit Venetiis 1554. 12. Gallica verſio Pariſ. 1673. 8. *Benedicti Averanii* eruditi & diſertiſſimi ſcriptoris diſſertationes CXII. in librum 1. de Oratore Tom. 2. Operum (*b*) excuſorum Florentiæ 1716. fol.

De jocis Ciceronis præter ſupra laudatos à me ſcriptores conſule Eraſmum libro quarto apophthegmatum, & Andream Schottum Vindiciis Ciceronis ſive in Cicerone à calumniis vindicato Anteurp. 1713. 8. c. V. & VI.

3. *Brutus ſive liber de claris Oratoribus*, in quem *Seb. Corradi* commentarius prodiit Florentiæ 1552. fol. Ut omittam ſcholia *Auli Antonii Palmyreni*, *& Leodegarii à Quercu*, & *Jo. Rivii* caſtigationes, & commentarium *Cœlii Sec. Curionis*, Baſil. 1564. 8. Hunc librum dialogis de oratore ſubjecit ipſe Cicero. Ita enim lib. 2. de divinat. c. 1. *Ita tres erunt de Oratore, quartus Brutus, quintus Orator*. * *Brutum ſive librum de claris Oratoribus* primum ex Codice MS. deſcripſiſſe ſe, & in manus hominum dediſſe gloriatur Blondus Flavius in Italia illuſtrata pag. 346. *Cum in Quintiliani Inſtitutionibus & ad Atticum Epiſtolis noſtrorum Italiæ adoleſcentium ingenia deſudarent*, Gaſparinus Bergomenſis, *grammaticus rhetorque celeberrimus Venetiis meliori ſolito doctrina nonnullos erudivit, plurimos ad ea imitanda ſtudia incitavit: florebantque jam & fama celebrabantur Petrus Paulus Vergerius, Omnibonus ſchola Patavinus, & natu majores Leonardus Aretinus, Robertus Roſſus, Jacobus Angeli & Poggius ac Nicolaus Mediceus, quem præceptor domi aſſiduus erudierat Aretinus, Guarinuſque Venetiis & Victorinus Feltrenſis Mantuæ multos cœperant erudire, cum Philippus Mediolanenſis dux tertius Gaſparinum à Bergomo ſubditum hominem invitum Mediolanenſibus edocendis Padua & Venetia evocavit. Ubi id maxime adjumenti ſtudiis eloquentiæ attulit, quod repertus Laudæ à ſummo viro Gerardo Landriano tunc ibi Epiſcopo multis maximiſque in ruderibus Codex Ciceronis pervetuſtus, & cujus literas vetuſtiores pauciſſimi ſcirent legere, ad ejus perveniens manus interitum evaſit. Continebat is codex præter* rhetoricorum novos & veteres *qui habebantur*, tres *quoque* de Oratore *integerrimos*, Brutum de Oratoribus claris *&* Oratorem ad Brutum M. Tullii Ciceronis: *unde liberatus eſt bonus ipſe vir Gaſparinus ingenti quem aſſumſerat labore ſupplendi quoad poterat*

(a) Mem. de Trevoux 1716. p. 353.
(b) Giornale de' letterati d' Italia Tom. XXIV. pag. 434. Bibl. ancienne & moderne Tom. XII. p. 184.

poterat librorum de Oratore defectus: ſicut diu antea in Quintiliani inſtitutionibus multo labore ſuppleverat. Et quum nullus Mediolani eſſet repertus, qui ejus vetuſti Codicis literam ſciret legere, Coſmus quidam egregii ingenii Cremonenſis tres de oratore libros primus tranſcripſit, multiplicataque inde exempla omnem Italiam deſideratiſſimo Codice repleverunt. Nos vero eum publicis patriæ tractandæ negotiis adoleſcentes Mediolanum adiiſſemus, Brutum de claris Oratoribus *primi omnium mirabili ardore ac celeritate tranſcripſimus, ex quo primum Veronam Guarino, poſt Leonardo Juſtiniano Venetias miſſo, omnis Italia exemplis pariter eſt repleta. Brutus* cum libro de perfecto Oratore, Topicis, Partitionibus, & libris de Oratore Leoniceni illuſtratis commentario, ac de petitione conſulatus ad Q. fratrem & Æſchinis ac Demoſthenis Orationibus contrariis Latine verſis prodiit Venetiis A. 1485. fol. apud Barthol. Alexandrinum & Andream Aſulanum. Idem Brutus ex Gallica Girii verſione Pariſ. 1670. 12.

4. *Orator* ſive *de optimo genere dicendi*, ad M. Brutum illuſtratus à *M. Antonio Majoragio*, Venet. 1587. 4. & qui in Baſileenſi collectione commentariorum in libros Ciceronis Rhetoricos habentur, *Victore Piſano*, *Jac. Ludovico Strebæo*, *Phil. Melanchthone* & *Jo. Rivio Attbendorienſi*. Prodiit etiam hic liber cum notis *Leodegarii à Quercu* Pariſ. 1562. 4. * *Orator* ſive liber de perfecto oratore (*de optimo genere dicendi* vocat ipſe Cicero XII. 17. Epiſt. ad Cornificium) ſcriptus A. U. 708. cum M. Brutus Galliam cis Alpes teneret. Vide Henr. Noriſium ad Cenotaphia Piſana pag. 271. Orator, de fato, topica & de univerſitate, cum commentario *Victoris Piſani* 1492. fol. Orator Gallice redditus à *Blaſio Vigenerio*. Pariſ. apud Vaſcoſan. 1575.

5. *Topica* ad C. Trebatium JCtum, in quam ætatem tulit commentarius *Severini Boethii*, Lugd. 1536. 4. Pariſ. 1557. 4. & inter Boethii opera junctim edita ut infra libro III. dicam, atque in editionibus Topicorum cum variorum commentariis, Pariſ. 1542. & 1547. 1557. 1561. 4. inter commentarios variorum in libros Ciceronis Rhetoricos univerſos, Baſil. 1541. fol. in quibus præterea habes commentarios *Georgii Vallæ* Placentini (Venet. 1492. fol. pridem editos) cum *Jo. Viſorii* Cenomani & *Barthol. Latomi*, ſcholiaque *Melanchthonis* & *Chriſtophori Hegendorphini*. Poſtea *Achilles Statius* eruditis notis Topica illuſtravit, Lovan. 1552. 8. atque *Antonius Goveanus*; Pariſ. 1545. 8. Appendix quoque ad explanationes Statii exſtat edita Antuerp. 1553. 8. * *Topica* cum commentariis *Boëthii* & ſcholiis *Philippi Melanchthonis*, Haganoæ 1533. 8. Cum commentariis Boethii, *Jo. Viſorii* &

Bartbol. Latomi. Lugd. 1541. 8. Cum commentariis *Georgii Vallæ*, ſine anno & loco fol. *Cœlii Secundi Curionis* in Topica commentarius Baſil. 1553. 8. Denique *Joannes à Reberteria* Turonenſis, JCtus Pariſienſis, dignus Duareni diſcipulus vulgavit libros quatuor Topicon juris, Pariſ. 1575. 8. Witeb. 1590. 8. quibus Ciceronis Topica illuſtrantur ſupplenturque.

6. *De partitione Oratoria* Dialogus, quo filius è patre Cicerone latine accipit, quæ eidem de ratione dicendi græce tradiderat. Hunc conjecturis quibuſdam, ſed levibus judice Voſſio, Ciceronis eſſe negat Angelus Decembrius lib. I. de Politia litteraria. *Majoragii* Commentarius in Tullii partitiones lucem vidit Venetiis 1587. 4. Scripſere etiam in hunc librum *Jo. Sturmius* Rhetor ſua ætate inſignis, *Vitus Amerbachius*, *Cœlius Secundus Curio*, & qui in collectione commentariorum Baſileenſi occurrunt *Georgius Valla*, *Jac. Ludovicus Strebæus*, *Bartbol. Latomus*, & *Chriſtopborus Hegendorpbinus*. Prodiere etiam partitiones cum tabulis Claudii Minois Pariſ. 1582. 4. * *Partitiones Oratoriæ* cum Topicis & Oratore Venet. 1485. fol. & cum ſcholiis Gerardi Bucoldiani Colon. 1531. 8. adjuncta Oratione pro Dejotaro & ex Livio Oratione Q. Fabii Max. de P. Scipionis in Africam trajectione.

7. *De optimo genere Oratorum* brevis diſputatio, quam Cicero prologi vicem (a) præmiſerat *Orationibus contrariis Demoſtbenis atque Æſcbinis* latinè à ſe converſis. Hanc translationem intercidiſſe, vehementer dolendum eſt, quoniam Cicero illas Orationes velut exemplar Atticæ ejuſque conſummatiſſimæ eloquentiæ de induſtria delegerat, ac Romanis ſuis ad imitandum propoſuerat. *Achillis Statii* Commentarius in hunc libellum editus eſt Lovanii 1552. 8. *Jo. Antonii Viperani* Antu. 1581. 8.

8. *Libri quarti Rbetoricorum ad C. Herennium* * cognatum, ac (b) familiarem ſuum, quos Ciceroni divertè tribuit S. Hieronymus libro I. in Rufinum atque præfat. ad Abdiam, itemque non uno loco Priſcianus, ſed & Lupus Ferrarienſis (ut videtur) Epiſtola prima ad Eginhartum: atque Ciceroni præter Antonium Marinellum aliosque ſingularibus nuper diatribis vindicatum ivere Georgius Caſpar Kirchmaierus, & Jo. Petrus Ludovicus in Aca-

(a) Aſconius Pedianus in Orat. pro Milone tamen librum appellat: *Non tantum ex Oratione & Annalibus, ſed etiam ex libro apparet, qui Ciceronis nomine inſcribitur de optimo genere Oratorum*. Reſpicit autem hæc verba, quæ capite IV. leguntur: *Sed ſi eodem modo putant exercitu in foro, & in omnibus templis quæ circum forum ſunt collocato dici pro Milone decuiſſe, ut ſi de re privata ad unum judicem diceremus, vim eloquentiæ ſua facultate non rei natura metiuntur.*

* (b) Lib. IV. c. 69. *Nam & ſimul libentèr, utèremur propter amicitiam; cujus initium cognatio fecit, cætera Philoſophia ratio confirmavit.*

Academia Hallenſi haud incelebris noſtra ætate Profeſſor: * Leonardus Aretinus, Dionyſius Lambinus, Marinus Becichemus Scodrenſis, qui ab adoleſcente ſcriptos (*a*) putat in diſſ. quod libri ad Herennium à familia Ciceronis amoveri non debeant, & Angelus Bucinenſis in defenſione pro Rhetoricis ad C. Herennium Philippo Strozæ dicata. Becinchemi & Bucinenſis diatribæ occurrunt in collectione Commentariorum Baſileenſi in libros Ciceronis Rhetoricos. Audacter etiam pro Cicerone auctore pugnat Tranquillus Tamyras in Hexaſticho, quod in antiquis editionibus legitur:

Dic quibus, ò Lector, validis rationibus inſtes
Hoc non eſſe, ſacri eſt quod Ciceronis opus?
Non hic ingenium, non ſpectas flumina linguæ?
Non cernis variis dicta miniſteriis?
Qui negat hoc, cæli tandem reor aſtra vetabit,
Et maris eſſe undas, & gramen eſſe ſoli.

Sed viri in lectione Ciceronis verſatiſſimi, tum avorum noſtrorum memoria, tum noſtra ætate, è quibus vel unum juvat honoris cauſa appellare Conr. Samuelem Schurtzfleiſchium, communibus ſuffragiis, Tullio hos libros abrogant, tribuuntque vel *L. Cornificio* (*b*) patri, ad quem Ciceronis Epiſtolæ exſtant, vel L. Cornificio filio, qui Anno U. C. 719. Conſul fuit, & de Rhetorica arte ſcripſiſſe è Quintiliano intelligitur: vel *Ciceroni* filio, (*c*) aut *Laureæ* Tullii Ciceronis liberto, qui & ipſe Cicero vocabatur, vel *Tullio Tironi*, quem inter Rhetores memorant Plinius ac Svetonius: vel *M. Gallioni*, (*d*) cujus nomen in antiquiſſimo codice librorum ad Herennium Romano, licet ab alia manu deletum comparuiſſe refert Aldus Manutius Pauli F. Epiſtola ad A. Naugerium: vel *Virginio Rufo*, (*e*) quem voce & ſcriptis eloquentiam docuiſſe Neronis temporibus, tradunt Tacitus & Quintilia-

(a) Huic ſententiæ repugnat quod lib. 1. cap. 20. exempli loco affertur: *Tullius hæres meus Terentia uxori mea triginta pondo vaſorum det qua volet.* Atqui Tullius Ciceroni natus anno ætatis quadrageſimo tertio.

(b) Ita P. Victorius, Paullus & Aldus Manutii, Adr. Turnebus, Muretus, Sigonius, Riccobonus in diſſ. adverſ. Marium Mattium, Barthius in Adverſar. & Glandorpius in Onomaſt. Vide etiam Jo. Rainoldum prælect. XX. de libris Apocryphis Tom. I. p. 166. & Voſſium de natura Rhetoricæ cap. XIII. p. 92, 93. qui pro Cornificio filio librorum ad Herennium auctore diſputat.

(c) Hæc ſententia placuit Naſcimbænio in lib. 2. Cic. *de* invent. ut eidem Voſſio notatum.

(d) Gallionis inter Rhetores meminit Seneca & auctor Dialogi de cauſis corruptæ eloquentiæ. Idem forte ad quem Ovidius IV. 11. de ponto. Gallioni libros ad Herennium tribuit Jul. Cæſar. Scaliger.

(e) Hæc Raphaelis Regii conjectura eſt in diſſ. an Rhetorica falſo ſit inſcripta ad Herennium.

tilianus: Vel *Timolao* denique uni è XXX. Tyrannis, quem ad *Herennium* fratrem ſcripſiſſe auctor eſt Trebellius Pollio. At enim quicunque demum ſit auctor, quem uti Ciceronem eſſe vehementer negat, ita *non mediocriter doctum virum fuiſſe & Rhetorica arte diligenter ſcripſiſſe*, recte profitetur Franc. Floridus Sabinus lib. I. lectionum ſubceſiv. cap. IV. (pag. 1033. T. 1. facis Artium Gruterianæ) certe non longe abfuiſſe ab ætate Ciceronis, libenter mihi perſuadeo: tametſi Herennius, ad quem ſcripti ſunt hi libri, diverſus eſt haud dubie non modo *ab Herennio Pontio* apud Livium IX. 3. *Q. Bebio Herennio*, tribuno pleb. id. XXII. 34. *M. Herennio* Conſule Anno U. C. DCLXI. cujus meminere Plinius XIX. & Julius Obſequens cap. 112. *M Octavio Herennio* Macrob. III. 6. ſed etiam à *C. Herennio*, quem memorat Livius XXI. 25. & à *C. Herennio* tribuno plebis, cujus meminit Salluſtius apud Gellium X. 20. quemque Cn. Pompejus in Epiſtola ad Senatum cum urbe Valentia & exercitu deleviſſe ſe ſcribit. At fuit etiam *C. Herennius* ſuffectus Conſul anno urbis DCCXX. & *L. Herennius*, quem familiarem ſuum appellat, genereque dicendi ejus delectatos judices ait Cicero pro M. Cœlio cap. XI. Alienus autem prorſus eſt ab hoc loco *Herennius Timolai* frater, non minus certe quam *Herennius Pollio* Plin. IV. 9. Epiſt. *Herennius Severus* apud eundem IV. 18. & Svidam in Ἕρμιππος, *Herennius Philo*, *Herennius Senecio*, Stoicus: *Herennius Gallus* de quo Tacitus IV. Hiſt. *Herennius Modeſtinus* JCtus, *Herennius Rufinus* accuſator Apuleji & *Herennius Dexippus*, Sophiſta. * *L. Cornificium* patrem, auctorem librorum illorum facit Antonius Riccobonus commentario in doctrinam Oratoriam Ciceronis p. 253. ſeq. & in diſſ. adverſus Joh. Marium Mattium (*a*) Brixianum, quam libris XXV. de uſu Rhetoricæ Ariſtotelis ſubjecit. Nec non Jacobus Prouſt S. J. (qui libros Ciceronis Rhetoricos in uſum Delphini illuſtravit) in limine notarum; Andreas Dounæus ad Chryſoſtomum Tom. VIII. pag. 340. &c. Ambigui hærent Benedictus Averanius diſſ. 3. in Ciceronem Tom. 3. Opp. profeſſus non nimis præfracte id ſe velle vel affirmare vel negare, Gibertus in judiciis Gallice editis de ſcriptis Rhetorum pag. 409. ſeq. Non Cicerone modo ſed etiam *Cornelio Celſo* & vel mediocri Celſi auditore (qui & ipſe de Rhetorica ſcripſit) indignos eſſe ad Herennium libros diſputat Franciſcus Floridus Sabinus lib. 1. lect. ſubciſiv. c. 4. Tom. 1. Lampadis artium Gruterianæ pag. 1037. Quiſquis vero fuit auctor, (certe non Cicero) doctore *Hermete* ſe uſum innuit Lib. 1. cap. XI. *Cauſarum con-*

ſtitu-

(a) Riccobono Mattius oppoſuit defenſionem annotationis ſuæ, quæ recuſa legitur in Tomo quarto Miſcellaneorum Gaudentii Roberti p. 537. ſeq.

ſtitutiones alii quatuor fecerunt, noſter doctor Hermetes tres putavit eſſe.
* Ad Herennium Rhetoricorum novorum (*a*) libros quatuor habeo excuſos Cracoviæ 1500. 4. cum præf. *Raphaelis Regii* ad Antonium Lauredanum, in qua hæc inter alia: *quid Rhetorica ipſa ad Herennium apertius? tametſi namque opuſculum illud Ciceronis non eſſe alibi collegi, ex perſpicuis tamen illius præceptis fere deſcriptum eſſe non ignoro.* Antonii Macinelli commentarius exſtat in ejus operibus Grammaticis Baſil. 1501. 1508. 4. & in elegantiæ portu Venet. 1493. 4. Cum notis Gyberti Longolii, Colon. 1535. 4. additis libris de inventione cum commentariis Victorini. Ad Herennium, de inventione, Topica, & de partitione oratoria, Pariſ. 1537. 12. apud Rob. Stephanum.

Hos ad Herennium libros emendavit *Jo. Michael Brutus*. Lugd. 1570 12. *Jacobus* quoque *Gronovius* V. C. in ſua Ciceronis editione adhibuit Codices MSS. Florentinum & Oxonienſem. In Collectione Baſileenſi occurrunt annotationes *Gyberti Longolii*, *Claudii Pontani* & *Hieronymi Capiduri* Parentini, qui G. Vallæ diſcipulus fuit & commentarium ſuum magnam partem excerptum ex præceptoris ſui prælectionibus edidit Venet. 1490. fol. tum *Martini Becichemi* Scodrenſis caſtigationes. Separatim prodiere annotationes *Ulr. Zaſii* Baſil. 1537. 8. & *Mich. Toxitæ*. ibid. 1558. 8.
* *Rhetorici* Ciceronis *libri* editi junctim cum Commentariis Omniboni Leoniceni, Venetiis An. 1485. fol. per Barthol. Alexandrinum & Andream Aſulanum, addito libello Quinti fratris ad Ciceronem de petitione conſulatus, nec non Norimbergæ 1497. fol. & cum commentariis Franciſci Maturantii, Antonii Mancinelli, & in libros de inventione, Marii Fabii Victorini. Venet. 1501. fol. Commentarii variorum in libros Rhetoricos, Baſileæ 1541. fol. quo in volumine habes *in libros de oratore*, Strebæi & Melanchthonis ſcholia, & Becichemi ac Petri Victorii caſtigationes. In *Brutum* Auli Antonii Palmyræni ſcholia & caſtigationes Jo. Rivii ac Victorii. In *perfectum oratorem* Victoris Piſani, Strebæi, Melanchthonis, Rivii, Victorii. In *Partitiones*, ſcholia, G. Vallæ, Strebæi, Latomi & Hegendorphini. *In Rhetor. ad Herennium*, annotationes Gib. Longolii, Claudii Pontani, & Hieron. Capiduri Parentini, caſtigationeſque Petri Victorii & Becichemi, cujus etiam & Nic. Angeli Bucinenſis defenſio, quod libri hi Ciceronem auctorem habeant, præfigitur. Denique *in libros de inventione* Victorinum, & ejuſdem Becichemi in Ciceronem & Victorinum caſtigationes.

Rhe-

(a) Vide ſupra pag. 100. ubi antiquiores quoque editiones librorum ad Herennium cum Rhetorica veteri, h. e. libris de inventione vulgatorum.

Rhetorica Ciceronis ſcripta univerſa præter jam memoratas editiones junctim excuſa ſunt apud Aldum Venet. 1514. 4. 1533. 4. & cum Lambini notis, Genev. 1621. 8. In uſum *Delphini* illuſtrata à *Jacobo Prouſt*. Pariſ. 1687. 4.

IV. Ex *Orationibus* Ciceronis (*a*) ad nos pervenerunt hæ LIX. quibus temporis notationem adjunxi ex A. Schotti Tullianarum quæſtionum IV. 7.

1. *Pro P. Quintio* ad Aquilium Gallum Judicem, in cauſa privata, poſt Idus Martias Anni U. C. 673. ætatis ſexto & viceſimo. Vide quæ viri docti ad Gellium XV. 28. Notis illuſtravit *Franciſcus Hottomannus*, ut Franciſcum Sylvium, Barthol. Latomum, Michael. Toxitam, Cœl. Secundum Curionem, alioſque, qui in Bibliotheca commentariorum ad orationes Cic. occurrunt, prætermittam. * Orationem primam, qua Cicero *P. Quintium* vigeſimo ſexto anno ætatis ſuæ (*b*) defendit, noviſſime in ſpecimen cæterarum Tullii Orationum ſimiliter illuſtrandarum cum notis & animadverſionibus ſuis edidit vir ingenio præſtans ac doctiſſimus *Jacobus Facciolatus*, (*c*) nec paucis illius locis novam & inſignem lucem attulit ad calcem Orationis ſuæ, qua Latinæ linguæ facultatem ex uſu bonorum ſcriptorum potius quam ex Grammaticorum præceptis comparanda. Patav. 1713. 8. & Lipſiæ curante V. C. Jo. Georgio Walchio, Jenæ 1714. 4. Eandem Tullii Orationem pridem illuſtrarunt *Antonius Luſcus* Vincentius, & *Joach. Camerarius*.

2. *Pro Sex. Roſcio Amerino* parricidii reo, dicta anno ætatis 27. Urbis 674 Notis illuſtravit *Franciſcus Hottomannus*, Jo. Cyrenius Paraſchius, Spiræ 1567. Guarinus Veronenſis, Sylvius, Melanchthon, J. Saxonius, Latomus &c. In hanc Orationem quoque exſtat *Scholiaſtes antiquus* (*d*) à VV. CC. Jacobo Gronovio & Jo. Geor-

(a) Patrocinium non ſemper gratuito impertiiſſe clientibus ſuis Ciceronem (ut viſum Q. Corrado in Quæſtura,) probat Fridericus Brummerus in commentario erudito ad Legem Cinciam cap. 7. pag. 89. ſeq. edit. Lipſienſis. Andreas Alciatus X. 20. parergon Juris: *Ego illud amplius arbitror, ſi hodie orantem Ciceronem audiremus, fore ut vix à quoquam intelligeretur, tanta pronunciationis ipſius atque accentuum mutatio facta eſt.*

(b) Arnoldus Pontacus ad Euſebii Chron. pag. 488.

(c) Giornale de' letterati d'Italia Tom. XV. pag. 458. & T. XVI. pag. 366. Journal litteraire T. VI. p. 494.

(d) Scholiaſten iſtum anonymum pridem laudavit Petrus Pithœus in notis ad Moſaicarum & Romanarum Legum collationem titulo VIII. Editus eſt primum in editione Ciceronis Gronoviana atque mox in Græviana, verbiſque Ciceronis per ſingulas paginas ſubſtratus, è Codice MS. *Iſ.* Voſſii, cuius catalogum MSS. Codicum vide ſis inter latinos num. 153. Utrum auctor ſit *Volcatius Sejus* Gallicanus, non plane certum eſſe exiſtimo, quanquam Volcatium in Orationes Ciceronis ſcripſiſſe teſtatur S. Hieronymus 1. in Rufinum. Ceterum commentarium anonymi hujus Scholiaſtæ in priorem partem Orationis pro Sex Roſcio, in Gronoviana editione quæres in clariſſ. editoris præfatione.

Georgio Grævio editus. * Ex Orationibus, quas in cauſa publica dixit Cicero, prima fuit illa *pro Sex. Roſcio*. Vide Grævii notas ad cap. 21. Roſcianam Ciceronis allegat Servius in 1. Georg. *Volcatium Sejum* Gallicanum pro auctore antiquorum in Orationes quaſdam ſcholiorum habet Iſaacus Voſſius ad Catullum, pag. 318.

3. *Pro Q. Roſcio Comœdo*, dicta anno ætatis 31. quo Quæſtor creatus eſt, Urbis 678. Notis illuſtravit *Franciſcus Hottomannus*. * Roſcianam utramque *Joach. Camerarius*, & *Franciſcus Sylvius*.

4.-10. *Septem libri accuſationis in C. Verrem*, ita enim has orationes, quarum primam tantum & ſecundam habuit in foro, vocat ipſe Cicero in Oratore c. 29. Harum *primus* eſt adverſus Q. Cæcilium de accuſatore in Verrem conſtituendo (*a*) divinatio. *Secundus* proœmium veluti quoddam actionis ipſius continet. *Tertius* qui extrema parte mutilus ad nos pervenit (Actio 1.) de prætura urbana. *Quartus*, (Actio 2.) de juriſdictione Sicilienſi. *Quintus*, (Actio 3.) quæ Oratio frumentaria Auſonio Epiſt. 22. aliiſq; dicitur. *Sextus* (Actio 4.) de ſignis ſive ſtatuis antiquis & monumentis è Sicilia à Verre ablatis. *Septimus* denique (Actio 5.) de ſuppliciis. * *Pro Verre* contra Ciceronem dixit *Hortenſius*, teſte Quintiliano X. 1. Verrina quarta Ciceronis & cæterarum loca quædam Gallica veſte induta leguntur (poſt editionem A. 1685.) in operibus *Franciſci Malacrucii* (Mr. de Maucroix) Canonici Rhemenſis, Pariſ. 1710. 8. Notis illuſtrarunt univerſas *Hottomannus*, quaſdam *Franciſcus Fabricius*, *Petrus Nannius*, Lovan. 1556. 4. & *Sebaſtianus Regulus*. In primum, ſecundum, tertium, & initium quarti ſive actionis ſecundæ exſtant Scholia *Aſconii Pediani* & *Anonymi veteris* à Gronovio & Grævio editi. Gallice Verrinas vertit Les Fargueſius Pariſ. 1640. 4. * *Verrinas* illuſtrarunt univerſas Franciſcus Sylvius, Barth. Latomius, primas quatuor Chriſtoph. Hegendorphinus, primam Mich. Toxita, ceteras Joach. Camerarius, quartam & quintam Petrus Nannius, quintam quoque Eubulus Dynaterus. Horum omnium enarrationes exſtant in collectione Comment. in Cicer. Orat. Lugdunenſi 1553. fol.

11. *Pro M. Fontejo* Oratio, ſed quæ mutila & trunca ad nos pervenit. Dixit eam Cicero anno 38. ætatis, Urbis 685. eodem quo ædilitatem geſſit. Notis illuſtravit *Gabriel Faernus*, *Hottomanus*, * & præter *Franc. Sylvium* & *Joach. Camerarium* etiam *Franc. Fabricius*.

12. *Pro A. Cæcina*. Dicta anno eodem. Notis illuſtravit *Petrus*

(a) Divinatio dicitur, quoniam in ea quæritur num recte Cicero ex defenſore accuſator factus ſit. Vide Quintilianum VII. 5. Gellium II. 4. & Curium Fortunatianum lib. I. Rhetor. p. 50.

trus Faber, Lugd. Bat. 1601. 8. *Hottomanus*, Jac. Omphalius. Petrus Pelletarius: Pariſ. 1540. 4. * Jo. præterea Tislinus, Latomus, Melanchthon, & Camerarius.

13. *Pro Lege Manilia*, de Imperatore Pompejo deligendo ad Pop. Rom. dicta à Cicerone Prætore, anno ætatis 41. Urbis 688. Notis illuſtravit *Franciſcus Fabricius*, *Hottomanus*, *Paulus Benius*, *Rud. Agricola*, * Tom. 1. Opp. 461. ſeqq. Colon. 1539. 4. qui potiſſimum ea, quæ ad inveniendi ac diſponendi artificium pertinent, annotavit. *Nicolaus Agricola* Blankenburgenſis, *Jac. Omphalius*, & *Joach. Camerarius*. Tum *Hermannus Nicephorus*, Weſtphalus, Roſt. 1605. 8. *Albert. Lonicerus* Vviteb. 1573. 8. & *Antonius Luſcus*. Pariſ. 1573. 4. *Val. Erythræus*. Argent. 1556. 8. *Jo. Piſcator*. Herborn. 1587. 8. *Geneſius*. A. 1699. Exſtat & in hanc Orationem *antiquus Scholiaſtes* à Jac. Gronovio & Grævio editus.

14. *Pro A. Cluentio Avito*.. Dicta anno eodem. De hâc Sidonius VIII. Epiſt. 10. *M. Tullius in actionibus ceteris ceteros, pro A. Cluentio ipſe ſe vicit*. * Hanc illuſtrarunt *Franc. Sylvius* Ambianus, *Antonius Luſcus*, *Joach. Camerarius*.

15. *Pro C. Cornelio*, Majeſtatis reo. Cujus Orationis fragmenta tantummodo habemus cum ſcholiis *Aſconii Pediani*. * De Oratione *pro Cornelio* non omittendum teſtimonium Quintiliani VIII. 3. ubi de ornatu: *Nec fortibus modo, ſed etiam fulgentibus armis præliatus in cauſſa eſt Cicero Cornelii, qui non aſſecutus eſſet docendo judicem tantum, & utiliter demum ac Latine perſpicueque dicendo, ut populus Romanus admirationem ſuam non acclamatione tantum, ſed etiam plauſu confiteretur. Sublimitas profecto, & magnificentia, & nitor, & auctoritas expreſſit illum fragorem. Nec tam inſolita laus eſſet proſecuta dicentem, ſi uſitata & ceteris ſimilis fuiſſet oratio. Atque ego illos credo, qui aderant, nec ſenſiſſe quid facerent, nec ſponte judicioque plauſiſſe, ſed velut mente captos, & quo eſſent in loco ignaros, erupiſſe in hunc voluntatis affectum.*

16. In toga candida *contra C. Antonium & L. Catilinam* competitores conſulatus. Exſtant itidem fragmenta duntaxat, cum ſcholiis *Aſconii Pediani*.

17. *De lege agraria* Kal. Jan. contra P. Servilium Rullum Tribunum pleb. dicta in Senatu à Cicerone Conſule (*a*) Anno ætatis 44. Ur-

(a) Duodecim Orationes Cicero Conſul habuit, ut ſcribit ipſe ad Atticum II. Epiſt. 1. teſtatus ſe curaſſe, ut quemadmodum Demoſthenis Philippicæ, ita ſuæ quoque eſſent Orationes, quæ *Conſulares* nominarentur, *quarum* una *eſt in Senatu Cal. Jan.* altera *ad populum de lege agraria*, tertia *de Othone*, quarta *pro Rabirio*, quinta *de proſcriptorum filiis*, ſexta *cum provinciam in concione depoſui*: ſeptima *qua Catilinam miſi*,

44 Urbis 691. * Legis a Rullo latæ, oppugnatæ à Cicerone meminit Plinius VIII. 51. Hiſtor.

18.& 19. De eodem argumento, ad Pop.Rom. Notis illuſtravit has Orationes agrarias *Hadr. Turnebus*. Pariſ. 1576. 4. Petrus Ramus Baſil. 1580. 4. Franc. 1582. 8. Leodegarius à Quercu. Pariſ. 1540. 4. Eubulus Dynaterns, Joa. Cam. & Jacob. Burgelius. *Bernardi Lauredani*, ſive qui ſub hoc latet, *Caroli Sigonii* commentarius prodiit Ven. 1558. 4.

20. *Pro C. Rabirio* perduellionis reo, ad Quirites. Anno eodem. Notis illuſtravit *Hadr. Turnebus* & *Hottomannus*.

21. *In L. Catilinam*, in Senatu, Anno eodem.

22. 23. In eundem, ad Quirites.

24. In eundem, in Senatu. Notis illuſtravit Catilinarias Orationes *M. Antonius Muretus*, Venet. 1557. 8. Pariſ. 1581. 8. Albertus Lonicerus, Vitteb. 1585. 8. Petrus Ramus, Pariſ. 1553. 4. In tres poſteriores exſtat *Scholiaſtes antiquus* à Jac. Gronovio & Grævio editus. * *Catilinariæ* Ciceronis cum duabus ſub Catilinæ nomine adverſus Ciceronem, Badii notis illuſtratæ occurrunt ad calcem editionis Salluſtii Baſilienſis cum notis Varior. 1564. fol. Additur & pag. 1098. quinta Ciceronis nomine adverſus Catilinam Oratio, quæ incipit: *Non eſt amplius tempus otii P. C. non eſt amplius locus poteſtatum*. Exſtant & Orationes in Catilinam & Salluſtium cum Salluſtii invectiva in Ciceronem excuſæ in 4. ſine anno & loco. Catilinarias Ciceronis illuſtrarunt Franc. Sylvius, Cælius Sec. Curio, Joach. Camerarius, & primam Xichon Polentonus. Eaſdem magnam partem idem, quem paulo ante dixi, *Maucroſius* non ineleganter reddidit Gallice. Et noviſſime univerſas quatuor, præclarus JCtus *Franciſcus Petrus Gilletus*, cujus Actiones forenſes aliaque opuſcula junctim recuſa (a) Gallice, Pariſ. 1718. 4.

25. *Pro L. Muræna* Conſule deſignato. Huic Aonius Palearius diſertiſſimam Orationem in L. Murænam oppoſuit. Notis eam illuſtravit *Ioach. Camerarius*. Lipſiæ 1542. 8. * Aonii Palearii oratio contraria Ciceronianæ, quam *pro L. Muræna* ille habuit, ſcripta eſt nomine Catonis minoris, qui tribunus plebis Murænam ambitus accuſarat, ut narrat Plutarchus in Catonis vita pag. 769. De tempore Orationis pro Muræna dictæ conſulendus Petrus Victorius lib. 6. Var. Lect. c. 18. qui non poſt omnes quatuor Catilinarias, ſed ante patefactam Catilinæ conjurationem, com-

miſſi, octava *quam habui ad populum poſtridie quam Catilina profugit*, nona *in Concione quo die Allobroges invocarunt*, decima *in Senatu Non. Dec. Sunt præterea duæ breves, quaſi ἀποσπασμάτια legis agrariæ. Hoc totum σῶμα curabo ut habeas*. Ex his interciderunt tertia, quinta, & ſexta.

(a) Journal des Savans 1719. pag. 666.

Digitized by Google

comprehenſoſque Catilinæ ſocios habitam fuiſſe, adeoque in medio Catilinariarum collocandam eſſe diſputat. Eam illuſtrarunt *Franciſcus Sylvius*, *Barthol. Latomus*, *Phil. Melanchthon*, & *Ioannes Benignus*.

26. Pro L. Flacco. Notis illuſtravit *Gabr. Faernus*. * Romæ 1563. 8. præter *Franciſcum Sylvium* Ambianum Baſil. 1537. 4. *Antonium Luſchum*, *Chriſtoph. Cornerum*, & *Ioach. Camerarium*,

27. *Pro P. Cornelio Sulla*. Dicta Anno Urbis 692. ætatis 45. Notis illuſtravit *Claudius Minos*, Herborn. 1584. 8. * *Sylvius*, *Luſchus*, *Camerarius*, & *Philippus Melanchthon*. Adverſus eandem interpellationes ſive reſponſionem Torquati nomine pro Sylla ſcripſit *Melchior Iunius*, quæ inter Orationes ejus Argentorati excuſas legitur, parte VII.

28. *Pro A. Licinio Archia*, Anno ætatis Ciceronis 46. Urbis 693. Notis illuſtravit Valentinus Erythræus, Argent. 1550. 8. Jo. Botticherus, Vvitteb. 1563. 8. Latomus & Melanchthon, Colon. 1563. 8. Albertus Lonicerus, Vvitteb. 1585. 8. Matthæus Dreſſerus (lib. IV. Rhetoricæ p. 721. ſeq.) (a) Jo. Laetius ſive Læzius Rupellanus adhuc pæne prætextatus, Antuerp. 1560. 8. Paulus Benius, (T. VI. Opp.) *Iac. Tollius*, Lugd. Batav. 1677. 12. & *Pet. Francius* V. C. in ſpecimine primo eloquentiæ exterioris, ſive ratione actionis & pronunciationis qua uſus eſt in hac Orat. Cicero, explicata, Amſt. 1697. 8. * *Antonius Luſchus*, *Latomus Melanchthon*, *Franciſcus Sylvius*, *Martinus Bolerus*, *Nic. Agricola*, *Ioach. Camerarius*, & *Val. Erythræus* exſtant in enarrationibus virorum doctorum in Ciceronis Orationes junctim editis Lugd. 1554. fol.

29. *Poſt reditum*, *ad Quirites*. Dicta anno ætatis 50. Urbis 697. Notis illuſtravit *Hottomannus*, Benedictus Herbeſtus. Francof. 1506. 8. * *Albertus Lonicerus*. Vviteb. 1572. 8. præter *Xichonem Polentonum*, *Io. Sturmium*, *Barthol. Latomum*, *Vitum Amerbachium* & *Ioachimum Camerarium*.

30. *Poſt reditum*, *in Senatu*. Notis illuſtravit *Hottomannus*. Exſtant & Franciſci Robortelli tabulæ Oratoriæ in hanc orationem illamque pro Milone & tertiam pro Cn. Plancio editæ una cum ejuſdem libro de artificio dicendi, Bononiæ 1567. 4. * *Vvigandi Spanhemii* commentarius Analyſin Logicam & Rhetoricam Orationis *poſt reditum in Senatu*, in tironum uſum explicans prodiit Lipſ. 1591. 8. In eandem Orationem *Xichon Polentonus*, *Io. Sturmius*, *Iac. Burgelius*, *Ioach. Camerarius*.

31. *Pro*

(a) Laudat Dreſſerum Th. Crenius Animadverſ. Philolog. parte IV. p. 15. Prodierunt etiam Orationes Ciceronis novem, Dreſſeri prælectionibus illuſtratæ Lipſ. 1602. 8. 1621. 8.

31. *Pro domo ſua*, ad Pontifices. Anno eodem. Notis illuſtravit *Hottomannus*, Bartholomæus Nunciata Maroſticenſis. Venet. 1553. 8. * *Xichon Polentonus*, *Jacobus Bugelius*, *Mich. Toxita*, *Joachimus Camerarius*. *De domo* Ciceronis dixit etiam *Callidius* teſte Quintiliano X. 1.

32. *De aruſpicum reſponſis*, adverſus Clodium dicta in Senatu. Anno ætatis 51. Urbis 698. Notis illuſtravit *Franciſcus Fabricius*, *Hottomannus*, * *Xichon Polentonus*, *Jo. Saturnius*, *Joach. Cameranenſis*.

33. *Pro Cn. Plancio*. Anno ætatis Cic. 53. Urbis 700. * Notis illuſtravit *Franciſcus Sylvius* Ambianus & *Bartholomæus Latomus* Arlunenſis, *Antonius Luſchus*, *Mich. Toxita*, *Ioach. Camerarius*.

34. *Pro P. Sextio*. Anno æt. 51. Urbis 698. Notis illuſtravit Rolandus Petrejus. Pariſiis 1555. 4. * *Seſtianam*, hoc eſt Orationem pro P. Sextio allegat Servius in 1. Georgic. p. 77. 78. Illuſtrarunt *Xichon Polentonus*, *Iac. Bugelius*, *Vitus Amerbachius*, *Ioach. Camerarius*.

35. *In Vatinium*. Anno eodem. Notis illuſtravit *Antonius Goveanus* Pariſ. 1542. 4. *Hottomannus*. * *Polentonus*, *Latomus*, & *Camerarius*.*

36. *Pro M. Cœlio*. Anno eodem. Notis illuſtravit *Hottomannus*, Gallicè Gilletus tranſtulit. * In eam præterea ſcripſere *Barthol. Latomus* & *Jo. Tislinus* Pariſ. 1534. *Xichon Polentonus*, *Phil. Melanchthon*, *Leodegarius à Quercu*, *Joach. Camerarius*.

37. *De Provinciis conſularibus*. Anno eodem. Notis illuſtravit *Hottomannus*, *Franciſcus Fabricius*, Duſſeldorp. 1569. 8. * *Xichon Polentonus*, & *Jacobus Bugelius*.

38. *Pro L. Cornelio Balbo*. Anno eodem. Notis illuſtravit *Hottomannus*, *Vitus Amerbachius*, * *Xichon Polentonus*, *Franciſcus Sylvius*, *Cœlius Secundus Curio*, *Joach. Camerarius*. Loca in Oratione *pro Balbo* c. 8. 18. & 21. de populo fundo, (quo nihil aliud denotatur quam populum fieri auctorem ſubſcriptoremque alicujus rei, cui veluti fundo ſecure inniti liceat) ſingularibus diatribis illuſtrarunt Nic. Rigaltius, Iſmaël Bullialdus, ac præcipue Henricus Valeſius, quæ exſtant Tom. 2. theſauri Antiquitatum Romanarum Græviani. Vide & Jac. Gronovium ad Gellium pag. 737. De Balbo vide, ſi placet, Dictionarium Hiſtorico-Criticum Petri Bælii.

39. *In L. Calpurnium Piſonem*. Anno ætatis Ciceronis 52. Urbis 699. Initio manca. Notis illuſtravit *Gabr. Faernus*, *Franciſcus Fabricius*, *Hottomannus*, *Paulus Benius*, * *Jacobus Omphalius*, *Joach. Camerarius*. Exſtant & ſcholia *Aſconii Pediani*.

40 *Pro M. Scauro*, cujus orationis fragmenta tantum ab *Aſconio Pediano* ſervata exſtant. * Hanc allegat Servius in 1. Georgic.

41. *Pro T. Annio Milone*. (*a*) Anno ætatis Cic. 55. Urbis 702. Notis illuſtravit *Janus Parrhaſius* Pariſ. 1567. 8. & in face Artium Gruteriana T. 1. p. 827. *Franciſcus Fabricius* Duſſeldorp. 1569. 8. *Io. Pellicolius*, Bergomi 1595. 4. *Iac. Cruquius*, Antvverp. 1582. 4. Eſromus Rudingerus, Franciſcus Sylvius, Barthol. Latomus Pariſ. 1450. 8. Nic. Scævola Rom. 1549. 8. M. Boſilorus, Spir. 1586. 8. Vitus Amerbachius, Baſil. 1550. 8. * *Matthæus Dreſſerus* Witebergæ 1596. 8. *Antonius Luſchus*, *Iac. Philomuſus*, *Phil. Melanchthon*, *Cælius Secundus Curio*, *Ioach. Camerarius*, & *Claudius Baduellus*. Exſtant & ſcholia *Aſconii Pediani*. Gallice vertit Gilletus. * *Pro Milone* orationem quoque exercitationis cauſa ſcripſerat M. Brutus, etiamſi egiſſe eum Cornelius Celſus falſo exiſtimavit, teſte Quintiliano X. 1.

42. *Pro C. Rabirio Poſthumo*. Anno ætat. 53. Urbis 700. Notis illuſtravit *Andreas Patricius*, Cracov. 1582. 4. Freder. Cerutus, Veron. 1589. 8. Jo. Tislinus, Pariſ. 1536. 4. * Mich. Toxita, & Joach. Camerarius.

43. *Pro M. Marcello*, Anno ætatis Cic. 61. Urbis 708. Notis illuſtravit *Andreas Patricius*, Paulus Benius, Claudius Minos, Claudius Baduellus, Freder. Cerutus, Veronæ 1589. Val. Erythræus. Argent. 1550. 8. *Petrus Francius* in ſpecimine ſecundo eloquentiæ exterioris, Amſt. 1699. 8. * *Pro M. Marcello* ad C. Cæſarem & Patres conſcriptos oratio ſine loci & temporis notatione excuſa in 4. illuſtrarunt *Albertus Lenicerus* Witeb. 1580. 8. tum *Antonius Luſchus*, *Franc. Sylvius*, *Melanchthon*, *Latomus*, *Cælius Secundus Curio*, *Franciſcus Iammetius Textor*, *Ioach. Camerarius*. Orationem *pro Marcello* Gallice pridem vertit Antonius Macaultus, Regis Franciſci I. cubicularius. Pariſ. 1534. & noviſſime Maucroiſius, quem jam ſemel iterumque laudavi, inter cujus opuſcula poſtuma legitur. Ibid. 1710. 8.

44. *Pro Q. Ligario* ad C. Cæſarem. Anno eodem. In qua Oratione omnem vim eloquentiæ, omne Rhetoricum artificium, omne affectuum genus exhibere voluiſſe videtur Oratorum Princeps, eodem Francio judice. * Contra *Q. Ligarium*, atque adeo Ciceronem dixit Q. Tubero, ut partim ex Cicerone ipſo conſtat, & narrat Quintilianus X. 1. Notis illuſtravit *Andreas Patricius*, *Franciſcus*

(a) Hanc orationem aliter habuit Cicero, aliter ac diligentius deinde ſcripſit, ita ut Milo negaret, ſe tantos mullos in exſilio pranſurum fuiſſe Maſſiliæ, ſi eam ita dixiſſet in judicio Tullius, qualem deinde edidit, & ad Milonem miſit. Vide Dionem Lib. XL. p. 146. Robortellum in limine tabularum Oratoriarum ad Orat. pro Milone & Scipionem Gentilem ad Apologiam Apuleji p. 8.

ciſcus *Fabricius*, *Ioach. Camerarius*, Vitus Amerbachius, *Georgius Trapezuntius*, qui commentarium ſuum dicavit Victorino Feltrenſi: *Georgius Merula*, Tarviſii 1478. fol. cum notis in Juvenalem adverſus Domitium Calderinum, & argumentis Epiſtolarum Ciceronis ad Lentulum; *Antonius Luſcbus*, *Franc. Sylvius*, *Barthol. Latomus*, *Xyſtus Betulejus*, *Philippus Melanchthon*, *Cælius Sec. Curio*. Trapezuntii, Merulæ, cæterorumque omnium lucubrationes exſtant in commentariis variorum in Orationes Tullii junctim editis Lugd. 1554. fol. Eſt mihi editio antiqua hujus Orationis excuſa Cracoviæ in 4. cujus fronti poſt Petri Conarii hexaſtichon, quo ait Ciceronem ut in aliis alios, ita hac in oratione ſeipſum viciſſe, ſubjiciuntur hi phalæci Michaelis Wrancii Dalmatæ:

Iſtac ut Cicero actione vitam
Quinti Ligarii Charonte ab ipſo
Divini eloquii tuba evocavit,
Sic nos, o juvenes, labore multo
Sævam barbariem jugo prementes
Hoc Marci auxilio evocemus orco
Muſaque eloquiumque Tullianum.

Deinde afferuntur teſtimonia de hac Oratione, Pomponii de origine juris, Quintiliani, & Plutarchi.

45. *Pro Rege Dejotaro* Tetrarcha Galatarum, ad C. Cæſarem Anno ætat. 62. Urbis 709. Notis illuſtravit *Andreas Patricius*, *Muretus*, Matthæus Cardenus, Albertus Lonicerus, VVitteb. 1582. 8. * In Orationem *pro Dejotaro*, Antonius Luſcus, Franc. Jammetius Textor, Franc. Sylvius, Jac. Bugellius, Barthol. Latomus, Gerardus Bucoldianus, Vitus Amerbachius, & Cælius Secundus Curio, in eadem collectione Lugdunenſi. Præterea cum Analyſi *Io. Piſcatoris* Argentinenſis, prodiit Spiræ Nemetum 1583. 4. Notæ *Ioachimi Hagemeyeri* ad calcem ejus libri primi Variarum Lectionum. Roſtoch. 1638. 8.

46.-59. *Orationes XIV. in M. Antonium*, quas Demoſthenis exemplo *Philippicas* Cicero ipſe appellavit. Prima habita in Senatu, ceteræ vel ſcriptæ, poſt Cæſarem interfectum, Anno ætatis Cic. 63. Urbis 710. Optima ex his ſecunda, eademque maxima, ut Plinio lib. 1. Epiſt. 20. notatum, ſed quæ vita auctori ſuo ſtetit.

--- --- conſpicuæ divina Philippica famæ
Volveris à prima quæ proxima --- Juvenal. X. 125.

* Prima Philippicarum editio Romana in fol. ſine anni nota cum præfat. Jo. Antonii Campani, apud Udalricum Hahn ſive Gallum, in quem hoc in calce libri legitur ejuſdem Campani hexaſtichon:

Anſer Tarpeji cuſtos Iovis, unde quod alis

Conſtreperet, Gallus decidit, ultor adeſt
Uldricus Gallus: ne quem poſcantur in uſum,
Edocuit pennis nil opus eſſe tuis.
Imprimit ille die quantum non ſcribitur anno,
Ingenio, haud noceas, omnia vincit homo.

Hæ Philippicæ poſt editionem Florentinam A. 1515. 8. apud Juntas, & Pariſ. cum variorum commentar. 1529. 4. 1544. 4. à *Gabr. Faerno* emendatæ è MS. Vaticano cum ejus ſcholiis excuſæ ſunt Rom. 1563. 8. & cum ſcholiis *Mureti*, Colon. 1561. 8. Pariſ. 1562. 1573. 4. & cum *Hieron. Ferrarii* emendationibus, Venet. 1542. 8. Lugd. 1552. 8. quæ ſunt etiam obviæ in Bibliotheca Commentariorum ad Orationes Cic. ubi præterea invenies, quæ in Philippicas ſcripta ſunt à Franciſco Maturantio, Vicentiæ 1488. fol. G. Trapezuntio, Phil. Beroaldo, Barthol. Latomo, Cœlio Secundo Curione, aliiſque. Exſtat & Gallica Macaſti tranſlatio, fol.

* *Philippicas* Tullii illuſtrarunt univerſas præter Georg. Trapezuntium, Maturantium, Beroaldum Pariſ. 1509. fol. Latomum, & Jo. Sturmium, Cælius Secundus Curio, Baſil. 1551. fol. Tres primores Chriſtoph. Hegendorphinus: primam, ſecundam & ſeptimam Mich. Toxita, ſecundam & ſeptimam Joach. Camerarius: quorum omnium lucubrationes habes in Bibliotheca commentariorum ad Orationes Ciceronis, in qua occurrunt etiam, quæ ad Ciceroni adverſus Salluſtium tributam Orationem ſcripſere Franciſcus Sylvius & Andreas Helmontanus, & in Salluſtii contra Ciceronem, iidem duumviri, atque Xichon Polentonus. A Ciceronis Philippicis locus datus proverbio eſt, ut Philippicæ dicerentur pro invectivis. Vide Sirmondum ad Godfridi Viterbienſis lib. I. Epiſt. 15. Hinc & Jo. Cochleus quatuor acerbas ſuas in Philippum Melanchthonem & Apologiam Auguſtanæ Confeſſionis ab illo ſcriptam invectivas, *Philippicas* inſcripſit. Lipſiæ 1534. 4. Uti Cicero autem Steleteuticas ſuas Demoſthenis exemplo, ſic & Juſtinus hiſtorias ſuas ad imitationem Theopompi Philippicas, ſed alio quam Tullius ſenſu appellavit, de quibus infra lib. 2. ſuo loco. Ad ſecundam Ciceronis Philippicam reſponſio *Q. Fulvii Caleni* exhibetur à Dione Caſſio libro XLVI. pag. 295. 310. qui idem ſumma capita ſecundæ Philippicæ tradiderat libro XLV. pag. 279. 294. Dignum Cicerone elogium & facinoris Antonii, qui Auguſtum ut Ciceronem proſcriberet adegit, juſta deteſtatio exſtat apud Vellejum II. 66.

* *Orationes* Ciceronis editæ ſunt per Conr. Svveynheym & Arnoldum Pannartz Rom. 1471. fol. cum præfatione Jo. Andreæ Alerienſis ad Paulum II. (a) Et eodem anno Venetiis fol. per Chri-

(a) Maittaire annal. typograph. pag. 90.

Chriſtophorum Balderſer Ratisponenſem. Hæ ambæ igitur præceſſerunt illam Anni 1472. fol. per Adamum de Ambergau, quam antiquiſſimam dixi.

Editio antiquiſſima Orationum Ciceronis A. 1472. fol. ſine loci notatione, ſed adſcripto in calce hoc diſticho:

Hoc ingens Ciceronis opus, cauſaſque forenſes,
Quas inter Patres dixit & in populo,
Tu quicunque leges. Ambergau natus abenis
Impreſſit formis. Ecce magiſter Adam.

Eam excepit Veneta A. 1477. fol. cum commentario *Aſconii Pediani* & *Antonii Luſci* Vincentini. Tum Mediolanenſis A. 1498. fol. Florentina Nic. Angelii A. 1515. Veneta A. 1518. 8. tribus Vol. * Prima *Aſconii Pediani* editio Veneta 1477. fol. per Johannem de Colonia & Manthen de Ghertzen. Hanc Bibliothecæ Leidenſi legavit clariſſimus Perizonius.

* Orationes Ciceronis excuſæ etiam Venetiis 1480. 1483. fol. & per Phil. Beroaldum recognitæ ibid. 1506. fol. Pariſ. 1511. fol. Antonii Luſci inquiſitio ſuper XI. Orationes & Xichonis Polentoni argumenta ſuper Orationes XII. fol. ſine anni notatione & loci. De Franciſci Robortelli in tres Orationes lucubratione dixi ſuperius. Orationes Ciceronis Argentorat. 1524. 8. tribus Vol. & per Jo. Sturmium. Ibid. 1544. 8. tribus Vol.

Franciſci Hottomanni Commentarii in pleraſque Ciceronis Orationes Pariſ. apud Rob. Stephanum 1554. fol. * Recuſi ſunt in Tomo 3. Operum *Hottomanni* Lugd. 1600. fol. 7. Gregorii Berſmanni in Orationes XXXI. Serveſtæ 1611. 8. 2. Volum. Steph. Riccii, Lipſiæ 1568. 1574. 8. * Per Cœlium Secundum Curionem. Baſil. 1562. 8. tribus Vol. Alphonſi Alvaradi Analyſes & enarrationes in aliquot Orationes, Baſil. 1604. fol. * Lucubrationum in Orationes Ciceronis partes duæ, quæ continent Franciſci Sylvii, Phil. Melanchthonis, Barthol. Latomi, Jac. Omphalii, Martini Boleri, Jo. Sturmii, Georg. Trapezuntii, Jo. Tiſlini annotationes, curante Jac. Bedroto. Baſil. 1536. 1537. 4. duobus Vol. Bibliotheca Commentariorum & notarum omnis generis in Orationes Ciceronis, Baſil. 1539. Venet. 1547. fol. & Baſil. 1553. Lugd. 1554. fol. duobus Vol. & curante Joh. Beato Helio, Baſil. 1594. fol.

Orationes Ciceronis ex recenſione *Io. Michaelis Bruti*, Lugd. 1570. & Antvv. 1584 tribus Vol. 8. Emendatæ à *Io Sturmio*, Argentor. 1540. 8. Cum Analyſi Logica & Rhetorica notiſque *Io. Thomæ* (a) *Freigii*.

H 3

(a) * *Orationum* Ciceronis à Thoma Freigio illuſtratarum prima editio Baſil. 1583. 8. Prodierunt etiam cum commentario Pauli Manutii, Colon. 1581. 8. tribus Vol.

gii. 3. Voluminibus, 8. Francof. 1592. Hanov. 1602. 1614. Francof. 1624. & 1646. & 1654. * Editio Orationum Tullii ad Manutianam & Brutinam conformata cum annotationibus & caſtigationibus ſelectis ad Voluminis calcem. Hanov. typis VVechel. 1630. 8. Martini du Cygne explanatio & Analyſis Rhetorica, Colon. 1670. 8. Melch. Junii reſolutio, Argentorat. 1594. 8. A. VVilckii, Erfurt. 1602. 8. Selecta Variorum Commentaria in Orationes Ciceronis, Colon. 1521. 8. tribus Vol. curante Andrea Schotto. Tomus tertius Orationum Ciceronis, (qui ab illa 34. pro P. Sextio incipit) cum commentariis copioſis atque eruditis *Nic. Abrami* è Soc. Jeſu, Pariſ. 1631. fol. 2. Voluminibus, apud Cramoiſium. Orationes Ciceronis cum interpretatione & notis in uſum *Delphini*, auctore *Carolo de Meroville*, Pariſ. 1684. 4. tribus Vol. Selectæ quædam Ciceronis Orationes cum Merovillii notis recuſæ Cantabrig. 1692. 8. * Editio Orationum Cic. Veneta 1694. 12. Deinde à *Io. Georgio Grævio* (a) viro doctiſſimo ad MStos Codices, & antiquas melioreſque editiones recenſitæ cum ejuſdem animadverſionibus & ſcholiis Q. Aſconii Pediani ad MSS. emendatis, & Anonymi Veteris Scholiaſtæ, notiſque integris Franciſci Hottomanni, Dionyſii Lambini, Fulvii Urſini, Paulli Manutii & ſelectis tum aliorum ut Faërni, Mureti, Lauredani ſive Sigonii, tum Nicolai Abrami, Amſtelod. 1699. 8. ſex Voluminibus, quæ luculenta & præſtantiſſima facile omnium editio exhibet etiam notas præclaras antea ineditas *Iac. Menardi* in ſex primas Orationes, & è *Io. Paſſeratii* prælectionibus in nonnullas Orationes excerpta: nec non fragmenta ex Orationibus Ciceronis deperditis, à Sigonio & Andrea Patricio collecta atque illuſtrata. * *Jo. Gezelii* Orationes ſelectæ Ciceronis X. cum diſpoſitionibus. Aboæ 1669. 4. 1686. 8. Ciceronis Orationes ſelectæ cum notis *Eduardi à ZurcK*, Roterd. 1694. 8. & *Chriſtophori Cellarii*, Jenæ 1692. 8. * *Selectæ Orationes* (b) cum præmiſſa vita & additis commentariis *Caroli de Meroville*, ex editione in uſum Delphini adornata, & in tres notis excerptis ex Aſconio, Manutioque, & Abramo: recuſæ ſunt Cantabrigiæ 1699. & 1707. 8. & 1710. 8. quibus editionibus accedunt Tullii Cato ac Lælius. Cum *Chriſtophori Cellarii* notis ſelectæ orationes XII. Jenæ 1678. 1699. 8.

Cum

(a) * Editionem Orationum luculentam Grævianam cum Variorum notis, mendoſiſſimam appellare non dubitat Tho. Crenius XVI. animadverſ. Philologico Hiſtor. pag. 141. quod iniquius quam verius ab eo pronunciatum teſtor.

(b) Sunt illæ 1.) Divinatio in Verrem, 2.) pro lege Manilia, 3.) pro C. Rabirio, 4. 7.) in Catilinam, 8.) pro Muræna. 9.) pro Archia. 10.) pro M. Cœlio. 11.) in L. Piſonem. 12.) pro Milone. 13.) pro M. Marcello. 14.) pro Q. Ligario. 15. 16. 17.) Philippica I. II. & IX.

Cum notis *Chriſtiani IuncKeri*, ad modum Minelli. Lipſ. 1701.12. *Melchioris Iunii* loci communes ex Orationibus Ciceronis explicati, Argent. 1594. 8.

Gallica Orationum Ciceronis verſio jam ab A. 1715. promiſſa auctore *Barricreſio de Robigny*. Vide Jo. Maſſoni Hiſt. Criticam Reip. literariæ editam Gallice Tom. IX. pag. 330. ſeq. *Malcrucii* & *Gilleti* interpretationem elegantem quarundam orationum jam ſupra ſuo loco memorare me memini. Malcrucius Catilinarias, & aliarum quarundam loca nonnulla: Gilletus illam pro Milone, nec non pro Cœlio & ſecundam Philippicam vertit, additiſque notis illuſtravit in Volumine cui titulus: *plaidoyers & autres oeuvres de Mr. Gillet Advocat au Parlement*. Pariſ. 1696. 4. quibus noviſſime etiam Catilinarias ex nova verſione ſua adjunxit in editione Pariſ. 1718. 4. *Belgice*, Orationes X. *Petro Francio*, ſi recte memini, interprete, Amſt. 1702. 8.

V. 1. *Epiſtolarum ad diverſos (a) libri XVI.* quos Franciſcus Petrarcha reperit Vercellis. * Harum tabellas quaſdam αὐτογράφως *Epiſtolarum* Ciceronis adhuc ſupereſſe in Bibliotheca Thorunienſi ſcripſit Simon Staravolſcius in Polonia ſua. Verum tantam illis tabellis antiquitatem tribuere non audet Chriſtophorus Hartknochius in Hiſtoria Eccleſiaſtica Boruſſiæ, Germanice edita p. 923. Editæ ſunt primum Romæ, an. 1467. fol. quam editionem memorat Labbeus, * in qua editione (*b*) ad calcem libri hos leges verſiculos:

Hoc Conradus *opus* Svveynheimius *ordine miro*
Arnoldus*que ſimul* Pannartz *una æde colendi*
Gente Theotonica Romæ expediere ſodales.
In domo Petri de Maximo.

Secutæ ſunt editiones Venet. 1469. fol. per Joannem de Spira, & alia A. 1470. ſine loci nota & typographi, & quarta ſine loci & anni ſignatione per Emilianum Fulginatem & Joan. Numeiſter, fol. cum bellulis hiſce ad calcem verſiculis:

Emilianus *auctor* Fulgina: *& fratres una*
Ingenio præſtante viri. Numeiſter *& Auctor*
Johannes Almanus *recte qui plura peregit*
Tulli ducenta nuper preſſere volumina recte,

(a) Vulgo *ad familiares* inſcribuntur, ſed citra veterum Codicum Scriptorumque auctoritatem, ut annotatum P. Victorio & aliis viris doctiſſimis. *Liber VIII.* non complectitur Epiſtolas Ciceronis, ſed *M. Cœlii Rufi* ad Ciceronem. Hic eſt Cælius, quem Voſſius in præfat. ad libros de vitiis ſermonis adjungere non dubitat Ciceroni, Cæſari, aliiſque ſcriptoribus primæ caveæ, qui vigorem ac maturitatem in latina dictione ſunt conſecuti.

(b) Maittaire annal. typograph. p. 62. 64. 71. 90.

Quæ viſerat probus Epiſcopus Alerienſis.
Fulginei acta vides ex laribus Emiliani.

Ex his verſibus diſces recenſitas Epiſtolas Tullii & caſtigatas à *Joanne Andrea*, Aleriæ in Cypro inſula Epiſcopo, & Pauli II. tempore Bibliothecario Vaticano, (*a*) cui renaſcentes literæ plurium optimorum ſcriptorum editionem debent. Tres deinde A. 1471. fol. Venetiis ſucceſſere editiones, una apud Nicolaum Jenſon, cæteræ ſine loci & typographi nomine. Romana iterum A. 1472. fol. apud Conr. Svveynheim & Arnold. Pannartz. Editiones A. 1475. 1477 & antiqua Mediolanenſis fol. fuere apud Cl. Græuium. Neſcio ſitne ab his diverſa, quæ in Heinſii Catalogo memoratur Anni 1473. Pariſienſis A. 1477. fol. & ejuſdem anni Veneta per Jacobum de Fivizano, fol.

Sæpiſſime deindæ recuſæ ſunt variis in locis, * & cum commentario *Hubertini Clerici*, Creſcinatis. Venet. 1480. & 1482. fol. per Baptiſtam de Tortis & 1483. fol. impenſis Andreæ de Aſula, Bartholomeique Alexandrini ſociorum, nec non 1487. fol. Cum commentario Hubertini Clerici, Martini Philetici, & in Epiſtolas ad Lentulum Spintherem argumentis Georgii Merulæ. *Venet.* 1498. fol. Cum Jo. Baptiſtæ Egnatii &c. Venet. 1509. fol. Epiſtolarum ad familiares liber XIV. & XVI. Lipſ. 1504. fol. Cum commentario *Hubertini Creſcentinatis*, & alior. Pariſ. 1534. fol. Cum notis *Seb. Corradi*, *Bernb. Rutilii*, *Phil. Melanchthonis*, *P. Victorii* &c. Baſil. 1540. 8. * & Pariſis 1556. fol. ex Officina Ambroſii à Porta. * ſine notis Lugd. 1543. 1561. 12. &c.

Cum *Pauli Manutii* ſcholiis Venet. 1544. 8. & Francof. apud Vvechel. 1600. 8. duobus Vol.

Cum ſcholiis *Melanchthonis*, *Camerarii*, *Longolii*, Francof. 1570. 8. Cum commentario *Jodoci Badii Aſcenſii*, notis *Io. Baptiſtæ Egnatii*, *Franciſci Robortelli*, *Luc. Ioannis Scopæ* & aliorum, atque argumentis *Chriſtophori Hegendorphini*, & lemmatibus *Giberti Longolii*. Venet. 1554. fol. Pariſ. 1556. fol. Ven. 1565. 1586. fol. * Cum explicatione & emendatione locorum quorundam à *Guil. Cantero* Antu. 1568. & cum caſtigationibus *Titi Popmæ*, ibid. 1572. Notæ *Hieron. Ragazoni*, ſive præclari viri *Caroli Sigonii* prodierunt Venet. 1555. 8. *Hieron. Arlotini* notæ in librum primum. Venet. 1549. 8. *Franciſci Priſcianenſis* obſervationes ibid. Enarrationes *Viti Amerbachii* Baſil. 1553. 8. *Io. Fabri*. Lipſ. 1561. 8. Notæ eruditæ *Io. Glandorpii* poſt auctoris mortem editæ à Reinero Reineccio. Baſil. 1580. 8.

Henrici Stephani editio cum * notis Pauli Manutii & Lambini atque

(a) Andr. Chevillier origine de l'imprimerie de Paris pag. 199. Maittaire p. 43 ſeq.

atque *Hieron. Ragazoni* ſive *Sigonii* : additis *Guil. Canteri* explicationibus aliquot locorum & emendationibus, ipſiuſque Stephani commentario de variis generibus Epiſtolarum Ciceronis, variaque earum ſcriptione. A. 1577. 8.

Ordine chronologico ex Sigonii & Manutii obſervationibus digeſtæ & argumentis novis illuſtratæ ab *Adamo Theodoro Sibero* Adami F. cum notis *Iuſti à Dransfeld*, Lipſ. 1697. 8.

Cum notis ſuccinctis *Chriſtoph. Cellarii* V. C. Lipſ. 1698. 8. *Iohannis Minelli*, qui notis in librum undecimum eſt immortuus. Eas deinde rogatu Leerſii neſcio quis continuavit. Roterd 1704. 8. * recuſæ Lipſ. 1705. 12. *Iac. Friderici Reimmanni*. Lip. 1703. 8. * & *Chriſtiani IuncKeri* Lipſ. 1704. 8.

In uſum *Delphini* explanatæ à *Philippo Quartier* è Societate Jeſu, Pariſ. 1685. 4. præmiſſo charactere Hiſtorico ſingulorum, ad quos Tullius ſcripſit. Sed hujus editionis non magna eſt apud eruditos auctoritas. Ex recenſione *Io. Georgii Grævii* cum ejuſd. animadverſionibus & notis integris P. Victorii, Paulli Manutii, Hieron. Ragazonii, Dionyſii Lambini, Fulvii Urſini, nec non ſelectis Jo. Frid. Gronovii, Bernhardi Rutilii, Jani Gebhardi aliorumque, & ineditis Mureti atque H. Valeſii. Amſtelod. 1677. 8. duobus voluminibus. Repetita editio hæc luculenta eſt A. 1693. ut Epiſtolas Cic. cum ſolis Grævii notis Amſt. 1689. 12. recuſas prætercam. Ordine Chronologico digeſtæ & argumentis novis illuſtratæ ſunt ab *Adamo Theodoro Sibero* A. 1611. 8. atque deinde iterum 1636. 8. Brunſvigæ, & 1649. Goslariæ 8. * Cum Chronologia perpetua, Rhetorica diſpoſitione, & notis Germanicis *Iac. Friderici Reimanni*. Lipſ. 1709. 8.

Gallice poſt antiquam verſionem Steph. Doleti & Franciſci de Belleforeſt, Lugd. 1569. 12. eleganter redditæ ex nova interpretatione Abbatis de S. Real. & aliorum, cum notis eruditis, & ad Epiſtolas intelligendas apprime idoneis. Hagæ Com. 1709. 12. quatuor Volum. Selectas Epiſtolas Gallice vulgaverat Jo. Corderius Lugd. 1556. 8.

Exſtant etiam *Italice* cum commentariis non contemnendis Joannis Fabrini, & *Hungarice* Georgio Balogio interprete.

Epiſtolæ ſelectæ ex editione *Io. Sturmii* ſæpius prodiere; Epiſtolæ ſelectæ cum notis *Io. Caſparis Schrodieri*, Medioburg. 1709. 12. Epiſtolæ ſelectæ in tres deſcriptæ libros, & notis illuſtratæ ab *Iſaaco VolcKnaer*, Rectore Scholæ Leovardienſis, præmiſſa diſſ. de vera ratione informandæ pueritiæ ad caſtitatem latini ſermonis Leovardæ 1719. 8. Epiſtolarum libri tres à Sturmio ſelecti, & liber quartus à *Io. Bittnero* additus cum argumentis,

Quæ viſerat probus Epiſcopus Alerienſis.
Fulginci acta vides ex laribus Emiliani.

Ex his verſibus diſces recenſitas Epiſtolas Tullii & caſtigatas à *Ioanne Andrea*, Aleriæ in Cypro inſula Epiſcopo, & Pauli II. tempore Bibliothecario Vaticano, (a) cui renaſcentes literæ plurium optimorum ſcriptorum editionem debent. Tres deinde A. 1471. fol. Venetiis ſucceſſere editiones, una apud Nicolaum Jenſon, cæteræ ſine loci & typographi nomine. Romana iterum A. 1472. fol. apud Conr. Svveynheim & Arnold. Pannartz. Editiones A. 1475. 1477 & antiqua Mediolanenſis fol. fuere apud Cl. Grævium. Neſcio ſitne ab his diverſa, quæ in Heinſii Catalogo memoratur Anni 1473. Pariſienſis A. 1477. fol. & ejuſdem anni Veneta per Jacobum de Fivizano, fol.

Sæpiſſime deindæ recuſæ ſunt variis in locis, * & cum commentario *Hubertini Clerici*, Creſcinatis. Venet. 1480. & 1482. fol. per Baptiſtam de Tortis & 1483. fol. impenſis Andreæ de Aſula, Bartholomeique Alexandrini ſociorum, nec non 1487. fol. Cum commentario Hubertini Clerici, Martini Philetici, & in Epiſtolas ad Lentulum Spintherem argumentis Georgii Merulæ. Venet. 1498. fol. Cum Jo. Baptiſtæ Egnatii &c. Venet. 1509. fol. Epiſtolarum ad familiares liber XIV. & XVI. Lipſ. 1504. fol. Cum commentario *Hubertini Creſcentinatis*, & alior. Pariſ. 1534. fol. Cum notis *Seb. Corradi*, *Bernh. Rutilii*, *Phil. Melanchthonis*, *P. Victorii* &c. Baſil. 1540. 8. * & Pariſis 1556. fol. ex Officina Ambroſii à Porta. * ſine notis Lugd. 1543. 1561. 12. &c.

Cum *Paauli Manutii* ſcholiis Venet. 1544. 8. & Francof. apud Vvechel. 1600. 8. duobus Vol.

Cum ſcholiis *Melanchthonis*, *Camerarii*, *Longolii*, Francof. 1570. 8. Cum commentario *Jodoci Badii Aſcenſii*, notis *Io. Baptiſtæ Egnatii*, *Franciſci Robortelli*, *Luc. Ioannis Scopæ* & aliorum, atque argumentis *Chriſtophori Hegendorphini*, & lemmatibus *Giberti Longolii*. Venet. 1554. fol. Pariſ. 1556. fol. Ven. 1565. 1586. fol. * Cum explicatione & emendatione locorum quorundam à *Guil. Cantero* Antu. 1568. & cum caſtigationibus *Titi Popmæ*, ibid. 1572. Notæ *Hieron. Ragazoni*, ſive præclari viri *Caroli Sigonii* prodierunt Venet. 1555. 8. *Hieron. Arlotini* notæ in librum primum. Venet. 1549. 8. *Franciſci Priſcianenſis* obſervationes ibid. Enarrationes *Viti Amerbachii* Baſil. 1553. 8. *Io. Fabri*. Lipſ. 1561. 8. Notæ eruditæ *Io. Glandorpii* poſt auctoris mortem editæ à Reinero Reineccio. Baſil. 1580. 8.

Henrici Stephani editio cum * notis Pauli Manutii & Lambini atque

(a) Andr. Chevillier origine de l'imprimerie de Paris pag. 199. Maittaire p. 43 ſeq.

atque *Hieron. Ragazoni* ſive *Sigonii* : additis *Guil. Canteri* explicationibus aliquot locorum & emendationibus, ipſiuſque Stephani commentario de variis generibus Epiſtolarum Ciceronis, variaque earum ſcriptione. A. 1577. 8.

Ordine chronologico ex Sigonii & Manutii obſervationibus digeſtæ & argumentis novis illuſtratæ ab *Adamo Theodoro Sibero* Adami F. cum notis *Iuſti à Dransfeld*, Lipſ. 1697. 8.

Cum notis ſuccinctis *Chriſtoph. Cellarii* V. C. Lipſ. 1698. 8. *Iohannis Minelli*, qui notis in librum undecimum eſt immortuus. Eas deinde rogatu Leerſii neſcio quis continuavit. Roterd 1704. 8. * recuſæ Lipſ. 1705. 12. *Iac. Friderici Reimmanni*. Lip. 1703. 8. * & *Chriſtiani IuncKeri* Lipſ. 1704. 8.

In uſum *Delphini* explanatæ à *Philippo Quartier* è Societate Jeſu, Pariſ. 1685. 4. præmiſſo charactere Hiſtorico ſingulorum, ad quos Tullius ſcripſit. Sed hujus editionis non magna eſt apud eruditos auctoritas. Ex recenſione *Io. Georgii Grævii* cum ejuſd. animadverſionibus & notis integris P. Victorii, Paulli Manutii, Hieron. Ragazonii, Dionyſii Lambini, Fulvii Urſini, nec non ſelectis Jo. Frid. Gronovii, Bernhardi Rutilii, Jani Gebhardi aliorumque, & ineditis Mureti atque H. Valeſii. Amſtelod. 1677. 8. duobus voluminibus. Repetita editio hæc luculenta eſt A. 1693. ut Epiſtolas Cic. cum ſolis Grævii notis Amſt. 1689. 12. recuſas prætéream. Ordine Chronologico digeſtæ & argumentis novis illuſtratæ ſunt ab *Adamo Theodoro Sibero* A. 1611. 8. atque deinde iterum 1636. 8. Brunſvigæ, & 1649. Goslariæ 8. * Cum Chronologia perpetua, Rhetorica diſpoſitione, & notis Germanicis *Iac. Friderici Reimanni*. Lipſ. 1709. 8.

Gallice poſt antiquam verſionem Steph. Doleti & Franciſci de Belleforeſt, Lugd. 1569. 12. eleganter redditæ ex nova interpretatione Abbatis de S. Real. & aliorum, cum notis eruditis, & ad Epiſtolas intelligendas apprime idoneis. Hagæ Com. 1709. 12. quatuor Volum. Selectas Epiſtolas Gallice vulgaverat Jo. Corderius Lugd. 1556. 8.

Exſtant etiam *Italice* cum commentariis non contemnendis Joannis Fabrini, & *Hungarice* Georgio Balogio interprete.

Epiſtolæ ſelectæ ex editione *Io. Sturmii* ſæpius prodiere; Epiſtolæ ſelectæ cum notis *Io. Caſparis Schrodieri*, Medioburg. 1709. 12. Epiſtolæ ſelectæ in tres deſcriptæ libros, & notis illuſtratæ ab *Iſaaco VolcKnaer*, Rectore Scholæ Leovardienſis, præmiſſa diſſ. de vera ratione informandæ pueritiæ ad caſtitatem latini ſermonis Leovardæ 1719. 8. Epiſtolarum libri tres à Sturmio ſelecti, & liber quartus à *Io. Bittnero* additus cum argumentis, variis

variis lect. & notulis ex recenſione *Chriſtiani Daumii*. Hamb. 1712. Lipſ. 1715. 8. Cum interpretatione phraſium Germanica & obſervationibus, tironum captui eadem lingua accommodatis ſelectæ primum, Hal. 1716. 12. deinde univerſæ ad familiares 1720. 8. utili inſtituto illuſtratæ prodierunt neſcio quo auctore. Ut omittam ſelectas Epiſtolas excuſas Aboæ 1670. 12. Noviſſime ſingulari ſtudio Epiſtolas ad familiares recenſuit illuſtravitque *Io. Albertus Bengelius*. Stutgard. 1719. 8.

2. *Epiſtolarum ad T. Pomp. Atticum* (a) *libri XVI.* ab conſulatu Ciceronis uſque ad extremum vitæ tempus ad illum miſſarum, *quæ volumina qui legat*, inquit Nepos in Attici vita cap. XVI. *non multum deſideret hiſtoriam contextam eorum temporum*. Has Epiſtolas primus itidem Petrarcha reperit, illiſque inventis exclamavit *ſe tandem Ciceronem agnoſcere, præcipitem ac calamitoſum ſenem*:

* In D. Lucæ Langermanni Itinerario MS. notatum legi in Bibl. Laurentiana Florentiæ haberi Ciceronis *Epiſtolas ad Atticum*, manu Franciſci Petrarchæ ſcriptas: item Epiſtolas ad familiares, quas idem ille vir doctus cum in loco quodam, ubi minime putaret, inveniſſet, ſicut in Epiſtola quadam ſua docet, primus in manus hominum dedit: ante Petrarchæ enim ætatem Ciceronis Epiſtolæ per plures annorum centurias deſideratæ fuerunt, ac niſi ipſius ſtudio ac opera in lucem prolatæ fuiſſent, fortaſſis ad hæc uſque tempora iis careremus. Epiſtolæ ad Atticum, M. Brutum & Quintum fratrem bis excuſæ uno eodemque A. 1470. (b) Romæ & Venetiis in fol. Romæ apud Conradum Swveynheim & Arnoldum Pannartz, cum Joannis Andreæ Alerienſis Epiſcopi Epiſtola ad Paulum II. Et Venetiis per Nicolaum Jenſon in cujus editionis calce hoc exſtat Hexaſtichon.

Attice, nunc totus Veneta diffunderis urbe,
Cum quondam fuerit copia rara tui.
Gallicus hoc Ienſon Nicolaus muneris Orbi
Attulit ingenio Dædalicaque manu.
Chriſtophorus Mauro plenus bonitate fideque
Dux erat. Auctorem, Lector, opuſque tenes.

Neapoli in Bibliotheca Nobiliſſimi Viri Joſephi Valletæ exſtat editio Romana Epiſtolarum ad Brutum, Q. Fratrem, Octavium & Atticum cum vita Attici ſcripta à Nepote, Rom. 1490. fol. per Magi-

(a) Liber de conſulatu Ciceronis quem Græce Atticus teſte Nepote ſcripſerat, intercidit. Sed de Tullii ad eum Epiſtolis recte Seneca Epiſt. XXI. *Nomen Attici perire Ciceronis Epiſtolæ non ſinunt. Nihil illi profuiſſet gener Agrippa & Tiberius progener, & Druſus Cæſar pronepos. Inter tam magna nomina taceretur, niſi Cicero illum applicuiſſet.* (b) Maittaire Annal. typograph. pag. 69.

Magiſtrum Eucharium Silber, alias Frank, cum notis MSS. Jani Parrhaſii. Omitto editiones alias, ut Venetam 1513. 8. & 1521. 8. apud Aldum.

Cum notis *Jo. Baptiſtæ Pii* Bononienſis quas *beotinas*, quia mane elucubratas, inſcripſit, prodiere Bononiæ 1527. fol. Pariſ. 1531. fol. E *Jo. Bovillerii* caſtigatione. Lugd. 1562. 8. *Leonbardi Malcſpinæ* Florentini notæ Venet. 1563. 8. merito laudatæ H. Stephano in Pſeudo Cicerone p. 108. Cum ſcholiis *Sebaſt. Corradi*. Venet. 1544. fol. Prodiere etiam Corradi notæ ibid. 1549. 8. Cum notis *Jo. Mich. Bruti*. Lugd. 1571. 12. Cum notis *Lambini* & *Fanciſci Junii*. ap. Commelin. 1549. 8. In libros I. & II. *Antonii Goveani* notas laudat Caſpar Sagittarius libro de Cicerone p. 156. Libri XVI. cum notis *Simeonis Boſii* Prætoris Lemovicenſis, qui ex optimis Codd. plura emendavit, Ratiaſti Lemovicum 1580. 8. Antvv. 1585. 8. Vide de Boſio Carrionem lib. 1. emendationum c. 15. Junctim prodiere notæ *Paulli Manutii* & *Sim. Boſii*. Francof. 1580. 8. apud Wechel. Manutii commentarium *Jano Parrbaſio* deberi, legas in Pithœanis & Patinianis. Sane præclariſſimus eſt, & ad Ciceronem intelligendum utiliſſimus, neque Manutii ingenio abjudicandus, licet Parrhaſium prælectionibus has Epiſtolas illuſtraſſe conſtat, quibus præmiſſam orationem Gruterus inſeruit tomo primo facis artium p. 820. * Editionem Pauli Manutii Venet. 1540. 8. habeo notatam manu Joſiæ Merceri. Epiſtolæ ad Atticum cum notis Auſonii Popmæ. Antvv. 1607. 12. Franequ. 1619. 8. Ex recenſione *Jo. Georgii Grævii* cum notis integris P. Victorii, Paulli Manutii, Malæſpinæ, Lambini, Fulvii Urſini, Sim. Boſii ex chirographo ejus auctoribus, Franciſci Junii & Popmæ, ineditis item Iſ. Caſauboni, Mureti & J. Frid. Gronovii, ſelectiſque Corradi atque aliorum. Amſtelod. 1684. 8. duobus voluminibus: accuratiſſima & elegantiſſima editio: de qua vide Acta Erudd. A. 1684. p. 397. * *Epiſtolarum ad Atticum* librum 1. & 2. à ſe translatos addita Epiſtola ſecunda libri primi ad Quintum fratrem *Gallice* edidit paulò ante obitum Abbas de S. Real. Pariſ. 1691. 12. intra ſex annos inde ſecundo tertioque recuſos. Libri quatuor ad Atticum primores cum notis Hiſtoricis eadem lingua prodierunt Hagæ Com. 1709. 12. Univerſos demum XVI. Libros ſimiliter verſos illuſtratoſque debemus Clariſſimo Viro L. Mongault, Pariſ. 1714. ſex Voluminibus. Vide Memor. de Trevoux 1714. pag. 1906. Journal des Savans 1715. pag. 363. & Nouvelles de la Rep. des lettres 1716. pag. 295. *Italice* Epiſtolas ad Atticum pridem convertit Matthæus Senarega, Venet. apud Paulum Manutium 1552.

3. *Epiſtolarum ad Q. Fratrem libri III.* cum Epiſtolis ad Atticum

cum ſæpiſſime editæ, à Grævio tamen, quod dolendum eſt, nimiam voluminis molem metuente omiſſæ. Illuſtrarunt has Epiſtolas præter Victorium, Lambinumque & Manutium, Chriſtophorumque Cornerum, Malæſpina, Brutus & Junius, quos paulò ante laudavi. Caſtigavit etiam Bovillerius. *Io. Tiſſini* collectanea lucem viderunt. Lugd. 1543. 8. Præterea Epiſtolam primam libri primi, quæ eſt de ratione bene gerendæ provinciæ, peculiaribus commentariis explicarunt Rol. Petrejus Pariſ. 1564. 4. Marcus Baumlerus Tiguri. 1587. 8. & Zacharias Schæferus Tubing. 1628. 8. * Epiſtolam *ad Q. Fratrem*, Aſiæ proprætorem *de ratione bene gerendæ provinciæ*, illuſtravit Franciſcus Hottomannus Lugd. 1564. 4. atque T. 3. Opp. p. 1417. & commentario poſtumo Nathan Chytræus.

4. *Epiſtolarum ad M. Brutum liber*. Rom. 1470. fol. Has quoque à Grævio prætermiſſas iidem viri docti cura ſua & lucubrationibus dignas habuerunt. Exſtant etiam cum notis *Io. Baptiſtæ Pii*. Bononiæ 1527. fol. Pariſ. 1531. fol. Epiſtolas ad diverſos *Italice* vertit Aldus Manutius. Venet. 1573. 8. *Gallica* verſio cum augumentis notiſque & latino contextu ex editione Græviana. Pariſ. 1704. 12. quatuor voluminibus. Vide ſi placet Jacobi Bernardi V. C. novellas relationes Reip. literariæ A. 1705. menſe Novembri pag. 483. Prodierunt etiam ſelectæ Ciceronis Epiſtolæ cum Gallica nova interpretatione, plus ſimplici vice Argentorati in 12. Epiſtolæ ad Atticum *Italice* tranſlatæ ſunt à Matthæo Senarega circa medium ſæculi XVI. *Gallica* verſio non inelegans prodiit Pariſ. 1691. 12. duobus vol. Liber tertius & quartus de integro Gallice redditus, cum notis. Pariſ. 1701. 12.

VI. Reliquum eſt ut referam ſcripta Ciceronis Philoſophica, quibus componendis per poſtremos maxime annos vitæ operam dedit.

1. Ex *Libris Academicis*, ſive ut vulgo inſcribuntur, *Academicarum quæſtionum* libris quatuor, quos ad M. Varronem ſcripſerat, exſtant *primus* & *quartus*. Niſi quartum malimus eſſe potius *ſecundum primæ editionis*, ab auctore inſcriptum *Lucullum*. Duos enim libros Academicos prius ſcripſerat Cicero Catulum, & Lucullum. Hos deinde contulit in libros quatuor & ad Varronem miſit. Poſtea duos quoque illos edidit præmiſſis novis procemiis, quibus Catulus & Lucullus laudantur. Vide Epiſtolas ad diverſos IX. 8. & ad Atticum XIII. 13. & 32. Meminit etiam Plinius XXXI. 2. & Plutarchus Lucullo pag 520. Cicero ipſe 2. Tuſc. *Pro Academia autem quæ dicenda erant, ſatis accurate in Academicis quatuor libris explicata arbitramur*. Ciceronis argumenta confutavit *S. Auguſtinus*

guſtinus libris III. contra Academicos, & confutavit certiſſima ratione, ut ipſe quidem ſcribit lib. 1. retractationum. *Io. Caſtellani* diſputatio adverſus Academicas Ciceronis quæſtiones, Bonon. 1558. 8. In librum primum Commentarius *Hadriani Turnebi* ſæpius excuſus eſt & ſeparatim, & inter viri illius doctiſſimi opera. In librum quartum annotationes *P. Fabri* prodierunt Lugd. Batav. 1601. 8. Pariſ. 1611. 8. *Io. Roſæ*, Prof. Ienenſis, Francof. 1571. 8. * De *Academicis* Tullii libris Quintilianus III. 6. & Plinius XXXI. 2. ubi etiam de Ciceronis Academia: & Laureæ Tullii in eam Epigramma. Quando Cicero 2. Tuſc. ait ſe pro Academia ſatis accurate dixiſſe, Carneadis Academiam intellige. Academici libri primum editi Rom. 1471. fol. per Conr. Svveynheim & Arnoldum Pannartz, una cum aliis Tullii ſcriptis Philoſophicis: deinde Venetiis 1494. fol.

2. *De Finibus bonorum & malorum*, ſive de ſummo boni ac mali, *libri V.* ad M. Brutum. Quorum *primo* Epicuri ſententia exponitur, quam refellit *ſecundus*: *tertius* Stoicorum dogma explicat, quod confutatur in *quarto*, *quintus* denique Peripateticam expendit doctrinam. Scripti ſunt Anno Urbis 701. ſeq. vide Sam. Petiti librum I. Obſerv. cap. XI. pag. 119. Prodierunt primum Romæ A. 1471. fol. * Eodemque anno Venetiis fol. viderunt lucem ſumptu Joannis de Colonia Agrippinenſi, ex recenſione Georgii Merulæ (*a*) Alexandrini, qui illos dicavit Ludovico Foſcarino Doctori Legum & Procuratori S. Marci. Editiones illas ſecutæ Pariſ. 1477. fol. cum Tuſculanis quæſt. & Venetæ 1480. 1494. fol. Ab eo tempore *Olivarii* commentarius lucem vidit A. 1545. Colon. 8. Hinc cum *Guil. Murelli* ſive (cui illas Pithœana tribuunt) Hadriani Turnebi eruditis obſervationibus editi fuere Pariſ. 1546. 4. *M. Antonii Mureti* notæ Ingolſtad. 1602. 8. *Io. Roſæ* in Academicas Quæſtiones & libros de finibus Frf. 1571. 8. * Poſtremo luculenter ac nitide excuſos & diligenter caſtigatos hoſce libros una cum Paradoxis ex Anglia accepimus cum notis *Thomæ Bentlei*, (*b*) Cantabrig. 1715. 8. qui præfationis ad lectorem loco obſervationem Mureti ex XIV. 20. Var. Lect. præmiſit. Germanicè una cum Ciceronis Paradoxis An. 1536. 4. Anglicè, una cum viri doctiſſ. *H. Dodvvelli* Apologia pro ſcriptis Ciceronis Philoſophicis. A. 1702. 8. * Hanc verſionem debemus *Samuele ParKero* multis aliis ſcriptis celebri. De Henr. Dodvvelli, quæ illi verſioni adjuncta legitur apologia pro ſcriptis Ciceronis Philoſophicis, vide vitam Dod-

(a) Giornale de'letterati d'Italia Tom. XVII. pag. 303.
(b) Præter rem Richardo Bentlejo tribuuntur in Memoriis Trevoltinis A. 1717. pag. 1914.

Dodvvelli ſcriptam à Franciſco Brokesby, Lond. 1715. 8. editam pag. 325. ſeq. Emendatione loci Ciceroniani, quæ affertur in Obſ. Hallenſibus VII. 11. nihil eſſe opus, lectori attento facile exiſtimo patere.

3. *Tuſculanarum quæſtionum*, ſive ut cl. Dariſius malit, *Diſputationum libri V.* ad eundem Brutum. *Primus* diſputat de contemnenda morte, *ſecundus* de dolore tolerando, *tertius* de lenienda ægritudine, *quartus* de reliquis animi perturbationibus: *quintus* denique è ſcitis Stoicorum docet virtutem ad bene vivendum ſeipſa eſſe contentam. Hos libros publicis ſcholis explicuit Romæ 4. 1475. *Franciſcus Philelphus*, qui recte obſervavit Ciceronem cum has quæſtiones rerum potito Cæſare ſcriberet, conventum ſuæ domi habuiſſe ſtudioſorum hominum, & quendam veluti ludum litterarium aperuiſſe. Vide Alexandri Alexandrei dies Geniales lib. I. cap. XXIII. atque ibi Tiraquellum, & Giornale de' Letterati d' Italia Tom. XIV. p. 325. Claudius Salmaſius prolegomenis ad Solinum teſtatur in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi exſtare MStum codicem magnæ vetuſtatis, in quo Tuſculanæ (*a*) quæſtiones non ordine continuo, ſicut in aliis tralatitium eſt, ſed στιχηρῶς per inæquales στίχοις & commata libri deſcripti feruntur, eo modo quo Biblia Sacra videmus. * Atque ita olim fuiſſe deſcripta Ciceronis monumenta auctor eſt S. Hieronymus præfatione in Eſaiam: *Nemo cum Prophetas verſibus viderit deſcriptos, metro eos exiſtimet apud Hebræos ligari, & aliquid ſimile habere de Pſalmis & operibus Salomonis. Sed quod in Demoſthene & Tullio ſolet fieri, ut per cola ſcribantur & commata, qui utique proſa & non verſibus conſcripſerunt, nos quoque utilitati legentium providentes, interpretationem novam novo ſcribendi genere diſtinximus.* Nactus ſum è Bibliotheca Gudiana editionem Tuſculanarum Gryphianam A. 1535. 8. cum MSto iſto Regio diligenter collatam, notatis lineola ubique Codicis illius Regii minorum ſectionum ſive verſuum (ut appellat Salmaſius Epiſt. ad Sarravium pag. 187. edit. Ultraject.) diſtinctionibus. * *Tuſculanæ quæſtiones* primum viderunt lucem Romæ per Ulricum Han de Wienna 1469. fol. deinde apud Svveynheim & Pannartz 1571. ibid. & Venet. 1472. per Nic. Jenſon. & cum Libris de finibus Pariſ. 1477. fol. Deinde Venet. 1480. fol. & ſine loco & anno in fol. & cum commentario neſcio cujus ibid. 1482. & 1491. fol. Mediol. 1494. fol. Tuſculanæ cum commentario Phil. Beroaldi & Omniboni Vicentini Venet. 1499. 1502. & 1516. fol. Pariſ.

1509.

(a) De Tuſculano Ciceronis vide quæ Steph. Vinandus Pighius in Hercule Prodicio, & in Latio ſuo Athanaſius Kircherus part. 2. c. 2. & ex hoc Rev. Reimannus in ſyſtemate antiquitatis litterariæ p. 476. 517. ſeq.

1509. 4. Et per Eraſmum Baſil. 1523. 4. Confer Epiſtolas XXVIII. 18. edit. Lond. Cum notis Georgii Vallæ, Beroaldi, Camerarii, Eraſmi, Pauli Minutii & Petri Victorii. Pariſ. 1549. & 1562. 4. Sine notis Pariſ. 1537. 8. apud Robertum Stephanum. *Joach. Camerarii* eruditus commentarius Baſil. 1543. 4. *Franciſci Fabricii* annotationes Duſſeldorp. & Colon. 1569. 1583. 8. *Jo. Saturnii* ſcholia in lib. I. Argent. 1575. 8. *Hier. Wolfii* notæ & Aphoriſmi. Baſil. 1580. 8. *Victorinus Strigelius* in librum primum Lipſiæ. 1590. 8. *Mureti* notæ in librum I. Tuſculanarum. Ingolſtad 1602. 8. * Cornelii Dieterici Koch Concluſiones CCCXCII. è Tuſculanarum libris ſelectæ, Helmſtad. 1703. 4. Jo. Conradi Schwartzii emendationes nonnullæ leguntur in Bibliotheca noviſſima Halenſi 1720. 4. ſectione X. p. 477. ſeq. Noviſſime præſtantiſſima Tuſculanarum editio lucem vidit Cantabrigiæ 1709. 8. cum commentario inſigni *Jo. Daviſii*, & variis lectionibus è MSS. Norvolſcienſi & Petrenſi ſive Collegii *S.* Petri (cujus veram ſcripturam nefario Raphaëlis de Marcatellis ſcalpello ſexcenties obliteratam queritur pag. 224.) aliiſque, & ex editione Veneta 1491. Frobeniana &c. ſubjunctis ad calcem Voluminis animadverſionibus & caſtigationibus ſane doctis & acutis *Richardi Bentleii* V. C. Emendationes quaſdam Bentleii reprehendit acerbe nimis Jac. Gronovius in ſcripto, quod ſine nomine edidit adverſus Jo. Clericum de locis quibuſdam Minutii Felicis. Lugd. Bat. 1712. 8. *Anglice*, neſcio quo auctore, Oxon. 1714. *by a gentleman of Chriſt Church. Gallicè* quoque Lugduni prodierunt hi Ciceronis libri interprete *Steph. Doleto.* 8. poſtea tranſtulit *Ryerus* Pariſ. 1643. 12.

4. *De natura Deorum libri III.* & ad M. Brutum, in quibus *nullam veritus impietatis invidiam, ingenue, conſtanter, & libere* Cicero ſuperſtitionem gentium refellit, ita ut fuerint etiam teſte Arnobio lib. III. pag. 103. 104. qui judicarent *oportere ſtatuí per Senatum* Rom. *aboleantur ut hæc ſcripta, quibus Chriſtiana religio* (quatenus Idolorum cultui illa adverſa eſt) *comprobetur, & vetuſtatis opprimatur auctoritas.*

* *Libros de natura Deorum* non memini vulgatos ante editionem Philoſophicorum Tullii Romanam 1471. fol. Exſtat & Veneta Anni 1494. fol. cum libris de divinatione, de legibus, Academicis quæſt. de finibus, de petitione Conſulatus, de fato & de Univerſitate. Eſt mihi etiam editio eorundem ſcriptorum Florentina 1516. 8. apud Philippum Juntam ex Nicolai Angelii Bucinenſis caſtigatione, ubi adjunctum quoque Somnium Scipionis, & quod ſub Ciceronis nomine ambulat breve ſcriptum de re militari. Bononienſem Anni 1494. fol. evolvit Clariſſimus Daviſius.

ſius, Chriſtianus Schœtgenius Venetam 1507. fol. De divina natura, & de divinatione, cum commentario Petri Marſi, ejuſque Orationibus in D. Stephanum, Auguſtinum, & in funere Pomponii Læti. Aliam item in fol. ſine loco & anno. Cum *Petri Marſi* exiguo commentario, quem ſenex Ludovico XII. Galliæ Regi dicavit, editi ſunt Pariſ. *Xyſti Beruleji* Auguſtani notæ viderunt lucem Baſil. A. 1550. 8. *Aldi Manutii* Paulli F. A. 1558. *Jac. Schalleri* quoque animadverſiones vidi memorari, ſed præ ceteris omnibus celebranda editio horum librorum cum commentariis copioſis atque eruditis *Petri Leſcaloperii* Pariſini è Soc. Jeſu, in quibus & Cicero perſpicue illuſtratur, & omnis veterum gentium ac Philoſophorum Theologia excutitur. Pariſ. 1660. apud Cramoiſium fol. *Matthæi Dreſſeri* editio lucem vidit Lipſ. 1572. 8. * Noviſſime libros de natura Deorum ad quatuor MSS. caſtigatos, atque eruditis notis ſuis & Jo. Walkeri aliorumque ſelectis, integris etiam Pauli Manucii, Petri Victorii, Joach. Camerarii, Dionyſ. Lambini & Fulvii Urſini illuſtratos eleganter excudi fecit laudatus *Jo. Daviſius*, (*a*) Cantabrig. 1718. 8. additis etiam libri tertii ex Lactantio, Arnobio, Nonioque Marcello fragmentis. *Libri III. de natura Deorum*, Anglice cum Analyſi & brevibus notis Lond. 1685. 8. Habetur & Gallica verſio *Boderiani*. Pariſ. 1580. 4. atque altera melior *Petri Durerii* A. 1658. quam tamen & ipſam ſubinde Leſcaloperius caſtigat.

5. *De Divinatione libri II.* editi à Cicerone, poſt Cæſaris (*b*) necem. Et priore quidem libro Quintus Ciceronis frater pro divinatione diſputans inducitur, poſteriore Cicero divinationis genus fere omne tollit atque evertit, & contra illam quidem, quæ arte fit, pugnat uſque ad caput XLVII. contra ſomnia vero atque Enthuſiaſmum in ceteris libri capitibus. * *Librorum de divinatione*, fato, legibus prima editio per Vindelinum Spiram (*c*) Venet. 1470. fol. cum hoc epigrammate:

Ra-

(a) Acta Erud. 1719. pag. 506. Bibl. Angloiſe Tom. III. pag. 65. Journal des ſavans A. 1718. pag. 594. Bibl. ancienne & moderne de Mr le Clerc Tom. XI. pag. 175.

(b) Lib. 2. de divinat. cap. 9. *Quid vero Cæſarem putamus, ſi divinaſſet fore, ut in eo Senatu quem majore ex parte ipſe cooptaſſet, in curia Pompejana, ante ipſius Pompeji ſimulacrum, tot centurionibus ſuis inſpectantibus, à nobiliſſimis civibus, partim etiam à ſe omnibus rebus ornatis, trucidatus ita jaceret, ut ad ejus corpus non modo amicorum, ſed ne ſervorum quidem quiſquam accederet, quo cruciatu animi vitam acturum fuiſſe?* In limine ejuſdem libri ſecundi teſtatur Cicero hos ſe libros ſcripſiſſe poſt Hortenſium, libros IV. Academicos, libros V. de finibus, totidem Tuſculanarum diſputationum, libros III. de natura Deorum, ſex de Rep. Conſolationem, librum de ſenectute, & III. de Oratore, quartum Brutum & quintum Oratorem. Horum enim omnium ibi meminit.

(c) Maittaire annal. typograph. p. 71.

Raphael Zovenvozius Iſter P. Aluiſio Donato, patricio Veneto S. S.

Spira, tuum nomen toto celebrabitur orbe,
Quæ Vindelini diceris eſſe parens.
Ordine qui tanto Ciceronis opuſcula magni
Imprimit, ut fabrum Palladis eſſe putes.
Tu quoque Donatæ ſtirpis Venetique Senatus
Gloria Aluiſi, tu quoque dicis idem.

Hanc ſecutæ editiones Rom. 1471. fol. Veneta Beroaldi A. 1487. & 1494. fol. Mediolanenſis A. 1498. fol. Veneta Petri Marſi ibid. 1507. fol. Florentina 1516. 8. apud Phil. Juntam &c. Ad illuſtrationem horum librorum conferri poſſunt, quæ de divinationibus commentati ſunt Caſpar Peucerus, Georg. Raguſejus, Jo. Antonius Venerius, Julius Cæſar Bulengerus, Jo. Jacobus Boiſſardus, & ne alios in præſenti memorem, Joſephus Maria Maraviglia in Pſeudomantia veterum ac recentiorum exploſa Venet. 1662. fol. * *Libros II. de divinatione* Gallice tranſtulit additis notis Regnerus Deſmarais ſive Mareſius Pariſ. 1709. & Amſt. 1711. 8. (*a*) qua in editione addita Iſocratis Oratio ad Demonicum ab eodem Regnerio Gallice verſa & ſeparatim antea vulgata A. 1700.

6 *De Fato* libros (ad minimum duos) videtur ſcripſiſſe Cicero, cum Hirtius Conſul deſignatus eſſet. Prima enim oratione aſſenſiones quatenus illæ fato obnoxiæ eſſent tractaſſe ſe teſtatur cap. 17. Ex illa prima Oratione præter exordium nihil ſupereſſe videtur; liber ſecundus vero ad nos perveniſſe mancus. * *De fato* jam dixi primum editum Venet. 1470. fol Deinde cum commentario Georgii Vallæ, ſine anno & loco, fol. & cum commentariis Victoris Piſani Venet. 1492. fol. ut editionem Venetam 1494. fol. aliaſque prætercam. *Petri Rami* prælectionibus explicatus liber Tullii de fato prodiit Pariſiis apud Vaſcoſan. 1550. 4. & cum commentario *D. Salomonis Geſneri* Theologi VViteb. 1594. 8. *Achillis Statii* notæ. Lovan. 1551. 8. & *Hadr. Turnebi*. Pariſ. 1452. 4. Atque apud Commelin. 1594 8.

7. *De Legibus libri III.* quos paulò ante mortem poſt abſolutos libros de Rep. ſcripſit, non etiam recognovit Cicero. * *De legibus* ſex libros ſcripſiſſe Ciceronem ſuſpicatur Morabinus, certe liber quintus citatus à Macrobio, unde duos ſaltim periiſſe exiſtimabat Bernardus Moneta notis ad Menagiana Tom. IV. pag. 85. Continet autem pulcherrimum hocce opus dialogum velut à Cicerone habitum cum Quinto fratre atque Attico, Arpini in Tullii patria. In exordio libri primi horum trium primorum, qui ſoli ad nos pervenerunt, exſtat acris cenſura & judicium admodum

(a) Memoir. de Trevoux 1711. p. 838.

ſiniſtrum de Hiſtoricis Latinis, qui ante Ciceronem ſcripſerunt, & è quibus ne unus quidem ætatem tulit. *Nam poſt* annales Pontificum Max. *quibus nihil poteſt eſſe* (*a*) *jejunius, ſi aut ad* Fabium, *aut ad eum qui tibi ſemper in ore eſt* Catonem, *aut* Piſonem, *aut ad* Fannium, *aut ad* Venonium *venias, quanquam ex his alius alio plus habet virium, tamen quid tam exile quam iſti omnes? Fannio autem ætate conjunctus* Antipater, *paullo inflavit vehementius, habuitque vires agreſtes ille quidem atque horridas, ſine nitore ac palæſtra,* (*b*) *ſed tamen admonere reliquos potuit, ut accuratius ſcriberent. Ecce autem ſucceſſere huic belli*, Clodius, Aſellio: *nihil ad* Cælium, *ſed potius ad antiquorum languorem & inſcitiam. Nam quid* Accium (*c*) *numerem? cujus loquacitas habet aliquid argutiarum, nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia, ſed ex librariolis Latinis: in orationibus autem multus & ineptus, elatio ſumma, impudentia*: Siſenna *ejus amicus omnes adhuc noſtros ſcriptores, niſi forte qui nondum ediderunt, de quibus exiſtimare non poſſumus, facile ſuperavit. Is tamen neque orator in numero noſtro unquam eſt habitus, & in hiſtoria puerile quiddam conſectatur, ut unum Clitarchum, neque quenquam præterea de Græcis legiſſe videatur, cum tamen velle duntaxat imitari: quem ſi aſſequi poſſet, aliquantum ab optimo tamen abeſſet. Quare tuum* (Ciceronis) *eſt munus, hoc à te exſpectatur*. Libri III. de legibus jam editi cum aliis Ciceronis ſcriptis Philoſophicis Rom. 1471. fol. & Venet. 1494. fol. nec non Lipſiæ 1509. fol. atque iterum ſeparatim in eadem civitate 1514. fol. in regione fœni, typis Melchioris Lottheri. Cum commentariis *Hadr. Turnebi* & *Antonii Goveani*. Pariſ. 1552. 4. Ejuſdem Turnebi Apologia adverſus quorundam calumnias ad librum primum Cic. de legibus prodiit tum alibi tum apud Commelin. 1594. 8 *Petri Rami* prælectiones excuſæ ſunt Baſil. 1580. 4. *Jo. Schæferi*, in lectionibus ejus Academicis p. 195. ſeq. Hamb. 1675. 8. * Gallice pridem vertit notaſque adjunxit Joannes Colinus Pariſ. 1541. Sed nova atque eleganti veſte Gallica indutos proxime vidimus à Morabino, qui illuſtri Bignonio dicavit ediditque Pariſiis 1719. 12. Adi Diarium Pariſienſe, Journal des Savans 1719. pag. 683. & Hagenſe, Europe ſavante, T. XI. Sept. p. 191.

8. *De officiis* ad Marcum Filium, qui tum Athenis in diſciplina

(a) Ita Salmaſius legit in Codice, quem ejus manu notatum habeo, pro *jucundius*, vel *injucundius*.

(b) Sic apud Philoſtratum icon. 1. 28. p. 804. καὶ ὁ μὲν παλαίστρας τι ἐπιδηλοῖ τῷ προσώπῳ, ὁ δὲ χάριτος, ὁ δὲ ἀστείου.

(c) MS. Iſ. Voſſii *Acrum*.

plina Cratippi verſabatur, *libri III.* opus ex Panætio (*a*) præcipue & Hecatone Græcis Stoicis Philoſophis expreſſum, ſed ita temperatum, ſuppletum, ornatumque Ciceronis ingenio, ut pulcherrimum corpus præceptorum Juris naturalis & moralis diſciplinæ exſtet. * In Codice membranaceo Gudiano *librorum de Officiis* adſcriptos legas in calce Voluminis hos verſiculos:

Excellunt libros cunctorum Philoſophorum
Iſti quos fecit tres Tullius Officiorum.

Iidem verſus exſtant in Codice MS. Bibl. Gothanæ, quem Venetiis A. 1430. Joannes Conſtantienſis exaravit. In aliis duobus eos reperit V. C. Michael Maittaire in annalibus typograph. pag. 61. ubi memorat primam editionem Officiorum, & Paradoxorum Moguntinam 1465. fol. per Joannem Fuſt & Petrum Scheffer, à multis celebratam, (*b*) qua uſus etiam clariſſimus Grævius eſt. * Docetque eandem plane eſſe cum illa, quæ in nonnullis exemplis ſubſignationem habet Anni 1466. Moguntinam editionem expreſſam in charta vidi Lubecæ in Bibl. publica. Excuſa in membranis fuit Berolini in Seideliana. Vide Catalogum ejus Bibl. pag. 184. n. 489. De illa editione etiam Bern. Henricus Reinoldus in notis ad Jo. Merceri Conciliatorem, recuſum Duisburgi 1712. 8. pag. 21. Petrus Ramus exemplum habuit hujus editionis in membrana excuſum (ut in vita Jo. Fauſti & Jo. Guttenbergii Melchior Adamus refert) quæ in calce hanc continebat adſcriptionem: *Præſens M. Tullii clariſſimum opus Joannes Fauſt Moguntinus civis, non atramento plumali, canna neque ærea, ſed arte quadam perpulcra, manu Petri de Gernsheim, pueri mei, feliciter effeci. Finitum anno MCCCCLXVI. quarta die menſis Februarii.* * Officia, Paradoxa, Lælius & Cato Romæ 1469. fol. per Svveynheim & Pannartz; & Venet. 1470. & per Vindelinum Spiram 1472. fol. & 1474. fol. per Jo. de Colonia & Jo. Manthen de Gheretſem, & Mediolani 1474. Neapoli 1474. 1483. fol. & cum aliis ſcriptis Tullii Philophicis Rom. 1471. fol. per Svveynheim & Pannartz, & per Eucharion Archirion diœceſis Herbipolenſis, Rom. 1481.

(a) Panætii librum περὶ καθήκοντος præter Ciceronem & S. Ambroſium 1. de officiis memorat Apoſtolius procemio proverbior. Hecatonis quoque Rhodii (qui Panætium audivit) libri de officiis à Cicerone lib. 3. laudantur. Ariſtotelem præterea de officio diſputaſſe refert Ambroſius lib. 1. cap. 10. Sed libros ejus Ethicos reſpicit qui exſtant, nullum vero alium ſingularem περὶ τοῦ καθήκοντος librum, quo titulo primus librum proſcripſiſſe videtur Zeno Citicus Laert. VII. 4. & 25. Zenonem ſecutus Chryſippus, & Cleanthes, ut notatum Menagio ad Luciani Hermotinum T. 1. p. 568. ubi mentio diſputationis περὶ καθηκόντων. M. Bruti librum περὶ Καθήκοντος citat Seneca Epiſt. 95. Chariſius ac Priſcianus. Ciceroni autem magis placuit inſcriptio plenior *de officiis*, quam *de officio*, ut Atticum ſuum monet XVI. Epiſt. 11.

(b) Vide Chevillierium de origine typographiæ Pariſienſis p. 17.

nec non 1494. per Martinum Herbipolim, & Lipſiæ ſine anni notatione in fol. & 1507. fol. Cum *Petri Marſi* commentariis Venet. 1481. fol. per Baptiſtam de Tortis, & 1484. fol. per Bernardinum de Novaria & cum commentariis Marſi, *Omniboni* & *Martini Philetici*, Venet. apud de Tortis 1481. 1486. 1488. fol. & 1506 fol. ex editione *Ben. Brugnoli* cum commentariis *D. Marſi*, & *Franciſci Maturantii*. *Jodoci Badii Aſcenſii* A. 1509. Pariſ 4. & 1514. Lugd. fol. *Bartholomæi* item *Latomi* Colon. 1534. 4. * Cum Marſi, *Franciſci Maturantii*, *Badii Aſcenſii* commentariis. Lugd. 1514. 4. & 1516. fol. Sine commentariis Lipſiæ 1510. fol. & Venet. apud Aldum 1519. 8. ſubjunctis Catone & Somnio Scipionis Græce, interprete Theodoro Gaza. Ex *Eraſmi* recenſione Baſil. 1519. Confer Eraſmi Epiſtolas XXVIII 17. edit. Lond. Pariſ. 1523. 4. Per *Conradum Goclenium*. Baſil. 1527. 4. & cum ſcholiis *Philippi Melanchthonis*. Colon. 1533. 8. Cum Marſi, Maturantii, Aſcenſii & Philetici notis ex recenſione Julii Feretti Ravennatis. Venet. 1540. fol. *Xyſti Betulcji* Commentarius, Baſil. 1544. 4. Cum annotationibus *Eraſmi*, *Melanchthonis*, *Vitique Amerbachii* & *Cælii Calcagnini* diſquiſitionibus, Pariſ. 1550. 1556. 4. Lug. 1556. fol Calcagnini diſquiſitionibus reſpondit *Jac. Grifolus* Lugd. 1552. 8. Venet. 1542. 8. Julii Cæſaris Scaligeri commentarios edere voluit Mauſſacus, ut legas in Epiſtolis Claudii Sarravii p. 56. editionis primæ, ſed nunquam illi quod ſciam typis exſcripti prodierunt in lucem. E recenſione *Jo. Boulierii* Cicero de officiis editus eſt Lugd. 1560. 8. * *Jo. Rivii* tabulæ in Officia Ciceronis Baſil. 1561. fol. Officia Ciceronis in tabulas redacta à Jo. Martino Kuslinenſi. VViteb. 1580. fol. *Paulum Magnolum* magna hominem doctrina, diligentia etiam admirabili, Ciceronis libros de officiis accuratiſſime cum antiquis exemplaribus contuliſſe ſcribit Muretus notis ad Terentium pag. 192. Cum eruditis *Caroli Langii* notis & caſtigationibus ex antiquis MSS. Antvv. 1563. 1567. 8. Eædem Langii notæ recuſæ ſunt ad calcem obſervationum Humanarum A. Schotti, Hannov. 1615. 4 Cum annotationibus *Suffridi Petri*. A. 1568. 8. *Hieron. Wolffii*; Baſil. 1569. 1579 1584. fol. *Joach. Camerarii*, Lipſ. 1577. 1589. 1597. 8 *Fulvii Urſini*, Antvverp. 1579. 8. *Martini Henrici* Saganenſis, Witteb. 1582. 8. cujus commentarios laudat C. S. Schurtzfleiſchius V. C. Epiſtola LV. *Franciſci Fabricii*, Colon. 1581. 8. *Guil. Canteri*, *Corn Valerii* &c. 1576. 8 *Steph. Riccii*, VVitteb. 1585. 8. *Victorini Strigelii*, VVitteb. 1588 8. *Matthæi Dreſſeri*, Francof. 1587. 8. *Jo. Piſcatoris* Analyſis dialectica; Spiræ 1582. 4. 1596. 8. Cum *Sam. Rachelii* commentario eximio * Philoſophico Juridico, & prolegomenis,

quibus

quibus natura Honeſti, aliaque ad Jus Naturæ ſpectantia explicantur, Francof. 1668. 8. & Amſtelod. 1686. 8. apud Henr. Wetſtenium. Cum notis *Frid. Hildebrandi*, Lipſ. 1669. 12. atque inde ſæpius. Cum parallelis Philoſophicis & rudimentis Officiorum *Jo. Henrici Bœcleri*, Argent. 1680. 8. * Quæ utraque recuſa etiam ſunt Tomo tertio ejus diſſertationum Academicarum, junctim editarum Argentorat. 1712. 4. Ex recenſione & cum notis *Jo. Georgii Grævii* (*a*) integriſque animadverſionibus Lambini, Fulvii Urſini, Car. Langii, quem præ ceteris in contextu editor eſt ſecutus, Franciſcique Fabricii, & qui Wolffio ac Betulejo plurima debet Aldi Manuti: tum ſelectis aliorum Mureti, Rachelii &c. Amſtelodami 1688. 8. Huic præclaræ editioni ſubjiciuntur integræ *Cœlii Calcagnini* diſquiſitiones in de officiis libros, *Ant. Majoragii* deciſiones contra Calcagninum, & *Jacobi Griffoli* Lucinianenſis defenſiones Ciceronis contra eundem. *Marius* quoque *Nizolius* defenſiones aliquot Ciceronis locorum ſcripſerat, quæ & ſeparatim vulgatæ, & editioni Venetæ officiorum A. 1554. ſubjectæ ſunt. In his Calcagninum reprehendit quod Ciceronem impugnarat, necminus perſtringit Majoragium, quod Ciceronem, Platone, & Ariſtotele putaret poſſe in diſputando fuiſſe inferiorem. *Majoragii* libris duobus reprehenſionum Mediolan. 1549. 4. excuſis & multo felle illitis reſpondit *Nizolius* in libris quatuor Antibarbari Philoſophici, quos poſt editionem primam Parmenſem 1553. 4. cum luculenta præfatione ſua recudi curavit Illuſtris G. G. Leibnitius, Francof. 1674. 4. * *Cœlii Calcagnini* diſputationes ſex & viginti in de officiis libros prodierunt inter Calcagnini Opera pag. 253. Baſil. 1544. fol. *Jacobi vero Griffoli* defenſiones contra Calcagninum, Venet. 1546. apud Aldum. *Marius Nizolius* præter Antapologiam (Apologiæ Majoragii quam pro Antiparadoxis ſuis ſcripſerat oppoſitam) defenſiones aliquot locorum Ciceronis edidit, quæ ſubjiciuntur etiam editioni Officiorum Venetæ A. 1568. fol. cum commentariis Marſi, Maturantii, Omniboni Leonigeni, Philetici, Badii & aliorum. Cum notis *Dav. Conſtantii*, A. 1688. 8. Ex recenſione & cum notis *J. Georgii Grævii*, Amſtelod. 1691. 1699. 8. Cum notis *M. Alberti Chriſtiani Rhotii*, Lipſiæ 1692. 8. * Magni Danielis Omeiſii diſſertationes XXVI. in Officia. Altdorf. 1695. ad 1702. Joannis Schultze Rectoris Scholæ Hamb. Anatome Philoſophica librorum de officiis & paradoxorum.

(*a*) Teſtatur vir doctiſſimus editionem Moguntinam A. 1465. licet primam, non eſſe ex meliore deſcriptam exemplari. Idem uſus eſt præter MSS. Codices binos, editione Gryphiana minore A. 1550. & Argentoratenſi Lambini, quas P. Pithœus cum duobus manu exaratis Codicibus contulerat.

xorum. Hamb. 1700. & 1702. 12. Noviſſime Officia notis tam Philologicis, quàm Philoſophicis, tabuliſque & indicibus illuſtrata edidit *Joh. Mich. Weinrichius*. Coburg. 1720. 8. Ex recenſione *Thomæ Cockman*, qui ad decem MSS. Codices de integro recenſuit, Oxon. 1695. 8. & (*a*) 1716. 8. * Cum notis *Thomæ Tooly* (*b*) Oxon. 1717. 8. Cum explanationibus notiſque Germanicis in tironum uſum: Halæ Sax. 1718. 12. *Italice* Venet. 1544. 8. *Belgice* A. 1589. 8. auctore Dieterico Coornhart. * *Anglice* ex Thomæ Cokmanni verſione jam tertium prodierunt Lond. 1715. ut Arthuri Maynvvaringii interpretationem prætercam. *Hiſpanice* poſt Joannem de Jarava Antvverp. 1549. tranſtulit Franc. Tamara, Salmant: 1582. 8. * *Luſitanice* reddidit Petrus, Dux Conimbricenſis, idem qui Vegetium eadem lingua expreſſit. *Gallice* poſt verſiones antiquiores, ut quæ Lugduni A. 1496. fol. prodiit & A. 1502. Pariſ. 4. per Davidem Miſſant, & ex verſione Bernardi Girardi Blæſis 1560. perquam eleganter hi libri redditi ſunt à Duboiſio, Pariſ. 1691. & Hagæ Com. A. 1692. 8. *Germanice* poſt interpretationem, quæ cum iconibus ligno deſcriptis lucem vidit auſpiciis liberi Baronis Joannis de Schvvartzenberg Auguſtæ Vindel. 1532. fol. * prodiit Auguſtæ Vindel. 1545. fol. & Francof. 1550. fol. hoc titulo: Ciceronis 3. Bucher von gebuhrlichen Mercten, tum Lipſiæ ex interpretatione Jo. Rhenii. 1628. 8. Sed exſtat quoque recens interpretatio vernacula longe accuratior puriorque, licet Latinis preſſius adhærens, in tironum uſum etiam latinis phraſibus annotatis à præclaro viro *Caſp. Gottſchlingio*, Sileſio, Lycæi Neobrandenburgenſis Rectore & Bibliothecario. Hal. 1719. 12. *Jo. Georgii* vero *Wilkii*, Rectoris meritiſſimi Miſenenſis (A. 1691. defuncti) paraphraſis Germanica Officiorum Ciceronis Lipſiæ 1696. 8. prodiit ſub hoc titulo: Einleitung ſum nuklichen Ochul, Brauch der dreii Bucher Ciceronis de officiis. Joannes Hackmannus ad calcem Ethices ſuæ curante filio Frid. Auguſto Hackmanno recuſæ Helmſt. 1710. 8. compendium librorum de officiis (*c*) repræſentat ſub titulo Evangelii Gentilium. Ad Ciceronis imitationem *libros tres de officiis* Chriſtianorum ſcripſit *S. Ambroſius*, quos ſeparatim ediderunt *Jo. Henr. Bœclerus* Argent. 1644. 12. & non ita pridem *Michael Fortſchius*

(a) Bibl. ancienne & moderne de Mr. le Clerc Tom. XI. pag. 161.
(b) Acta Erud. A. 1717. pag. 473.
(c) *De officiis* maluit inſcribere Cicero quam *de officio*. Confer Andream Alciatum lib. 10. parergon Juris cap. 16. Nec male tamen noſtra etiam memoria Vir illuſtris Sam. Pufendorfius, qui brevi & concinno complexus compendio munera omnia ac partes, quæ vel in naturali ſtatu vel in civili impleri à ſingulis debent, libros duos *de officio hominis & civis* inſcripſit, Græcos ſecutus, quorum περὶ καθήκοντος lucubrationes laudantur, de quibus mentionem feci ſuperius.

ſebius Stutgard. 1688. 8. * *S. Ambroſii* libros tres *de Officiis Miniſtrorum* ſive Diaconorum (hanc enim genuinam eſſe illius operis inſcriptionem, è Codd. MSS. docent Benedictini in notis Tom. 2. Opp. S. Ambroſii) Moguntina editio A. 1602. 8. ita cum totidem Ciceronis libris excuſos exhibet, ut verba Ambroſiana Ciceronianis per ſingulas paginas è regione poſita ſint, parum utili inſtituto, cum in iiſdem paginis raro legatur aliquid utrinque argumento ſimile vel reſpondens. Idem dixeris de Johanne Marcianæo, qui hunc in modum Hieronymi & Rufini ſcripta contraria in iiſdem paginis deſcribi curavit in nova ſua Hieronymi editione. Præfatio Jo. Henr. Bœcleri περὶ τῶν καθηκόντων ad S. Ambroſium de officiis legitur etiam in ejus diſſ: Academicis Tom. 3. pag. 486. * Baſnagius Bellovallius in Hiſtoria operum eruditorum Gallice edita Amſt. 1695. menſe Auguſto pag. 555. *Il paroit à Paris un in 12. que les Savans ſeront peut-être curieux de parcourir: il eſt intitulé* le diſcernement de la vraye & de la fauſſe morale, *ou l'on fait voir le faux des offices de Ciceron, des livres de l'Amitié, de la Vieilleſſe & des Paradoxes*. Auctor hujus ſcripti Lelevellus, quod deinde recuſum evolvi in ejus Tomo quarto operis Pariſ. 1698. 12. vulgati ſubtitulo: *la Philoſophie moderne par demandes & réponſes*. Non dubito eundem ſcriptorem ſi voluiſſet ingenue ingenium intendere, meliora etiam ſcribere potuiſſe pro Cicerone defendendo, quam hæc quæ in litteras miſit ut ejus doctrinæ detraheret. Atque idem non dubito affirmare etiam de clariſſimo Viro, qui in Actis Philoſophorum Germanice editis parte IX. p. 441. ſeq. ſingillatim Ciceronis officia nuper reprehendenda ſibi ſumſit. Quid ni vero reprehendit ille potius muſteos ſcriptores, qui inter Germanos noſtros & medios Chriſtianos longe deterius quam Cicero aliquis vel Plato philoſophantur, & nulla facta mentione humanitatis, communiſque juris, ad quod divinitus conditos nos eſſe pulchre profitetur Cicero, nullam aliam legem naturalem actionum humanarum agnoſcunt, quam jubentem facere quæ conditionem tuam perficiant, & omittere quæ deteriorem reddant, finguntque ad eam nos obligari etiam ſepoſita Majeſtate Numinis: quibus poſitis principiis quale ſcelus ſit, quod ſtrenue committi non poſſit, haud video; nam etiam qui ſibi vel qui alteri conſciſcit necem, judicat ſe amplificare conditionem ſuam, & qui ambitioni litat aut avaritiæ, vel qui indulget voluptatibus, qui vindicta animum ſuum paſcit, egregie ſic obſequi præcepto naturæ videbitur. Lex autem naturæ non quærenda eſt in eo, ut felicitatem nobis ſectandam præcipiat, nam in hoc nullus poteſt eſſe error, nulla tranſgreſſio, neque lege ad hoc opus: ſed quo pacto illa ab omnibus

deſiderata felicitas recte quæri, certiſſimeque obtineri debeat: Hoc ſi amore in Deum, & in homines charitate unice aſſequi nos poſſe, CHriſto crederemus docenti, nec à lege Naturæ aberraremus; nec infra Ethnicos ſaperemus, alioſque ſapere doceremus. Gauderemus etiam potius in Cicerone & aliis à Chriſto licet alienis ſcriptoribus tam vere & late patentis legis deprehendere nos alte & pulcherrime impreſſa veſtigia, inque his monſtrandis, illuſtrandis, & commendandis potius, quam in contemtum adducendis, laudem ingenii quæreremus.

9. *Cato Major*, ſive *de Senectute*, ad T. Pomponium Atticum. Hujus libri *Græca* verſio, ſed paulò indiligentius facta à *Theodoro Gaza*, occurrit in quibuſdam Ciceronis editionibus, ut Argentoratenſi Jo. Sturmii, & Jo. Baptiſtæ Egnatii Aldina, qui primus vulgavit A. 1523. 8. ſeparatim quoque vidit lucem græce & latine, Ingolſtad. 1596. 8. Jo. Metzleri ſcholia prodiere Hagan. 1531. 8. M. Beumleri analyſis Lælii & Catonis, Spiræ 1583. 8. * Ciceronis *Cato Major* & *Lælius* jam A. 1469. fol. Romæ viderunt lucem una cum Officiis: & cum aliis inſuper libris ejus Philoſophicis 1471. fol. deinde frequentiſſime una cum iiſdem recuſi. Cato major etiam per Jo. Lutitenſem emendatus Lipſiæ 1507. fol. & cum commentario Martini Philetici, ſine anno & loco. fol. Prodiit etiam Lipſ. 1514. cum libris de legibus. Lælius, Cato, Paradoxa Argentorat. 1513. 4. ex officina Schureriana. De Græca libri de ſenectute verſione quam *Theodoro Gazæ* debemus, magnificum encomium Laur. Ingevvaldi Elingii in Hiſtoria Græcæ linguæ pag. 335. de quo neſcio an alii ſint eidem aſſenſuri: *tanta porro felicitate librum M. Tullii de Senectute Græce expreſſit ac reddidit Gaza, ut in eo ipſam Ciceronis vim dicendi, tam quod ad gravitatem ſententiarum, quam quod verborum pondus, non ſine doctorum admiratione aſſecutus ſit.* De veteri Gallica verſione & ex ea facta Anglica excuſa A. 1481. fol. à Guil. Coxoduno (Caxton) primo in Anglia typographo, meminit Mich. Maittaire pag. 163. annal. typograph. de Anglica etiam Jo. Lelandus libro de ſcriptoribus Britannicis pag. 481. In uſum ſcholarum hunc libellum Ciceronis explicatum & applicatum ſeparato volumine edidit Doctor quondam meus Rev. Lic. *Dan. Otto Kegelius*, tunc Conrector, & ab eo tempore Eccleſiaſtes Quedlinburgenſis, Witeb. 1690. 8. Cato, Lælius, & Paradoxa, Gallice per Duboiſium, Paſ. 1692. 8.

10. *Lælius* ſive *de Amicitia*, ad eundem Atticum. Hunc librum *græce* reddidit *Dionyſius Petavius*, Pariſ. 1652. 8. Cato, Lælius, Paradoxa, & ſomnium Scipionis *Anglice* per Sam. Parkerum, Lond. 1704. 12. * *Lælius* præter antiquiores cum Catone editio-

nes

nes etiam Lipſiæ lucem vidit A. 1504. 1507. fol. 1511. & 1518. 4. una cum paradoxis, & Venet. 1498. cum expoſitione Omniboni Leoniceni. Et cum eadem expoſitione ſine anno & loco. Anglice vertit diu ante Sam. Parkerum ſæculo decimo quinto Johannes Tipetotus teſte Lelando pag. 480. Germanica libri de ſenectute & hujus de amicitia verſio auctore Johanne de Schvvartzenberg cum iconibus ligno inciſis prodiit Auguſtæ Vindel. 1540. fol. Platonis Lyſidem, Ciceronis Lælium & Toxarin Luciani Gallice vertit & junctim edidit Blaſius Vigenerius Pariſ. 1579. 4.

11. Sex *Paradoxa* Stoicorum ad M. Brutum. Hæc quoque poſt *Gazam*, cujus verſio neſcio an edita eſt, *Græce* verterunt *Job. Moriſotus*, Baſil. 1547. *Hadr. Turnebus* Tom. 2. Opp. & *Dionyſ. Petavius* Pariſ. 1649. 8. His Anti-Paradoxa oppoſuere Vitus Amerbachius, Argentor. 1541. & Antonius Majoragius Lugd. 1546. 8. quo nomine vehementer Majoragium quidem reprehendit Marius Nizolius in Epiſtola ad eum data, quæ legitur poſt Gudianas p. 132. Caſpar vero Scioppius in elementis Philoſophiæ moralis pag. 77. contendit quarti Ciceronis paradoxi ſolum hodie ſupereſſe initium, quia poſt primam periodum Cicero aliud atque adeo quintum in ordine probare nititur, hoc nempe: ſolum ſapientem eſſe civem, omnes autem ſtultos eſſe exſules. Xyſti Betuleji notæ in Paradoxa prodiere, Baſil. 1550. 8. Matthæi Dreſſeri, Francof. 1597. 8. Alios editores & Interpretes annotare nihil attinet, quia omnes ſciunt hæc paradoxa Læliumque & Catonem, Somniumque Scipionis ſemper fere libris de Officiis ſubjungi, & cum illis explicari. * Adverſus *paradoxa* Ciceronis, ſive ut idem in Lucullo vocat, *mirabilia* Majoragius Antiparadoxa edidit, ludibundum ſe hoc ſcribendi genus ſuſcepiſſe deinde libenter teſtatus lib. 1 reprehenſionum contra Nizolium cap. 2. ubi refert ſe commentarios in eadem Ciceronis paradoxa compoſuiſſe, quibus oſtendit ea vere admirabilia eſſe & Socratica ac vera, atque illis reſponderit quæ poſuerat ipſe in ſuis antiparadoxis. Tertium paradoxon de peccatorum æqualitate oppugnat Horatius lib. 1. Satira 3. verſ. 115. ſeq. & cætera perſtringit verſ. 124. ſeq. Univerſa ridet & explodit ipſe Cicero Oratione pro Muræna c. 29. Eorundem meminit Plutarchus in Catone minore pag. 769. & 792. *Paradoxa* Ciceronis primum edita cum officiis Romæ ſunt A. 1465. 1471. fol. De aliis quæ inſecutæ ſunt editionibus, & quas paſſim jam commemoravi, dicere, nihil eſt neceſſe. Loca quædam illorum è MS. emendat illuſtratque Jacobus Tollius in fortuitis cap. XVII. p. 134. ſeq. Paradoxa & Somnium Latine & Germanice à Jo. Friderico illuſtrata edidit Jo. Rhenius, Lipſiæ 1630. 8. Poſtremo Paradoxa à *Thoma*

Bentleio recenſita & illuſtrata habemus ad calcem librorum de finibus, Cantabrig. 1718. 8. Ciceronis exemplo Matthæus Jorna commentarium ſuum Belgice editum in octo μακαρισμοῖς, Matthæi VI. inſcripſit paradoxa Chriſtiana. Amſt. 1696. 8. Omitto paradoxa Chriſtiana Lippi Aurelii Brandolini, Jani Nicii Erythræi &c.

VII. *Fragmenta* ex operibus Ciceronis deperditis nobiliora ſuperſunt hæc tria:

1. *Somnium Scipionis* ex ultimo ſive ſexto libro Tulii de Rep. (*a*) ſive de optimo Reip. ſtatu excerptum Illud ſervavit ac duobus libris copioſe illuſtravit *Macrobius*, de quo infra: *Favonii* vero *Eulogii* (*b*) Rhetoris Carthaginenſis diſputatio in ſomnium Scipionis ad V. C. Superium Cos. Provinciæ Byzacenæ ſcripta lucem debet viro & hoc & multis aliis nominibus egregie de litteris ac de Cicerone etiam promerito A. Schotto, qui è vetuſto Codice Gemblacenſi primus illam eruit ſubjunxitque libro quinto quæſtionum Tollianarum, Antvv. 1613. 8. Deinde Grævius ſuæ officiorum editioni An. 1688. 8. ſubjunxit. * *Favonii Eulogii* in ſomnium Scipionis editio Antvverpienſis 1562. 8. eſt nulla, & in Bibl. Kielmanniana parte 2. pag. 1127. per errorem memoratur, nam inſpectus à me Codex erat Schotti A. 1613. *Græca* ſomnii translatio compoſita à *Theodoro Gaza*, exſtat in editione Ciceronis Aldina, & in Sturmiana Argentoratenſi in 8. * Etiam à *Planude* verſum Græce

(a) Ciceronis opus de Rep. quod veſtigiis Platonis inſiſtens compoſuerat, laudatum Gellio, Lactantio, Auguſtino aliiſque exſtitit adhuc tempore Gerberti, ut ex ejus Epiſt. LXXXVII. colligitur, & Petri Pictavienſis, ut notatum Barthio XXXII. 5. & 18. Adverſar. Johannes Mabillonius T. 1. Muſei Italici p. 79. refert ſe in Catalogo quodam MSS. cum obſervaſſet Ciceronem de Rep. lætatum ad Codicem ipſum properaſſe, ſed inſpecto volumine deſignato primam Ciceronis Philippicam deprehendiſſe, cujus prima ſunt verba: *Antequam de Republica*. Vana quoque ſpes fuit hoc opus in Polonia recuperandi, quam in rem Cardinalis Beſſario dicitur inſumſiſſe aureos amplius mille. Atque adeo ſapit fabulam, quod in vita Joannis Zamoſcii refert Iſaacus Bullartius, T. I. Academiæ ſcientiarum & artium p. 87. poſt annum 1576. durante obſidione Pleſcoviæ nobiles quoſdam Polonos otii pertæſos ulterius in interiora Moſciæ excurriſſe, comite Voinuskio, viro Hebraice, Græce & latine erudito, neque longo itinere inciſſe in locum, ubi præclara antiquitatis monumenta reperiſſent, inter alia *Ciceronis libros de Republica ad Atticum, aureis deſcriptos litteris*. Svetonius olim adverſus Didymi Ciceromaſtigem ſcripſerat librum περὶ τῆς Κικέρωνος πολιτείας Svida teſte. Sed nec ille ad nos pervenit. Locum in Ciceronis πολιτικοῖς quo Muſica diſciplina vituperabatur, ab aliena manu intruſum fuiſſe demonſtravit Ariſtides Quintilianus libro II. de Muſica pag. 70.

(b) Haud diverſus hic mihi videtur ab Eulogio S. Auguſtini diſcipulo, de quo adſcribam locum ex hujus lib. de cura pro mortuis cap. XI. *Carthaginis Rhetor Eulogius qui meus in eadem arte diſcipulus fuit, ſicut mihi ipſe, poſteaquam in Africam remeavimus retulit, cum Rhetoricos Ciceronis libros diſcipulis ſuis traderet, recenſens lectionem quam poſtridie fuerat traditurus, quendam locum offendit obſcurum: Quo non intellecto, vix potuit dormire, ſollicitus, qua nocte ſomnianti ego illi quod non intelligebat, expoſui, imo non ego, ſed imago mea neſciente me*, &c.

Græce ſomnium Scipionis ſuſpicatur Lambecius V. pag. 153. ubi in Græco quodam Codice MS. Juliani Cardinalis S. Angeli citatur ὁ ὄνειρος τοῦ Σκιπίωνος. E recentioribus præter Pet. Jo Olivarium, Pet. Ramum, Bartholomæum Barrientum, alioſque hoc ſomnium illuſtrarunt Ludov. Vives, T. 2. Opp. Matthæus Dreſſerus Francof. 1597. 8. Jo. Sambucus, Antvv. 1573. 8. Gerardus Voſſius, Tungrenſis, Rom. 1575. 8. Elias Vinetus, qui reliquis à Schotto præfertur, & Ulricus Obrechtus. Argentorat. 1666. 12. atque in eis Academicis ibid. 1704. 4. pag. 561. ſeq. * *Antonii Mancinelli* ſermo in Scipionis ſomnium cum Xenocratis libello de morte per Ficinum verſo prodiit Daventriæ in 4. circa A. 1510. ut videtur, licet nota diſerta temporis abeſt. *Ludovici Vivis* ſomnium & vigilia h. e. ſomnium Scipionis cum enarratione lucem vidit Baſil. 1521. 4. Somnium Scipionis Officiis Ciceronis jam ſubjicitur in editione Veneta 1472. fol. apud Vindelinum Spiram, atque deinceps in reliquis infinitis. In *Somnium Scipionis*, libri VI. de Rep. apoſpaſmation, conſideratio Latini Latinii prodiit Antvverp. 1631. 8. * Fides eſto apud autorem, Caſparum Barthium, qui Daumio narravit *ſex libros* Ciceronis *de Rep.* extitiſſe ante bellum tricennale in Bibliotheca Fuldenſi in aliquot voluminibus membranaceis, ſed à militum petulantia diſcerptos & equis ſubſtratos fuiſſe; ut ex Chriſtiani Daumii ore refert Rev. Chriſtianus Feuſtelius in Miſcellaneis p. 47. Verum & Joanni Sturmio ſpes facta fuit theſauri hujus, cui conſequendo Cardinalis Polus duo millia aureorum incaſſum impendiſſe traditur. Sed bene Bernardus Moneta in Epiſtola ad Bouhierium præſidem Parlamenti Divionenſis eruditiſſimum inſerta Tomo IV. Menagianorum pag. 395. *Il y a des gens qui pour ſe mettre en reputation, ſuppoſent avoir vu, ou même avoir par devers eux certains livres rares, ſinguliers, & qu' on croit perdus. Témoin ce Franceſco Veneto, qui ſit accroire à un Grammairien de Fano, (a) commentateur des ſix premiers livres qui nous reſtent des* Faſtes d'Ovide, *que* les ſix derniers *etoient dans la Bibliotheque du Roi de France, ou il les avoit vus & lus. Témoin ſans aller plus loin, celui (b) qui en* 1690. *ſe vanta d'avoir retrouvé le* Petrone *entier, & qui eut le front de faire imprimer un pretendus ſupplement, non ſeulement indigne de cet auteur, mais même du plus mediocre. On avoit promis à Jean Sturme (c) les* ſix livres de la

(a) Anton. Conſtantinus Fanenſis in fine commentar. ad faſtos Ovidii. Obiit A. 1496.
(b) Franciſcus Nodotus.
(c) Jo. Sturnius Epiſtola ad Rogerum Aſchamum 30. Jan. 1552. *Ecce Aſchame, quidam in hac vicinia mihi promiſit libros Ciceronis de repub. ſexies miſi ad eum: ſi adferuntur, me quid poterit eſſe beatius? Senatoriam pra me gravitatem feram ex antiqua diſciplina,*

la Republique de Ciceron, *à la recherche des quels le Cardinal Polus* (*a*) *depenſa deux mille ècus d'or, envoyant exprès un homme en Pologne, ou on lui avoit fait eſperer que ſe trouveroit le manuſcrit. On avoit promis de même à Vives* (*b*) les Anticatons de Cæſar. *Quelles fables n'a-t-on pas crues touchant* le Tite Live? *Il y a plus de vint-cinq ans qu'on l'attendoit entier* (*c*) *de Chio. Quelques* (*d*) *uns ont dit qu'il ètoit complet en Arabe dans la Goulette. D'autres,* (*e*) *qu'il s'en voyant un exemplaire en cette même langue dans la Bibliotheque de l'Eſcurial. Libros* Ciceronis *de Rep.* ſimul ac editi ab illo fuiſſent avide lectos innuit Cœlius Epiſtola ad ipſum ſcripta VIII. 1. *Tui politici libri omnibus vigent.* Eorundem meminit Tullius & ad eos reſpicit libris de legibus non uno in loco.

2. Pars interpretationis *Timæi*, Dialogi Platonici, *de univerſitate*, quæ una cum Chalcidio ſeparatim vulgata eſt, Pariſ. 1563. 4. & cum Græcis Platonis ex adverſo poſitis collata à Joachimo Perionio, Pariſ. 1540. 4. Baſil. 1542. 8. atque ab H. Stephano in Lexico Ciceroniano, Anno 1557. 8. *Neque vero novum eſt*, inquit Yvo Villiomarus ſive Joſephus Scaliger animadverſ. in locos controverſos Rob. Titii p. 22. *Ciceronis diligentiam & fidem in reddendis Græcis deſiderari, ſiquidem Ciceroniana cum Græcis contendantur.* * In Ephemeridibus litterariis Germanicis Lipſienſibus (*f*) jam ſupra à me laudatis pag. 879. legas multa è Ciceronis monumentis manu exarata occurrere Uratislaviæ in Bibl. Rhedigerana, præ cæteris quæ in editionibus Tullii non occurrant *librum de eſſentia mundi*, & aliud ſcriptum *ad Hortenſium*. Sed librum de eſſentia mundi ſuſpicor nihil aliud eſſe quam partem interpretationis Timæi Platonici,

plina, ſi obtinebo. Sed ut nunc homines ſunt, valde metuo, ne ſit nihil: ſed ſi verum ſit, mittam etiam tibi ut mecum ſapias Romanam curiam, & forum & noſtra: verum particulatim, ut ſi ſapientia te ſuperare non poſſum: tempore antecedam. Quam vereor non ſit nihil? verum tamen in Epiſtola quam ad me ſcripſit, attingit loca quadam & eorum argumenta, qua non puto eſſe de nihilo.

(a) Aſchamus ad Sturmium 14. Sept. 1555. lib. 1. Epiſt. pag. 93. *Ajebat Cardinalis Polus ſe ſemel 2000. aureorum conſumſiſſe mittendo certo quodam homine in Poloniam, qui libros Ciceronis de Rep. perquireret, quorum illic inveniendorum ſpem quidam ei fecerat. Ego ſtatim narravi qua tu ad me olim de illis libris. Et rogavit, ut ad te ſcriberem, ut ſciremus ecquidne certi de illis libris.*

(b) Jo. Lud. Vives ad 1. Auguſtini de Civ. DEI cap. 23. *Caſaris anticatones duos vir clariſſimus Cardinalis Leodinenſis confirmavit ſe in antiqua quadam bibliotheca Leodii vidiſſe, & curaturum ut ad me mitterentur. Quod ſi fecerit, non invidebo ſtudioſis hominibus lectionem eorum.*

(c) Baudelot utilitè de voyages pag. 401.

(d) Antonius Fajus præf. ad verſionem Gallicam Livii.

(e) Abraham Ecchellenſis in dedicatione libri ex Arabico verſi, cui titulus *ſemita ſapientia.*

(f) Ausfuhrlicher Bericht von Buchern A. 1719. 8.

tonici, quæ inter Ciceronis ſcripta legitur ſub titulo *de univerſitate*, atque primum lucem vidit cum aliis Philoſophicis Ciceronis ſcriptis Romæ 1471. fol. per Conr. Svveynheim & Arnoldum Pannartz. Deinde ſine loci nota & anni in fol. Et cum *Georgii Vallæ* commentario, Venetiis 1485. fol. & *Victoris Piſani* ibid. 1492. fol. Hinc poſt Perionii & H. Stephani curas locis quibuſdam caſtigata & illuſtrata eſt à Paulo Leopardo, Iſenbergenſi lib. VIII. emendationum, cap. 20. ſeq. & nuper cum Græcis Platonis & altera Chalcidii Latina interpretatione commentario Chalcidii præmiſſa à me eſt ad calcem tomi ſecundi operum S. Hippolyti, Hamb. 1718 fol. De libro *ad Hortenſium* (niſi Brutus intelligitur, in cujus exordio obitum Hortenſii multis deplorat Cicero) videant quibus eſt occaſio, atque ſi quid dignum luce adhuc ibi deliteſcat, bono publico ne invideant.

3. *Pars Metaphraſeos* Phænomenon ac Dioſemion *Arati*, Heroico Carmine. Nam poëtam quoque non omnino malum fuiſſe (*a*) Ciceronem, & quædam illius λείψανα poëtica fidem faciunt, & contendit Plutarchus in vita pag. 861. Hanc Arati Metaphraſin admodum adoleſcentulum ſe compoſuiſſe teſtatur Cicero II. de natura Deor. cap. 41. & videtur integrum adhuc habuiſſe Lupus Ferrarienſis (*b*) Epiſtola LXIX. Fragmenta quæ ſola hodie ſuperſunt cum Græcis comparavit præter Perionium & H. Stephanum in libris modo laudatis, Carolus Sigonius in ſua fragmentorum Ciceronis collectione, quibus addendæ obſervationes eruditiſſimorum virorum Pauli Leopardi XVI. 14. & XVIII. 16. ſeq. emendationum & Hadr. Turnebi VIII. 17. Adverſar. Petri item Leſcaloperii notæ ad Ciceronem de natura Deor. pag. 408. ſeq. & Hugonis Grotii viri ſummi Aratea, in quibus non modo fragmenta Ciceronis eo ordine quo Arato reſpondent exhibet, ſed & alio litterarum charactere verſus qui deerant ex ſuo ingenio ſuppletos interſerit atque adjungit, Lugdun. Bat. 1600. 4. Johannis denique Cochanovii editio neutiquam prætereunda, qui Aratum Ciceronis recenſuit & illuſtravit Cracov. 1579. 4. & quæ ad Aratea Tullii annotavit Janus Gruterus. * Reliquias *Metaphraſeos Arateæ* recenſuit etiam inter fragmenta Ciceronis Andreas Patricius, quas è Gudiana Bibl. accepi emendatas ex MSS. Fragmenta cæterorum ſcriptorum Ciceronis ſubjiciuntur etiam editioni Officiorum Lipſienſi 1611. 8.

4. Ce-

(a) * Ciceronem non malum fuiſſe Poetam notavit etiam nuper Regnerius Deſmerais ad Gallicam ſuam librorum de Divinatione verſionem.

(b) * Lupus Ferrarienſis Epiſtola LXIX. ad Ansbaldum: *Tu autem huic noſtro curſori Tullium in Arato trade, ut ex eo quem me impetraturum credo, quæ deeſſe ille Egil noſter aperuit, ſuppleantur.*

4. Cetera ſcripta Ciceronis deperdita hæc fere ſunt, quorum fragmenta ex veterum monumentis poſt *Rob. Stephanum*, collegit *Carolus Sigonius*, Venet. 1559. 8. & horum vincens induſtriam *Andreas Patricius*, Striceco-Polonus, ibid. 1650. 8. 1565. 4. & 1578. 4. ſuis vero Ciceronis editionibus (ſed ſine Patricii commentariis & Sigonii notis) ſubjecere Dionyſ. Gothofredus & Janus Gruterus, inde in alias etiam nonnullas editiones recepta, ut Londinenſem ac Gronovianam.

1. *Orationes* (*a*) 1. pro M. Tullio, 2. pro L. Vareno, 3. Cum Quæſtor Lilybæo decederet: 4. Pro P. Oppio, 5. Pro C. Manilio. 6. Pro M. Fundanio. 7. & 8. Pro (*b*) C. Cornelio. 9 In toga candida adverſus competitores conſulatus C. Antonium & L. Catilinam. 10. Pro Q. (*c*) Gallio. 11. De L. Otthone. 12. De proſcriptorum liberis. 13. Contra concionem Q. Metelli. 14. De conſulatu ſuo. 15. In Clodium & Curionem. 16. De Rege Ptolomæo (Auleta.) 17. Pro P. Vatinio. 18. Pro M. Æmilio Scauro. 19. Pro A. Gabinio. Præterea de quarum titulis ſolum conſtat. 20. Pro L. Corvino. 21. In deponenda provincia. 22. De L. Beſtia. 23. In Gabinium. 24. Pro Criſpio. 25. Pro Q. Mucio, & 26. De lege agraria, brevis. Subjecit etiam Patricius fragmenta orationum quæ exſtant, ſed non integræ pro P. Quinctio, pro M. Fontejo, de lege agraria Kal. Jan. & in L. Piſonem.

2. *Commentarii cauſarum*, quarum liber XIII. allegatur à Diomede. Aſconius quoque & Quintilianus memorant commentarios defenſionum Ciceronis, in quibus indicem & initia orationum ſuarum expoſuerat.

3. *Epiſtolæ* ad M. Titinnium.. Ad Cornelium Nepotem libri II. Ad C. Cæſarem libri III. Ad Cæſarem juniorem libri III. Ad C. Panſam libri totidem. Ad A. Hircium libri IX. ad M. Brutum libri VIII. Ad M. filium libri II. Ad Licinium Calvum. Ad Q. Axium. Ad Catonem. Ad Cereliam. Ad L. Plancum. His adde Græcas Epiſtolas, quarum meminit Plutarchus in Cic. pag. 873. ad Herodem, ad Gorgiam Rhetorem, ad Pelopem Byzantium.

4. *Libri II. de gloria*, quorum meminit ipſe Cicero cum alibi, cum

(a) Fragmenta ex orationibus Cic. deperditis, una cum notis Sigonii & Patricii Grævius præclaræ ſuæ orationum editioni tomo poſtremo ſubjunxit.

(b) Has pro Cornelio & tertiam in toga candida illamque, quæ eſt pro M. Scauro jam ſupra §. IV. num. 15. 16. & 40. retuli inter Orationes Ciceronis quæ exſtant, quoniam earum paulò copioſiora fragmenta ad nos pervenere, in quæ Aſconii Pediani commentarios habemus.

(c) Orationis *pro Q. Gallio* meminit S. Hieronymus Epiſtola ad Nepotianum. Duarum pro *P. Vatinio* Valerius Max. IV. 2. 4. ubi etiam laudatur Oratio *pro A. Gabinio*.

cum lib. 2. de Officiis. Equidem hos ex illo tot egregiorum ſcriptorum naufragio evaſiſſe atque tuliſſe ætatem varia, ſed parum certa hactenus fama fuit. Sunt enim, qui Franciſcum Petrarcham ejus cimelii poſſeſſorem fuiſſe affirmant. At Beatus Rhenanus An. 1531. ita ſcripſit ad Bilibaldum Pirckhaimerum: *Exſpectamus aliquid veterum librorum à te, Ciceronem de gloria, eundem de vita beata, quaſdam ejuſdem Orationes hactenus non viſas, Medeam Ovidii, Fontianum Poetam*, (num Fontanum quem Najadas à Satyris adamatas ceciniſſe refert Ovidius IV. 16. de Ponto?) *qui Provincias Romanas eleganti carmine deſcripſit, niſi tanto theſauro ſolus frui vis*. Rhenani Epiſtola ejus libri rerum Germanicarum ſubjicitur, & prodiit præterea in Centuria Epiſtolarum Philologicarum è Bibl. Goldaſti, Lipſ. 1674. 8. p. 212. Pirckhaimerii Bibliotheca in varias deinde manus pervenit (vide Georg. Richteri Epiſtolas pag. 232.) ſed nemo fuit repertus, qui libros illos proferret in lucem. Ab aliis arguitur Franciſcus Philelphus libros Ciceronis de gloria habuiſſe, & pleraque ex illis ſuo cuidam inſeruiſſe operi, atque deinde ne plagium pateret, igne eoſdem aboleviſſe. Ita præter Varillaſium in hiſtoria Ludovici XI. Menagius in Menagianis T. 2. p. 95. *Le traitè de la gloire de Ciceron fut trouvè tout entier par Philelphe. Il regarda cette heureuſe decouverte comme un moyen de ſe faire valoir dans le monde & acquerir une grande reputation. C'eſt pourquoi il ſongea d'abord à le faire paroitre comme ſon propre ouvrage; mais craignant que ce menſonge ne fuit decouvert, par la ſuite de temps, il fit un traitè* de contemtu mundi, *qu' il ne compoſa que des lambeaux du livre de Ciceron, qu'il attacha enſemble du mieux qu'il put, après quoy il jetta au feu le traitè de la Gloire, & fit perdre à la Rep. des lettres par cette action odieuſe un ouvrage ou il eſt à preſumer que Ciceron n' ètoit pas moins admirable ni moins èloquent que dans ſes autres ouvrages*. Liber de contemtu mundi ſub *Philothei Rogerii* nomine ab A. Schotto vulgatus eſt Colon. 1619. 12. & aureolus vocatur à Caſpare Barthio p. 2729. & 2820. Adverſ. ubi negat ſe aſſentire doctiſſimo Cambdeno, qui ſcriptorem illius ſuſpicabatur eſſe Britannum. Plurimi idem crimen abolitorum Ciceronis de gloria librorum impingunt *Petro Alcyonio*, qui ex illis pleraque in ſuos *de exſilio* libros duos tranſtulerit. Ita ſcribunt Paulus Jovius in elogiis c. 123. Criſtophorus Longolius p. 367. & 387. Epiſt. Lil. Gyraldus de Poëtis ſui temporis p. 45. Petrus Victorius præf. in Commentar. ad Ariſtotelis Poëticam, Antonius Verderius præf. ad Bibliothecam, ut recentiores, Paul. Colomeſium cap. 15. Opuſc. Nic. Antonium in limine operis de jure exſulum, Ant. Varillaſium

Digitized by Google

ſium in anecdotis Florentinis, Dav. Abercrombium in fure Academico &c. prætercam. Sed unius adſcribam verba Paulli Manutii è commentario in XV. 27. Epiſt. ad Atticum. *Libros duos ſignificat, quos de gloria ſcripſit, qui uſque ad patrum noſtrorum ætatem pervenerunt. Nam Bernardus Juſtinianus in indice librorum ſuorum nominat Ciceronem de gloria. Is liber poſtea, cum univerſam bibliothecam Bernardus monachorum monaſterio legaſſet, magna conquiſitus cura neutiquam eſt inventus. Nemini dubium fuit quin Petrus Alcyonius, cui monacho Medico ſuo ejus tractandæ Bibliothecæ poteſtatem fecerant, homo improbus furto averterit. Et ſane in ejus opuſculo de exſilio adſperſa nonnulla deprehenduntur, quæ non olere Alcyonium auctorem, ſed aliquanto præſtantiorem artificem videantur.* Equidem lubens aſſentior Nobiliſſimo Viro Jo. Burchardo Menckenio, qui in præfatione ad Alcyonium de exſilio, quem Lipſiæ anno præſenti 1707. 12. recudi curavit, ab hoc eum crimine abſolvendum, & ab æmulis iſta oneratum eſſe calumnia exiſtimat. Neque audet criminationis præſtare veritatem Petrus Bælius in Lexico ſuo, ubi de Alcyonio diſſerit. Miror vero quales ſint Critici in quos Morlierius in libro Gallico quem inſcripſit. *Eſſais de litterature pour la connoiſſance des livres* A. 1702. 12. T. I. p. 22. invehitur his verbis: *Certains Critiques -- ont osè avancer que le traitè de gloria qu' on ſçait que Ciceron a fait & qui s' eſt perdu malheureuſement, n' eſt autre que celui d' Oſorio, qu' ils pretendent qu' un plagiaire du XVI. ſiecle publia ſous le nom de cet Eveque, ayant decouvert le Manuſcrit de Ciceron, qui avoit ètè ègarè durant pres de XVIII. ſiecles. Quelle illuſion?* * *Libros duos* Ciceronis *de gloria* à Raimundo Superantio, JCto Siculo donatos Franciſcus Petrarcha acceperat, (*a*) ſed quos ipſe libro XVI. ſenilium Epiſt. 1. pag. 1046. edit. Baſil. amiſſos queritur, cum præceptor ejus mutuo illos acceptos à Petrarcha propter rem anguſtam domi oppignoraſſet, nec luendi iterum daretur poteſtas. Petrum vero Alcyonium, Venetum, neſcio quomodo æqualium ſiniſtræ criminationes, ſuppreſſorum librorum arguunt, nam & Pierius Valerianus libro 2. de infelicitate literatorum pag. 362. ſcribit *Petri Marcelli libros quatuor exactiſſimæ interpretationis in Mathematicas diſciplinas, cum in Alcyonii manus incidiſſent, ita ſuppreſſos fuiſſe, ut nuſquam amplius apparuerint.* Tamen de libris Ciceronis de gloria interceptis ab Alcyonio non perſuaſerunt Clariſſimo Sacyo, ubi hujus ut putat calumniæ facit mentionem in præfatione ad libros tres, quos de gloria diſerte & eleganter Gallico ſtylo conſignavit. Atque operæ pretium eſt videre, quæ de Al-

cyonio

(a) Confer Papyrii Maſſoni elogia Tom. 2. pag. 77. ſeq. Menagiana Tom. IV. p. 86.

Digitized by Google

cyonio notarunt Diarii Veneti auctores, Giornale de' letterati d' Italia Tom. III. pag. 26. ſeq. & Antonius Magliabechius in Epiſtola ad nobiliſſimum Menckenium Act. Erud. 1707. pag 279.

5. *Oeconomica* ex Xenophonte, lib. III. * *Oeconomicorum* liber primus præcepta habebat quomodo debeat mater familias domi agere: ſecundus quemadmodum foris pater familias, & tertius denique agriculturam, teſte Servio in 1. Georgic. Fragmentis ex illo opere Benedictini monent addendum locum S. Ambroſii III. 6. de officiis. Tom 2. p. 117. Fragmenta Oeconomicorum Tullii ſubjecta ſunt editioni nitide Oeconomici Xenophontis Græco latinæ Oxon. 1703. 8.

6. *Protagoras*, ex Platonis dialogo translatus.

7. *Demoſthenis & Æſchinis Orationes contrariæ de Corona*, cujus interpretationis proœmium habemus ſub titulo libri de optimo genere Oratorum.

8. *Laus M. Catonis*, quam impugnavit C. Cæſar.

9. *De Philoſophia* liber, ſive *Hortenſius*. * *Hortenſii* Ciceroniani lectione ad ſapientiæ ſtudium ſe accenſum ſcribit S. Auguſtinus proœmio de Vita beata & lib. 1. cap. 10. de Ordine & lib. 3. Confeſſ. c. 4 Ille Ciceronis Hortenſius ſive ad Philoſophiam exhortatio citatur etiam ab auctore dialogi de cauſis corruptæ eloquentiæ c. 16. Franciſcus Petrarcha lib. XV. ſenilium Epiſt. 1. narrat ſe incidiſſe in librum Ciceronis, qui de laude Philoſophiæ inſcribebatur, ſed deceptum falſo titulo, poſtea deprehendiſſe libros Academicos illo volumine contineri. Avorum noſtrorum memoria jacturam Hortenſii Ciceroniani levare inſtituit Jacobus Sadoletus Phædro ſuo, ſive de laudibus Philoſophiæ libris duobus, quorum priore ſtudium Philoſophiæ rejicit, altero commendat ac tuetur. Prodiit Lugduni apud Gryphium 1538. 4. atque inter diſertiſſimi illius Cardinalis opera junctim excuſa Moguntiæ 1607. 8. pag. 558.

10. *Catulus*, Academicus liber I. editionis primæ. Editionis ſecundæ liber II. III. IV.

11. *De jure Civili*. Gell. & Chariſ.

12. *Liber de ſuis conſiliis*, ſive expoſitio conſiliorum ſuorum, ἀπολογισμὸς τῶν ἰδίων βουλευμάτων. Boëth. lib. I. c. 1. de Muſica. Aſconius ad Orat. in toga candida. Dio XXXIX. p. 96. Vide infra, Ἀνέκδοτα.

13. *De Auguriis*. Chariſ.

14. *Conſolatio* ſive *de luctu minuendo*, cum Tulliola ejus obiiſſet, liber ex Crantore maximam partem expreſſus.

15. *Chorographia*, Priſcian.

16. Poëmata Heroica, *Alcyones*, *Limon*, *Marius*, & *de Conſulatu*

ſulatu ſuo, ſive *de ſuis temporibus libri III.* * *Poematis de Conſulatu ſuo* meminit Cicero ipſe II. 3. ad Attic. atque reſpicit illud Servius ad VIII. Eclog. verſ. 106. Similiter de conſulatu ſuo ſcripſerat *Cato*, nec non *Q. Catulus* de conſulatu ſuo ac rebus geſtis, & *Scaurus* de vita ſua, & *Gracchus* de legibus à ſe promulgatis. Nam ut Tacitus cap. 1. Agricolæ, *plerique ſuam ipſi vitam narrare fiduciam potius morum, quam arrogantiam arbitrati ſunt*. Cæterum Cicero magnis etiam precibus poſtulaverat à *L. Lucejo*, ſcriptore belli Marſici, ut res eventuſque Cicerone Conſule geſtos ſcriberet, lib. V. Epiſt. 12. ſed non videtur illi hoc ut faceret perſuaſiſſe. Una etiam Luceji Epiſtola ætatem tulit, quæ legitur inter Ciceronianas V. 14. Magnis hic Tullii amicus laudibus effertur ab auctore diſſertationis, quæ inſerta eſt Ephemeridibus litterariis Hagenſibus (Journal literaire) Tom. V. pag. 137. ſeq. ubi diſputatur de ſtudio quo conatus fuit Cicero Lucejum Attico ſuo reconciliare. Ciceroni autem nimis gravis dica dicitur propter hæc verba lib. 1. Epiſt. 10. ad Atticum: *Sed hæc ſanabuntur cum veneris, aut ei moleſta erunt in utro culpa erit*. Poſtremorum enim verborum non eſt ſententia, Lucejo creandam moleſtiam, uter etiam ex illis auctor exticerit culpæ & offenſæ, ſive injuriam alteri fecerit: ſed vero hic, ni fallunt me omnia, eſt ſenſus, moleſtiam fore imponendam illi, in quo futura ſit culpa, quo minus iterum poſſint redire invicem in gratiam.

17. Elegia *Tamelaſtis*. Serv. in 1. Æneid.

18. Jocularis quidam libellus è quo Quintilianus VIII. ult. hoſce duos verſus producit:

Fundum Varro vocat, quem poſſim mittere funda,
Ni tamen exciderit qua cava funda patet.

19. His adde poëma Jambicum ab adoleſcentulo compoſitum, quod inſcripſerat *Pontius Glaucus*. Plutarch. Cic. p. 861.

20. Videtur etiam nonnulla loca inſignia & forte libros integros *Homeri* latinis reddidiſſe verſibus. Vide A. Patricii notas ad ſectionem quartam fragmentorum p. 38. ſeq. * De *Epigrammate* Ciceronis *in Tironem ſuum* videndus Plinius junior VII. 4. Epiſt.

Ἀνέκδοτα ſua memorat Cicero II. 6. & XIV. 17. ad Atticum, qui forte idem liber ἀπόῤῥητος de quo Dio Caſſius, Ciceroni iniquior, XXXIX. p. 96. Conſule Vavaſſorem de ludicra dictione pag. 370. ſeq. & Loënſem lib. I. Epiphyllidum c. 6. Non igitur primus Anecdota ſcripſit Procopius, ſed ante eum Cicero, qui in illo ſuo volumine multa in Cæſarem, & Craſſum acerba poſuit. Ante Ciceronem Theopompus. * De *Anecdotis* (libri hæc eſt inſcriptio) videndus Malaſpina & alii ad II. 6. & XIV. 17. ad Atticum.

Sta-

Statilii Maximi de ſingularibus apud Ciceronem, Chariſio *(a)* laudatus liber, pariter intercidit; * quod eo magis dolendum, quod Plinius major & Quintilianus non pauca eum inveniſſe vocabula, & iis linguam auxiſſe Latinam teſtentur. Inſigniora quæ hodie in ſcriptis Ciceronis exſtant de vocibus rarioribus habes collecta in indice quinto penoris Tulliani, quod Georgio Ludovico Frobenio auctore prodiit Hamb. 1619. fol. Conſulendus etiam Rev. præſulis Hildeſienſis Jac. Frid. Reimanni liber editus Halæ 1718. 8. *introductio in hiſtoriam vocabulorum linguæ Latinæ*, p. 24. ſeq.

VIII. Supereſt ut dubia vel ſuppoſita *(b)* Ciceroni ſcripta paucis perſequar. Sunt vero:

1. *Libri IV. Rhetoricorum ad Herennium*, de quibus jam dictum eſt ſupra § III.

2. *Reſponſio ad invectivam C. Salluſtii Criſpi*, quæ in Salluſtii etiam editionibus quibuſdam legitur. Cceronem illius auctorem eſſe negat Seb. Corradus in quæſtura p. 151. ſeq. qui *M. Porcio Latroni (c)* tribuendam conjicit. Vide præterea, ſi placet, P. Victorium XV. 3. Var. lect. Voſſii Inſtitut. Orator. lib. 1. p. 60. & Jo. Rainoldi prælect. XV. de libris Apocryphis T. 1. p. 167. * *Reſponſio ad invectivam Salluſtii*, quæ Ciceroni ab aliis, ab aliis M. Porcio Latroni tribuitur, incipit; *Ea demum magna voluptas eſt, Criſpe Salluſti, æqualem ac parem verbis vitam agere*. Altera Porcii Oratio in Catilinam legitur in Salluſtii editionibus pleriſque, etiam noviſſima Cantabrigienſi Joſephi Waſſe V. C. ſecuti Pariſienſem adjunxit. Hic Porcius Latro, ut ex Euſebii Chronico colligas, anno Auguſti Imp. quadrageſimo ſibi ipſi mortem attulit tædio du-

(a) Citat Chariſius lib. 2. pag. 175. & 193. Libros plures an unum ex Chariſio non conſtat. Libros vocat Daumius de cauſis amiſſarum Latinæ linguæ radicum cap. 18. pag. 59. Librum Morhoſius cap 6. de Patavinitate Liv. pag. 82.

(b) Adhuc ſuperſtite Cicerone jam tum erant qui aliena ipſi ſupponerent, qua de re conqueritur Orat. pro Plancio: *Ego ſi quid eſt, quod mihi ſcitum eſſe videatur, non adſpernor. ſtomachor vero cum aliorum non me digna in me conferuntur.* Præcipue joci, ſales, & dicta aliorum Ciceroni tribuebantur, quod ſibi minus jucundum accidiſſe ſcribit VII. Epiſt. 33. ad Volumnium. Deinde ut ex M. Seneca apparet, fuere illis temporibus declamatores, qui ut de aliis argumentis, ita etiam pro Cicerone & contra Ciceronem orationes ſcriberent.

(c) Plurimas hic declamationes compoſuit, interdum etiam extempore dicere ſolitus. Neque enim diſcipulos ſuos audivit declamantes, ſed uti apud Græcos Nicetas declamavit ipſe tantum, profeſſus ſe non eſſe magiſtrum, ſed exemplum. Unde contumeliæ primum cauſa à deridentibus ejus diſcipuli dicti ſunt *auditores*, quod verbum deinde promiſcue in uſu eſſe cœpit. Vide Senecam controverſ. 25. Apud eundem Senecam plurima hujus Porcii referuntur, qui eum reliquis fere omnibus præfert declamatoribus: interdum reprehendit, ſed raro. Ex illo diſces præterea, ſub Auguſto Imp. Latronem claruiſſe. Huic Porcio Latroni tribuitur & altera Oratio in Catilinam, quam exhibent pleræque Salluſtii editiones.

plicis quartanæ. Plura de illo collegit Nic. Antonius lib. 1. Bibliothecæ Hiſpanæ veteris cap. 3.

3. *Oratio ad populum & equites, antequam iret in exſilium.* Conficta vel à veteri quodam Sophiſta, vel certe ab aliquo, qui commentis ſuis nonnulla vere Ciceroniana inſeruit, ut notat H. Dodvvellus diſſ. 1. ad S. Irenæum p. 53. Lambino judice *inelegans, inconcinnaque eſt, inſulſa atque inepta, denique vix latina.* * *Orationem ad populum & equites* Ciceroni adſcriptam commentario illuſtravit Albertus Lenicerus. Witeb. 1572. 8.

4. *Epiſtola* ſive *declamatio* potius *ad Octavium*, qua Remp. oppreſſam ipſi exprobrat. * *Epiſtolam* ſive *declamationem ad Octavium*, ſive ut habet Lambecius II. pag. 936. *ad Octavianum* Paulus Manutius ſubjunxit Epiſtolis ad Q. Fratrem, additque ἐκ τοῦ χαρακτῆρος intelligere ſe quod alium quam Ciceronem habeat auctorem. Vide & Petrum Victorium ad calcem caſtigationum in Ciceronis Epiſtolas ad diverſos. Gallice vertit Bartholomæus Annulus A. 1542. Incipit: *Si per tuas legiones mihi licitum fuiſſet.* Male apud Lambecium per tuas *legationes*.

5. *Oratio de Pace*, edita à Carolo Merovillio in editione Orationum Cic. in uſum Delphini. Sane ex Dionis libro XLIV. conſtat hujuſcemodi orationem dictam eſſe à M. Tullio, ſed genus loquendi non eſt Ciceronis, verum alicujus qui ex Dione utcunque ſententiam & argumenta ejus expreſſit. * Hanc ſeparatim edidit, & Ciceronis haud eſſe demonſtravit Henr. Leonardus Schurtzfleiſchius. Witeb. 1712. 4.

6. *Oratio pro M. Valerio*, ſcatens ſolœciſmis, tantum abeſt ut Ciceronis haberi poſſit: in editionibus itaque operum Tullii recte prætermiſſa.

7. *Conſolationem* ſuper Tulliæ Filiæ obitu ſcripſiſſe Ciceronem, quæ prægnans à Dolabella dimiſſa non diu à partu obierat, ex multis Ciceronis (*a*) ipſius locis conſtat: ſed quæ ſub ejus nomine edita eſt ſub initium Anni 1583. primum Venetiis à Franciſco Vianello Veneto, Ciceronem neutiquam auctorem agnoſcit, licet Carolus Sigonius tribus Orationibus eam conatus fuit Ciceroni vindicare. Scripta igitur creditur vel à *Carolo Vianello*, ut contendit Jo. Rhodius de ſcriptoribus pſeudonymis p. 17. ſeq. vel à *Carolo Sigonio* potius, ut ipſum denique confeſſum eſſe ſunt qui tradant. Vide Latini Latinii lucubrationes T. 2. p. 188. Sigonio etiam

(a) Confer ſi placet Sigonii & Andreæ Patricii notas ad fragmenta è conſolatione Ciceronis, quæ cum illa Pſeudo-Tullii conſolatione & A. Riccoboni judicio ad Hieron. Mercurialem quo illam Ciceronis haud eſſe oſtendit, & Sigonii binis pro illa Orationibus prodierunt Bononiæ 1583. 8. Oratio tertia Sigonii prodiit ibid. 1639. 8.

etiam tribuit Benedictus Menzinus de literatorum hominum invidia cap. IX. Ciceronis non eſſe acriter pugnat præter A. Riccobonum Janus Guilelmius in aſſertione adverſus Sigonium Pariſ. 1584. 8. & Juſtus Lipſius Epiſt. 35. 66. 75. & 91. Centuriæ I. Miſc. & Epiſt. 14. Centuriæ ad Italos & Hiſpanos. Eleganter ſcriptam lectuque dignam nemo qui evolverit diffitebitur. Occurrit in editionibus quibuſdam Ciceronis, ut Gruteriana: Separatim vero excuſa eſt in variis locis non modo Italiæ, ſed Germaniæ quoque, ut Erfordiæ 1585. 8. Norimb. 1598. 8. & translata in linguam Gallicam à Benedicto du Troncy Lugd. 1584. 8. & alio neſcio quo auctore Pariſ. 1644. 12. Anglicam quoque verſionem Catalogus memorat Bodlejanus. * *Conſolatio* Ciceroni ſuppoſita eo ipſo anno 1583. ſtatim recuſa Bononiæ apud Jo. Roſſium, in 8. cum fragmentis à Sigonio & Andrea Patricio collectis judicioque Riccoboni (a) qui illam Ciceronis eſſe negat, & duabus Sigonii, quibus Ciceronem auctorem eſſe contendit, Orationibus. Prodiit etiam Norimbergæ A. 1584. & in Cicerone Dionyſii Gothofredi, nec non in Juſti Lipſii operibus Criticis cum ejus cenſura, & genuinæ quæ intercidit conſolationis Tullianæ fragmentis.

8. *Liber de Synonymis* ad *L. Victurium* ſive Veturium, ut vocat Morhofius libro de dilatione Oratoria p. 10. Sub nomine *Ciceronis Victurii* editum Venetiis 1587. 8. memorat Lambecius lib. 2. de Bibl. Vindob. p. 935. Mihi quidem ad manus eſt editio Auguſtana Anni 1488. cum inſcriptione: *Ciceronis de proprietatibus terminorum*. Incipit: *Inter polliceri & promittere hoc intereſt, quod promittimus rogati, pollicemur ultro*. Catalogus Heinſianus refert Ciceronis Synonyma Victurii & Steph. Fliſci Venet. 1515. 4. * *Synonyma* ſub Ciceronis nomine primum excuſa Paduæ, ſive Patavii 1482. 4. per Matthæum Cerdonis: deinde ſine loci notatione 1483. 4. ſub titulo *de dictionum proprietatibus*. Et Auguſtæ 1488. 4. *de proprietatibus terminorum*. Eſt etiam in manibus editio Pariſienſis apud Aſcenſium ſine anni nota in 8. præmittitur Epiſtola: *Cicero Lucio Venturio ſalutem: Collegi ea quæ pluribus modis ſynonyma dicerentur* &c. Eraſmo judice eſt tumultuaria non adeo multarum vocum collectio ab aliquo Ciceronis ſtudioſo utcunque facta ex ejus ſcriptis.

9. *De re militari* fragmentum ſub Ciceronis nomine editum in recentioribus editionibus Vegetii, & minori editioni Officiorum Ciceronis ſubjectum Amſtelod. 1625. apud Guil. J. Cæſium. An-

(a) Antonii Riccoboni Epiſtola ad Hieron. Mercurialem. Confer Diarium Venetum, Giornale de' letterati d'Italia Tom. XXIV. pag. 37. & Gottridi Balthaſaris Scharfii exercitationem de auctore Conſolationis Ciceroni tributæ, in Miſcellaneis Lipſienſibus à Car. Frid. Pexoldo vulgatis 1717. 8. Volum. VI. pag. 119. ſeq.

gelo quidem Decembrio judice parte X. politiæ literar. lib. 2. p.56. *plenum ineptiis, & præſentis ævi vulgaritati congruens potius quam Ciceronis dignitati.* * *De re militari fragmentum* ad calcem ſcriptorum quorundam Ciceronis, ex caſtigatione Nicolai Angelii Bucinenſis vulgatum Florentiæ apud Philippum Juntam 1516. 8. hac inſcriptione: *Inter alia Ciceronis opera & hoc ipſum de re militari repertum eſt, quod cum non plane probaverimus, tum dicendi figura, cum plurimus mendis, ideo à ceteris ſecrevimus.* Judice Caſellio lib. 1. Var. Lect. cap.16 *Modeſti* ſive alterius libellus eſt, inter M. Tullii monumenta ineptiſſime relatus.

10. *Orpheus*, ſive *de adoleſcente ſtudioſo*, ad Marcum filium Athenis verſantem, poſt Venetam editionem vulgante Friderico Monavio. Regiomonte 1643. 8. * *Orpheus* ſub Ciceronis nomine poſt Venetam editionem Anni 1593. 8. apud Jo. Baptiſtam Gottum, à Julio Cæſare Gluſiano Squarcia JCto curatam, prodiit ſeparatim vulgante Friderico Monavio, Elbingæ Boruſſor. 1643. 8. Scribit Squarcia in præfat. ad Jo. Petrum Ayroldum Marcellanum, Medicum ac Philoſophum, in gaza D. Marci Venetiis extare non modo Codices editorum ſcriptorum vulgatis meliores, ſed & non editos: *in his Auſonii Poetæ de aurifica Philoſophia, quam Alchymiam vocant, parva Iſagoge ſatis erudita & minime obſcura: item fragmenta quædam ex libris ut mihi quidem videtur de Rep. Marci Tullii, & libellus de Orphei moribus & vita, Ciceroni inſcriptus. Mitto igitur ad te Orpheum, quem vel ipſius eſſe Ciceronis, vel ex officina alicujus prodiiſſe qui proximus ætati Ciceronis vixit, tute qui mihi inſtar es omnium Manutiorum, teſtis eſſe poteris. Auſonium commendavi perilluſtri Viro Caſpari Soromano, Patricio Mediolanenſi.*

11. *De memoria*, quod nonnulli crediderunt *Tironis* eſſe, liberti Cic. vel potius interpolatam particulam è libro IV. Rhetoricorum. *Jacobus Lectius JC tus cultiſſimus in oratione VIII. quæ eſt de memoria, meminit aliorum fide exſtare apud Florentinos Ciceronis opus de memoria artificiali inſcriptum, quod ipſi tamen fabuloſum videtur.* Morhof. 1. Polyhiſt. p. 364. * *De memoria* nonnulli habent pro interpolata particula è libro III Rhetor. ad Herennium cap. 16. ſeq. & de Oratore lib.2. c.86. ſeq.

12. *Notæ* tachygraphicæ ſive *ſiglæ*, quas in Steganographia ſua Trithemius tribuit Ciceroni, Tironem ejus libertum auctorem habent, ut dicam infra in Seneca Philoſopho.

Denique *libellus de petitione Conſulatus*, qui in editionibus Ciceronis exſtat, non M. Tullii eſt, ſed ad eum ſcriptus à Q. Cicerone fratre, & lectione haud indignus, nec injucundus, quamvis H. Stephanus in Pſeudo-Cicerone p.180. ſcripſit *dictionem ejus*

cum

cum fratris ſermone collatam, non minus radere delicatas aures, quam filii Ciceronis & Cœlii & Aſinii Pollionis, aliorumque Tullii æqualium, quorum ad illum Epiſtolæ exſtant. * *Q. Fratris* liber *de petitione Conſulatus* in editione Ciceronis Veneta commentariis Manutiorum illuſtrata occurrit tomo nono, cum commentario *Valerii Palermi*, Veronenſis. Libris etiam Tullii Rhetoricis ſubjicitur in editione Aſulani & Barthol. Alexandrini Venet. 1485. fol. Separatim nuper edidit V. C. *Chriſtianus Gottlieb Schvvartzius* Altdorfii 1719. 8. una cum verſibus viginti hexametris, qui ſub Quinti hujus Ciceronis nomine exſtant pridem editi *de ſignis cœleſtibus*, quo tempore quodque illuſtre ſit, in Eclogario Auſonii pag. 558. edit. Tollianæ, & inter poëmata vetera à Viris doctis collecta. Ab eodem doctiſſimo Schvvartzio aliam editionem earundem Quinti reliquiarum expectamus, ipſius & aliorum notis diligenter illuſtratam.

IX. Jam *editiones* Operum Ciceronis videamus: Ægidius Menagius in Originibus Gallicis p. 198. affirmat editionem Ciceronis Romanam apud Ubertum Gallium A. 1458. nomen dediſſe generi litterarum quod vulgo à typographorum filiis vocatur *Cicero*, ab Italis *antico commune*, quoniam nimirum Ciceronis ſcripta charactere illiuſmodi excuſa fuerint. Sed numerus 1458. haud dubie eſt corruptus, & legendum 1468. 8. quo anno non totus Cicero, ſed libri ejus tres de Oratore in urbe Roma prodierunt, uti Tuſculanę quæſtiones A. 1469. & alia ſcripta quædam A. 1471. Nihil enim Ciceronis exſcriptum typis eſt ante editionem Moguntinam librorum de officiis, quam ſupra notavi prodiiſſe A. 1465. Plura deinde ſcripta Ciceronis junctim prodiere Venetiis, Neapoli, & Mediolani: ut Labbeus, Beughemius, & alii jam annotarunt. * Ciceronis officia, Paradoxa, Lælius, Cato de natura Deorum, de divinatione, Tuſculanæ, libri de finibus, de fato, de petitione Conſulatus: pars libelli de Philoſophia, Timæus, Academicæ quæſt. & de Legibus, Rom. 1471. fol. per Conr. Svveinheim & Arnoldum Pannartz. Cicero de natura Deorum, de divinatione, de fato, de legibus, Academicæ quæſtiones; libri de finibus, Q. Cicero de petitione conſulatus, M. Cicero de univerſitate, Somnium Scipionis, & de re militari, ex *Nicolai Angelii* Bucinenſis caſtigatione, cujus Epiſtola ad Bernardum Divitium Bibienſem Cardinalem præmittitur, Florent. apud Philippum Juntam 1516. 8. At enim omnium quæ exſtant Ciceronis ſcriptorum prima ni fallor eſt * Mediolanenſis 1498. fol. 2. Volum. quam clariſſimus Perizonius legavit Bibliothecæ Leidenſi. *Aldina*, A. 1519.-1522. 8. novem voluminibus. Hujus

Digitized by Google

paginas editionis ſecutus eſt in theſauro ſuo *Nizolius*, itaque eas in margine ſervarunt laudabili ſtudio Argentoratenſes, & quædam aliæ. Poſt hanc occurrunt Pariſienſis A. 1522. fol. 2. Vol. apud *Badium Aſcenſium*. Baſileenſis Cratandri, & altera Hervagiana A. 1534. fol. 2. Vol. Veneta A. 1537. fol. IV. Vol. ex officina *Juntæ*, editio nitidiſſima & caſtigatiſſima ad fidem MSS. Codicum, Medicei præſertim, ſed nec minus rariſſima, curante edita *Petro Victorio* (*a*) cujus ſingularis viri induſtriæ ac ſolertiæ dici non poteſt quantum Cicero debeat. * Pariſienſis nitidiſſima 1539. fol. 2. Volum. cum *Petri Victorii* explicationibus ſuarum in Ciceronem caſtigationum, quæ deinde ſunt recuſæ in editione Ciceronis Lugd. ap. Seb. Gryphium, A. 1540. 8. & ſeparatim 1552. 8. in qua editione acceſſerunt poſteriores Victorii in Epiſtolas ad diverſos caſtigationes. In his pag. 676 purgat ſe à plagii crimine, quod *Paulus Manutius* ei impegerat tum alibi tum ad lib. XIII. Epiſt. 8. Hos duumviros de Cicerone & latinis literis præclariſſime meritos Victorium & Manutium conferens inter ſe Janus Gruterus, neutro vel meritis vel eruditione minor, notis in lib. IX. ad familiar. Epiſt. 16. *Ita edidit Victorius, cui licet repugnet Manutius, moneo tamen lectorem ne attendat: nam ille bonus vir non ſatis ingenii ad emendationem Tullii attulit, neque (libere loquor) ſatis judicii, ſoleoque Petri Victorii operam multis paraſangis præferre.* Victorio etiam plurimum tribuit elegantiſſimus Grævius præfat. in eaſdem Epiſtolas, quo judice illi uni plus Cicero debet quam reliquis omnibus qui in eo perpoliendo tempus ſtudiumque poſuerunt. Ex recognitione *Joach. Camerarii*, cum P. Victorii caſtigationibus, Baſil. 1540. fol. 2. Vol. Lugdunenſes ap. *Seb.* & *Antonium Gryphios*. A. 1540. 8. & 1548. 1559. 1571. 12. ex recenſione *Jo. Mich. Bruti*, novem voluminibus. Argentoratenſis, *à Jo. Sturmio* poſt Naugerianam & Victorianam correctionem emendatæ. A. 1540. 1557. 1564. 1574. 8. novem Voluminibus. Rob. Stephani, Pariſ. 1543. ſeq octo Voluminibus 8. *Caroli Stephani* Pariſ. 1555. fol. 2. vol. nitida & luculenta editio. Venetæ A. 1540 ſeq. 1550. ſeq. & 1564. 8. decem voluminibus ex emendatione *Paulli Manutii*. Ex recenſione *Dionyſii Lambini*, una cum ejus notis, Pariſ. 1566. & 1584. Lugd. 1577. fol. 2. vol. Pariſ. 1573. 8. novem voluminibus. Argent. 1581. 8. totidem vol. * Lugduni 1588 fol. 2. vol. & Genevæ 1594 8. & cum notis Lambini & *Fulvii Urſini* Genev. 1584. fol 2. vol. Nonnunquam ingenio

(a) Victorii explicationes ſuarum in Ciceronem caſtigationum ſunt excuſæ etiam ſeparatim, ut Lugduni apud Seb. Gryphium 1540. 8.

nio plus nimium indulſiſſe (*a*) & contra MSS. Codicum fidem mutaſſe quædam vir doctus arguitur. * Lambinus licet contra fidem MSS. nonnulla minus feliciter mutavit (ut arguitur etiam à Mureto XVIII. 7. var. lect.) atque ut ipſe loquitur *invitis & repugnantibus libris omnibus*, tamen judice Bentleio, audaciore etiam ſed doctiſſimo Critico, *acute interdum cernit, ubi cæteri cæcutiunt.* pag. 719. emendatt. ad Tuſculanas. Cum commentariis exquiſitis, & elaboratiſſimis *Paulli* (*b*) & *Aldi Manutiorum*, Venet. 1578. (*c*) 1583. fol. quatuor voluminibus. Præclara neque ubique obvia editio. * *Aldum Manutium* (Pauli F.) exactiſſimum Ciceronis interpretem, qui Codices MSS. Ciceronis ex illuſtriſſimis Bibliothecis conquiſitos ad triginta vidit, contulit & *διττογραφήματα* curioſe adnotavit, laudat Reineſius p. 326. Var. lect. Ex *Dionyſii Gothofredi* recenſione cum ejus notis, Genev. 1596. 4. charactere typorum minuto. Francofurtenſis ad Manutianam & Brutinam conformata, A. 1609. 8. decem vol. Genevenſes 1608. 8. 2. vol. ex edit. Lambini, minutis typis. Iterum 1624. 8.

Præter editiones minores Tullii ut Lugdunenſem in 12. apud Frelonium, ex recenſione Jo. Boulierii, novem voluminibus, & Hanov. 1603. 12. & Auguſtæ Mantuanæ 1620. 12. extat & haut contemnenda Wecheliana Hanovienſis 1609. 8. decem vol. & *Dionyſii Gothofredi*, Genev. 1606. 4. & Ciceronis opera in ſectiones apparatui (*d*) latinæ locutionis reſpondentes diſtincta & ſimul paginas Aldinæ edit. annotatas habens, cum notis Lambini & Dionyſii Gothofredi in ora cujuslibet paginæ ſtatim adſcriptis, Colonię Allobrogum ſive Genevæ 1616. fol. typis majoribus IV. Volum. ſed quæ duobus non incommode compingi poſſunt. Et minori charactere ibid. 1633. 4. &c. *Suffridus Petri* paratas in totum Ciceronem caſtigationes habere ſe ſcripſit litteris ad Lambinum datis Lovanii 4. Kal. Dec. 1571. in Epiſtolis à Sim.

(a) Vide H. Stephani Pſeudo-Ciceronem p. 14. ſeq. p. 23. 57. 107. 185. 205. ſeq. Thuanum extremo libri LXXX. Hiſt. Lipſium in Satyra Menippea & A. Schottum in Caroli Langii vita. Pro Dionyſio Lambino male Lampadius legitur in ejuſdem Schotti Tullianis quæſtionibus IV. 4. 281.

(b) Manutium etiam quandoque lectiones conſenſu veterum librorum deſtitutas in textum recipere aliaſque probas exturbare obſervat H. Stephanus in Pſeudo-Cicerone p. 59. ſeq. 211. 216. Idem tamen ſcholia & notas doctiſſime atque accuratiſſime ſcriptas fatetur p. 119. 226. quanquam & in his quaſdam ſibi non oſtendit probari tum eo ipſo in libro, tum in commentariolo de variis generibus Epiſtolarum Ciceronis deque varia earum ſcriptione.

(c) * Editio Veneta Manutiorum 1578 decem diſtincta tomis eſt, ſed qui voluminibus quatuor in fol. commode poſſunt compingi. Dolendum quod vitiis typographicis paſſim deturpata offenditur.

(d) Apparatus latinæ locutionis poſt Nizolii principia ex Cicerone ab Alexandro Scoto collectus prodiit, ut alias editiones mittam, Pariſ. 1627. 4.

Sim. Abbeſio Gabbema editis pag. 249. & 247. ad Tho. Guarinum typographum Baſileenſem. *Carolus Langius* A. 1570. 3. Kal. Octobr. ad eundem Suffridum miſit tomum poſteriorem operum Tullii, cujus aliquot libros cum vetuſtis aliquot manu exaratis exemplaribus bona fide recognovit. Vide ibid. p. 246. ubi etiam alterum priorem tomum alio ſe tempore miſſurum pollicetur, ſed quod morte præventus (pag. 254.) facere non potuit

Hamburgenſis ex recognitione & cum notis *Jani Guilelmii* (a) (qui 27. vix annorum cum eſſet, Ciceroni ad MStos Codices recenſendo A. 1584. immortuus eſt) & *Jani Gruteri*. Hamb. 1618. fol. 2. vol. Editio luculenta & capitibus diſtincta, emendataque diligenter, quamque adeo reliquis quæ exſtant univerſis præferre non dubito. Ad ejus paginas aptatum penu Tullianum ſive Indices copioſiſſimi in Ciceronem à Georgio Ludovico Frobenio ibidem in folio editum. Editio Gruteri recuſa eſt Londini 1681. fol. ſed capitum diſtinctione omiſſa, quod merito dolet Tho. Crenius V. C. parte 1. animadverſ. Philolog. p. 8. Leidenſes, Amſtelodamenſes, eandem ſecuti ſunt minoribus typis plus ſemel, ac noviſſime Baſileenſes, (ſive Genevenſes potius) A. 1687. 4. * Ante Gruterum *Jo. Wouverius* notas quaſdam *Jani Guilelmii* in Ciceronem nactus, novam eloquentiſſimi ſcriptoris ἔκδοσιν mediatus eſt, ut conſtat ex Petri Scriverii Epiſtola, in ſylloge Antonii Matthæi p. 405. *Cornelii Schrevelii* editio Lugd. Bat. 1661. 4. cum notis. *Elzeviriana*, Lugd. Bat. 1642. 12. decem voluminibus, perquam nitida & emendata editio. *Blæviana*, Amſt. 1658. 12. decem voluminibus, nitida & ipſa. Ex *Jacobi Gronovii* V. C. recenſione editio duplex Ciceronis lucem vidit Lugd. Bat. 1692. duobus vol. 4. & quinque voluminibus in 12. Præter nonnullos libros ad MSta de integro collatos, notaſque editoris hoc habet eximium, quod Aſconii Pediani, & Anonymi Veteris, licet cum Aſconio neutiquam comparandi, ſcholia Orationibus ſtatim per ſingulas paginas, quod fecit etiam præſtantiſſimus Grævius, ſubſtrata exhibet. * *Jacobi Gronovii* Cicero præter ea quæ ab Clariſſ. editore acceſſerunt, habet integras notas Jani Guilelmi, Janique Gruteri, & appoſitos in margine ad lectorum uſum numeros non tantum capitum Gruterianos, ſed etiam ſectiones apparatui latinæ locutionis Nizoliano reſpondentes, licet illas contra auctoris:

(a) Andreas Schottus in litteris ad Eliam Putſchium datis 15. Nov. A. 1605. *Janus Guilelmus Lubecenſis quos Ciceronis ſcriptos Codices viderit, facile divine. Caroli Langii notas à Suffrido Petri deſcriptas.* Gruterum præterea in conferendis MSS. Ciceronis Codicibus adjuverunt Janus Gebhardus & David Clericus, ut Gruterus ipſe teſtatur in præf. quam in Elzeviriana edit. omiſſam ægre fert Joannes Clericus V. C. T. 24. Bibl. univerſal. p. 506. & T. 1. Bibl. ſelectæ p. 158.

auctoris mentem aliquando in media ſententia initium figere notat Thomas Bentlejus notis ad lib. 2 de finibus cap. 13. Novam Tullii editionem ad MSS. & vetuſtas editt. ſtudioſe collatam ab aliquo jam tempore in Anglia moliti ſunt eruditi Oxonienſes, qui Livium cura ſua recenſitum nobis dedere *Joannes Hudſon* & *Thomas Hearne*. Ex his jam ſuperior Annus 1719. Hudſonum bonis litteris abſtulit, & præſtantiſſimi viri deſiderium nobis reliquit. In Germania Ciceronem recenſitum à ſe illuſtratumque notis exſpectare juſſit celebris hodie in Academia Salana Profeſſor *Jo. Georgius Walchius*. Vide Memorias Trevoltinas A. 1714. p. 2023. & Diarium Lipſienſe Neven Bucher Baal XIX. pag. 526. Proxime autem exſpectationi eruditorum facturum confidimus ſatis eruditiſſimum virum *Iſaacum Verburgium*, (*a*) qui nitidis Wetſtenianis typis expolitum à ſe Ciceronem cum notis dabit Amſtelodami in fol. 4. & 8.

Gallice An. 1670. 12. duodecim voluminibus, auctore *Petro Ryero*, inter cujus verſiones hæc Ciceronis, licet & ipſa nonnullis (præcipue in Orationibus) tamen quam reliquæ ejus paucioribus obſervata eſt ſcatere hallucinationibus.

Fulvii Urſini in omnia opera Ciceronis notæ lucem viderunt Antv. 1581. 8. cujus viri doctiſſimi & antiquo Codice MS. uſi ingenio & induſtria multis locis lux egregia affertur, loca multa male prius habita, quæ aliorum oculos facile fugiſſent, integritati ſuæ reſtituuntur. *Henr. Stephani* in Ciceronis quam plurimos locos caſtigationes partim ex ingenio, partim ex vetuſtiſſimo & emendatiſſ. exemplari MS. An. 1557. 8. *Andreæ Schotti* nodorum Ciceronis enodatorum libri IV. unà cum ejus obſervatt. humanarum libris V. editi Hanov. 1615. 4.

X. Sunt & adhuc ſcripta quædam commemoranda virorum eruditorum, quibus vel Tullio lux affertur, vel ejus ſcripta in uſum vertenda proponuntur ac commendantur. Vitæ ſcriptores jam ſupra §. 1 & eos, qui de jocis Ciceronis commentati ſunt § 3. retuli. Ciceronem cum Demoſthene olim contulerat Cæcilius Siculus de quo Suidas. Idem poſtea fecit Plutarchus & noſtra ætate libello Gallice ſcripto Nic. Rapinus è Soc. Jeſu, ut Peraultum & alios prætercam. Sed Plutarchus vitam, non eloquentiam utriuſque inter ſe contulit, ingenue profeſſus ſe ad hoc non ſatis callere latine, exprobrata etiam Cæcilio temeritate, quod rem ſupra vires in ſeſe ſuſcepiſſet. Ex idonei autem judicis Quintiliani ſententia X. 1. Inſt. *M. Tullius cum ſe totum ad imitationem Græcorum contuliſſet, effinxit vim Demoſthenis, copiam Platonis, jucunditatem Iſo-*

(a) * Verburgii editio Operum Ciceronis prodiit Amſtelod. 1724.

Iſocratis.. *Hunc igitur ſpectemus, hoc propoſitum nobis ſit exemplum: Ille ſe profeciſſe ſciat, cui Cicero valde placebit*. Imago Ciceronis in plurimis editionibus obvia, occurrit etiam apud Fulvium Urſinum in imaginibus, & è Rubenio apud Clariſſ. Grævium ad Flori IV. 1. *Lexicon* Ciceronianum, ne de Caroli Stephani indice & Antonii Schori phraſibus dicam, magno ſtudio elaboravit *Marius Nizolius*, cujus theſaurum A. 1535. editum locupletarunt Baſilius Zanchius, Cælius Secundus Curio, Marcellus Squarcialupus & Jacobus Cellarius Auguſtanus, Francofurt. 1613 fol. in qua editione notatæ etiam ſunt ſi quæ inemendata lectione deceptus Nizolius Cicerone indigna receperat, qualia reprehendit H. Stephanus in ſuo Pſeudo-Cicerone A. 1567. 8. & in Nizoliodidaſcalo A. 1578. 8. Lexicon Ciceronianum Græco latinum debemus eidem *H. Stephano*, cui ſubjunxit locos Græcorum ſcriptorum cum Ciceronis verſione, è quibus illud ipſum dictionarium ſuum laudabili induſtria & ad interpretandos Græcos ſcriptores haud inutili concinnavit A. 1557. 8. * Plenius & perſectius Nizoliano (quod etiam ab Aldo juniore A. 1570. recuſum eſt) *Ciceronianum Lexicon* adornandum in ſe ſuſcepit *D. Georgius Petrus Schulze*, Profeſſor in Academia Francofurtenſi Viadrina. *Dionyſius* quoque *Gaulterius*, ille cujus præcepta linguæ Latinæ & Gallicæ viderunt lucem Pariſiis 1716. & 1718. 12. tribus Volumin. ſpem fecit vulgandarum à ſe Concordantiarum Ciceronianarum. Vide Ephemerides Pariſienſes, Journal des Savans A. 1718. menſe Dec. pag. 697. & A. 1719. Maj. pag. 595. Utile quoque inſtitutum eſt viri docti, qui ſub *Plexiaci* nomine Hagæ Com. 1716. 4. vulgavit Lexicon Philoſophicum in duas tributum partes, quarum prior materiam Philoſophicam ex Cicerone, ſervato rerum ordine exhibet: poſterior vocabula ſcholaſtica & barbara ordine literarum expoſita puris Latinis ac Ciceronianis permutat. De *H. Stephani* Lexico Ciceroniano Gr.eco latino, ejuſque præclaro uſu ad interpretandos Latine ſcriptores Græcos, adire juvabit Rich. Simonis Bibl. ſelectam Gallice editam T. 1. c. 7. *Chriſtofori Uladeracci* Ducisſylvii polyonyma Ciceronian. a ſub Gallicis vocabulis literarum ordine poſitis digeſta Antuerp. & Rothomagi 1620 12. *Synonyma* è Cicerone congeſſit *Stephanus Ubelius*,* qui integras φράσεις è Cicerone congeſſit ſubjecto ad calcem indice; *Jo. Serranus* * Paſtor Roſfeldenſis A. 1551. & Witeb. 1587. 8. & *Stephanus Fliſcus*, qui ſub certis titulis illa digeſſit. Confer Morhofii librum de Dilatione p. 10. De Synonymis ad Veturium ſub Ciceronis nomine dixi ſupra 149. Non ex ſolo Cicerone, fe-l & ex aliis probatis Latinis Scriptoribus collecta *M. Sebaſtiani Figuli* Grandavienſis Rhenani Epithetorum Oratorio-

toriorum farrago, Francof. 1588. 8. *Jo. Benzii* Theſaurus Latinitatis puræ compendium alterum, Synonyma, affinia, cognata & conjuncta exhibens; *Wolfgangi Schoenslederi* S. J. apparatus eloquentiæ atque promptuarium: *Franciſci Serræ* Synonymorum, Epithetorum, phraſium, hiſtoriarum, fabularum apparatus. Viennæ 1701. 4. *Franciſci Wagneri* S. J. corpus phraſeologiæ Latinæ Aug. Vindel. 1718. 8. *Epitheta* & *Adjuncta* Jac. Cellarius Baſil. 1589. 8. Jo. Petrus Nunneſius Barcinone 1588. 12. Antonius Jolius, Herm. Figulus, & Horatius Tuſcanella * Baſil. apud Lud. Kænigium 8. & ad calcem elegantiarum Georgii Vægelmanni Magdeb. 1619. 8. & poſt Dictionarium Latino-Græco-Gallicum Jacobi Vaultier Genev. 1626. 8. *Antitheta* Auguſtinus Gambarellus * Mediolanenſis Mediolani 1619. 4. *Antonius Schorus*, qui in elocutionis Latinæ theſauro non modo antitheta, ſed ſynonyma quoque & differentia & translata ex Cicerone congeſſit. *Formulas Epiſtolicas* Chriſtophorus Vladeraccus, *Oratorias*, *figuraſque Rhetoricas* Nicaſius Baxius Morhofii cura Kiloniæ an. 1685. 8. recuſus. * *Huberti Suſannæi* connubium adverbiorũ Ciceronianorũ A. 1545. & ad calcem phraſium Steph. Doleti, cum præf. Jo. Sturmii, Argentorat. 1585. 8. *Franciſci Clementis* organum Ciceronis epirrhematicum &c. *Mich. Meiſneri* hortulus Romanus, ſive hiſtoriæ, ritus & apophthegmata Ciceronis cum notis philologico politicis. Jen. 1649. 12 *Magni Danielis Omeiſii* Hortus Ciceronianus, ſive flores *Apophthegmatum & Hiſtoriarum* è ſcriptis Tullii excerpti. Altdorf. 1699. 12. *Georgii Crauſeri* ſcintillæ ſive *elegantiæ Tullianæ* viderunt lucem Rudolſtadii A. 1664. 8. *Martini Hayneccii* medulla Tulliana in locos communes libris VI. digeſta, continens *ſententias*, *apophthegmata*, *ſimilitudines*, *pie dicta* &c. Lipſ. 1594. 8. Ciceronis *inſigniores ſententiæ*, ſelectæ à Petro Lagnerio. Colon. 1652. 8.

De imitatione Ciceronis præter Chriſtoph. Mylæum, Henricum Farneſium, & Jo. Sturmium, Joach. Camerarius ad primum Tuſculanarum librum, Jo. Sambucus tribus dialogis de imitatione à Cicerone petenda, A. Schottus in libris quæſtionum Tullianarum, Caſpar item Sagittarius & multi alii. Nimis ſuperſtitioſos Tullii imitatores falſe perſtrinxit magnus Eraſmus in Ciceroniano, adverſus quem ſcripſere Julius Cæſar Scaliger, ſed quem conſilii ſui deinde puduit, & Stephanus Doletus. Vide ſi placet clariſſimi Bælii Dictionarium in Eraſmo & Doleto. Jo. Brantii Antvverpiani JCti *elogia Ciceroniana* Romanorum domi militiæque illuſtrium lucem viderunt Antvverp. 1612. 4. Poſt Brantium *Elogia* è Cicerone à ſe collecta exhibet Johannes Papyrius Maſſonius

nius parte priore elogiorum pag. 3.-- 92. Pariſ. 1638. 8. Hæc utili inſtituto ſeparatim in uſum ſcholę Ilfeldenſis recudi curavit Georg. Nicolaus Kriegk. Northuſæ 1711. 8. Antonii Buſcheri *Ethica Ciceroniana*. Hamburg. 1610. 8. Jo. Thomæ Freigii Ciceronianus in decem libros diſtributus docet *locos communes* è ſcriptis Tullii digerere, ſubjuncto *Deſiderii Jacotii* libello *de Philoſophorum doctrina* ex eodem Cicerone, qui à Jacobo Gronovio V. C. inſertus eſt tomo decimo theſauri Antiquitatum Græcarum. Utinam ibidem recudi feciſſet etiam præclarum opus *Adami Burſii* Poloni raro certe obvium, quod inſcribitur *Ciceronis Dialectica*, quam ex Stoicorum maxime ſententia inſcriptis diſperſe reliquit. Samoſcii 1604. 4. Jaſonis Denores Nobilis Cyprii in univerſam Ciceronis *Philoſophiam de vita & moribus* brevis & diſtincta inſtitutio, poſt Patavinam editionem prælo data eſt Ambergæ A. 1597. 12. * *Jo. Matthæi Geſneri* chreſtomathia Ciceroniana, ſive loca ex Tullii ſcriptis ſelecta cum notis & vita Ciceronis, Vinariæ 1717. 8. *Antonii Poſſevini S. J.* Cicero collatus cum Ethnicis & ſacris ſcriptoribus. Patav. apud Paulum Meretum 1593. 4. tractat de ratione ſcribendi Epiſtolas & de arte dicendi etiam pro Concione Eccleſiaſtica. *Benedicti Averanii* diſſertationes XCII. in varia Ciceronis loca, Florentiæ inter alias ejus viri docti lucubrationes 1716. fol. Vide Diarium Venetum, Giornale de' letterati d'Italia T. 24. p. 434.

Ciceroni, veluti Homero non defuere etiam ſui Zoili, nam & dictionem improbatam à Calvo & Bruto refert auctor dialogi de cauſis corruptæ eloquentiæ. * Infeſtiſſimus famæ Ciceronis quoad vixit permanſit Aſinius Pollio, teſte Seneca Suaſoria ſexta. Hujus filii Galli Aſinii *libros de comparatione Patris & Ciceronis*, quibus patri de Cicerone palmam dare non dubitavit, memorat Plinius lib. VII. Epiſt. 4. *Ciceromaſtix* Gellius XVII. 1. Ciceronis defenſionem adverſus Aſinii Galli libros ſatis eruditam compoſitam ab Imperatore Claudio, Svetonius cap. 41. Ceſtium Rhetorem Ciceroni infeſtum, ut quem negaret literas ſciſſe, tradit Seneca ſuaſoria ultima. De Didymo Grammatico Græco Ciceromaſtige merentur adſcribi verba Ammiani Marcellini XII. ult. inter plurimos enim Alexandrinos ſcriptores, multorum in litteris nobilium ſtudiorum cum dixiſſet Chalcenterum emicuiſſe Didymum, multiplicis ſcientiæ ſcriptis memorabilem, *qui in illis ſex libris*, inquit, *ubi nonnunquam imperfecte Tullium reprehendit*, *ſillographos imitatus ſcriptores maledicos*, *judicio doctarum aurium incuſatur*, *ut immania frementem leonem putidulis vocibus canis catulus circumlatrans*. Ciceroni etiam, perinde ut Senecæ, iniquior in Hiſtoria ſua Romana

Græ-

Græcus ſcriptor Dio Caſſius. Ad *Apri* cenſuram & ſiniſtrum de Cicerone judicium (*a*) quod refert auctor dialogi de cauſſis corruptæ eloquentiæ cap. 18. reſponſionem ſi placet inde in Memoriis literariis Trevoltinis A. 1718. pag. 552. & in Ephemeridibus Pariſ. 1718. menſe Novembr. p. 559. Andreæ Julii Dornmeieri A. 1717. extincti diſſertatio de vitioſo Ciceronis imitatore, una cum alterius ſcriptoris, Hortenſii ut volunt Landi (*b*), dialogo Lipſiæ pridem vulgato A. 1534. de Cicerone relegato & revocato, quo accuſatio ejus & Apologia ſubfrigida continetur, ſubjecta eſt Jo. Vorſtii libro poſtumo de Latinitate ſelecta & vulgo neglecta. Berolin. 1718. 8. Sed à Lando videtur auctorem dialogi diſtinguere Jo. Angelus Odonus (*c*) in Epiſtola ad Gilbertum Cognatum data A. 1535. (in Cognati operibus Baſil. 1562. fol. editis Tom. 1. pag. 313.) cum Orationes neſcio cujus Galli Eraſmo detrahentes memoraſſet, *audies hic*, inquit, *alterum æque Ciceronianum, hoc eſt pietatis, Græcæ linguæ ac diſciplinarum contemptorem: qui edidit dialogos revocati ac relegati Ciceronis: ipſe vere relegatus, at non revocatus in Italiam, in qua tota, nedum in patria ſua metuit agnoſci: ideoque ſibi conſcius, nomen in frontiſpicio ſuppreſſit. Sed nobis Bononiæ intus & in cute cognitus eſt. Lugduni vero hoc nobis repetebat apophthegma, alii alios legunt, mihi ſolus Chriſtus & Tullius placet, Chriſtus & Tullius ſolus ſatis eſt, ſed interim Chriſtum nec in manibus habebat, nec in libris: an in corde haberet, DEus ſcit. Hoc nos ex ejus ore ſcimus, illum cum in Galliam confugeret, neque vetus neque novum Teſtamentum ſecum tuliſſe pro itineris ac miſeriæ ſolatio, ſed familiares Epiſtolas M. Tullii. Hujus & fortunam tali vita dignam (quam tamen Dei revocantis plagam Phryx nondum ſentit, utinam tandem ſentiat) & levitatem & molliciem & mores minime religioſos paucis deſcripturi fueramus, niſi eadem improbitate ac petulantia eſſe ſciremus omnes, quotquot hujuſmodi propius noſſe contigit ex iſtis ſimiis Ciceronis. Hic igitur nos deduxit ad inauſpicatam avem.* (Auctorem Gallum Orationum, quibus Eraſmus perſtringitur.) *Ante cubiculum ſtrepitus ac pedor puerorum, alphabetaria opinor diſcentium. Hinc, ut ſcis, ejecti victum tyranni quæritare ſolent. Intus non memini, quid librorum eſſet exuli. Inter loquendum protulit locum ex orationibus ſuis: ubi de Eraſmo neſcio*

(a) Gallice in Memoriis Trevoltinis A. 1717. pag. 1899. ex Anonymi dialogo in quo inter ſe conferuntur Cicero & Seneca, Ciceronem tuente Mureto, Senecam Quevedo:

(b) Vide Vinc. Placcii Theatrum Anonymorum num. 1440. De aliis hujus Landi ſcriptis Italice editis Donius in Bibl. & Gaddius de ſcriptoribus non Eccleſ. T. 1. pag. 273.

(c) Dubitat hinc de Lando auctore dialogi non ſine cauſa ſcriptor novellarum literariarum Lipſienſium (Gelehrte Zeitungen) A. 1718. pag. 812.

mo neſcio quid agebat, non admodum acerbe, ut viſum eſt. Atque hunc recitari voluit ab Hortenſio Lando, ne videlicet pronunciatione Gallica offenderemur. Nec ulla mentio de rabioſo dialogo, quem eſſet editurus. Tantum obnixe rogabat Landum, ut in ſuas orationes præfaretur, eaſque cuicunque libitum eſſet, dicaret: id quod facere Landus renuit. Nam neque Gryphius videbatur editionem recepturus: quippe qui nobiſcum etiam conquerebatur, importuniſſime ſe à neſcio quibus ut imprimeret, urgeri. Mox nobis exeuntibus, obtulit Caruaiali & Scaligeri virulentias, quas nunquam in Italia videramus. His nimirum libellis exilium Toloſanum conſolatur miſer, ac laſſum conviciis animum redaccendit. Jul. Cæſaris Scaligeri Orationem pro Cicerone contra Eraſmum etiam cum notis ſuis edidit Melchior Adamus. Jac. Gorſcii Poloni dialecticam A. 1653. vulgatam eo nomine laudat Janus Vincentius Gravina in Orationibus p. 26. quod & rerum delectum habuit, & vocabulorum, quæ de Tullianis fontibus hauſit, una cum exemplis ad ſingulas Dialecticæ regulas accomodatis. S. Hieronymus Epiſtola ad Nepotianum hoc probat dictum de Cicerone: *Demoſthenes tibi præripuit ne eſſes primus orator: tu illi, ne ſolus*.. Tullium cum Demoſthene contulit præter laudatos à me ſupra pag. 156. Franciſcus Maucroiſius præf. ad Demoſthenis & Ciceronis quædam Gallice à ſe verſa Pariſ. 1685. nec non illuſtris Fenelonius qui A. 1712. Dialogos mortuorum Gallica lingua edidit, in quibus ita Demoſthenem inducit loquentem ad Ciceronem: *vous faiſiez dire, qu' il parle bien? & moi, je faiſois dire, allez, marchons contre Philippe. On vous louvit: on étoit trop hors de ſoi pour me lover*. Vide ſis etiam Andream Schottum in vitis comparatis Ariſtotelis ac Demoſthenis pag. 413. ſeq. De ſalute Ciceronis Probus apud Lupum Ferrarienſem Epiſtola XX. audacius quam par eſt adſtruit *Ciceronem & Virgilium cæteroſque opinione ejus probatiſſimos viros in electorum admittere collegium, ne fruſtra Dominus ſanguinem fuderit & in inferno otium triverit, ſi verum ſit illud Propheticum: Ero mors tua o mors, morſus tuus ero o inferne*. Eraſmus item præf. in libr. Tuſculan. quæſt. ad Joannem Ulattenum: *Quid aliis accidat, neſcio: me legentem ſic afficere ſolet M. Tullius, præſertim ubi de bene vivendo diſſerit, ut dubitare non poſſim, quin illud pectus, unde iſta prodierunt, aliqua divinitas occuparit. Atque hoc meum judicium mihi magis blanditur, quoties animo reputo quam immenſa ſit quamque inæſtimabilis æterni Numinis benignitas, quam quidam ex ingenio opinor ſuo nimis in anguſtum contrahere conantur. Ubi nunc agat anima Ciceronis, fortaſſe non eſt humani judicii pronunciare. Me certe non admodum*

adverſum

adverſum habituri ſint in ferendis calculis, qui ſperant apud ſuperos illum quietam vitam agere. Nulli dubium eſſe poteſt quin crediderit aliquod eſſe Numen, quo nihil eſſe poteſt neque majus, neque melius. Porro quid ſenſerit de animorum immortalitate, quid de diverſa ſorte præmiiſque vitæ futuræ, tum quanta fuerit ſinceræ conſcientiæ fiducia, ſi non ſatis declarant tot ejus libri, certe vel illa una Epiſtola ſatis arguit, quæ ad Octavium (a) *ſcribit jam ut apparet deſtinata morte. Si Judæis ante proditum Evangelium ſufficiebat ad ſalutem rudis quædam & confuſa de rebus divinis credulitas, quid vetat quo minus Ethnico, cui ne Moſis quidem lex erat cognita, rudior etiam cognitio profuerit ad ſalutem, præſertim quum vita fuerit integra, nec integra ſolum, verum etiam ſancta? Perpauci Judæi ante lucem exortam Evangelii noverant exacte Filium ac Spiritum ſanctum: multi non credebant reſurrectionem corporum, nec tamen ideo de illorum ſalute deſperatum eſt à majoribus. Quid ſi Ethnicus tantum hoc credat, DEum, quem perſuaſum habet eſſe omnipotentem, ſapientiſſimum, & optimum, aliqua ratione ſubventurum bonis, & ulturum malos, quæ ipſi videatur quam maxime accommoda? Quod ſi quis objiciat vitæ maculas, equidem arbitror nec Job, nec Melchiſedech omnibus omnino vitiis caruiſſe per omnem vitam. Sed excuſandum non eſt, quod immolavit idolis. Id fortaſſe fecit, ſed non ex ſuo judicio, verum ex conſuetudine publica: quæ quoniam legibus etiam erat confirmata, non poterat convelli. Nam eſſe conficta quæ de diis ferebantur, vel ex Ennii ſacra hiſtoria poterat cognoſcere. Sed oportebat vel vitæ jactura populi ſtultitiam coarguere. Tantum roboris nec ipſis aderat Apoſtolis, priuſquam hauſerant cœleſtem ſpiritum, ut impudens ſit hoc exigere à M Tullio. Verum hac de re liberum eſto ſuum cuique judicium.* Minus etiam audiendus Latomus, qui ſcripſit non fuiſſe aliam fidem in Abrahamo, quam in Xenophonte & Cicerone, ut refert Voſſius Hiſt. Pelagian. III. 3. p. 383.

Hæc de Cicerone dicta ſufficiant, quem ad omnium ornandi ſermonis virtutum exempla, vel ſolum ſufficere judicavit Quintilianus VIII. 3. p. 702 Effigiem ejus habes etiam in Jac. Gronovii theſauro Antiqu. Græcar. T. III. n. 42.

(a) Hæc eſt quæ incipit: *Si per tuas legiones mihi licitum fuiſſet*, Ciceroni ſuppoſita, de qua dixi ſupra p. 148.

Digitized by Google

XI. INDICULUS SCRIPTORUM,

Quorum EPISTOLÆ cum Epiſtolis Ciceronis ad familiares leguntur,

nec non eorum ad quos Cicero ſcripſit.

ad ACilium Pro Cos. XIII. 30. 39.
ad Allienum Pro Cos. XIII. 78. 79.
ad Ampium. VI. 12.
ad Q. Ancharium Q. F. Pro Cos. XIII. 40.
ad C. Antonium M. F. Imp. V. 5.
ad Appium Pulchrum, Imp. III, per tot. 1 -- 13. & X. 29. & fortaſſe XI. 29.
ad Apulejum proquæſtorem XIII. 45. 46.
ad Atticum libri ſedecim integri, & nomen integrum libro tertio Epiſtola vigeſima *Q. Cæcilio Q. F. Pomponiano Attico*. Eidem Tullius dicavit librum de ſenectute & Lælium.
ad Auctum Pro Cos. XIII. 50.
ad Baſilium VI. 15.
ad Bithynicum VI. 7.
BITHYNICI, VI. 16.
ad D. Brutum liber ſingularis, & præterea in Epiſtolis ad familiares XI 5. 6. 7. 8. 9. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 21. 22. 24. 25. XIII. 10. 11. 12. 13. 14. Bruto etiam dicavit Cicero libros de finibus, & Tuſculanas, & de natura Deorum, Paradoxa, Brutum ſeu de claris oratoribus & Oratorem.
BRUTI & CASSII. XI. 2. 3.
D. BRUTI ad Ciceronem XI. 1. 4. 9. 10. 11. 13. 19. 20. 23. 36. & in libro Epiſtolarum ad Brutum 4. 8. 10. 11 15. 16. 17. 20. & ad Atticum 21.
ad A. Cæcinam: VI. 5. 6. 8.
A. CÆCINÆ. VI. 7.
ad Cæſarem Imperatorem. VII. 5. XIII. 15. 16.
ad Cæſium. XIII. 51.
ad C. Caſſium. XII. 1 -- 10. XV. 14. 15. 16. 17. 18.
BRUTI & CASSII. XI. 2. 3.
C. CASSII. XII. 11. 12. 13. XV. 19.
ad M. Catonem. XV. 3. 4. 6.
M. CATONIS. XV 5.
CICERONIS filii, XVI. 21. 25. Huic pater libros inſcripſit de officiis, & de partitione oratoria.
ad Cluvium XIII. 7.
ad C. Cœlium L. F. C. N. Caldum Quæſtorem. II. 19.
ad M. Cœlium Rufum, Ædilem curulem. II. 8 -- 16.
M. COELII VIII. per tot. 1 -- 17.
ad Conſules, Prætores, Tribunos plebis & Senatum. XV. 1. 2.
ad Cornificium, Collegam. XII. 17 -- 30.
ad Craſſipedem. XIII. 9.
ad M. Licinium P. F. Craſſum. V. 8.
ad L. Culleolum. XIII. 41. 42.
ad C. Scribonium Curionem pro-Cos. & tribunum pl. II. 1. -- 7.
ad Curium VII. 28. 29. 30. 31. XIII. 49.

ad

ad C. Curtium Peduceanum Prætorem XIII. 59
ad Dolabellam IX. 10. 11. 12. 13. 14.
DOLABELLÆ ad Ciceronem IX. 9.
ad Domitium. VI. 22.
ad Fabium Gallum VII. 23 -- 27.
ad T. Fadium. V. 18.
ad T. Furſanum Pro Cos. VI. 9.
ad Furnium. X. 25. 26.
GALBÆ ad Ciceronem X. 30.
ad C. Herennium ſcripti libri IV. Rhetoricorum.
ad Lentulum Procos. & Imp. I. 1. -- 9.
P. PENTULI. XII. 14. 15.
ad Lepidum X. 27.
M. LEPIDI. X. 34. 35.
ad Leptam VI. 18. 19.
ad Ligarium VI. 13. 14.
ad Lucceium. V. 12. 13. 15.
L. LUCEII. V. 14.
ad C. Marcellum. XV. 7. 8. 10. 11.
ad M. Marcellum. IV. 7. 10. XV. 9.
M. MARCELLI. IV. 11.
ad M. Marium. VII. 1. 2. 3. 4.
ad Matium. XI. 27.
MATII. XI. 28.
ad C. Memmium. XIII. 1. 2. 3.
ad L. Meſcinium. V. 21.
ad Q. Metellum Q. F. Celerem Pro Cos. V. 2.
Q. METELLI CELERIS. V. 1.
ad Q. Metellum Nepotem (prioris fratrem.) V. 4.
Q. METELLI NEPOTIS. V. 3.
ad Munatium C. F. XIII. 60.
ad Nigidium Figulum. IV. 13.
ad Octavium Epiſtola Ciceroni tributa, de qua ſupra pag. 148.
ad Oppium XI. 29. al. ad Appium.
ad L. Papirium Pætum. IX. 15. 26.
ad L. Paulum Cos. deſig. XV. 12. 13.
ad Q. Philippum ProCos. XIII. 73. 74.
ad Cn. Plancium. IV. 14. 15.
ad L. Plancum. X. 1. 2. 3. 5. 6. 10. 12. 13. 14. 16. 19. 20. 22. XIII. 29.
PLANCI. X. 4. 7. 8. 9. 11. 15. 17. 18. 21. 25. 24.
ASINII POLLIONIS. X. 31. 32. 33.
ad Cn. Pompejum ProCos. in libro octavo ad Atticum Epiſtola undecima.
CN. POMPEII. ibid.
ad Cn. Pompejum Cn. F. Magnum Imp. V. 7.
ad Quatuorviros & Decuriones. XIII. 76.
Q. CICERONIS. XVI. 8. 16. 26. 27. & commentar. de petitione Conſulatus ad Marcum fratrem.
ad Q. Ciceronem fratrem libri tres Epiſtolarum integri. Eidem Tullius dicavit libros tres de Oratore.
ad Quinctii Gallum. XIII. 43. 44.
ad Regem (Dejotarum) XIII. 52.
ad Rufum V. 19. 20.
ad M. Rutilium. XIII. 8.
ad Caninium Salluſtium Proquæſtorem. II. 17.
ad Servium Sulpitium. IV. 1. 4. 6. XIII. 17. 28.
SER. SULPITII. IV. 5. (conſolatoria de Tulliæ obitu.) IV. 12. (de nece M. Marcelli à P. Magio Cilone interfecti.)
ad P. Sulpitium. XIII. 77.
ad Servilium ProPrætorem. XIII. 66. 67. ad Servilium Iſau-

Iſauricum ProCos. Collegam. XIII. 68. 69. 70. 71. 72.
ad P. Seſtium L. F. proQuæſtorem. V. 6.
ad P. Sextium. V. 17.
ad C Sextilium Rufum. XIII. 48.
ad Silium. XIII. 47. ProPrætorem. XIII. 61. 65.
ad Sulpitium. Vide ſupra Servium.
Terentiæ ſuæ, Tulliolæ & Ciceroni. XIV. 1. 2 3. 4. 5. 14 18.
ad Terentiam XVI 6. -- 13. 15. 16. 17 -- 24.
ad Q. Thermum ProPrætorem. II. 18. XIII. 53. 54. 55. 56. 57.
ad Tironem. XVI per tot.
ad Titium. V. 16. ad C. Titium L. F. Rufum Prætorem urbanum. XIII. 58.
ad Titium Titi F. legatum. XIII. 75.
ad Toranium. VI. 20. 21.
ad A. Torquatum. VI. 1. 2. 3. 4.
ad C. Trebatium. VII. 6. -- 22. Huic Topica etiam Cicero inſcripſit.
ad Trebianum. VI. 10 11.
ad Trebonium. X. 28. XV. 20. 21.
TREBONII. XII. 16.
ad Valerium JCtum. I. 10.
ad Q. Valerium. XIII. 4. 5. 6.
ad M. Terentium Varronem. IX. 1. -- 8. Varroni etiam Cicero dicavit Academicos libros.
ad Vatinnium Imp. V. 11.
VATINII Imp. V. 9. 10.
ad Volumnium. VII. 32. 33.

CAPUT IX.

DE C. SALLUSTIO CRISPO.

Salluſtii ætas. 1. *Scripta.* 2. *Interpretes antiqui deperditi.* 3. *Editiones.* 4.

I. C. SALLUSTIUS CRISPUS (*a*) natus Amiterni, oppido Sabinorum, à Cæſare Dictatore Senatoriæ dignitati reſtitutus (*b*) evectuſque ad præturam, & præfectus (ſive potius expilator) Numidiæ, vitæ ipſe profligatæ, quantumvis in ſcriptis veritatis Studioſus & alienorum vitiorum Catonis ac Thucydidis exemplo acerbiſſimus inſectator, obiit quadriennio ante pugnam Actiacam, quæ commiſſa eſt anno urbis DCCXXIII. ante CHISTUM XXXI. * Nummum ornatum Salluſtii effigie edidit pri-

(a) Alius Salluſtius Criſpus noſtri ſororis filius inventor æris, quod ab eo Salluſtianum eſt appellatum. Plin. XXXIV. 2. Ad hunc Horatius libro II. Oda. 2. Vide & Lipſium ad 1. Taciti Annal. nu. 25. Fuit præterea Criſpus quidam Salluſtius, qui Apuleji Mileſiarum libros & Apologeticum recenſuit, ut notatum eſt in antiquo Codice Florentino. De aliis Salluſtiis vide ſi placet Svidam & Onomaſticon Glandorpii.

(b) Adi Hanckium V. C. de Rom. rerum ſcriptoribus lib. 1. c. VI. quod eſt de Salluſtii vita. Salluſtii effigiem è nummo Reginæ Chriſtinæ habes in tomo tertio theſauri Antiquitatum Græcarum Gronoviani.

primum Fulvius Urſinus cum inſcriptione SALLUSTIUS AUTOR. Annotat porro Jo. Faber nummum illum fuiſſe contorniatum, *autoris* vero vocabulum obſervat in illo aliter accipi quam ab ipſo Salluſtio, qui cap. 3. Catilinar. auctorem rerum à ſcriptore diſtinguit. Inſcriptiones etiam antiquiores & ætati Salluſtii vicinæ nomen illud non cum ſimplici, ſed geminata litera LL. efferunt, unde concludit Faber illum nummum diu poſt Salluſtii ætatem cuſum eſſe, & fortaſſe tunc quum aliorum quoque illuſtrium virorum nummi eadem forma ſunt percuſſi. Conſtat autem ejuſcemodi nummos, quibus memoria veterum clarorum virorum conſervabatur, cœpiſſe cudi poſt Conſtantinum Magnum, & maxime ſub Honorio. Dolebat illuſtris Vir Giſbertus Cuperus non proditam ab Urſino partem nummi averſam, niſi nudam fortaſſe reperit. Etiam Carolus Patinus edidit nummum, in quo circa caput viri barbatum & nudum legitur SALLUSTIUS AUTOR. Illum vero neutiquam referendum putat ad ſcriptorem belli Jugurthini, ſed putat pertinere ad Salluſtium, qui cum Leontio Conſul fuit Anno U. C. MXCVI. CHRISTI CCCXLIV. imperantibus Conſtantino juniore, Conſtantio & Conſtante, qui conſul certe à Zabarella Salluſtius Autor cognominatur. Fuit & Criſpus Salluſtius junior, de quo intelligendum quod in priſcis Taciti & Apuleji codicibus ajunt reperiri: *Ego Criſpus Salluſtius legi & emendavi Romæ Fælix Olybrio & Probino COSS. in foro Martis controverſias declamans Oratori Eulebecbio.* Non plane intelligo quid hæc verba ſibi velint, nec quo tempore Olybrius cum Probino conſulatum geſſerit: licet Olybrium Conſulem fuiſſe conſtat A. C. 526. ante Mavortium, quem in emendando Horatio Felix (*a*) Orator urbis Romæ adjuvit. De Salluſtio veteri Hiſtorico conferre licebit Dan. Guil. Molleri diſſertationem editam Altdorfii 1684. & orationem Chriſtophori Coleri, Norimb. 1598. 8. Citatur Salluſtius à Græco ſcriptore Jo. Antiocheno in excerptis Peireſcianis pag. 393. Καὶ Σαλλέστιος ὁ Ῥωμαῖος συγγραφεὺς ἔφη καλῶς αὐτὸν (τὸν Σύλλαν) ἐγχειρήμασι κάκιστον ἐπιτετυχέναι τὸ τέλος. Codicem MStum Salluſtii repertum in cœnobio Benedictinorum Martisburgenſi Jo. Rivius utendum ſe accepiſſe teſtatus eſt à Georgio Fabricio diſcipulo ſuo. MSti ſui Codicis, qui Reineſii olim fuit, meminit Conradus Samuel Schurzfleiſchius præfat. ad Orthographiam latinam. Habeo & ipſe binos Salluſtii Codices non contemnendos deſcriptos in membrana, atque in his unum antiquiſſimum. Ambos nactus ſum è Bibliotheca V. C. Marquardi Gudii. Ex eadem ad me pervenerunt quoque lectiones duorum

L 3 Codi-

(a) Vide Petri Relandi faſtos Conſulares pag. 696.

Codicum membranaceorum Cathedralis Eccleſiæ Remenſis, quas enotavit idem vir doctiſſimus, teſtatus priorem forma oblongiore ut quartam paullo excederet ſcriptum Anno M. C. ſexageſimo octavo, indictione prima. Librarius nomen ſuum prodidit his verbis: *Omnes qui lecturi eſtis orate pro Matthæum ſcriptorem, ut DEum ſemper habeat propitiatorem*. Alter membranaceus in quarto, annorum amplius ſeptingentorum. Laudat Quintilianus X. 1. pag. 886. *Salluſtianam brevitatem*, qua nihil apud aures vacuas atque eruditas poſſit eſſe perfectius: & pag. 914. *immortalem Salluſtii velocitatem*, quam diverſis virtutibus Livius ſit aſſecutus: tamen Conciones à Criſpo frequentiores longioreſque, atque ut ipſi quidem videtur inſipidiores Hiſtoriæ inſperſas moleſte fert V. C. Nicolaus Hieronymus Gundlingius præfat. ad Nic. Burgundi Hiſt. Belgicam. Fuit hoc ab aliis etiam reprehenſum, licet notum itidem ſit, quid excuſando illi mori eloquentiam in hiſtoria oſtentandi, lectoremque delectandi vel morandi ab aliis reſponſum fuerit. Sane licebit properanti tetrico & faſtidioſo lectori illas orationes veluti ſcopulos prætemavigare, dum interim aliis quibus lectu dignæ & inſignium documentorum plenæ videntur, ex iiſdem voluptatem capere & fructum permiſerint. De Catilinæ indole & moribus conſulendus etiam Cicero Orat. 3. in Catilinam cap. 7. & Salluſtius ipſe cap. V. Catilinar.

II. Extant Thucydidea gravitate & acuta brevitate ſtyli Catonianæque colore orationis ab eo deſcripta

1. *Bellum Jugurthinum* contra Jugurtham Numidiæ Regem anno urbis DCXLIII. ſeq. geſtum, de quo conſulendi ſunt viri docti ad Florum III. 1. ubi in editione Græviana Jugurthæ quoque imaginem in nummo Syllæ contemplari poteris. * Ex libris Punicis *Hiempſalis* nonnulla de ſitu Africæ tradit Salluſtius belli Jugurthini c. XVII. ſeq.

2. *Bellum Catilinarium* ſive *de conjuratione Catilinæ* liber, quæ incidit in annum Urbis DCXCI. quo Cicero Conſul fuit, qui de Catilinæ ingenio videndus in Oratione pro Cœlio cap. V. ſeq. Hunc librum, quem ſeparatim cum commentario ſuo edidit *Theodorus* J. F. *GraſvvinKelius* Lugd. Bat. 1642. 12. prius ſcripſiſſe Salluſtius vid tur, ſed Jugurthinum, quia prius geſtum eſt, præmittere placuit.

3. E *Sex* (*a*) *libris Hiſtoriarum* Populi Romani, à morte Syllæ, quę contigit M. Lepido & Q. Catulo Coſs. Anno Urbis DCLXXVI. uſque ad Catilinæ conjurationem, *fragmenta* collecta à *Lud. Carrione* in ſua Salluſtii editione, & ab *Antonio Riccobono* ad calcem libri

(a) Male alii libros XI. vel IX. computant.

libri de Hiſtoria, Venet. 1568. 8. & Baſil. 1579. 8. pag. 163.-216. & ab Aldo Manutio Pauli T. Sed Carrionis præſtat induſtria quam fere editores Operum Salluſtii ſequuntur. Ob hoc potiſſimum opus Lucullo inſcriptum. Salluſtius Martiali XIV. 191. audit *Romanâ primus in hiſtoria*.

4. *Duæ Orationes* (ſive *Epiſtolæ* potius) *de Rep. ordinanda* ad Cæſarem miſſæ cum in Hiſpanias proficiſceretur contra Petrejum & Afranium victo Cn. Pompejo. Has Salluſtii eſſe citra cauſam negavit Carrio, ceterum tam de Salluſtio meritus haud male, quam non bene Julius Pomponius Lætus. Quicquid enim ferme adverſus Codicum fidem in Salluſtio immutatum eſt, id Pomponio huic tribui debere notat Voſſius de Hiſt. Latinis lib. III. p. 615. Duas haſce Orationes ſeparatim notis illuſtravit *Chriſtophorus Colerus*, Ambergæ 1599. 8. *Jo. Loccenius*, Lipſ. 1673. 8. * & cum Oratione *in Ciceronem* Gallice vertit Petrus Saliat, Pariſ. 1537. apud Simonem Colineum. Hanc in Ciceronem, quam cum declamatione in Catilinam Porcio Latroni vel Vibio Criſpo alii tribuunt (confer Petrum Victorium XV. 3. Var. Lect.) ad Salluſtium auctorem ex Quintiliani IV. 1. Inſtitut. Orator. refert Paulus Colomeſius.

5. *Declamatio in Catilinam*, & alia *in Ciceronem*, Porcii Latronis potius, aut Vibii Criſpi, vel alterius non inſulſi Rhetoris antiqui quam Salluſtii eſſe creditur à viris doctis. Vide Voſſium lib III. de vitiis ſermonis cap. VI. * Veterem interpretem in Salluſtii Catilinariam ex membranis Pauli Stephani, laudat Goldaſtus notis ad Eginhardum p. 175.

III. Salluſtii Hiſtorias è veteribus Grammaticis illuſtraverat *Aſper* & *Statilius Maximus*, laudati à Chariſio: Hiſtoriarum pariter libros & bellorum Jugurthini & Catilinarii (ita enim intelligo vocabulum *βιβλίων*) *Græce* interpretatus erat *Zenobius* Suida teſte. Sed hæc omnia hodie deſiderantur perinde ut Aſinii Pollionis liber, quo Salluſtii ſcripta ut nimis priſcorum verborum affectatione oblita reprehendit teſte Svetonio in Grammaticis cap. 20. * *Junium Maximum* Salluſtii Hiſtorias in *compendium* miſiſſe innuit Statius IV. 4. ſilvarum. Græca Salluſtii verſione uſus Stephanus Byz. in *ἄξιλα*. *Vitam* Salluſtii ſcriptam ab *Aſconio Pediano* laudat vetus Horatii Scholiaſtes ad lib. 1. Sat 2.

Princeps Salluſtii editio eſt Veneta A. 1470. fol. per Vindelinum Spiram, cum hoc ad calcem tetraſticho, ex quo numerus impreſſorum voluminum cognoſcitur:

Quadringenta dedit formata volumina Criſpi
Nunc, lector, Venetis Spirea Vindelinus.

L 4 *Et cala-*

Et calamo libros audes ſpectare notatos
Ære magis quando littera ducta nitet.

Salluſtius Pariſiis in 4. ſine anni nota, & Venetiis apud Jo. de Colonia & Jo. Menthen. 1474. fol & Pariſiis A. 1474. 4. quam in membrana excuſam memorat Chevillierius de orig. typographiæ. Pariſ. p. 36. Valentiæ Anno 1475 4. excuſus occurrit Romæ in Bibl. Barberina. Salluſtius opera & impenſa Philippi Petri, ſine loci notatione 1478 fol. & Venet. 1481. fol. per Baptiſtam de Tortis, & Mediolani 1482. fol. per Leonardum Pachel & Udalricum Scinzenzeller. Editionibus Venetis A. 1470. 1478 & 1490. uſum ſe teſtatur V. C. Joſephus Waſſe. Editio Salluſtii Romana 1490. per Magiſtrum Eucharium Silber, alias Franck, fuit Neapoli in Bibl. Joſephi Valletæ. Exſtat & Lipſienſis in fol. ſine anni nota. Habeo & Catilinarium Salluſtii ex perantiqua editione in 4. ſine loci ſignificatione & temporis. Hinc memoranda illa Anni 1492. per Theodorum Ragazonum. *Ex Læti* recognitione cum Laur. Vallę commentario in Catilinarium & Jo. Chryſoſtomi Soldi in Jugurthinum Venet 1491. 1493. & 1496. fol. per Philippum Pincium. Tho. Reineſius Epiſt. 50. ad Rupertum pag. 457. *Quicquid in Salluſtio contra veterum Codicum fidem immutatum eſt, id Læti importunæ diligentiæ tribuunt docti.* At Jo. Cuſpinianus in Epiſtola præmiſſa Floro a ſe emendato Viennæ 1511. 4. diſerte teſtatur typographos Criſpi Salluſtii opuſcula à Pomponio Læto correcta ementitos. Confer Diarium Venetum, Giornale de' letterati d' Italia, Tom. XXII. p. 391. ſeq. Lugd. 1496. 4 litteris Gothicis. Venetiis 1500. fol. cum commentario Laur. Vallæ in Catilinarium, & Omniboni Leoniceni: & Jo. Chryſoſtomi Soldi in Jugurthinum. Cum notis *Badii*, Pariſ. 1504. fol. Lugd. 1506. fol. parvo 1508. 4. 1514. 4. Editiones *Aldinæ* A. 1509. & 1521. 8 Antvverpienſes A. 1522. 4 1543. 8. Argentoratenſis A 1524. 4. * Venetiis 1521. per Bernardum Viani Vercellenſem. Cum Melanchthonis & Jac. Bononienſis notis, Colon. 1536. 8. Lugd. 1538. 8. 1549. 8. & 1556. 12. * Henrici Loriti Glareani. Baſil. 1538. 8. Lugd. 1545. 12. Cum Jo. Rivii caſtigationibus, Lipſiæ 1539. 8. 1542. 8. Cum variis lect. edente *Rob. Stephano*, Pariſiis 1544. 8. Editio Romana A. 1550. fol. Salluſtius ap. Seb. Gryphium, Lugd. 1551. 12. * In Catilinam Salluſtianum *Barthol Zanchii* commentarius. Venet. 1554. 8. Salluſtius Venetiis 1559. fol. cum explanatione Aſcenſii & variorum notis. Salluſtius *Aldi Manutii* P. Filii, qui fragmenta à ſe collecta addidit. Venet. 1557. 1567. 1588. 8. Rom. 1563. Antvverp. 1564. 8. apud Plantin. Editioni Baſileenſi Anno 1564. fol. cum variorum commentariis adjunctus

Junctus *Conſtantii Felicii Durantini* JCti liber de conjuratione Catilinæ ad Leonem X. Cum notis Vallæ, Badii, Soldi, Marliani, Rivii & Glareani, Venet. 1565. fol. 1590. fol. Cum notis Vallæ, Omniboni Leoniceni, Badii Aſcenſii, Barthol. Zanchii, Soldi, Vincentii Caſtilionei, Jacobi Bononienſis, Rivii & Glareani, Baſil. 1564. fol. Cum notis Cypriani à Popma, Lovan. 1572. 12. E MS. Bibl. Mediceæ recenſitus à *Petro Victorio*, Florent. 1576. 8. ap. Juntas.

Præ ceteris de Salluſtio præclare promeritus *Ludovicus Carrio* eſt, nam is fragmenta è libris ſex hiſtoriarum diligenter collegit, ac deinde Salluſtii ſcripta, quæ ſuperſunt, multis millibus, ut ipſe profitetur, locis meliora edidit illuſtravitque notis, Antvv. 1573 & 1579. 8. apud C. Plantinum, qui præter Rivii, Manutii, Popmæ ac Carrionis ſcholia addidit etiam notas *Jani Douſæ* cum luculenta fragmentorum acceſſione hactenus non editorum, A 1580. 8. Cum notis Glareani, Carrionis & Jac. Bononienſis, & Ulr. Hutteni floſculis, Baſil. 1590. 8 1606. 8. Cum ſcholiis Aldi Manutii, Cypriani à Popma & Lud Carrionis, Pariſ. 1574. 8 & Lugd. 1576. 12. apud Ant. Gryphium, & 1601. 12. apud Jacobum Stœr. *Fulvii Urſini* notæ ad Salluſtium, Cæſarem &c. Antvv. 1595. 8. ap. Plantin. Cum notis Criſtoph. Coleri, Norimb 1599. 8. Cum notis Eliæ Putſchii & Petri Ciacconii. Lugd. Bat. 1602 apud Plantin. Prodierat etiam cum notis Ciacconii, apud Rapheleng. Lugd. Bat. 1594. 8. *M. Antonii Mureti* notæ una cum animadv. ad Tacitum Ingolſtad. 1604. 8. Leidenſis editio A. 1612. 4. quę cum Metaphraſi (Belgica credo) MS. fuit in Bibl. P. Francii V. C. Salluſtius & L. Cornelii Siſennæ fragmenta cum notis Auſonii Popmæ, Franequ. 1619. 8. Ex recenſione Jo. Philippi Parei, Francof. 1622. 8. cum notis. Cum commentariis Pauli Benii Eugubini. Venet. 1624. 4. Cum vita Salluſtii à Chryſoſt. Soldo & Pomponio Læto ſcripta, Monitis politicis, ethicis, militaribus, aliiſque: Ciceronis Catilinariis orationibus, & Hiſtoricorum veterum fragmentis (a) ab Auſonio Popma collectis, Lugd. Bat. 1634. & 1645. Amſt. 1658 1665. 1669. & 1675. 12. Salluſtius cum notis *Dan Parei*, Francof. 1649. 12. * Cum veterum Hiſtoricorum fragmentis excuſus Salluſtius Venet. 1649. apud Juntas & Babam. 12. Ex Jo. Iſaaci Pontani recenſione, Amſt. 1649. forma minore. Jo. Georgii Beſſereri electa, ſive florilegium Salluſtianum, Francof. 1656. 12. Salluſtius è recenſione Rutgeri Hermannidæ, Amſt. 1661. 12. 1666. 12 * In Salluſtii primordia commentatio *Ludovici Liebhardi*. Beruthi 1664. 4. Salluſtius cum varior. notis ex edit. *Antonii Thyſii* Lugd. B. 1654. 8. Chriſtophori Adami Ruperti Obſervationes

(a) De his fragmentis dicetur infra libro IV.

tiones in Salluſtium civiles, morales, philologicæ, Norimberg. 1671. 8. * Salluſtius Salmur. 1673. 12. curante, ut ſuſpicor, *Tan. Fabro*. Cum notis Jo. Minelli, Roterd. 1653. 8. Hagæ Com 1685. 12. Roterd. 1699. 12. Dan. Hartnaccii, Dreſd. 1676. 12. Jo. Vorſtii, Lipſ. 1677. 12. Samuelis Groſſeri, Dresd. 1699. 12. Cum notis Chriſtiani Junckeri ad modum Minelli, Lipſ. 1706. 12.

Inter editiones Salluſtii præſtant *Gruteriana* Francof. 1607. 8. cum Jo. Rivii, Henr. Loriti Glareani, Aldi Manutii, Lud. Carrionis, Cypriani à Popma, Jani, Mellerii Palmerii, Petri Ciacconii, Fulvii Urſini, Eliæ Putſchii, Jani Douſæ, & Jani Gruteri caſtigationibus & notis integris. *Thyſiana*, cum ſelectis variorum atque Antonii Thyſiii obſervationibus, Lugd. Bat. 1649. & 1659. 8. *Gronoviana* è recenſione Jo. Frid. Gronovii cum ejuſdem & variorum notis ibid. 1665. 1677. 8. & *Amſtelodamenſis* 1686. A. 1690. 8. cum integris notis Rivii, Manutii, P. Ciacconii, Fulv. Urſini & Eliæ Putſchii, ac ſelectis Gruteri, Glareani, Cypriani à Popma, Carrionis, Douſæ & aliorum, Melleriique Palmerii ſpicilegiis. *Pariſienſis* in uſum Delphini adornante *Daniele Criſpino*, A. 1674. 4. recuſa Lond. 1697. & 1715. 8.

* Cum notis integris Glareani, Rivii, Ciacconii, Gruteri, Carrionis, Manutii, Putſchii, Douſæ & ſelectis Caſtalionæi, Cornelii & Auſonii Popmæ, Jani Mellerii Palmerii, Fulvii Urſini, J. Frid. Gronovii, Petri Victorii, &c. ex recenſione & cum indicibus locupletibus (imprimis dictionum & phraſium) notiſque eruditis perpetuis *Joſephi Waſſe*, Collegii Reginæ apud Cantabrigienſes Socii, & illuſtriſſimi Ducis de Kent à ſacris domeſticis. Editio præ cæteris inſignis atque luculenta, Cantabrig. 1710. 4. cui præmiſſa eſt vita Salluſtii ſcripta à Joanne Clerico, (*a*) & adjuncta *fragmenta Vett. Hiſtoricorum*, notis Auſonii Popmæ illuſtrata, Julii item Exſuperantii libellus, & declamatio in Catilinam, quam Porcio Latroni tribui ſupra jam dictum eſt. Salluſtius ex *Michaelis Maittaire* recenſione (*b*) Lond. 1713. 12. Et cum ſelectis variorum annotationibus, Rothomag. 1717. 12. & cum expoſitione notiſque Germanicis in uſum tironum, Gabriele Schumanno ni fallor auctore, vel Leonhardo Chriſtophoro Kuhl, Conrectore Scholæ Aſcanienſis. Hall. 1717. 12. *Jac. Tollii* Salluſtius, quem promiſit notis ad fortuita, non vidit lucem. *Caſparis Panſæ de Rangenburg*, Conſiliarii regiminis Auſtriæ ſuperioris, obſervationes & notæ ad Salluſtium ineditæ memorantur à Lambecio lib. 2. de Bibl. Vindobonenſ. pag. 998. Salluſtium illuſtrare etiam con-

ſtitue-

(a) Confer ejus Bibliothecam ſelectam T. 21. p. 339.
(b) Bibl. ancienne & moderne T. V. p. 127.

ſtituerat *Theophilus Horgeſius*, primo Profeſſor Hiſtoriarum deinde Conſul Daventrienſis: quo morte prævento hanc provinciam in ſe ſuſcepit *Jo. Bouvverſius*, in ejuſdem Urbis celeberrimæ Gymnaſio Hiſtor. Profeſſor, adhibito Codice MS. bonæ notæ, qui in illa urbe aſſervatur, ut ad me ſcripſit illuſtris Vir Gisbertus Cuperus, teſtatus ſimul ſcholia & obſervationes Hogerſii ad ſe perveniſſe, & ſe quoque notas in Salluſtium atque in his nonnullas uberiores concinnaſſe. Inter libros *Joach. Borgheſii*, quos ad prælum paratos Grœningæ A. 1666. moriens reliquit, (*a*) eſt quoque Index Philologico politicus in Salluſtium. *Reinerii Neuhuſii* electa Senecana & Salluſtiana. Amſt. 1646. 12.

Anglice Salluſtium vertit Eliſabetha Angliæ Regina teſte Guil. Cambdeno, & in præf. ad Opera Regis Jacobi I. Richardo Montacutio. *Gallice* Jo. Bauduinus, Pariſ. 1617. 4. poſt Ambroſium Giraldum Pariſ. 1539. 8. & Petrum Meigretum, ibid. fol. & Lugd. 1556. 12. Ne dicam de Orationibus ad Cæſarem & adverſus Cic. quas interpretatus eſt Petrus Saliat. Pariſ. 1537. 8. & Steph. le Blanc. ib. 1545. 12. * In Crucimannii Bibliotheca Gallica video *Gallicos* Salluſtii interpretes memorari Andream Bovivum, Antonium Divinum & p. 295. Ludovicum Maigretum. Jo. Bauduini ſive Balduini Gallica interpretatio prodiit etiam Pariſ. 1629. 1663. 12. Exſtant & recentiores Salluſtii verſiones Gallicæ tres, una Teilii, altera Caſſagnii Academiæ Regiæ Gallicæ Socii, & tertia bis jam excuſa Abbatis Maſſoni. Pariſ. 1716. 12. Vide Ephemerides Pariſienſes A. 1716. menſe Junio pag. 670. & Memorias Trevoltinas A. 1717. pag. 665. *Germanice* Balthaſar Kindermann, Witteberg. 1662. 8. Verſiones *Germanicæ* (*b*) Wilhelmi de Chalcum Lohauſenii, Bremæ 1629. 4. cum notis & Danielis Albini, Hamb. 1663. 8. *Belgice*, Roterd. 1657. 12. *Hiſpanice* Emmanuel Sveiro, Antvverp. 1554. 8. & 1615. 4. *Italice* Auguſtinus Ortica, Venet. 1518. 1523. & 1545. 8. * *Græce* etiam Salluſtium vertiſſe & Celſum traditur eruditus vir Benedictus Averanius Florentinus A. 1707. defunctus.

C A-

(a) Bibl. choiſie de Mr. le Clerc. T. XXXIV. p. 232. ſeq:

(b) Salluſtius Germanicus Colon. 1654. 12. editus non verſionem Germanicam Salluſtii, ſed deſcriptionem belli Sveco Gallico Germanici ab Anno 1618. ad 1654. geſti continet.

CAPUT X.

DE C. JULIO CÆSARE.

Julii Cæſaris ætas. 1. De bello Gallico libro VII. 2. Liber VIII. ab A. Hirtio additus 3. Libri III. Cæſaris de bello civili 4. Liber de bello Alexandrino, alius de Africano, & tertius de Hiſpalenſi, auctore Hirtio vel C. Oppio. 5. De Julio Celſo & commentariis de vita Cæſaris quæ ad Celſum vulgo referuntur, e quibus petitum longius fragmentum quod libro de bello Hiſp. ſubjecit Jungermannus. 6. Cæſaris editiones. 7. Scripta deperdita. 8. Emendatio Calendarii. 9. Coſmographia. 10. Diplomata quæ Auſtriæ conceſſa à Cæſare nonnulli jactarunt, & alia quædam Cæſari ridicule ſuppoſita. 11.

I. C. JULIUS CÆSAR (*a*) Dictator, eloquentiâ doctrinaque non minus quam incredibili animi vigore (*b*) rerumque geſtarum magnitudine clariſſimus, poſt victum Cn. Pompejum & oppreſſam Remp. eum ſumma poteſtate paullo ultra quadriennium moderate ſatis uſus fuiſſet, in curia à conjuratis confoſſus periit Idibus Martiis Anno Urbis DCCX. ante CHRISTUM XLIV. ætatis LVI. * Vitam Cæſaris à *Stephano Ambroſio Schiappalaria* ſcriptam Italice, editamque Antvverp. 1578. laudat Gisb. Cuperus (*c*) exerc. 2. de elephantis in nummis pag. 164. & pag. 167. Anonymi Itali volumen diſſertationum XX. in nummos ineditarum, quæ hiſtoriam Cæſaris & alias antiquitates docte illuſtrant, MSS. in Bibl. Guelpherbytana. Ex nummis vitam Cæſaris præterea illuſtrant Hub. Goltzius Lud. Nonii commentariis illuſtratus Antvverp. 1620. fol. Laur. Begerus in theſauro Palatino pag. 73. & 290. ſeq. & in theſauro Brandenb. Tom. 2. pag. 600. ſeq.

& Tom.

(a) Alius C. Julius Cæſar Strabo Lucii F. Orator ſuaviſſimus, cujus genus eloquentiæ ſecutus eſt Cæſar dictator cum adhuc adoleſcens eſſet. Vide Pitiſcum V. C. ad Suetonii Calig. c. ult. Cæſaris Dictatoris vitam è veteribus tradunt Plutarchus, Suetonius, & de quo infra §. VI dicam, Julius Celſus. Longe plures interciderunt. Sidonius Apollinaris ad Burgundionem (qui laudem Cæſaris Julii ſcripſerat) lib. IX. Epiſt. 14. *Nam ſi omittantur quæ de titulis Dictatoris invicti ſcripta Patavinis ſunt voluminibus* (in T. Livii libris Hiſtoriarum deperditis) *quis opera Suetonii, quis Juvenci Martialis Hiſtoriam, quiſve ad extremum Balbi Ephemeridem fando adæquaverit?* Hunc Balbum haud diverſum eſſe Balbo Cornelio Theophane, cujus meminit Capitolinus, adverſus præclari Voſſii in Hiſt. lat. ſententiam recte obſervatum eſt Bælio in Lex. ubi de Cæſare. Inter recentiores qui de Cæſaris rebus ſcripſerunt, ſane infinitos, unum in præſenti laudabo Hubertum Goltzium, qui Cæſaris genealogiam vitamque compoſuit atque è nummis veteribus illuſtravit. Brugis 1563. fol.

(b) Confer Plinium VII. 25. Hiſt.

(c) Tom. 3. theſauri novi Antiquitatum Rom. Sallengriani.

& Tom 3. p. 86. Jo. Geobaldus Fabricius in Cæſare nummiſmatico, Lond. 1678. 8. Steph. Soucier S. J. in diſſ. ad nummum ſingularem Cæſaris cum victoria alata: in memoriis Trevoltinis A. 1713. Dec. p. 2145. Carolus Patinus ad Cæſarem Svetonii, & qui nummos Imperatorum enarrarunt Triſtanus, Mediobarbus, Pedruſius, aliique, quos laudavi ad V. C. Anſelmi Bandurii Bibliothecam nummiſmaticam p. 237. ſeq. Evolvi etiam vitam Cæſaris Italico ſtylo ſcriptam ab Antonio Franciſco Doni, Rom. 1637. 12. *la felicità & infelicità di Ceſare*. In Bibl. Menarſiana pag. 66. memoratur inter libros in folio, *il Ceſariano, dove ſi narrano li fatti di Giulio Cæſare*. in Venet. 1492. Alexandrum cum Cæſare contulit Plutarchus, Poggius Scipionem, quem non dubitavit illi etiam præferre, indignante Jo. Guarino & Cæſari primas tribuente. Vide Poggiana p. 259. ſeq. Sed in eminentibus viris & ingeniis ſi inter ſe componantur ſemper aliqua utrinque quibus invicem præſtent, alia quibus inferiores ſint, offendes. Dignum Cæſaris elogium reperi in Guil. Templei variis Opuſculis Gallice ex Anglico editis Tom. 2. pag. 115. ſeq.

II. Exſtant ipſius *de bello quod cum Gallis geſſit commentariorum (a) libri VII.* quorum ſinguli ſingulorum annorum res complectuntur. Unde Hirtius VIII. 48. *Scio Cæſarem ſingulorum annorum ſingulos commentarios feciſſe, quod ego non exiſtimavi mihi eſſe faciendum.* Græce tranſtulit Maximus Planudes, ſive quis alius, quæ verſio primum edita eſt A. 1606. ex Codice Pauli Petavii à Godofredo Jungermanno. De ea illuſtris Huetius libro de claris interpretibus p. 219. *Dubito equidem Gazæne an Planudæ an alteri ejuſdem ævi cuipiam commentariorum de bello Gallico converſionem Græcam, quæ in Petaviana Bibl. habetur, adſcribam. Cæſarem illa nonnunquam ducem deſerit, & breves tentat excurſus, raro tamen & verecunde, ceterum non impura ea, nec invenuſta.* David Hœſchelius Epiſtola ad Jungermannum 4. Cal. April. A. 1606. *Interpretationem Planudis potius qui & Ovidiana vertit quædam non infeliciter, quam Gazæ crediderim, quod è phraſium ſimilitudine facile conjecerim.* Petrus

(a) Hirtius, *Commentarios rerum geſtarum Galliæ*, ὑπομνήματα vocant Strabo & Appianus. Sunt enim veluti quædam ὗλαι τινές, ut Nicephori Bryennii vocabulo utar, non perfecta Hiſtoria, ſed memoriæ quædam, *unde ſumerent qui vellent ſcribere Hiſtoriam*, ut loquitur Cicero in Bruto c. 75. Sic etiam Auguſtus commentarios rerum ſuarum ſcripſerat, quæ ὑπομνήματα appellat Plutarchus Antonio p. 925. Idem Plutarchus in Cæſare & Svetonius, Symmachus item atque Sidonius, tum Servius in XI. Æneid. hos Julii Cæſaris commentarios vocant *Ephemerides*, quia tempus utcumque obſervant. Neque enim aliud opus Cæſaris Ephemerides putaverim, licet quæ à Servio ex illis proferuntur, hodie deſideramus. Sunt certe quædam ut norunt eruditi in his libris de bello Gallico lacunæ. Neque aliud exiſtimo eſſe Julii Cæſaris *Chronica*, quæ MSS. memorantur in Catalogo Bibl. Iſ. Voſſii. Græcus interpres inſcripſit ἀπομνημονεύματα τὸ ἐν τῷ Γαλατικῷ πολέμῳ.

Petrus Scriverius litteris ad eundem Jungermannum: *Belli Gallici interpres ille Græcus non eſt quidem contemnendus, ſed tamen haud ita magno litterarum emolumento legitur, ut abſque ulla ſtudioſorum fraude poterat obliterari quiſquis eſt. Sed legatur, ſi quis tamen hæc quoque ſi quis captus amore leget*. Occurrit in editione utraque ſcriptorum Cæſaris Jungermanniana latinis ex adverſo per ſingulas paginas poſita, uti verſiones latinæ ſcriptorum Græcorum ſolent: ſed in editione nupera clariſſ. Daviſii ſeparatim ad calcem voluminis rejecta legitur. Gallice tranſtulere (partem ſaltem) hos libros Reges Chriſtianiſſimi Henricus IV. teſte Iſ. Caſaubono præf. ad Polybium, & Ludovicus XIV. cujus etiam typis exſcripta eſt interpretatio. *Traduction du livre I. de Jules Ceſar par Louis XIV*. à Paris MDCLXI. fol. de l'imprimerie Royale. De portu *Itio* ſive *Iccio*, è quo Cæſar è Gallia in Britanniam ſolvit V. 2. de bello Gallico, exſtant diſſertationes Jo. Jacobi Chifletii, Antvverp. 1627. & Guil. Somneri, Caroli du Freſne atque Edmundi Gibſoni Oxon. 1694. 8. * De Aſinii Pollionis cenſura, qui Cæſaris commentarios ut parum diligentes, neque integra veritate ſcriptos reprehendit teſte Svetonio in Cæſare c. 56. adeundus Morhoſius libro de Patavinitate Liviana capite 4. & Joach. Chriſtophorus Nemeitz de modeſtia hiſtorica in cenſuris principum obſervanda §. 14. Prodiit Londini Scanorum 1709. 8. Commentarii ſunt quod Olympiodorus vocat ὕλην συγγραφῆς apud Photium Cod. 80. Gallis *memoires*, cujuſmodi commentarios hiſtoricos à recentibus ſcriptoribus compoſitos bene multos cum laude vel cenſura commemorat celeberr. Jo. Burchardus Menckenius in ſchediaſmate de commentariis hiſtoricis, Lipſiæ 1708. 4. & Jacobus le Long in admirandæ induſtriæ opere Bibl. hiſtorica Gallica p. 1098. Portum Iccium Cæſaris *Mardicum* eſſe perſuaſit ſibi Jo. Jac. Chifletius: Sam. Clark *Caletum*, ſive cum Carolo du Freſne *Wiſſantum*. Pro *Bononia* ſive *Bolonienſi* portu *Geſſoriaco* pugnant Guilelmus Cambdenus, Phil. Cluverius & Guilelmus Somnerus, quorum ſententiæ præter Grævium p. 808. ad Sveton. accedit Joannes Battely in Antiquitatibus Rutupinis (Richburrough in comitatu Cantii) Oxoniæ 1711. 4. editis. Hadrianus Valeſius malit *Quentavicum* ſive *Stapulas*, quam opinionem erudite nuper tuendam ſuſcepit vir celeberrimus Jo. Georgius Eccardus in diſſ. inſerta Tomo octavo Miſcellaneorum Lipſienſium pag. 268. ſeq. 278. ſeq. Mihi veriſimillima videtur Caroli du Freſne ſententia, cui videtur ſuffragari (*a*) Guilelmus Pictavienſis.

III. *Li-*

(a) Vide Guil. Somnerum pag. XXXVII. Chriſtoph. Cellarium Geograph. antiquæ T. 1. p. 378. ſeq.

III. *Liber VIII. de bello Gallico* ad Cornelium Balbum Gaditanum, non ab ipſo Cæſare ſcriptus, ſed ab A. HIRTIO (*a*) additus, hiſtoriam à Cæſare cœptam ad ejus è Gallia in Italiam reditum perducit. Hic eſt Hirtius Cæſaris familiaris, qui anno proximo poſt Cæſarem interfectum Conſul in acie (*b*) periit. Ab eo noviſſimum Gallici belli imperfectumque librum ſuppletum fuiſſe ſcribit etiam Svetonius in Julio cap. LVI. Lupus Ferrarienſis Epiſtola XXXVII. ad Heriboldum Epiſcopum: *Commentarii belli Gallici tantum exſtant, nec quantum ad hiſtoriam quod compertum habeam Cæſaris quicquam aliud. Nam ceterarum ejus rerum geſtarum poſtquam idem Julius totius pæne orbis cauſarum molibus eſt oppreſſus, Hirtius ejus notarius in commentarios ſeriem referendam ſuſcepit*. Capite 15. hujus libri verba Hirtii hæc ſunt: *nam in acie ſedere Galles conſueſſe, ſuperioribus libris declaratum eſt*. At nihil tale legitur in Cæſaris, quales hodie exſtant, commentariis. *Quare ſi quid judico*, inquit Dionyſ. Voſſius ad hunc Hirtii locum, *vel periit hic locus, vel alicubi corruptus legitur*. Adde quæ magnus Seldenus in mari clauſo lib. 2. cap. 1. & hæc verba Ethelverdi *Hiberniam petunt, Britannidem olim à Julio magno Cæſare vocatam*.

IV. *De bello Civili Pompejano libri III.* quos Cæſaris eſſe teſtatur quoque diſerte Svetonius in Julio cap. LVI. Utroſque de bello civili ac Gallico commentarios ſimplici, eleganti & emendata dictione venuſtos Cæſari perperam adjudicarunt Ludovicus Carrio, Floriduſque Sabinus (*c*) & Ludovicus Caduceus libros de bello Gallico ad Svetonium auctorem referre haud veritus: quorum ſententia mihi fere æque abſurda videtur, atque illius quem Iſaacus Voſſius in reſponſionibus primis ad objecta Rich. Simonis narrat diſſertationem conſcripſiſſe, qua falſa convinceret quæcunque in libris de bello Gallico continerentur, & copioſe inſuper oſtenderet, Cæſarem nunquam tranſiviſſe Alpes, & ne vidiſſe quidem Galliam. Juſtus quoque Lipſius aliquando putavit alium eſſe, qui de bello Gallico & qui de civili ſcripſiſſet, vel ſaltim libros de bello Gallico à Julio Celſo interpolatos ad nos perveniſſe, ut contendit II. 7. Elector. & II. Epiſtolicar. quæſt. & in extremo Analectorum ad lib. 2. de militia Romana. Certe unum eundemque Cæſarem eſſe, qui de bello Gallico libros VII. & III. de civili ſcripſit, facile credimus & veterum teſtimoniis & ſtyli emendati ac ſimplicis mirificæ ſimilitudini. * Libros *de bello civili* differ-

(a) In quibuſdam editionibus inepte appellatur *A. Hirtius Panſas* notum enim eſt Panſam Hirtii fuiſſe in Conſulatu, quo ambo Anno U. C. 711. perierunt, Collegam.

(b) Sveton. Auguſto c. XI. Xiphilin. p. 33. ſeq. Hanckius de Rom. rer. ſcriptoribus lib. I. c. IV.

(c) Vide Voſſium lib. 1. de Hiſt. lat. c. XIII.

diſſertationibus Philologicis A. 1641. illuſtrare cœpit Joannes Raven Profeſſor Soranæ Academiæ, ſed vix ultra binas adſpexere lucem, quarum prima illuſtrando Floro IV. 2. (ubi de Cæſare diſſerit) impenditur.

V. Subjungi his ſolent. 1. *Liber de bello Cæſaris Alexandrino*, qui Hirtium, ut videtur, habet auctorem, certe eundem qui librum VIII. de bello Gallico addidit. 2. *De bello Africano*, quod cum Juba Numidarum Rege Cæſar geſſit, *liber* omnium, judice Lipſio, elegantiſſimus, atque illi ipſi qui ſuperiorem ſcripſit tribuendus. Plura tamen interpolatoris recentioris veſtigia in illo viſus eſt ſibi nuper deprehendere eruditiſſimus Dodvvellus in diſſ. de Julio Celſo, ſect. VIII. * cujus argumenta confutanda ſibi ſumpſit Jo. Clericus tom. 26. Bibl. Select. p. 132. ſeq. Bellum Africanum Cæſar confecit A. U. C. 708. & Hiſpanienſe 709. Et 3. *Liber de bello Hiſpanienſi*, quem ad Cornelium Balbum, cui librum VIII. de bello Gallico Hirtius dicavit, vel ad C. Oppium refert vir inſignis judicii G. J. Voſſius. At Svetonius quidem de Balbo ſilens *Alexandrini*, inquit *Africique & Hiſpanienſis incertus auctor eſt. Alii enim Oppium* (a) *putant, alii Hirtium, qui etiam Gallici belli noviſſimum imperfectumque librum ſupplevit*. Hunc librum de bello Hiſpanienſi (alterius, quam duo ſuperiores, auctoris) totum militari quodam & horrido compoſitum eſſe ſtylo, etſi bene latino, præter Lipſium II. 22. electorum, monuit Joſephus Scaliger prolegom. ad Manilium. A. Julio Celſo interpolatum ad nos perveniſſe multis argumentis, non æqualis omnibus ponderis diſputat Dodvvellus in laudatæ diſſ. ſectione XI. * Liber *de bello Hiſpanienſi* extrema parte mutilus extat, atque ex Martini quoque Bladenii, Anglici interpretis, ſententia paſſim corruptus eſt, & junioris auctoris quam ut Cæſaris tempora attigerit, quod tamen Svetonio minime viſum, qui alii quidem quam Cæſari ſed uni ex ejus familiaribus Oppio vel Hirtio tributum ſcripſit. Bellum porro Hiſpanienſe pro eo quod in Hiſpania geſtum eſt ita dicitur, ut liber Hiſpanienſis, qui ſcriptus eſt in Hiſpania. Martialis præfat. libri XII. *non Hiſpanienſem librum mittamus, ſed Hiſpanum*.

VI. *Fragmentum*, extrema belli civilis à Ceſare in Hiſpania geſti, referens, Jungermannus libro de bello Hiſpanienſi ſubjecit ex MS. Pauli Petavii per Jacobum Bongarſium ipſi communicato, è quo etiam Græcam verſionem librorum VII. de bello Gallico edidit. Illud Voſſius petitum eſſe obſervat è Commentariis

(a) C. Oppium intellig: Cæſaris familiarem, de quo idem Voſſius p. 67. Huic librum de bello Hiſpanienſi tribuit etiam Volaterranus.

tariis de vita Cæſaris quæ tribuunt *Julio Celſo*, atque ſane legitur in editione horum commentariorum (*a*) Græviana pag. 185. – 191. Jungermannus vero notat in Cujaciano codice illud occurriſſe ſine nomine, in Petaviano, ſub nomine *Petrarchæ*. Primæ Commentariorum illorum editioni Anni 1473. nullum nomen auctoris eſt adſcriptum. At Julium Celſum appellat non modo Voſſius lib. I. de Hiſt. lat. cap. 13. & lib. V. Inſtitut. Or. c. 3. tmemate 10. ſed & ante Voſſium Jo. Sariſberienſis, (*b*) Vincentius Bellovacenſis libro VII. Speculi hiſt. & auctor incertus operis de vitis Philoſophorum, quod litteris Logobardicis excuſum eſt folii forma, non longe poſt repertam Typographiam, capite CIV. enim Julii Celſi Hiſtoriographi mentione facta cum dixiſſet eum diligenter de bello Cæſaris *libros quinque* exaraſſe, *in quibus multa doctrinalia mirabilia continentur*, quaſdam ex eo ſententias excerpit, quæ in his commentariis leguntur. Sed librorum tantummodo trium in his diſtinctio occurrit, libri ſecundi initium in editione Græviana eſt p. 28. libri tertii p. 37. Neque de bello tantum Cæſaris tradunt, ſed univerſum illius vitæ curſum perſequuntur. At pagina 118. legitur hujuſcemodi ſcholium: *Hic incipit octavus commentariorum liber, quem fecit Julius Celſus. Septem autem primos & uſque ad hunc paſſum fecit ipſe Cæſar, quamvis hic auctor aliquot in locis contradicit & male Cicerone teſte & ipſo Celſo in prologo ſuo*. Nimirum poſt iſtud ſcholion referuntur ea, de quibus agitur in libro octavo de bello Gallico, cujus libri octavi auctorem eſſe Celſum falſo ſcholii auctor affirmat. Sed neque horum Commentariorum de vita Cæſaris auctor eſt Celſus, nam ipſe allegatur in iiſdem pag. 68. *Suetonius auctor certiſſimus Germanorum hoc in finibus accidiſſe ait, Julius autem Celſus comes, & qui rebus interfuit, Eburorum in finibus factum refert*. Hæc non leguntur libro VIII. de bello Gallico: itaque aliud de rebus Cæſaris opus ſub Julii Celſi nomine ab hoc ſcriptore lectum eſſe oportet quod hodie non exſtat: Vel potius libros ipſos ſeptem Cæſaris (*c*) Julio Celſo imperite tribuit auctor quiſquis fuit, quoniam Julius Celſus quidam Conſtantinopolitanus V. C. ſexentos circiter poſt CHRISTUM natum annos Cæſaris ſcripta, recenſuerat, nomenque

(a) Jo. Georgius Grævius V. C. Commentarios, qui Julii Celſi vulgo dicuntur, ex editione unica & rariſſima Anni 1473. ſubjecit cum quibusdam ſuis caſtigationibus editioni Julii Cæſaris cum Dionyſii Voſſii animadverſionibus in lucem datæ Amſtelod. 1697. 8. Eodem anno ſeparatim prælis ſubjecti ſunt in Anglia, addito indice & præmiſſis virorum doctorum de illo teſtimoniis, Londini, 8.

(b) Vide teſtimonia editioni Londinenſis præmiſſa.

(c) In Eburonum finibus hæc accidiſſe innuit Cæſar V. 29.

ſuum illis ut Terentio Calliopius ſubſignaverat, quod etiamnum in variis Cæſaris Codicibus MSS. deprehenditur, ut præter alios Godvvinus præf. in Cæſarem annotavit, teſtatus in codice quodam MS. Thuano in margine libri II. de bello Gallico ſub principium hæc verba extare: *Julius Celſus Conſtantinus V. C. legi*. In margine vero libri III. *Flavius Licerius Firminus Lupicinus legi*. At commentariorum auctor à Celſo, ut vidimus, diverſus longe eſt recentior, ut obſervatum viris doctiſſimis Grævio in præfatione & H. Dodvvello, qui Italum patria ſuſpicatur, in diſſ. de Julio Celſo ad Grævium, quæ Annalibus ejus Quintilianeis & Statianis ſubjicitur Oxon. 1698. 8. ſectione XI. Sed Grævii verba adſcribere juvat: *Fuit Anonymus hic Chriſtianus. Laudat teſtimonium ſancti Auguſtini de morte voluntaria Catonis, & non raro damnat & irridet gentilium, Romanorum præcipue in auſpiciis & ſacris, ſuperſtitionem. Nulla in illo antiquitatis ſunt veſtigia. Quin vix quadringentorum, ſummum quingentorum annorum ætatem fert. Nam ut omittam alia, Morinos dicit ſuo tempore Flandros appellari, & Reges Germaniæ Cæſares*, (His Dodvvellus adjungit, quod apud hunc ſcriptorem memorantur Baſilea & Conſtantia urbes, urbs famoſa Pariſius, Flandria & Hannonia), *Neque tamen indignus eſt Anonymus hic lectione, cum multas graves ſententias adſpergat, quæ lectorem poſſunt erudire, ut non eſt in cognoſcendis cauſis cur quæque geſta ſint obtuſus, nec inutilis aut legentibus aut edentibus Cæſarem. Non fuit enim imperitus rerum humanarum, nec pro captu illius ætatis indoctus, quippe qui in ſcriptis Tullianis præcipue in Epiſtolis ad Atticum minime fuerit hoſpes, ex quibus non pauca excerpſit, quæ faciunt ad Julium Cæſarem defendendum, quem admiratur unice, & ad refellenda quæcunque in illo criminabantur*. Hæc ille. * Jac. Sirmondus in notis ad Ennodium p. 78. teſtatur ad calcem Codicis Vaticani quoque Cæſaris librorum adſcriptum: *Julius Celſus Conſtantinus V. C. legi. Flavius Licerius Firminus Lupicinus legi*. Obſervatque Lupicinum hunc fuiſſe Euprepiæ ſororis Ennodii Epiſcopi Ticinenſis filium, clarum ſub initia ſexti à CHRISTO nato ſæculi. Nec Joannes Sariſberienſis (*a*), nec Polydorus Virgilius, nec Lipſius, Cæſaris commentarios Julio Celſo attribuerunt tanquam auctori, ut traditur in Menagianis Tom. 2 pag. 99. Priores duo ne quidem Celſi mentionem fecerunt de nomine. Lipſius ſaltim II. 7 elector. teſtatus eſt ſe in Commentariis Cæſaris ſæpe quærere Cæſarem, & multos in illam purpuram pannos inſutos ſe videre, nec in dictione ipſa ſpirare ubique naribus

(*a*) Bernardus Moneta notis ad Menagiana T. IV. p. 80.

naribus ſuis auram illam, & ut ſic dicam ſtactam puræ aniquitatis. *Lege, relege, multa otioſa reperies, disjuncta, intricata, interpolata, repetita: ut omnino non abſit, quin ad hanc priſci operis ſtatuam novella aliqua acceſſerit, & imperita manus.* Tantum autem abeſt, ut idem Lipſius Celſum habuerit pro auctore Cæſaris commentariorum, quod illi etiam tribuitur in Scaligeranis per Vaſſanos collectis: ut potius lib. 2. Epiſtolicar. quæſtionum capite 2. refutet Lud. Carrionem ita ſentientem: licet conſtet à Vincentio Bellov. in ſpeculo Hiſt. nec non à Galtero Bulley in vitis Philoſophorum, Jacobo Mangno in Sophologio, & Alberto Eybio margaritæ poëticæ auctore, Cæſaris ſubinde verba ſub Celſi nomine citari. *Quin Julius aliquis Celſus manus attulerit Cæſari, quædam reciderit, addiderit, quædam interpolarit, nunquam infitebor: ut Cæſarem totum immutarit ſic quaſi Juſtinus Trogum, ignoſce, ne tua quidem cauſſa poſſum credere. De ſtilo quod ais, ſi verum quærimus, hi de bello Gallico diſcrepant aliquantum ab illis de Civili, ſilo orationis, & fieri poteſt ut interpolati ſint, ut dixi: non tamen ita ut ſimilitudo oris prorſus evanuerit, & quamvis gemini ſint, fratres tamen eſſe ex ipſa ratione ſcribendi agnoſcas.* Hæc ad Carrionem Lipſius. Error autem non exinde natus eſt, ut citato Menagianorum loco traditur, quod Julius Celſus vitam Cæſaris ſcripſit, ſed quod Grammaticus Julius Celſus Conſtantinus nomine, qui Cæſaris recenſuit & caſtigavit commentarios, in rei teſtimonium ad calcem voluminis adſcripſit hæc verba: *Julius Celſus Coſtantinus* (a) *V. C. legi*, ſive ut in quibuſdam Codicibus exſtat: *Julius Celſus Vir Clariſſ. & Comes recenſui*. Cum itaque exempla ad hanc recenſionem exacta pro emendatioribus haberentur, factum eſt ut librarii quo majorem auctoritatem ſuis adderent codicibus, eis hanc præfixerint inſcriptionem, quæ etiamnum in nonnullis MSS. legitur: *C. Julii Cæſaris per Julium Celſum commentarii*. Libri tres de vita Cæſaris ſine nomine auctoris, charactere antiquo minuto & compendiis ſcripturarum difficili excuſi ſunt A. 1473. fol. ſine loci vel typographi notatione ante libros Cæſaris ipſius de bello Gallico. Licet vero auctorem Voſſius audacter *Julium Celſum* appellavit, & Celſi nomen etiam præfert Grævii editio, eamque ſecuta Londinenſis, tamen Celſum auctorem eſſe recte negavit tam Grævius in præf. quam in diſſ. de Celſo Dodvvellus, cum Julius Celſus etiam ab ipſo hoc anonymo allegetur pag. 68. *Suetonius Tranquillus, auctor certiſſimus, Germanorum hoc in finibus accidiſſe ait; Julius Celſus comes, & qui rebus interfuit, Eburonum in finibus factum refert*, ubi reſpicit ad ea quæ Cæſar ipſe tra-

 dit

(a) Hinc Celſum aliqui fecere CPolitanum. Menagiana Tom. IV. pag. 84.

dit. lib. V. de bello Gallico capite 24. Cæſariſque commentarios per errorem tribuit Celſo, perinde ut alii non multum antiqui ſcriptores ſupra memorati, quoniam Celſus eos recenſuit atque emendavit: Celſúmque novo errore facit comitem Cæſaris, cum Comes ſit nomen dignitatis, quando in MS. codicibus legitur: *Iulius Celſus Vir clariſſ. & Comes recenſui*. Fortaſſe non erraverit qui cum erudito viro Bernardo Moneta ſibi perſuaſerit libros hoſce tres de vita Cæſaris auctorem habere *Franciſcum Petrarcham:* certe fragmentum de bello Hiſpanico, quod Jungermannus ex codice Petaviano edidit, Petrarchæ diſerte in illo MS. tribuitur, idque ex libro tertio p. 185.---191. edit. Græviana ad verbum eſt repetitum. Citat autor quiſquis eſt præterea Julium Cæſarem pag. 9. & ex ejus libris rerum ſuarum pleraque hauſiſſe ſe non diffitetur pag 194. Sed & adducit Cæſaris Epiſtolas 139. 140. & memorat iterum pag. 195. allegat etiam Ciceronem pag. 3. 118. 130. 133 139. 194. 202. Epiſtolas ad Atticum pag. 129. 202. Orationem Milonianam pag. 85. pro Marcello 202. Salluſtium pag. 4. Virgilium p. 204. Senecam p. 157. 180. Valerium Max p. 6. Plinium Sec. p. 157. Florum p. 78. 62. 79. 118. 115. 144. 189. Svetonium p. 8. 126. 127. 202. & Oroſium pag. --- & Auguſtinum pag. 180. è Græcis Xenophontem p. 202. & Platonis Phædonem p. 180. Socratem pag. 127.

VII. Editiones Cæſaris primas Romanas A. 1469. 1472. per Conrad. Svveinheim & Arnoldum Pannartz fol. curavit Joannes Andreas Epiſcopus Alerienſis. Prior teſte Labbeo extitit in Bibl. Card. Mazarini Poſterior fuit in Bibl. Menarſiana pag. 66. eaque e Bibl. illuſtris viri Epiſcopi Norvicenſis uſum ſe teſtatur Jo. Daviſius. Utramque habuit & Nicolaus Heinſius. Hinc commemorandæ Veneta A. 1471. fol. apud Nic. Jenſon Gallicum; Romana 1476. fol. quæ fuit apud cl. Grævium; & Mediolanenſes per Antonium Zarotum Parmenſem, 1477. fol. & 1478. fol. per Philippum de Lavagnia Mediolanenſem: & Tarviſina 1480. fol. per Mich. Manzolinum Parmenſem, & Venetæ 1482. fol per Octavianum Scotum Modoentienſem, quam ibidem Daviſius inſpexit, & 1490. cum indice Geographicò Raymundi Marliani; & 1494. fol. per Philippum de Pinciis Mantuanum, & 1499 fol. apud Benedictum Fontanam a Benghemio memorata, & Rom. 1499. fol. in domo Petri de Maximis. Philippi Beroaldi Bonon 1504 & 1508. fol. Aldina A. 1513. 8. Florent. 1514. 8 Veneta per Auguſtinum de Zannis de Porteſio 1517. fol. * quam Perizonius legavit Bibl. Leidenſi. Fuit etiam in Bibl. Menarſiana pag. 69. prima ni fallor ex iis, quæ iconibus illuſtratæ fuerunt. Aldina A. 1519. 8. * Florentina A. 1520.

A. 1520. 8. apud Juntas in Bibl. Barbarina; Baſileenſes An. 1521. 8. apud Tho. Wolfium, & 1535. apud Hervag. atque iterum apud Brylingerum; Pariſienſis A. 1522. 4. curante Petro Daneſio. Florentina A. 1523. apud Junt. *Jo. Rhellicani* Tigurini notæ ſive prælectiones Bernenſes in Cæſarem prodierunt Baſil. 1543. 8. Cæſaris commentarii collatis vetuſtis exemplaribus tam ſcriptis quam impreſſis accurate emendati Pariſ. 1543. fol. apud Michaëlem Vaſcoſanum. Cum notis *H. Glareani*. Pariſ. apud. Rob. Steph. 1544. 8. * una cum Marliani deſcriptione Galliæ. Baſil. 1566. 8. Illæ Glareani notæ ſeparatim prodierunt Friburgi Briſgojæ 1538. 8. Lugd. 1546. 8. Lugdunenſes, à Seb. Gryphio 1536. 1540. 8. & forma minore 1555. ex antiquiſſ. exemplari excuſa, eum Joannis Jucundi Veronenſis expoſitionibus. Exſtant & editiones Gryphianę admodum emendatæ A. 1538. 1549. * Lugdunenſis 1558. 12. apud Frellonium, & apud Gryph. 1560. 12. Cum ſcholiis *Jo. Mich. Bruti*. Venet. 1564. 8. Argent. 1596. forma minore. Cum fragmentis & emendationibus, ex Bibl. *Fulvii Urſini*, Antvverp. apud Plantin. 1570. 8. additis Bruti ſcholiis. Lauſannenſis editio A. 1571. fol. * ex Jo. Roſeti recognitione. Cum fragmentis & ſcholiis *Aldi Manutii*, Paulii F. & Fulvii Urſini emendatt. Venet. 1571. 8. 1575. 8. 1590. 8. Lugdunenſis A. 1574. fol. cum Manutii ſcholiis Urſini emendatt. & commentario *Franciſci Hottomanni*. Cum notis Glareani, Hottomanni, Urſini, & Manutii ex muſeo Jac. Stradæ Francof. 1575. fol. 1589. fol. Urſini notæ in Cæſarem & alios prodierunt etiam Antvverp. 1595. 8. Exſtat & editio Cæſaris Plantiniana cum notis & caſtigatt. Jucundi, Bruti, Manutii, Fulvii Urſini, & ſpicilegio *Jo. Sambuci*. 1574. 8. * Jac. Stradæ editionibus junctæ ſunt Inſcriptiones Urbium Hiſpanicarum. *Jo. Glandorpii* notæ à Reinero Reineccio A. 1551. excerptæ & A. 1574. editæ. Lipſ. 8. Cum Fulvii Urſini & aliorum emendationibus & Franciſci Hottomanni commentario, veterumque Galliæ locorum Alphabetica commemoratione, auctore Raym. Marliano. Frf. apud Jo. Wechelum 1584. 8. Plantiniana. Antvverp. 1586. 8. * Raphelengiana Anno 1593. ex recenſione *Juſti Lipſii* 8. & 1606. 8. Ex recognitione *Joſephi Scaligeri*, Lugd. Bat. apud Raphelengium 1606. 8. atque variis deinde locis ſæpiſſime. * Inſignis & accurata editio Jungermanniana Francof. 1606 4. prodiit ex officina Claudii Marnii & hæredum Jo. Aubrii, *capitum ſectionibus* primum à Jungermanno diſtincta. Cum notis Rhellicani, Glareani, Glandorpii, *Ioach Camerarii*, Bruti, Manutii, Fulvii Urſini, *Petri Ciacconii* & Hottomanni. Lugd. 1613. 8. quam editionem Grutero deberi ſuſpicatur Reineſius

Epiſt. ad Hoffmannum p. 677. * In Bibliotheca Anonymiana ; Lugd. Bat. 1716. 8. edita pag. 113. inter libros in fol. memorantur Cæſaris quæ exſtant cum notis Variorum ex recenſione *M. Zuerii Boxhornii* Lugd. Bat. 1635. E Bibliotheca Jo. Henr. Bœcleri. Argent. 1658. 8. Cæſaris quæ exſtant, Patavii 1695. 12. nitida editio.

Præ cæteris commendandæ ſunt editiones 1. *Jungermannianæ*, prima præſertim Anni 1606. 4. (altera enim Anni 1699. 4. & minus emendata & alioqui longe inferior eſt) in quibus Græca verſio adjuncta occurrit libris ſeptem de bello Gallico, & ad calcem voluminis leguntur notæ integræ Rhellicani, Glareani, Glandorpii, Joach. Camerarii, Bruti, Manutii, Sambuci, F. Urſini, P. Ciacconii, Hottomanni, *Joannis Brantii* Antvverpiani ; *Gothofredi* quoque *Jungermanni* notæ ad Græcum interpretem, & quæ de ponte Cæſaris commentati ſunt Jo. Jucundus, Hieron. Magius & Adr. Turnebus. Denique Raym. Marliani & alius ex Ortelio fere petitus nomenclator Geographicus. 2. *Arnoldi Montani* cum notis ſelectis variorum. Lugd. Bat. 1651. 1658. 1665. 1670. 1686. 8. 3. *Io. Godvvini* Profeſſoris Regii, in uſum Delphini, Pariſ. 1678. 4. & Lond. 1693. 1697. 8. & A. 1706. 4. etſi malus aliquando & cœcus dux audit Clariſſimo viro *Ioanni Daviſio*, cujus luculentæ Cæſaris editioni adſcriptas ſervo ex libris Gudianis lectiones Codicum MSS. plus quam decem. 4. *Io. Georgii Grævii*, cum animadverſionibus *Dionyſii Voſſii* G. J. Filii, additis Cæſaris fragmentis; Joſ. Scaligeri notitia Galliæ & notis ſuper appellationibus locorum aliquot & gentium apud Cæſarem, quæ è Scaligeri autographo caſtigatiores & auctiores hic vulgantur, Amſtelod. 1697. 8. Editionem hanc nitidam, quamvis ut Jo. Clericus III. Bibl. ſelectæ p. 365. annotavit non uſquequaque emendatiſſimam, figuris quoque eleganter in æs inciſis indicibuſque inſtructam, non mediocriter commendant ſubjuncti de vita Cæſaris commentarii, *Julio Celſo* perperam à nonnullis tributi, ut paulo ante dixi. * Editioni Cæſaris Grævianæ, *Dionyſii Voſſii* notis illuſtratæ, in ſecunda editione Amſt. 1713. 8. additæ ſunt etiam notæ laudati *Daviſii*, quæ A. 1697. quando prior vidit lucem, necdum prodierant. De perpaucis locis puto verum eſſe, quod eruditiſſ. Perizonius notis ad Caſp. Sanctii Minervam pag. 213. edit. noviſſ. eum notat ſatis proclivem ad miranda aliena in ſequiorem partem. 5. *Chriſtophori Cellarii* V. C. cum novis tabulis Geographicis & brevibus notis, Lipſ. 1705. 8. 6. *Io. Daviſii* Colleg. Reginæ in Acad. Cantabrig. Socii præſtantiſſimi, qui Cæſarem ad antiquiſſimas editiones & MS. codicem illuſtris Epiſcopi Norvicenſis recenſuit,

cenſuit, notiſque ſuis & ſelectis variorum, quæ paginis ſingulis ſubſtratæ ſunt, Ciaconii præcipue, Hotomanni, Brantii & Dionyſ. Voſſii egregie illuſtravit, adjecta ad calcem voluminis Græca librorum VII. de bello Gallico Metaphraſi, cujus, *quicunque demum*, inquit, *ſit auctor, vitioſis ſane Codicibus eſt uſus, & linguam latinam minus calluit, unde factum, ut à Cæſaris mente paſſim aberrarit & ineptum ſenſum procuderit. Ideoque non meæ voluntati ſed aliorum votis ſum obſecutus, cum eam interpretationem hic repræſentandam juſſerim.* Prodiit eximia hæc editio Cantabrigiæ 1706. 4. * Cæſar cum tabulis Geographicis & indice verborum ac phraſium, curante *Io. Valentino Merbitzio*. Francof. & Lipſ. 1703. 8. Splendidiſſimam editionem Cæſaris, Duci fortiſſimo Joanni Marlboroughio dicatam typis Jacobi Tonſoni, forma majoris folii in lucem dedit V. C. *Samuel ClarKe* Lond. 1712. fol. (*a*) typis luculentis, charta regia, adjunctiſque amplis tabulis æneis, præter effigiem Cæſaris atque Marlboroughii ultra octoginta, quibus variarum rerum Cæſari memoratarum, & præliorum atque obſidionum, & triumphi icones exhibentur. Cæſar ipſe cum argumentis & variis lectionibus, notatis in margine, excuſus perquam emendate, ad calcem vero voluminis poſt Cæſaris fragmenta, notæ editoris Criticæ magno ſtudio collatis editionibus & Codicibus MSS. licet alia in illa ſe editione deſiderare ſcripſit Jo. Georgius Eccardus diſſ. de portu Iccio Tom. VIII. Miſc. Lipſienſ. pag. 269. Indices bini ſubjuncti, Geographicus alter, alter rerum, admodum accurati & locupletes. Pulcherrimo hoc Cæſare donavit me, Academiam & peregrinas oras petiturus nobiliſſimus vir D. Gerardus Dunte, Hamburgenſis, qui ut propediem feliciter ad nos redeat, & patriæ redditus diu ſit decori, & ornamento, DEum precor. Julius Cæſar ex recenſione *Mich. Maittaire*, Lond. 1716. 12. prodiit apud Jac. Tonſonum: editio non minus nitida quam Elzeviriana A. 1635. Utiliſſima Germanis noſtris tironibus ἔκδοσις non ſcio quo auctore lucem vidit, Halæ Sax. 1718. 8. cum vita Cæſaris, moralibus notata obſervationibus, ſex tabulis Geographicis, & duplici indice vocum phraſiumque Latino & Germanico, & notis quibus per ſingulas paginas ſingula perſpicue Germanicis notis explicantur atque illuſtrantur. *Johannes Raven*, Profeſſor Soranæ Academiæ Cæſaris libros de bello civili diſſertationibus Philologicis illuſtrare cœpit A. 1641. ſed vix ultra

(a) Memoirs of literature (auctore V. C. Mich. de la Roche) Tom. III. pag. 1. & 54. Bibl. choiſie de Mr. le Clerc. Tom. XXVI. pag. 112. Acta eruditor. A. 1714. pag. 46. Journal des Savans A. 1713. Novembr. p. 483. Mem. de Trevoux A. 1712. p. 1293. & A. 1713. p. 1846.

binas ex illis aſpexere lucem, quarum prima Flori lib. IV. cap. 2. ubi de Cæſare ille diſſerit, impenditur. *Chriſtophori Prætorii*, Profeſſoris in Gymnaſio Stetinenſi, digreſſiones ad lib. 1. de bello Gallico Stetin. 1656. 4. Phraſeologia Cæſareana per Rothium, Ulmæ 1702. & per M. Chriſtianum Frid. Kocherum ibid. 1720. 8. Caſp. Svevi elegantiæ Latinitatis Cæſareanæ. Witeb. 1586. 8. Roberti Titii uberes ac perpetui commentarii ad Cæſarem, quarum ſpem fecit in litteris ad Velſerum datis Bononiæ A. 1602. lucem haud viderunt. Nec Pauli Merulæ Chronologia in Cæſarem de Bello Civili, cujus in Vita ejus mentio fit. De Cæſaris ſcriptis è ſupellectile nummaria illuſtratis ab Henrico von der Borcht, vide quæ notavi infra Qui non ita pridem prælo exiit liber commentarius Clariſſimi Witebergenſium Doctoris *Jo. Guilelmi Bergeri*, de naturali pulchritudine Orationis ad excelſam Longini diſciplinam illuſtri continentique Julii Cæſaris exemplo exacta, Lipſiæ A. 1720. 4. tam accurate atque eleganter eſt conſcriptus, & quam ſectandam aliis commendat veterum eloquentiam doctrinamque, tam feliciter repræſentat & exprimit, auctorem dignum Schurzfleiſchii ἱκανόν ac ſucceſſorem facile in illo agnoſcas. * Cæſaris Codicem Gottorpienſem memorat & ſatis exactum vocat Clariſſ. Drakenburgius ad Silium pag. 748. Codices binos membranaceos, antiquiſſimum alterum, alterum A. 1385. ſcriptum ſervavit Bibl. Menarſiana pag. 63.

Gallice Rob. Gaguino (a) Interprete ad Regem Carolum VIII. A. 1488. 1539. fol. * & ex recenſione Antonii Molini, Lugd. 1545. 12. Ex verſione Stephani Aquæi Pariſ. 1531. fol.

Blaſii Vigenerii, Pariſ. 1576. 4. 1589. fol. 1625. 4. & Genev. 1602. 4. cum eruditis commentariis. * Blaſii Vigenerii interpretationi addita comparatio Cæſaris & Henrici quarti, auctore Antonio Bandalo. Pariſ. 1609. 4. 1617. fol. Ducis quoque Rohanii liber, qui inſcribitur *le parfait Capitaine*, Pariſ. 1636. 4. Cæſaris commentariorum Epitomen cum obſervationibus quibuſdam ſtrategicis, & tractatu de bello complectitur. Ut Stephani Ambroſii Schiappalariæ obſervationes politicas in vitam Cæſaris, Italice A. 1600. 4. Veronæ editas prætercam. * Perroti Ablancurtii verſio Pariſ. 1650. 1658. 4. 1665. 12. Amſt. 1678. 8. & 1708. 12. edita licet elegantior prioribus, tamen ut parum fidelis à Bladenio, Anglico interprete perſtringitur, quod alia perperam reddat, trajiciat & omittat alia, alia adjiciat. De verſione libri I. de bello Gallico, quæ Rege Galliæ Ludovico XIV. auctore prodiit Pariſ. 1661. fol. facta ſupra mentio eſt. Ducis Rohanii ex Cæſarea expreſſus liber

Gal-

(a) Obiit Gaguinus A. 1501. 12. Maii;

Gallicus, *le parfait Capitaine*, autrement *l'abregé des Commentaires de Ceſar*, cum auctario, recuſus exſtat (*a*) Amſt. 1692. 12. Conjecture ſur quelques difficultez qui ſe trouvent dans les premiers chapitres des Commentaires de Ceſar (de bello Gallico) Vide Memorias Trevoltinas A. 1717. pag. 1230. ſeq. Memoirs of literature T. 3. p. 234.

Hiſpanice, 8. Toleti 1570. 8. auctore *Petro Garſia Oliva* & *Didaco Lopeſio* interprete Madrit. 1621. 4. ut Anonymi verſionem omittam, editam Compluti 1529. fol. * quam haud diverſam ab illa Garſiæ vel Lopeſii Toletani ſuſpicatur Nic. Antonius T. 2. Bibl. Hiſpan. p. 272. * *Italice* Cæſar excuſus Auguſtino Urtica della Porta interprete, Mediolan. 1518. 4. Venet. 1541. 8. & ex Franciſci Baldelli interpretatione 1572. 12. & curante Andrea Palladio ibid. 1575. 1619. 1635. 4. cum haud contemnendis iconibus. Ineditam Petri Candidi Decembris verſionem memorant auctores Diarii Veneti, Giornale de'letterati d'Italia T. XII. p. 347. Eadem lingua de arte militari in Cæſarem commentatus eſt Brancatius, Venet. 1585. 4. *Belgice*, Delphis 1614. 8. per *Io. Fenacolium*, * & ex recenti interpretatione Abrahami Bogaert. Amſt 1709. 8. duobus Voluminibus. * *Germanica* verſio M. Ringmanni Phileſii, Maximiliano I. Imp. inſcripta lucem vidit Argentorat. 1507. Auguſtæ Vindel. 1531 apud Henr. Steiner & Moguntiæ 1532. apud Ivonem Schoffer, fol. Poſt Ringmannum vertit Chriſtoph. Feyerabend, Francof. 1565. 1588. fol. Utinam vero pro hiſce & recentiore interprete, qui ſub *derelicti* nomine latere voluit, Lipſ. 1682. 8. & quem frequenter nimis vera Cæſaris ſententia deſerit, propediem Germanis noſtris detur evolvere & abſolutam videre accuratiſſimam verſionem, quam affectam in ſcriniis habet clariſſ. amicus & collega noſter *Mich. Richey*, Hiſtoriarum & Græcæ Linguæ Profeſſor digniſſimus in Gymnaſio hujus Urbis Hamb. *Anglice* Georgio Chapmanno interprete, & cum Clementis Edmondi non indignis lectu obſervationibus (*b*) Lond. 1609. 1677. fol. Alia recentior & melior interpretatio Martini Bladenii, (ejuſdem qui Trajani Boccalini ſcripta Anglicis auribus dedit) ibid. 1705. 8. cum iconibus ære deſcriptis. Arabicam verſionem (*c*) cum voluptate dicitur lectitaſſe Turcarum Imperator Solimannus. * Vide Dan. Guil. Molleri diſſ. de Julio Cæſare Altdorf. 1687. p. 47.

VIII. Scripta Cæſaris deperdita, è quibus fragmenta quædam

(*a*) Bockſaal van Europa A. 1693. p. 474.
(*b*) Ant. Vvood. Antiq. Oxon. p. 181.
(*c*) Mottanus Vayerus T. 1. Opp. p. 366. edit. in fol.

dam in pleriſque editionibus à Fulv. Urſino & Petro Scriverio collecta ac recognita leguntur, hæc ſunt:

Orationes, 1. Divinatio. 2. qua Cn. Dolabellam annos natus unum & viginti inſecutus eſt, quam cum admiratione lectam ſcribit auctor de cauſis corruptæ eloqu. c. 34. 3. Pro Decio Samnite, id. c. 21. 4. pro Bithynis, 5. pro lege Plautia, 6. pro Sextilio, 7. de conjuratis, 8. in funere Juliæ, 9. in funere Corneliæ uxoris &c. Nonnullas ab actuariis excerptas male ſubſequentibus verba dicentis, vel plane Cæſari ſuppoſitas notavit Svetonius in Julio cap. 55. ut illam pro Q. Metello & duas ad milites in Hiſpania.

Epiſtolarum libri ad Ciceronem, ad C. Oppium & Balbum Cornelium, ad Q. Pedium, ad Piſonem, ad M. Antonium. Epiſtolæ ad Senatum (quas primum ad paginas & formam memorialis libelli convertit, ſive opiſtographas fecit confer J. Mabillonium de re diplomatica p. 41.) Ad familiares domeſticis de rebus &c. Quod vero Plinius VII. 25. Hiſt. narrat Cæſarem ſcribere & legere ſimul, dictare & audire ſolitum, epiſtolas vero tantarum rerum quaternas pariter, aut ſi nihil aliud ageret, ſepienas dictaſſe librario; Simile quid de Cardinali Granvellio referri memini. Vide ſis Morerii Lexicon in *Perrenot*. * Petrus Bleſenſis Epiſtola XCII. *Vidit quandoque Dominus Cantuarienſis, & vos ipſi cum eo, multique alii, me de diverſis materiis, tribus dictare ſcriptoribus, & uniuſcujuſque calamo feſtinanti ſatisfacere: meque quod de ſolo Iulio Cæſare ſcribitur, quartam Epiſtolam dictare & ſcribere. Quod ſi alicui res iſta in dubium venit, facti quæſo experientia faciat dicti fidem.*

De Analogia libri duo, ad M. Tull. Ciceronem. Horum librorum, quos Τέχνην γραμματικήν videtur vocare Svidas in γάϊος Ἰούλιος, jacturam reſarcire utcunque conatus eſt Jacobus Operarius in Analogiis linguæ latinæ, ſive 20000 circiter vocabulis latinæ linguæ per classes analogorum diſpoſitis Pariſ. 1698. & Amſt. 1700. 8. * Librorum Cæſaris de Analogia meminit idem Petrus Bleſenſis Epiſt. 101.

Dicta collectanea ſive *Apophthegmatum volumina*, quæ Auguſtus vetuit publicari. Sveton. Julio c. 56. Cic. IX. 16. Epiſt. ad Pætum.

Anti-Catones ſive Orationes duæ prolixæ, quibus veluti ad judices accuſavit Cæſar Catonem Uticenſem, adverſus Ciceronis librum, quo eundem laudibus ad cœlum extulerat. Cæſari videtur reſpondiſſe Brutus, Bruto Auguſtus Imp. Vide quæ viri docti ad Svetonii Auguſtum cap. LXXXV. * In *Anticationibus* ſuis, quorum mentio etiam apud Ciceronem in Topicis cap. 25. Cæſar quandoque Catonem ita reprehendit ut laudaret, quemadmodum

notat

notat Plinius III. 12. Epiſt. Confer Petrum Crinitum VII. 7. de honeſta diſciplina. Atque Auguſtus Imp. non negavit & ut bonum civem & ut virum bonum egiſſe Catonem. Vide Macrobium lib. 2. Saturnal. cap. 4. Anticatones Cæſaris, quos in Bibliotheca quadam Leodienſi exſtare Jo. Lud. Vivi (*a*) affirmavit Cardinalis Leodienſis, nemo adhuc in lucem protulit.

Libri auſpiciorum, quorum *decimus ſextus* laudatur à Macrobio lib. I. Saturnal. c. XVI.

Auguralia, Priſcian.

Poëmata, de quibus auctor de cauſis corruptæ eloquentiæ cap. XXI. *Fecerunt & carmina* (Cæſar ac Brutus) *& in Bibliothecas retulerunt, non melius quam Cicero, at felicius, quia illos feciſſe pauciores ſciunt*. Ex his Poëma *Iter* memorat Svetonius in Julio c. 56. & *tragœdiam Oedipum*, quam perinde ut *laudes Herculis* ab adoleſcentulo ſcriptas publicari Auguſtus vetuit. Aſconius in Orat. pro M. Scauro tragœdiam Cæſaris *Julios* memorat his verbis: *Idem inter primos temporis ſui Oratores & tragicus Poëta admodum habitus eſt. Hujus ſunt enim tragœdiæ quæ inſcribuntur Julii.* Alia etiam verſu ſcripſiſſe conſtat è Plinii XIX. 8. & Donato in Terentii vita. Sed Tragœdiam Tecmeſſam male Cæſari tribuit Leſcaloperius ad Ciceronem de natura Deor. p. 624.

IX. Utrum *Arati* Phænomena latino carmine verterit Cæſar, dubito, licet hoc affirmant Firmicus libri 2. procœmio & lib. 8. cap. 5. ac Svidas in Γάϊος Ἰούλιος. Vereor enim ne Cæſarem Dictatorem cum Cæſare confuderint Germanico, de quo infra ſuo loco. Priſcianus quoque Cæſarem laudat in Arateo carmine, ſed verſus quos inde producit, Germanici ſunt. At *de ſiderum motu* libros (*b*) ſcripſiſſe Cæſarem, Soſigene perito illius ſcientiæ adhibito, certiſſimum eſt: latine, an quod Plinius in indice libri XVIII. videtur innuere, græce, non omnino exploratum. Magis tamen mihi placet eorum ſententia, qui latine ut cætera ſua ſcripſiſſe ſuſpicantur. Plinius enim veluti excipiens L. Arruntium, addit: *qui græce de aſtris ſcripſit*, ut adeo non ſit repetendum de Cæſare dictatore, *qui item*, quod ſcripſerit græce, ſed tantum quod de aſtris ſcripſerit, quia alioqui nomen ejus facilius potuiſſet Arruntio ſtatim adjungere. Aliud tamen videtur præſtantiſſimo Voſſio, quem ſi placet vide lib. de

(a) Vide Vivem ad lib. 1. Auguſtini de Civ. DEI cap. 23.

(b) Cæſaris *libros de ſiderum motu*, quos Soſigene adhibito compoſuit, laudat Plinius XVIII. 25. qui ex Soſigene aliquid affert II. 8. de Mercurii ſtellæ periodo. De hoc Soſigene Ægyptio, Peripatetico, Alexandri Ægæi præceptore dixi lib. 3. Bibliothecæ Græcæ c. 5. §. 21. Soſigenem Alexandri doctorem ἐν τῷ τρίτῳ περὶ τῆς ὄψεως laudat Themiſtius in 2. Ariſtotelis de anima pag. 79.

de ſcientiis Mathemat. capite XXXIV. Ejus ſententiæ videtur ſuffragari, quod Cæſaris opere non tantum uſi ſunt lati-ni ſcriptores, ut Plinius XVIII. 25. ſeq. & Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 16. ſed quoque Græci, ut Claudius Ptolemæus in *φάσεσι ἀπλανῶν*. Singularis porro Cæſaris laus eſt, quod ſiderum cognitione uſus eſt ad annum emendandum, (*a*) cujus ratio ante eum apud Romanos perturbatiſſima fuerat. Hinc *Calendarium Iulianum*, (*b*), de cujus Hiſtoria præter Scaligerum, Petavium ac Gaſſendum conſulendus peculiari libro Gallice edito Franciſcus Blondellus. *Hiſtoire du Calandrier Romain*, Pariſ. 1682. 4. Hagæ Com. 1684. 12. Rationem vero literarum A B C D E F G H in Calendario Juliano, non ut Scaligero & aliis viſum nundinas, ſed Cyclis lunaris rationes reſpicere, acute nuper demonſtravit eruditiſſimus & ingenioſiſſimus vir Franciſcus Bianchinus in diſſertatione de Calendario & Cyclo Cæſaris. Rom. 1703. fol. * Non primus *modum anni ſolaris* invenit Cæſar, ſed ab Ægyptiis pridem inventum primus, Soſigenis maxime Aſtrologi opera uſus, in civilem & publicum uſum induxit. Vide Ægidii Bucherii doctrinam temporum p. 325. ſeq. Sam. Petitum libro V. Eclog. Chronolog. De anni emendatione à Cæſare facta mentionem faciunt Dio lib. XLIII. Solinus cap. 3. Cenſorinus cap. 8. Plutarchus Cæſare & Macrobius 1. Saturnal c. 14. qui *Flavium* ſcribam adnotaſſe dies ſingulos, Cæſarique retuliſſe commemorat. Honorius Auguſtodunenſis II. 71. de imagine mundi: *biſſextum Iulius Cæſar interpoſuit, & totius computi errorem per hunc correxit*. Utrum Cyclum Lunarem ediderit Cæſar, diſputat illuſtriſſ. H. Noris, qui omnino conſulendus in diſſ. de Cyclo paſchali Ravennate cap. IV. Aſtronomicis Cæſaris obſervationibus uſus etiam cognoſcitur Claudius Ptolemæus libro de apparentiis fixarum.

V. Juſſit etiam Cæſar omnem orbem Romani nominis admetiri per viros peritos, & hanc *deſcriptionem Coſmographicam* in literas referri, ut auctor eſt Æthicus ſcriptor Chriſtianus, qui poſt Conſtantini M. tempora vixit in præf. teſtatus argumentum & ordinem in Coſmographia ſua eſſe eundem, quem menſores orbis ſub *Iulio Cæſare* & *M. Antonio*, atque ſub Imp. *Auguſto*, Zenodoxus (Xenodoxus) in Oriente, Theodotus ad Septentriones, Polyclitus ad meridiem obſervarint. Unde non abſurde colligunt viri docti

hoc

(a) Cæſar ipſe apud Lucanum X. 185. ſeq. —— *media inter prælia ſemper ſtellarum cœlique plagis ſuperiſque vacavi, nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus*. Alanus in anti-Claudiano p. 49. —— *Speculatur ut Argus, temporis excurſus ut Cæſar cogit, ut Atlas ſidera perquirit* ——————

(b) In theſauro Antiquitatum Rom. Tom. VIII. exſtat vetus Calendarium Julianum, quod cum aliis antiquis Calendariis recenſeo infra libro IV.

hoc ipſum opus eſſe *Coſmographiæ* & *Itinerarii*, quod Julio Cæſari à Baldrico & aliis adſcribitur, ſed à variis poſtea interpolatum, immutatum, truncatum, auctum, qua Ethnicis qua Chriſtianis, ad nos pervenit ſæpe numeroque editum eſt (*a*) ſub nomine *Æthici* Iſtri & *Antonini Auguſti*. In aliis quibuſdam Codd. MSS. *Antonio Auguſtulo* vel *Auguſtali*, in aliis *Julio Honorio* Oratori (*b*) tribuitur, ſub cujus nomine librum hujuſcemodi laudat etiam Caſſiodorus de divinis lectionibus cap. XXV. Conſule Voſſium libro de Philologia p. 59. & de Hiſt. lat. p 64. atque Cangium in CPoli Chriſtiana parte I. p. 62. Barthius in ſuo codice *Antonini Æthici* nomen reperiſſe teſtatur, cujus rei apud ipſum fides eſto. Nicolaus vero Bergierius in præclaro opere de publicis & militaribus Romanorum viis lib. III. c. 6. non dubitat deſcriptionem orbis factam ſcriptoque ſignatam eſſe ſub Cæſaris jam & Auguſti principatu, ſed auctam deinde ſub Antoninis, denique ab Æthico recenſitam & pro ſui ingenii ac temporum modo auctam ſtyloque ſuo & tempori aptatam. * *Æthici Coſmographia* MS. interprete Hieronymo, liber fictitius & nullius frugis; ex Bibl. D. Hautini allegatur à Cangio appendice ad gloſſarium Græcum pag. 109. Rabanus Maurus de inventione linguarum pag. 66. (T. VI. Opp. p. 333.) *Litteras etiam Æthici Philoſophi Coſmographi natione Scythica nobili proſapia invenimus, quos venerabilis Hieronymus Presbyter ad nos uſque cum ſuis dictis explanando perduxit, quia magnifice ipſius ſcientiam atque induſtriam duxit, ideo & ejus litteras maluit promulgare.* Adſcribit deinde inſolens & ignotum alphabetum, præmonens: *in iſtis adhuc literis fallimur, & ſi in aliquibus vitium agemus, vos emendate.* * Coſmographiam Æthici pluribus locis illuſtrat Bergierius opere de viis publicis Romanorum: Neque exigua eſt illius apud viros pleroſque eruditos auctoritas, ut M. Velſerum 3. Rerum Auguſtanarum p. 214.

XI. Feruntur denique bina diplomata, (*c*) quæ velut à Julio Cæſare ac Nerone Impp. *conceſſa Auſtriæ*, pridem commentus eſt neſcio quis: ſed merito exploſit Franciſcus Petrarcha libro IV. Epiſtolarum ſenilium Epiſtola ad Carolum IV. Æneas Sylvius in Hiſto-

(a) Editiones refero infra libro II. ubi de Pomponio Mela Geographo.

(b) *Julium Oratorem* Caſſiodoro memoratum Sirmondus ad lib. 1. Sidonii Epiſt. 14 Tom. 1. Opp. pag. 838. putat eſſe *Julium Titianum*, cujus *libros provinciarum* ſeu *Coſmographia* Capitolinus etiam & Servius laudant, *fabulas Æſopias* Auſonius, *libros de agricultura* Diomedes, *Artis Rhetoricæ præcepta* Iſidorus, *themata Virgiliana* (de quibus infra) Servius, *Epiſtolas* denique illuſtrium fœminarum nomine fictas Sidonius.

(c) Iſta diplomata lector reperiet in nobiliſſ. Viri Jo. Chriſtiani Lunigii Archivo Imperii, partis ſpecialis contin. 1. Lipſ. 1711. fol.

Hiſtoria rerum Friderici III. & Jo. Cuſpinianus in deſcriptione Auſtriæ, primoque intuitu futilia, inſulſa & ridicula apparere affirmat Petrus Lambecius lib. 2. de Bibl. Vindobonenſi pag. 962. Vide etiam Bœclerum ad Æneæ Sylvii Hiſtoriam p. 126. ſeq. Sane his qui habeat fidem, idem ſibi perſuaſerit quoque *Leubuſienſe* ſive *Lubenſe* in Sileſia cœnobium Julio Cæſari origines debere, ut viſum inepto cuidam verſificatori, quem deridet Clariſſ. Chriſtianus Stieſius in Epiſtola (*a*) de urnis in Sileſia Lignicenſibus & Pilgramsdorfienſibus. Verſus ſi quis forte deſideret, hi ſunt:

Eſt locus iſte Lubens Julio *de Cæſare dictus*
Sclavoniſando loquens conſuevit dicere vulgus
Lubens *pro* Julius, *qui primus caſtra metatus*
Iſthic, & populus ejus phanum veneratus.

Epigrammata inſuper duo elegantia ſane illa, ſed falſo ad Cæſarem auctorem relata: * quæ ſub Cæſaris nomine exſtant etiam in Jacobi Hommey ſupplemento Patrum pag. 549. ſeq. qui Marbodeo Redonenſi Epiſcopo illa tribuit parum veriſimili conjectura: & *decretum* ſive *exemplum fidei publicæ*, Viterbii ut ajunt inventum, quod dederit Cæſar *Ciceroni*, tanquam ſpurium rejiciunt, qui fragmenta Julii Cæſaris collegerunt. Nullum quoque exſtat genuinum ejuſmodi C. Julii Cæſaris *teſtamentum*, quod *L. Piſone ſocere recitatum in domo, idibus Septembris* refert titulus adſcriptus in inſtrumento plenariæ ſecuritatis, quod in cortice ſeu papyro Ægyptiaca ſcriptum A. C. 564. (*b*) ſervatur in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi. Vide Jo. Mabillonium in Opere admirandæ induſtriæ

(a) De Stieſii Epiſtola conſule Acta Erudit. A. 1704. p. 225.

(b) Hoc *Inſtrumentum plenariæ ſecuritatis* An. 38. Juſtiniani Imp. ſcriptum * à *Gratiano* quodam in cauſa hæreditatis ad fidem dandam compoſitum eſt A. C. 564. qua ætate lingua latina jam in Italicam deſciſcere incipiebat, ut notatum Salmaſio obſerv. ad jus Atticum pag. 174. & de Helleniſtica pag. 25. 38. vulgavit Gabriel Naudæus Romæ 1630. 1641. 4. & ante Naudæum (quod ipſum fugiebat) Barnabas Briſſonius A. 1582. libro VI. de formulis antiquis Romanorum p. 581. qui illud accepit à Goſſelino Bibliothecæ Regiæ præfecto. Briſſonii Apographum emendatius eſſe teſtatur Paulus Colomeſius in Miſcellaneis Hiſtoricis p. 23. *Ayant conferé à Paris ces deux copies, je trouve que celle du Preſident Briſſon eſt un peu meilleure que l'autre qui vient pourtant du même lieu, mais qui n'a pas été faite avec tant de ſoin, bien que c'ait êſté par l'Ordre du Cardinal de Bagny.* * Ante Briſſonium etiam illud ediderat Petrus Hamo A. 1566. Noviſſime idem inſtrumentum ad autographum expreſſum accurato ſtudio iterum vulgavit explicavitque Jo. Mabillonius V. C. in ſupplemento ad opus de re diplomatica cap. XII. Pariſ. 1704. fol. capite XII. pag. 73. & 90. Vide etiam pag. 55. ſeq. & Barthol. Germonium S. J. de hæreticis Codicum Eccleſiæ corruptoribus pag. 449. Character idem litterarum, qui occurrit in *Inſtrumento venditionis fundorum* ſcripto Ravennæ temporibus Juſtini junioris A. C. 572. quod in papyro ſive cortice Ægyptio exſtat apud illuſtrem virum Juſtum Fontaninum, & cujus ſpecimen vulgavit Philippus à Turre eruditiſſimus Epiſcopus nuper Adrienſis, in diſſ. Apologetica de annis Imperii M. Aurelii Antonini Elagabali Patav. 1713. 4. pag. 142.

ſtriæ & eruditionis, de re diplomatica p. 344. & 460. & dignum Mabillonii hyperaſpiſten Juſtum Fontanini in Vindiciis diplomatum antiquorum p. 98. * Lutetiam Pariſiorum conditam à Cæſare, vel Juliacum ſive Juliam Auguſtam, Volgaſtum Pomeraniæ, vel caſtrum Luneburgicum, vel turrim Deæ Veſtæ Magdeburgi, incerta fide à nonnullis traditum. Vide Caſp. Barthii notas ad Guil. Britonem p. 28. & Jo. Henrici Ackeri analecta hiſtoriæ Cæſareæ pag. X. XI. * Dictum Cæſaris, *miſerum eſſe ἐφόδιον ſenectuti, recordationem crudelitatis*, laudat Ammianus Marcellinus XXIX. 2. De Cæſaris ſtratagematibus Polyænus VIII. 23. * Recenti ætate haud infrequens Julii Cæſaris appellatio inter prænomina etiam privatorum, ut Julius Cæſar Scaliger, vir maximi ingenii & doctrinæ: Julius Cæſar Vaninus, miſera impietate celebris: Julius Cæſar Dalmare vir in pauperes liberaliſſimus, de quo Tho. Fullerus libro de viris illuſtribus Angliæ Tom. 2. pag. 173. Julius Cæſar Bulengerus, aliique innumeri. Imperatores autem Cæſaris exemplo non modo Cæſares, ſed etiam Julios dictos eſſe notavit Paulus Colomeſius in cimeliis litterariis cap. 32.

CAPUT XI.

DE T. LIVIO.

Livii ætas. 1. Hiſtoriæ Romanæ libri CXLII. 2. Ex his qui ſuperſunt XXXV. 3. Eorum editiones. 4. Epitome, Supplementa & alia ſcripta virorum doctorum ad Livium ſpectantia. 5. Deperditorum Livii Hiſtoriæ librorum recuperandorum vana hactenus ſpes. 6. Alia ejus ſcripta deperdita. 7. Livii alii ſcriptis celebres. 8.

I. T. LIVIUS Anno Urbis Romæ DCXCV. (*a*) natus Patavii (*b*) oppido vetuſtiſſimo Italiæ ad Timavum fluvium, Romæ

(a) Si Euſebio fides in Chronico.

(b) Hinc Aſinius Pollio teſte Quintiliano l. 1. c. 5. & l. 8. c. 1. ajebat ſe in Livii ſcriptis *Patavinitatem* quandam, hoc eſt dictiones nonnullas Patavinis proprias & Romanis auribus inſolentes obſervare, quarum tamen nulla in ſcriptis ejus, quæ hodie ſuperſunt veſtigia ſupereſſe contendit Salmaſius in funere linguæ Helleniſticæ p. 236. & Dan. Georgius Morhofius in libro ſingulari de Patavinitate Liviana Kilon. 1685. & inter alias ejus diſſ. Hamb. 1699. 4. In hujus libri capite III. Morhofius diſſerit etiam de ſepulchro ac monumento Livii, quod Patavini hodieque oſtentant, ac pluribus celebravit Jac. Philippus Thomaſinus in T. Livii vita (Patav. 1630. 4. Amſterd. 1670. 12.) capite IX. Confer ſi placet Sertorii Urſati marmora erudita Epiſt. VIII. Trevvenſchrœderi faſtos Livianos p. 304. & Joannem Mabillonium T. 1. Muſei Italici pag. 30. Marquardus vero Gudius V. C. obſervavit monumentum hoc non eſſe T. Livii, ſed cujuſdam ejus Liberti, cui

Romæ poſteà Claudii Imperatoris ſtudia moderatus, ut colligas è Svetonii Claud. c. XLI. Scriptor ſublimi & lactea ſermonis ubertate unus res Romanas æquare feliciter auſus, obiit in patria ſeptuagenario major, quarto anno Tiberii Imp. Urbis DCCLXX. poſt CHRISTUM natum XVII. * T. Livium obiiſſe anno LXXVI. ætatis, notavit Jo. Conradus Dietericus in vita Auguſti Imp. pag. 221. Ab eodem Auguſto Livius dictus eſt *Pompejanus*, quod tantis laudibus extuliſſet Magnum Pompejum: neque id tamen amicitiæ eorum offeciſſe teſtatur Tacitus IV. 34. Annal. Cum viveret paucis probatum, ſed poſt fata demum meritos honores conſecutum affirmat vetus auctor apud Svidam in Κεφρῆτ., Tamen nec vivi exiguam famam fuiſſe fidem facit Gaditanus (*a*) ille, qui Livii nomine gloriaque excitatus ad viſendum eum ab ultimo terrarum orbe venit, ſtatimque ut viderat, abiit. Nec mortuo impetum (*b*) quorundam, aut criticorum (*c*) rigorem conſtat pepercisse. *Candidiſſimum omnium magnorum ingeniorum æſtimatorem* vocat M. Seneca ſuaſoria VII. & Tacitus IV. 34. Annal. *eloquentiæ ac fidei præclarum inprimis*, magno & vero elogio. * Livii lectione à morbo convaluiſſe narrant Ferdinandum Catholicum: perinde ut Curtii Alphonſum Arragoniæ Regem. Buchananus vero ut Livium nobis alterum exhiberet, libros ejus ſuperſtites à capite uſque ad calcem traditur perlegiſſe non minus vigeſies, (*d*) atque ita ad opus Hiſtoriæ Scoticæ componendæ ſe accinxiſſe. Alia in Livii laudem Auguſtus Buchnerus diſſ. Academica CCC. XCIII.

cui T. Livius Halys nomen erat, filiæ. * De Liviana Patavinitate Ptolemæus Flavius Anconitanus cap. 45. conjectaneor. editorum Anconæ 1522. 8. & in Tomo 1. Lampadis artium Gruterianæ p. 972. & D. Balthaſar Stolbergius de barbariſmis & ſoleciſmis N. T. objectis cap. 20. Nonnulla nuper in dictione Livii reprehendere auſus eſt Schurzfleiſchius præfatione ad diſſertationes Academicas. De monumento ſepulchrali, quod T. Livii eſſe volunt, adeunda præter Thomaſinum, Scardeonium, alioſque, etiam Sertorii Urſati monumenta Patavina pag. 27. ſeq. & 202.

(a) Refert Plinius II. 3. Epiſt. & S. Hieronymus Epiſt. 103. ad Paulinum.

(b) Caligulam de ſcriptis T. Livii abolendis cogitaſſe narrat Sveton. cap. 34. Idem de Gregorio I. Pontifice infra referam. Caligula vero Livium reprehendit ut verboſum in hiſtoria negligentemque, Gregorius ut prodigiorum nimis frequentem prædicatorem. Mentitum in quibusdam notavit etiam Vopiſcus Aureliano c. 2.

(c) Jo. Brodæus ad III. 23. Antholog. p. 379. *Livium citare quid attinet, ſempiternum Gallorum adverſarium (ſicuti recte collegit Glareanus) cujus fides merito infamatur, atque ut invidia plena ab Antonino Pio* (reſpicit locum in Antonini Itinerario) *ut gloria à Plinio* (præfat. Hiſt. nat.) *ut mendacii ab Auguſto, Liviomaſtige ſcilicet, Pompejanum eum appellante* (Tacit. IV. 34. Annal.) *ut perperam cum Halicarnaſſeo, Diodoro, Polybio, à multis, ut ſecum pugnans, à Laurentio Valla; ut fabuloſa veluti de Caco & Evandro loquens, notatur lactea illa ubertas &c.* Jac. Palmerius in Exerc. ad optimos auctores Græcos pag. 188. ſeq. carpit, ut aretalogum & Romanorum mancipium, plagiarium Polybii, Galli nominis inimicum &c.

(d) Elias Francus præfatione programmatum, editorum Islebiæ 1699. 8.

XCIII. Citatur à Livio *Fabius Pictor*, ſcriptorum antiquiſſimus I. 44 II. 40. VIII. 30. X. 37. Tum *Valerius Antias* IV: 23. XXV. 39. XXVI. 49. XXIX. 35 XXX. 19. 29. XXXII. 6. XXXIII. 10. 30. 36. XXXIV. 15. XXXVI. 19. 38. XXXVIII. 23. & *Macer Licinius* IV. 7. 20. 23. atque *Q. Tubero* IV. 23. X. 9. Ex Græcis ſcriptoribus *Polybius*, quem non incertum auctorem appellat XXXIII. 10. XXXIV. 10. XXXVI. 19. XXXIX. 52. Sæpe etiam mentionem facit *librorum linteorum*, quorum fide tanquam auctoritate actorum publicorum ſcriptores antiquiſſimi ſunt uſi, ſed de illis dictum infra lib. 4. c. 5. n. x. De defectu fide dignorum monimentorum (*a*) antiquioribus temporibus caliginem offundente queritur tum alibi, tum VIII. 40. *Et ſingulorum geſta & publica monumenta rerum confuſa, nec quiſquam æqualis temporis illius ſcriptor exſtat, quo ſatis certo auctore ſtetur.*

II. *Hiſtoriam Romanam*, ſive ut ipſe XLIII. 13. & Julius Firmicus (*b*) appellat *Annales* ab Urbe condita ad bellum Germanicum mortemque Druſi h. e. ad Annum DCCXLIV. perſecutus eſt libris CXLII. (*c*) quos ſcripſit aliquot & forte pluribus ut videtur (*d*) annis poſt clauſum ab Auguſto Imp. prima vice templum Jani, cum ille Anno Urbis DCCXXV. in pugna Actiaca M. Antonium viciſſet. Ex his non exſtant plures hodie quam XXXV. in quorum ſecundi capite 21. queritur haud facile fuiſſe etiam illis temporibus certi quid & explorati de antiquioribus Romanorum ætatibus tradere. *Tanti*, inquit, *errores implicant temporum, aliter apud alios ordinatis magiſtratibus, ut nec qui Conſules ſecundum quoſdam, nec quid quoque anno actum ſit, in tanta vetuſtate non rerum modo ſed etiam auctorum dicere poſſis.* * In temporum notatione Livius perinde ut Dionyſius Halicarnaſſ. ſecutus eſt rationes Catonianas, quæ æram Urbis Varronianam biennio faciunt recentiorem. Vide H. Dodvvelli diſſ. X. de

N Cyclis

(a) Hinc *frequentiſſime dubitare* Livium ſcribit Quintilian. lib. 2. c. 4.

(b) Vide Jo. Friderici Gronovii Monobiblon Obſervationum in ſcriptores eccleſiaſticos p. 95.

(c) *Epitoma* habemus librorum tantummodo CXL. Sed libri CXXXVI. & CXXXVII. epitome deſideratur, ut obſervatum Sigonio, qui in MS. Codice vacuum intervallum deprehendit, adeoque aſſentitur Petrarchæ libros non CXL. ſed CXLII. à Livio ſcriptos eſſe teſtanti. Vide Tomum tertium editionis Gronovianæ p. 1076.

(d) Lipſius lib. 1. c. 20. Electorum, Voſſius de Hiſt. lat. & HancKius V. C. lib. 1. de ſcriptoribus rer. Rom. cap. IX. ante Cantabros A. U. C. 729. domitos ſcriptum librum ſaltim primum Hiſtoriarum Livii non dubitant. Sed Joannes Maſſon Hiſtoriæ & Chronologiæ veteris peritiſſimus lib. de Jani templo Chriſto naſcente reſerato p. 51. ſeq. & 165. ſerius Livium in Hiſtoriam ſcribendam incubuiſſe non abſurdis contendit argumentis. Anno Urbis 725. cœpiſſe ſcribere Livium, & A. 745. ultimam Hiſtoriæ ſuæ manum impoſuiſſe, H. Dodvvelli conjectura eſt in Annalibus Vellejanis, p. 65.

Cyclis §. 59. 80. 87. & ad initium Tab. XIII. & appendice ad præleƈt. Cambdenian. atque in Apparatu ad Dionyſii Halicarnaſſei Chronologiam, & in Chronologia ipſa, quæ Dionyſio in editione Oxonienſi ſubjicitur, Liviique ſingulis paginis editionis à Tho. Hearne curatæ eſt adſcripta. In re militari Romana peccaſſe aliquando Livium, confundentem tempora ac diverſas ætates, notavit Salmaſius lib. de re militari Rom. p. 1295. 1300. 1302. 1310. 1319. ſeq. 1416. &c. T. 10. theſauri Antiquitatt. Rom. Græviani.

III. Ex illis XXXV. (*a*) libris, quos dixi exſtare, ſunt *primi decem*, qui origines Urbis hiſtoriamque uſque ad annum CCCCLX. complectuntur. Deinde *viceſimus primus*, & qui ſequuntur, *uſque ad quadrageſimum quintum*, quibus hiſtoria ab initiis belli Punici ſecundi, quod Anno DXXXVI. cœpit ad An. 586. perducitur. * Livii *Macedonica*, quæ laudat Angelus Decembrius libro VII. politiæ literariæ pag. 552. non alia ſunt quam quæ editis hiſtoriarum libris continentur XXXIX. ſeqq. Dolendum eſt lucem non vidiſſe Lambecii, quam lib. 2. pag. 944. 977. promiſit, diſſertationem de XII. Codicibus MStis Livii, qui una cum duabus & triginta ejusdem Hiſtorici præcipuis editionibus in Bibl. Cæſarea Vindobonenſi aſſervantur.

IV. In antiquioribus (*b*) Livii editionibus, libri tantummodo XXIX. neque illi integri occurrunt, ut in Principe Romana An. 1470. fol. curante Jo. Andrea Alerienſi Epiſcopo, ex Codice præceptoris ſui Victorini Feltrenſi: & in altera itidem Romana A. 1471. & 1472. per Udalricum Gallum ex emendatione ad MS. Cod. facta Jo. Antonii Campani Interamnenſis Epiſcopi, cujus videſis epiſtolas Lipſiæ nuper iterum editas p. 548. cum omnium librorum *Epitomatis*. * Editionis principis Romanæ A. 1470. grandi fol. inſcriptæ, Paulo II. Pontifici & Marco S. Marci Cardinali, vix 272. exempla excuſa traduntur. Ad extremum voluminis hoc octaſtichon comparet, quod in aliis quoque nonnullis ibi circa idem tempus impreſſis ſcriptis legitur:

Aſpicis illuſtres, lector, quicumque libellos,
Si cupis artificum nomina noſſe, lege.

Aſpera

(a) Ita malui Libros quam Decadas numerare, quia Livium in Decadas non ipſe qui ſcripſit, ſed legentium ignavia ſcidit, ut pridem monitum Franciſco Petrarchæ in Epiſtola ad Boccacium: Vide Petrum Crinitum XII. 7. de honeſta diſciplina & Sigonium in limine notar. Voſſium arte Hiſtorica p. 131. * Ut Livius in Decadas ſic Olympiodori Hiſtoriarum libri in δεκάδας dividuntur apud Photium Cod. LXXX. Liber CXXXVI. allegatur a Cenſorino cap. 17. Librum CXIII. bis citat Priſcianus.

(b) Harum editionum notitiam fateor me magnam partem debere viro de his litteris ac de Livio immortaliter merito Jo. Frid. Gronovio prolegom. ad Livium.

Aſpera ridebis cognomina Teutona forſan,
Mitiget ars Muſis inſcia verba virum.
CONRADUS SWEINHEIM, ARNOLDUS PANNAR-
TZque magiſtri
Romæ impreſſerunt talia multa ſimul.
PETRUS cum fratre FRANCISCO MAXIMUS, ambo
Huic operi optatam contribuere domum.

Veneta ejusdem anni fuit in Bibl. Elienſis Epiſcopi Joannis Mori, & in calce adſcriptum habet hoc diſtichon:

Et Vindelino debebis tu quoque formis
Egregie impreſſit has modo qui Decadas.

Nec non hoc tetraſtichon:

Adde quod & perpulchra effinxit & optima cunctis
Hoc etiam ut placeant hæc monumenta tuæ.
Atque tot impreſſit, totum bis jam poſſit in orbem
Diffundi, atque ævum nomen in omne tuum.

Eodem anno repetita eſt Auguſtæ Vindelicor. quæ Auguſtanæ ſuſoe.s occurrit Lipſiæ in Bibl. Ampliſſimi Senatus. Poſtea Livium à *Pomponio Læto* emendatum memorant Geſnerus, Voſſiuſque.

Andreæ editionem ſecuta in pleriſque Mediolanenſis eſt A. 1478. fol. arte & impenſis Philippi Lavagniæ: & 1480. fol. ibid. ex recenſione Petri Juſtini Philelphi, apud Antonium Zarottum. Parmenſis Anni 1480. (Beughemio memorata) apud Melchiorem Sveſſam. * Per Michaëlem Manzolinum Parmenſem A. 1480. fol. ſine loci nota Livius editus memoratur à V. C. Michaële Maittaire pag. 156. Annal. typograph. Tarviſina editio recenſente Luca Porro A. 1482. fol. fuit in Bibl. Marq. Gudii. * & 1485. fol. prodiit opera Joannis Vercellii. Veneta Anni 1491. cum Sabellici annotationibus fol. altera * A. 1495. fol. fuit in Bibl. Menarſiana; tertia A. 1498. per Bartholomæum de Zanis à Porteſio; quarta A. 1501. per Georgium de Ruſconibus Mediolanenſem fol. quinta Anni 1506. fol. quæ fuit apud clariſſimum Grævium; ſexta 1511. in Bibl. publica Amſtelodamenſi. * Mediolanenſis A. 1495. fol. obvia eſt Lipſiæ in jam laudata Senatoria Bibliotheca; & Anni 1501. fol. Bibl. Leidenſi legata fuit a clariſſ. Perizonio. A. 1505. fol. paſſim notata manu Jani Parrhaſii exſtat Neapoli in Bibl. Nobiliſſimi Viri Joſephi Vallettæ. Pariſienſis A. 1511. 8. ex Sabellici recognitione cum Auguſtini Bacharii alloquio ad ſtudioſos, apud Bad. Aſcenſium. Pariſienſes cum Sabellici notis apud eundem Aſcenſium An. 1513. & 1516. fol. ex decem exemplaribus collatis per Gerh. Vercellenſem Burgundum. *Liber XXX. III.* (ſed prioribus 17. fere capitibus truncatus) & *pars poſterior*

libri XL. à capite 37. primum prodiit in editione Livii Moguntina An. 1518. fol. è codice antiquo Longobardicis litteris ſcripto ædis S. Martini illius urbis, ex officina Jo. Scheferi, qui Jo. Fauſti nepos fuit, curantibus Nic. Carbachio & Wolfg. Auguſto, cum præfationibus Hutteni & Eraſmi, & variis lect. ex eodem codice librorum ſeptem poſteriorum de bello Macedonico.

Aldina An 1518. 1519. 1520. tribus vol. 8. cura Franciſci Aſulani è variis codd. & Moguntina editione caſtigata. * Epitomas excudit Aldus A. 1521. 8. Thomas Hearne & Henricus Weſtenius memorant præterea editionem Livii Aldinam A. 1521. fol. cum Floro, quæ fuit etiam in Bibl. Menarſiana pag. 69. in qua pag. 68. memoratur quoque Veneta 1532. fol. apud L. A. Juntam. Præfatio Eraſmi ad Livium legitur in ejus Epiſtolis 21. 15. edit. Lond. Hanc ſecuti ſunt hęredes Philippi Juntæ, Florent. 1522. 8. Hęredes vero Aldi Manutii A. 1533. ex Grynæi editione addiderunt tomum quartum. Baſileenſis ex caſtigatione Jac. Sobii. Baſil. 1525 fol. Colonienſis, Eucharii Cervicorni. A. 1528. fol. Pariſienſis A. 1529. edente Andrea Leveſcatio.

Librum XLI. & quatuor proximos, ſed hinc inde lacunoſos, primus in editione Baſileenſi A. 1531. fol. cum præfat. Eraſmi ad Car. Montiojum edidit Simon Grynæus ex codice antiquiſſimo majuſculis litteris ſine ulla vocum diſtinctione exarato, qui fuit in Monaſterio Vvormatiæ Lauriſſeno, & hodieque occurrit in Bibl. Auguſtiſſimi Imp. teſte Lambecio libro II. commentar. de Bibl. Vindob. p. 943. ſeq. ubi ſpecimine inſigni oſtendit ex diligentiori inſpectione illius MSti non pauca poſſe in Livio reſtitui, ſummaque induſtria & fide hoc ſe facturum pollicetur in *diſſertatione de XII. Codicibus MSS. Hiſtoriæ Romanæ T. Livii*, qui unà cum XXXII. ejuſdem Hiſtoriæ primariis editionibus impreſſis in Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea aſſervantur. Sed diſſertatio illa nunquam lucem adſpexit. Huic porro Livii editioni Chronologia adjecta eſt auctore Henrico Glareano. * Decadis tertiæ libri ſex Pariſ. 1534. 4. apud Franciſcum Gryphium, & deinde variis annis editi fuere in Bibl. Menarſiana pag 236.

Baſileenſis editio eximia cum *Sigiſmundi Gelenii* & *Beati Rhenani* notis atque Eraſmi præfatione A. 1535. fol. apud Frobenium. Decimo libro ſubnotata leguntur hæc verba, quæ & alii (*a*) viri docti in ſcriptis Livii codicibus deprehenderunt: *Nicomachus Dexter V. C. emendavi ad exemplum parentis mei Clementiani. Victorianus V. C. emendabam Domnis Symmachis.* Iterum editus cum Rhenani & Gelenii notis Livius Lugd. ex Trechſeliorum officina 1537. 8. & Baſil.

(*a*) Vide Sirmondum ad Sidonium VIII. 3. Epiſt.

Baſil. 1539. & 1543. fol. *Henr. Loriti Glareani* notæ in Livium Carolo V. Imp. inſcriptæ ſunt cum Chronologia Hiſtoriæ Romanæ recognita. A. 1540. fol. Lugd. * Chronologia Glareani jam prodierat in edit. Baſil. 1535. fol.

Veneta Livii editio A. 1541. apud hæredes Lucæ Antonii. Lugduni A. 1542. 8. 1548. 1554. 12. Livius prodiit apud Gryphium, qui etiam Glareani notas A. 1542. excudit, & A. 1555. 8. notas Rhenani, Gelenii, Sabellici, Jo. Velcurionis, & Jo. Saxonii cum Chronologia Glareani. * Pariſienſis 1543. fol. apud Vaſcoſan. fuit in Bibl. Menarſiana p. 68. *Joannis Saxonii* ad librum XXI. & XXII. Baſil. 1547. apud Oporin. De hoc Saxonio Suffridus Petri de ſcriptoribus Friſiæ p. 104. Livius partim *Cœlii Secundi Curionis* induſtria, partim collatione meliorum Codicum integritati reſtitutus, cum ejuſdem Curionis præfatione de menſuris, ponderibusque nummaria Romanorum & Græcorum, notiſque Rhenani & Gelenii, & Chronologia Glareani. Baſil. 1549. fol. apud Jo. Hervagium. Livius Baſileæ excuſus apud Hervag. 1543. fol. cum notis Rhenani, Gelenii & Glareani, hujuſque Chronologia. Decadis primæ *liber I.* Pariſ. 1549. 4. apud Vaſcoſan. cum Glareani notis & Colon. 1579. 8. ad varias editt. & vetuſta exemplaria recognitus, & Antverp. 1579. 8. ex recenſione *Juſti Lipſii. Lib. II.* Pariſ. 1574. 4. *Lib. IV.* Antverp. 1590. 8. apud Chriſtoph. Plantin.

Francofurti A. 1551. 8. cum notis haud contemnendis *Guil. Godelevæi*. Pariſ. 1552. fol. cum Laur. Vallæ emendationibus, & Epiſtola Apologetica de duobus Tarquiniis ad Alphonſum Siciliæ Regem, Sabellici item, Rhenani & Gelenii notis. Lugduni apud Jo. Frellonium 1553. fol. additis præterea notis Velcurionis, Glareani, & emendationibus Theodorici Morelli. Notæ Jo. Velcurionis in librum I. & II. prodierunt Argentorati 1544. 8. Petri Nannii in lib. III. Lovan. 1545. 4. Baſileæ ap. Hervagium Livius editus cum caſtigationibus & notis Laur. Vallæ, Coccii Sabellici, & Cœlii Secundi Curionis, qui ad ducentos ſe locos reſtituiſſe teſtatur, A. 1554. 8. & 1555. fol. Editiones à *Carolo Sigonio* (*a*) emendatæ cum præclaris ejus ſcholiis in Livium & Epitomas, novaque Chronologia, Venetiis 1555. fol. ex officina Paulli Manutii, atque iterum 1566. fol. 1572. fol. & apud Aldum Nepotem cum ſcholiis Sigonii auctis eorumque aliquot defenſione adverſus Henr. Glareanum & Franciſcum Robortellum A. 1592. fol. * Livius Pariſ. 1562 apud Vaſcoſan. cum Laur. Vallæ &c. fol. Francofurtenſis A. 1568. fol. cum Laur. Vallæ emendationibus, notiſque Sabellici, Velcurio-

N 3 nis,

(*a*) Laudat ex merito Turnebus XI. 18. Adverſar. cujus verba J. F. Gronovius adſcripſit. Sigonii Scholia ſeparatim etiam prodiere Baſil. 1556. 8.

nis, Rhenani, Gelenii, Glareani & Sigonii, Joannis item Saxonii commentariolo & Godelevęi obſervationibus. Repetita editio A. 1578 & 1588. fol. apud Sigiſmundum Feyerabendium ex recenſione *Franciſci Modii*, qui Sigonii ſcholiis interpoſuit objecta *Robortelli* (*a*) & *Glareani* defenſiones. * Franciſcus Modius Livium recenſuit ad MSS. Codices, Fuldenſem, Moguntinum & Colonienſem, addiditque *Laur. Vallæ* diſputationem adverſus Livium de L. Tarquinio, Tarquinii Priſci non filio ſed nepote, emendationeſque in ſex libros de ſecundo bello Punico: *M. Antonii Sabellici* annotationes in quædam Livii loca: *Jo. Velcurionis* in lib. I. & II. & *Jo. Saxonii* in librum XXI. & XXII. notaſque in Livium ſuas & Rhenani, Gelenii, Glareani, Sigonii & Guil. Godelevæi, & ex ſcriptis Lipſii, Briſſonii, aliorumque eruditorum excerptas: nec non *Hiſtoricorum veterum Latinorum* ex Anton. Riccoboni (*b*) collectione *fragmenta*, Catonis, Claudii Quadrigarii, L. Siſennæ, C. Salluſtii Criſpi, M. Varronis, Fabii Pictoris, L. Calpurnii Piſonis Frugi, L. Caſſii Heminæ, Cn. Gellii, L. Cœlii Antipatri, C. Fannii, Valerii Antiatis, Cornelii Nepotis, L. Cornelii Syllæ, C. Licinii Macri, Maſſurii Sabini, Atteji Capitonis, Tuditani, Sammonii Sereni, & L. Cincii Alimenti, M. Valerii Meſſalæ Auguris, P. Nigidii Figuli, C. Oppii & Julii Hygini. Pariſ. 1573. fol. cum Sigonii Chronologia, Variorumque notis ad loca difficiliora, & ſcriptis quibuſdam Pomponii Læti, curante Jacobo Gohorio. * Liber primus Livii in gratiam juventutis, quæ in ſchola Hamburgenſi eruditur ſeorſim excuſus Hamburg. 1586. 8. Francofurtenſis A. 1588. 8. & Lugdunenſis A. 1589. 8. cum Chronologia * ad faſtos Capitolinos Verrii Flaccii accommodata, notiſque Robortelli & Guil. Godelevæi. Londinenſis editio ejuſdem Anni 1589. 8. memoratur in Catalogo Bibl. Bodlejanæ, ſed videtur error eſſe pro Lugdunenſi. Prodiit etiam Francofurti Livius A. 1588. 12 & Genevæ 1622. forma minore. *Fulvii Urſini* notæ in Livium & alios ſcriptores, Antverp. 1595. 8: Marcelli Donati dilucidationes in Livium, Tacitum, Sveton. Ammianum & ſcriptores Hiſt. Auguſtæ, Francof. 1612. 8. in face Artium Gruteriana, ſive theſauro Critico Tomo VI. *Latini Latinii* caſtigationes in Livium, T. 2. Bibl. ſacroprofanæ pag. 4. ſeq. Rom. 1677. fol.

Gruterianæ Livii editiones ad MSS. codices recenſitæ. * Harum prima eſt Francofurtenſis A. 1608. fol. capitibus tunc primum ab Gru-

(a) Robortellus Sigonium perſtrinxit in ſcripto de convenientia annorum ſupputationis Livianæ cum marmoribus Capitolinis, Baſil. 1557.
(b) Vide infra lib. IV. cap. 4. n. I.

Grutero diſtincta, additis ad calcem Voluminis annotationibus Laur. Vallæ, Sabellici, Beati Rhenani, Gelenii, Glareani, Godelevæi, Modii, Fulvii Urſini & Marcelli Donati, admixtis Gruteri & aliorum virorum doctorum obſervationibus, & ſubjecto locuplete ad Livium indice. Altera Francof. 1619. 8. & tertia cui cum ultimam manum impoſuiſſet, non integrum menſem ſupervixit 20. Sept. 1627. defunctus. Lucem vidit hæc tertia editio, parum alioqui, ut clariſſ. Gronovio animadverſum, emendata A. 1628. fol. cum notis Godelevæi, & Gruteri obſervationibus maximam partem politicis (quæ cum ejus diſſertationibus in Tacitum excuſæ etiam ſunt ſeparatim cura Chriſtiani Friderici Franckenſteinii. Lipſ. 1679. 4.) adjectis fragmentis Hiſtoricorum veterum latinorum Antonio Riccobono collectore. Prodiit præterea Livius Genevæ 1609. fol. inter ſcriptores latinos veteres Hiſtoriæ Romanæ, & ſeparatim Lugd. 1614. 8. * Tho. Hearne & H. Weſtenius memorant etiam editionem Livii Lugdunenſem A. 1621. 4. cum Chronologia & indicibus. Item Pariſienſem A. 1623. cum Gruteri & aliorum notis, fol. In editione Pariſienſi A. 1625. fol. præter ea quæ in editione Francofurtenſi A. 1588. fol. cum notis Franciſci Modii & variorum occurrunt, habes Sigonii contra Glareanum & Robortellum defenſiones, Fulvii Urſini notas, Marcelli Donati dilucidationes, & Fed. Morelli excerpta è Livio Politica & Hiſtorica.

Liber XXXIII. priore parte ſive prioribus capitibus 17. auctior è MS. Codice Bibl. Eccleſiæ Cathedralis Bambergenſis primum editus eſt Romæ apud Barthol. Zannettum A. 1616. 8. mox Venetiis apud Jo. Baptiſtam Ciottum & Pariſiis eodem anno 8. recuſus. Vulgavit autem Caſpar Luſignanus, deſcriptum à Franciſco Bartholino Urbinate, & ab ipſo atque Antonio Quærengo caſtigatum. At male quidem in fronte atque per omnes paginas inſcribitur liber XLIII. Tam incaſſum etiam à Voſſio aliiſque tanquam hypobolimæa illa hic primum edita traducuntur, licet Græce fere eadem occurrunt apud Polybium, quam à Jo. Frid. Gronovio recte vindicantur. Emendatius hunc librum ſuppreſſo nomine ſuo A. 1617. Paderbonæ edidit, qui Bartholino eum communicaverat Joannes Horrion è Soc. Jeſu. Denique ex Veneta editione eundem Livio ſuo è Gruteri editione recuſo ſubjecit Jo. Gerardus Arnoldus Francof. 1696. 8. Gallice interpretatus eſt Franciſcus Malherbe, cum cujus Epiſtolis & aliis opuſculis ſæpius præla ſubiit. Ex recenſione *Danielis Heinſii* Livius vulgatus eſt admodum nitide Lugd. Bat. 1634. 12. ex officina Elzeviriana, tribus voluminibus. Francofurtenſes editiones A. 1609. A. 1612. 8. A. 1634. 8.

1659. 8. ad Gruterianam excuſæ ſunt, additis notis Godeleväi. Idem dicendum de illa Anni 1696. 8. apud Frid. Knochium, quam à Jo. Gerardo Arnoldo Gymnaſii Francof. Rectore curatam jam memoravi. In hac capitum quoque diſtinctio & Anni Urbis in ora libri notati comparent, præmiſſa editoris diſſertatione de Livii vita & ſcriptis. Ex recenſione *Jo. Frid. Gronovii*, Lugd. Batav. 1645. 12. tribus vol. apud Elzevirium emendata & nitidiſſima editio, capitibus etiam, quod in Heinſiana deſideratur, diſtincta. Eodem anno notæ Gronovii ſeparato volumine ſimiliter prodierunt, atque recuſus iterum Livius A. 1654. 3. vol. & 1661. 12. & 1678. Amſtelodami unico parvo volumine typis minutiſſimis. In quarto quoque obſervationum I. F. Gronovii libro Daventriæ 1652. 12. vulgato promiſſi in notis ad Livium quorundam locorum uberiores tractatus repræſentantur.

Præ ceteris Livii editionibus eminent, quæ cum Car. Sigonii & Jo. Frid. Gronovii notis viderunt lucem Amſtelod. 1665. 8. & 1679. 8. apud Danielem Elzevirium, ſed è quibus poſterior non uno nomine eſt præferenda, cui Jac. Gronovii V. C. & Henr. Valeſii aliorumque notæ acceſſerunt. Ad calcem tomi primi legitur Sigonii Chronologia ad Livium cum ſcholiis & adverſus Glareanum ac Robortellum defenſionibus. Ad calcem tomi ſecundi, Epiſtolæ Jac. Gronovii (*a*) ſeparatim antea Lugd. Batav. 1678. 8. editæ, in quibus loca quædam Livii Geographica emendantur. Ad calcem tomi tertii denique, Iſmaëlis Bullialdi erudita ad J. F. Gronovium Epiſtola de anachroniſmo defectus ſolis, cujus meminit Livius XXXVII. 4. Laudat eam diatribam Sarravius Epiſtola XLIX. * In editione notarum Gronovii Patris ad Livium Lugd. Bat. 1645. 12. exſtant nonnulla, quæ in poſterioribus Liviis An. 1665. & 1679. cum notis Variorum fruſtra quæras. Exempli loco eſto, quod de formula *per ego te formam tuam rogo* notavit Gronovius in prima editione ad lib. XXIX. 18. *nam in poſterioribus neſcio quare eruditiſſima illa obſervatio ſit reſecta*, inquit Clariſſ. Burmannus pag. 607. ad Petron.

In uſum Delphini prodiit Livius cum notis *Jo. Doujatii*, & XCV. præclaris ſupplementorum libris *Jo. Freinshemio* auctore, Pariſ. 1679. 1682. ſex voluminibus. Doujatius ipſe ex ingenio ſupplevit lacunas ſedecim, quæ in libro XLI. XLIII. XLIV. & XLV. adhuc occur-

(*a*) In his pag. 25 — 28. contendit inter alia apud Livium XXVI. 9. non legendum *Algido Tuſculum petiit*, ſed *ab Pedo Tuſculum petiit*. Hanc emendationem rejicit Raph. Fabretti diſſ. 3. de aquis & aquæductoribus Rom. 1680. 4. p. 183. ſeq. Hinc Gronovius Lugd. Bat. 1684. 8. edidit reſponſionem ad cavillationes Fabretti, quibus hic ſub nomine Jaſithei oppoſuit ad Gronovium Apologema in ejuſque Titivilitia ſive ſomnia de Tito Livio animadverſiones, 4.

occurrebant. * Editio Livii *in uſum Delphini* Doujatiana recuſa eſt ad Pariſienſem Anni 1679. 1682. Venetiis curante *Carolo Bonarrigo*, ſex voluminibus in 4. Venetiis 1715. ſeq. In calce additæ etiam breves notæ Joannis Clerici: indexque locupletiſſimus Wetſtenianus: Ad Freinshemii vero ſupplementa, ſcriptorum veterum loci diligentius (*a*) allegati quam in Pariſienſi editione. Tomus porro ſeptimus, quem additurum editor promiſit (*b*) vocum omnium Livianarum phraſiumque, necdum vidit lucem. * Cantabrigiæ 1679. 8. duobus vol. ad editionem Gronov. * Patavii Livius typis ſeminarii impreſſus eſt An. 1694. 12. quinque Vol. recenſente ad optima exemplaria *Jacobo Giacometto*, qui capitum argumenta chartaſque Geographicas, & Analyſin Rhetoricam Concionum, M. Antonii Feraccii ſtudio compoſitam, indiceſque Legum, Magiſtratuum ac Sacerdotiorum Romanorum adjunxit. Londini 1703. 8. 2. vol. ad editionem Gronovianam recenſitus, cum lemmatibus hiſtoricis ad paginarum oras notatis tabuliſque Geographicis. * Eximias duas Livii editiones noviſſime Oxonia & Amſtelodamo accepimus. Atque Oxoniæ quidem ἐργοδιώκτῃ clariſſimo *Jo. Hudſonio* vir doctiſſimus & admirandæ induſtriæ *Tho. Hearne* Anno 1708 8. ſex Volum. ſed quæ tribus commode compingi poſſunt, ita Romanæ principem Hiſtoriæ diligentiſſimo ſtudio à ſe recenſitum edidit, ut ſingulis paginis ſubjectæ ſint variæ lectiones è Codicibus MSS. ſex recens & aliis pridem collatis atque ex impreſſis, tum in ſuprema paginæ parte ſemper notatur Annus U. C & ante CHRISTUM, denique Tomo VI. ſubjunctæ præter novas ſatiſque locupletes atque accuratos indices, lacunarum in libris quinque poſtremis ſupplementa à Jo. Doujatio compoſita, & novæ editorum in Livium notæ, in quibus præter alia pag. 210. occurrit *Henr. Dodvvelli* diſſertatio (*c*) contra γνησιώτατα *fragmenta* Liviani (*d*) membranis Laudinis reperto & in hac editione primum edito in Variis Lect. ad lib. XXII. c. 18. T. 2. p. 386.

Nec

(a) Journal. literaire Tom. 6. pag. 223.

(b) Giornale de' letterati d'Italia T. XV. p. 62. T. XIX. p. 439.

(c) Confer Acta Eruditor. 1709. pag. 247. & Jo. Clerici Bibl. ſelectam Tom. 19.

(d) Quoniam perbreve eſt, illud etiam hoc loco lector haud illibenter recognoſcet. Nimirum poſt verba: *Alliſas loco alto munito conſedit:* Et reparando ſubgreſſu manu haud magna Alliſæ mœnia quaſi palans perveniens ex oppido bellum conſtructa armamentis erupit, quam Conſul vi captam trucidatis, qui in ea conſtiterant, reſervat ad pugnam. Sed oppidani, ſicut quibus curæ puſillum inerat, in diem alterum umbonibus belluatis paucos fugaces invadunt, elephantemque omine meliori receptant, & Alliſas, Ruffium quondam vocitatas, ab dextro ſequente ſiniſtrum augurio nomen imponunt accolæ. *Tum per Samnium Romam ſe petere ſimulans Annibal* &c. lib. XXII. c. 18. Hoc fragmentum velut ſpurium rejicit etiam Gisb. Cuperus Exerc. 2. de elephantis in nummis c. 4. p. 142. T. 3. theſauri antiquitatum Nobiliſſimi Viri Alb. Henrici de Sallengre.

Nec non T. 6. p. 226. icon parmæ equeſtris cum gemma Woodvvardiana idem factum nobile Scipionis celebrante. Parmæ iconem ediderat Sponius pag. 152. Miſc. & noviſſime ſingulari diſſertatione (*a*) idem Dodvvellus illuſtravit Oxon. 1713. 8. Cæterum Freinshemii ſupplementa librorum XCV. ſpiſſum opus & magnæ diligentiæ, ſeparatim edere Hearnius pollicetur, quod conſilium fortaſſe abjecit, poſtquam adjuncta ab illo tempore ſunt nitidæ Livii editioni, quam Amſtelodami decem Voluminibus A. 1710. 8. dedit qui tot pulcherrimis & emendatiſſimis bonorum ſcriptorum editionibus noſtram exornat ætatem *Henricus Wetſtenius*. In hac, capita etiam diſtincta primum ſunt in minores ſectiones, additis præter novum ac locupletiſſimum rerum indicem Chartis Geographicis elegantibus, atque in pagina quavis non modo uti à Donjatio quoque & Oxonienſibus factum, notatis annis Urbis conditæ & ante Chriſtum natum, ſed & nominibus Regum, Conſulum vel Tribunorum Militum, atque argumentis in margine, adſperſiſque hinc inde in paginarum calce notis brevibus V. C. *Joannis Clerici*. Supplementa Freinshemii paullo minoribus litteris, emendatius quam in Doujatiana excuſa ſunt, ſed, quod multi credo factum nollent, omiſſa loca auctorum, quæ in marginibus Doujatianis annotata ubique leguntur, è quibus Freinshemius ſua repetiit. Vir clarus ſæpeque laudatus mihi *Mich. Maittaire* Livio ſuo, quem tribus voluminibus in 12. edere inſtituit Londini, non ipſa Freinshemii adjunget ſupplementa, ſed eorum loco accuratas citationes locorum in antiquis ſcriptoribus, è quibus Freinshemius ſua digeſſit. Illuſtris viri Ulrici Obrechti & eruditiſſimi Schurtzfleiſchii notæ in Livium nondum viderunt lucem.

Prodiir & T. Livius *Gallice* per Blaſium de Vigenere, qui notas quoque in primam decadem ſcripſit, Pariſ. 1583. 1606. 1617. fol. 2. vol. atque ex verſione Gallica Petri Ryeri, qui ſupplementorum itidem Freinshemii libros ſexaginta tranſtulit, Pariſ. 1653. fol. 2. vol. Lugd. 1653. 12. quatuordecim volum. & Roterd. 1700. 12. octo vol. * Franciſcus à Cruce Cænomana in Bibliotheca ſua Gallica complures memorat Livii verſiones ineditas *Gallicas*, ut *Petri de Clinchamp*, aliaſque *Andreæ Bovivi*, *Hieronymi de la Vairie* & *Petri Berchorii* ſive *Berthorii*, (*b*) qni Livium juſſu Regis Johannis interpretatus eſt, obiitque A. C. 1362. in Bibl. Menarſiana pag. 63. fol. n. 775. *Tite Live en vieux Francois MS. ſur velin.* & n. 778. *Les Decades de Tite Live, MS. tres ancien, & tres bien con-*

(a) Acta Eruditor. 1715. pag. 13.

(b) Vide Trithemium de Script. Eccleſ. cap. 641. & Arnoldum Pontacum in Chronographia ad A.C. 1371.

conſervé, ſur velin, avec miniatures, folio magno, & n. 779. *la troiſieme Decade de Tite Live, MS. ſur velin.* Et pag. 69. *Les grands Decades du T. Live translatées de pluſiers Hiſtoriographes.* Pariſ. 1515. fol. Primæ Decadis liber ſecundus *Henrico Sallenovano* interprete prodiit Pictavii, & ex verſione *Jacobi Goborrii*, Lugd. 1553. & Livius *Claudio Guichardo* interprete Pariſ. 1562. & *Antonio Fayo* 1582. 1583. 1584. tribus Vol. Librum XXXIII. vertit *Franciſcus Malherba*, cujus interpretationem pro inſigni exemplo commendat Sorellus in Bibl. Gallica. *Belgice* Antvverp. 1541. apud Jo. Gymnicum, A. 1562. fol. & 1571. fol. *Anglice* &c. *Italice* pridem vertit præter Chriſtoph. Landinum Rugerus Ferrarius, ut notatum Lambecio lib. 2. de Bibl. Vindob. p. 947. Prodiit ejus Livius Romæ A. 1476. fol. 3. vol. atque exinde Venet. 1478. 1481. fol. * per Antonium de Bononia, & 1481. fol. per Octavianum Scotum: nec non 1490. & 1511. apud Barthol. de Zanis, una cum Leonhardo Aretino de bello Punico, qui ex Italica Donati Acciajoli verſione prodierat Venet. 1476. fol. Recentior Livii verſio Italica auctore *Jacobo Nardi* Florentino Venet. 1544. 1547. fol. apud Juntas & 1554. 1562. fol. laudatur à Latino Latinio Tom. I. Epiſt. pag. 382. ubi locum Livii de ſalis venditione lib. 2. cap. 9. illuſtrat. * *Germanice* prodiit primum Moguntiæ A. 1505. fol. dicatus Maximiliano Imperatori, & exempla quædam excuſa in membrana. Secutæ editiones 1541. 1546. & Argentorat. 1574. 1594. 1616. fol. Livius & Florus Germanice per *Zachariam Muntzerum*, Francof. 1568. fol. *Svecice*, Erico Benedicto Schrodero, Nycopenſi interprete, Holmiæ 1626. fol. *Hiſpanice* ad Philippum Principem. Colon. apud Arnoldum Byrkmannum 1553. fol. * Livium *Græca* lingua vulgari tranſtulit Mancordatus de Scarlati, interpres & Conſiliarius Portæ Ottomanicæ, qui A. C. 1712. diem obiit. Sed necdum edita eſt illa interpretatio. De *Arabica* verſione dixi infra num. VII.

V. *Epitome* librorum Livianorum, ſive *breviarium T. Livii*, quod notis Sigonii, Martini Antonii Delrii (*a*) Jo. Doujatii & J. F. Gronovii illuſtratum habemus, etiam eorum librorum qui interciderunt (duobus forte 136. & 137. ut ſupra dixi exceptis) à *L. Annæo Floro* ſcriptum eſſe communiter exiſtimatur, cum cujus libris quatuor epitomes rerum Romanarum ſæpiſſime prodiit: etſi vel ideo quod in his ſubinde à Livio diſſentit, nonnulli duos diverſos voluerunt Floros comminiſci, ut Balthaſar Bonifacius XV. 5. Hiſt. ludicræ: alii vero ut Dionyſium Gothofredum

(a) Brevia Delrii in Epitomen Livii ſcholia prodierunt cum ejus notis in Solinum Antvverp. 1571. 8. Edita eſt etiam Epitome illa cum Sigonii & Delrii notis, Gen. v. 16 .6. 8.

fredum facere memini, ſuſpicati ſunt Livium ipſum ex more veterum epitomas illas veluti indices præfixiſſe ſingulis libris, quæ deinde cum altera epitome rerum Romanarum confundi; atque adeo ad Florum auctorem referri facile potuerunt. *Junium* quoque *Maximum* æqualem Statii Poëtæ, Hiſtorias Salluſtii Liviique in epitomen contraxiſſe viri docti obſervant ex his verbis IV. ſilvar. 4.

Omne queis mundi ſenium remenſus
Orſa Salluſti brevis & Timavi
reddit alumnum.

Notum præterea eſt ex Servio ad Æneid. X. 388. quod *Rufus Feſtus Avienus* totum Livium Jambis olim expreſſerat. Sed & illa Avieni metaphraſis pridem intercidit. * *Epitome Livii* cum *Floro* ſæpius editæ prodierunt etiam ſeparatim Venet. 1521. 8. ap. Aldum, & Baſil. 1590. 8. & cum Car. Sigonii atque Antonii Delrii notis Genev. 1606. 8. quam editionem SanGervaſienſem vocat Thomas Hearne, qui in Livio ſuo Oxoniæ edito breviarium iſtud Livii ſummo ſtudio ad Codices MSS. & impreſſos exegit, collatis etiam quæ Petrus Pithœus ad illud annotaverat: Ac non ſine ratione vir eruditiſſ. Janus Vincentius Gravina Orat. 1. de inſtauratione ſtudiorum pag. 12. Romanorum res geſtas initio per compendium petere ſuadet ab hac Epitome Liviana, utpote quæ longe ſimplicior & candidior eſt Floro & Vellejo, reſque exprimit propriis & convenientibus verbis, abſque fuco & argutiis, quibus non ſatis uterque illorum abſtinuerunt, è quibus periculum fuerit ne puerorum animi fallacibus illis & meretriciis orationis ornamentis à nervoſa & civili ſcribendi conſuetudine abducantur. Non ita pridem præclarus Vir *Johannes Jenſius* conſulturus juvenum ſtudioſorum tempori, quorum plerique mole Livii deterriti ultra primam decadem legendo haud progrediuntur, atque adeo delibatis modo adoleſcentis populi Romani rebus, maturum adulti ejuſdem populi vigorem intactum relinquunt, Epitomen novam hiſtoriæ Rom. totius Livii, verbis ejus contextam, neque multo grandiorem una Livii decade compoſuit, inſcripſitque *T. Livii Patavini Hiſtoriarum corpus concinnius*, ex Gymnaſio Dordraceno, typis Bramiis luculentis Anno 1711. 8. Bene interim eſt, quod Livium ipſum evolvere cupientibus hoc compendio ſuo neutiquam è manibus excutere voluit florentiſſimum ſcriptorem, ſed tantum iis qui magnitudine operis re noveri ſe ab ejus lectione patiuntur ſuccurrere, ut Hiſtoriam Romanam Livianam totam intra brevius ſpatium abſolvere poſſint.

Perditos

Perditos Livii libros ex ingenio ſupplevit vir doctus *Jo. Freinſhemius*, argumento ex epitomis petito, & adhibitis græcis & latinis antiquis quæ exſtant monumentis, tanta induſtria ut ipſe non dubitet profiteri, *ſe neutiquam metuere ne quis ex omnibus his ſcriptoribus, qui ſunt in hominum manu, aliquid efficiat in hoc genere concinnius, copioſius, verius*. Primi decem libri Reginæ Chriſtianæ dicati viderunt lucem, Holmiæ 1649. 12. Libri ſexaginta deinde Argentorati An. 1654. 4. quos Gallice etiam reddidit ut jam dixi Petrus Ryerus. Denique adjunctis XXXV. poſthumis, quos ab heredibus Galli redemerunt, univerſi libri XCV. ſupplementorum vulgati ſunt à Jo. Doujatio in editione Livii ad uſum Delphini, ſed vulgati ſunt parum emendate, ut dolet Jo. Clericus V. C. Tomo 3. Bibl. ſelectæ p. 366. *Il ſeroit à ſouhaiter qu' on les fit imprimer in 8. comme le Tite Live de J. Frid. Gronovius, & qu' on eut ſoin de les bien revoir. C' eſt un ouvrage tres bon & tres agreable à lire, & qu' on ne peut voir gaté par tant de fautes ſans chagrin.*

Superſunt & alia quædam ſcripta recentiorum nondum à me commemorata, quibus Livio vel ejus rebus aut ſcriptis lux nonnulla affertur. Nic. Machiavelli in Decadem primam Livii diſſertationes tribus libris diſtributæ, & Italice primum, deinde latine, Gallice Amſtel. 1691. 12. atque in aliis forte linguis editæ, deque Republica & religione Romanorum veterum acutiſſime diſputantes. Caſparis Facii *Politica Liviana*, quibus artibus comparatum auctumque, & quibus erroribus ac vitiis amiſſum Imperium veteris Romæ fuerit, Altenburg. 1617. 4. Ant. Cicarelli de Foligno diſſertationes in Livium, Rom. 1589. 4. Italicè. Jo. Schefferi in Librum I. Livii Exercitationes VII. Upſal. 1665. 4. Nic. Belli ſive Bellermontani (*a*) diſſertationes in optimos veteris ac novæ Hiſtoriæ ſcriptores imprimis Curtium, Svetonium, Tacitum, Livium &c. Francof. 1626. Jo. Gilleyus in laudem Hannibalis apud Livium, Baſil. 1550. 8. Georgii Martini Dorn ſpecimen Inſtitutionis Politicæ Livianæ, Gieſſæ 1657. 8. Juſti Reifſenbergii monita, exempla, conſilia Politica Liviana, Francof. 1629. 8. Philippi Loniceri Icones Livianæ verſibus illuſtratæ, ibid. 1573. 8. Sebaſtiani Maccii de Hiſtoria Liviana volumen ſatis amplum laudat Erythræus pinacotheca I. p. 277.

Livium cum *Thucydide*, ut Tullium cum Demoſthene, contulit vir ingenio & doctrina præſtantiſſimus Renatus Rapinus è Soc. Jeſu, ſingulari diatriba Gallice plus ſemel excuſa poſt editionem

(*a*) Nomen ut videtur fictitium. Vide Thomaſ. de plagio §. 238. Liber ipſe undique corraſus, nec magnæ adeo rei.

tionem Pariſ. 1681. 12. De *Polybii* Liviique diverſa ſcribendi ratione, & quantum hic illum imitatus fuerit, conſulendæ Jo. Henr. Bœcleri Lectiones Polybianæ p. 199. ſeq. Iſ. Caſauboni præfatio ad Polyb. & Fulvius Urſinus in notis ad excerpta de legationibus. * De imitatione Polybii Liviana videndus quoque Iſ. Caſaubonus in Caſaubonianis p. 73. Vere prædicat Quintilianus lib. X. cap. 1. lacteam Livii ubertatem, aitque eum cum in narrando miræ eſſe jucunditatis clariſſimique candoris, tum in concionibus ſupra quam enarrari poteſt eloquentem. Circa laudes etiam quas tribuit & candore & judicio & brevitate & pondere eſt pariter admirandus. Quis unquam Camillum brevius vel dignius laudavit, quam ubi Livio eſt *vir unicus pace & bello*. Quis Catonem, quam ex Livio Hieronymus Proœmio lib. 2. in Oſeam: *Cujus gloriæ neque profuit quiſquam laudando, nec vituperando quiſquam nocuit, cum utrumque ſummis præditi fecerint ingeniis.*

Faſtos Romanorum *Livianos* vulgavit Elias Conſtantinus von Trevven Schrœder, JCtus Gedanenſis, unà cum Encomiaſtico Liviano (in quo præter alia Sabellici & Beroaldi Orationes & Steph. Nigri præfatio, Baſil. 1532. edita, atque Thomaſini de vita Livii liber integer exhibetur) & Coronide Liviana ſive duplici Hiſtoriæ Livii breviario è vite Hiſtorica Chriſtiani Gueintzii & Dejorei Wheat relectionibus Hiemalibus repetito, Gedani A. 1675. 4. Petri Lambecii Orationes binæ prælectionibus in Livium, Hamburgi in Gymnaſio habitis præmiſſæ exſtant inter alias ipſius editas Hamb. 1660. 4. * Oratio Q. Fabii Maximi è Livio, cum ſcholiis Gerardi Bucoldiani. Colon. 1531. 8. juncta Ciceronis partitionibus Oratoriis. Orationes ſive Conciones CXCIII. è Livio excerptæ cum notis Joach. Perionii, Antvverp. 1535. 8. & Baſil. 1545. 8. *Orationes* è Livio & aliis latinis, tum Græcis quoque Hiſtoricis excerptæ cura H. Stephani prodierunt An. 1570. fol. Atque illæ quidem è latinis Hiſtoricis frequenter deinde recuſæ ſunt, Coloniæ & in Belgio, tum Lipſiæ quoque, Joach. Geſenio recenſente, denique ex accuratiore recognitione Chriſtophori Cellarii V. C. Lipſ. 1699. 12. Singillatim Livii Orationes ſive Conciones argumentis & notis illuſtravit Joach. Perionius, Pariſ. 1532. 8. Sic in Orationes è decade tertia Rhetoricam & dialecticam analyſin contexuit, & miſcellanea, obſervationes, & apophthegmata à ſe enotata ſubjunxit Reinhardus Lorichius Hadamarius, Francof. 1537. 8. Orationum XVIII. Analyſis Rhetorica adjectis 69. imitationum argumentis à Chriſtophoro Schradero, Helmſt. 1676. & 1700. 4. Memini etiam in hoc ipſo genere elaboraſſe Dan. Hartnaccium, & univerſas orationes veterum

ab H.

ab H. Stephano collectas artificio Rhetorico & Dialectico explicato dilucidaſſe, qui ejus labor prælum exſpectat. Orationes rectas in Livio & Salluſtio olim reprehendit Pompejus Trogus teſte Juſtino XXXVIII. 4. nullas niſi obliquas in Hiſtoria ferens. Neque dubium eſt, Conciones ejuſmodi Livium ex ingenio ſuo compoſuiſſe, ut illuſtris Noriſius diſſ. 1. Cenotaph. Piſan. cap. 1. demonſtrat exemplo petito è Livii XXXIV. 5. ubi L. Valerius tribunus inducitur M. Porcio Catoni 37. vix annos nato Origines ipſi ſcriptas objiciens, de quibus illa ætate Cato ne quidem cogitaverat. Herodoto conferens Livium Fabius X. 1. Inſt. Or. eum vocat *cum in narrando miræ jucunditatis clariſſimique candoris, tum in concionibus ſupra quam enarrari poteſt eloquentem*. Metium vero Pompuſianum à Domitiano Imp. interfectum narrat Xiphilinus p. 222. quod Conciones Imperatorum Ducumque apud Livium frequenter lectitans imperium affectare videretur. * T. Livius (quem merito πολιτικώτατον ſcriptorem appellat Thomas de Pinedo, *(a)* in aphoriſmos & poriſmata reductus, in recreationibus *(b)* Academicis Groſianis, Chriſtiani Adami, liberi Baronis Gros de Torkau, Chriſtian Erlangæ 1713. 4. Tomo tertio. *Sententioſe* *(c)* à Livio dicta collegit Nic. Cragius, Hafniæ 1582. forma minore, & Jacobus Corbinellius, Pariſ. 1694. 12. *les anciens Hiſtoriens latins reduits en maximes. Premier volume, Tite Live*. Utinam denique vir aliquis doctus indicem idoneum ſive *lexicon* in Livium componeret, & quod Berneggerus Tacito, Svetonio Freinshemius, aliis alii dederunt ſcriptoribus, hoc latinæ linguæ auctori ſi à Cicerone diſceſſeris facile principi non ſine fructu ſtudioſorum Muſis faventibus tribueret. * Lexicon Livianum, ſive indices dictionum & phraſium Livii locupletiſſimos concinnandos in ſe ſuſcepit *Georgius Petrus Schulze*, *(d)* Profeſſor in Academia Francofurtenſi Viadrina. *Joach. Borghefii*, *(e)* Profeſſoris Groningani Indicem locupletem rerum & verborum in Livium alius in lucem proferet. Cæſarem & Livium ex antiquis nummis 983. & inſcriptionibus 542. inſigni ſtudio *Henrici vander Borcht*, Comiti Arundelio familiaris (cujus filius cognominis fuit ſereniſſimo Electori Palatino Carolo Ludovico olim ab Antiquitatibus) illuſtratum ſervat Francofurti ad Mœnum curioſiſſimus atque intelli-

(a) Pinedo notis ad Steph. Byz. p. 557.
(b) De his Acta Eruditor. A. 1714. p. 81.
(c) Laudavit merito Livium eo nomine Corbinellius quod ſententias non ita hiſtoriæ ſuæ intexuit, ut emineant extra corpus orationis expreſſæ, ſed intexto veſti colore nit ant. Confer Bælii Lexicon in *Zbeon*, nota C.
(d) Neub. Hellter Agent Tom. 3. pag. 614.
(e) Bibl. choiſie de Mr. le Clerc. Tom. XXIV. p. 233.

telligentiſſimus eruditorum hujuſmodi cimeliorum ruſpator D. Zacharias Conradus ab Uffenbach, ut præſens mihi ipſe narravit, cum in hac urbe Hamburgenſi ante aliquot annos verſaretur. Puteanorum MStum Livii Codicem litteris uncialibus, & nulla ferme vocum diſtinctione exaratum memorat Salmaſius Epiſtola ad Sarravium pag. 188. edit. Ultraject. poſt Epiſtolas Gudianas. *Jani Gebhardi* varias lectiones Codicum trium MSS. Livii Palatinorum ex auctione Bibl. Gudianæ nactus vir Nobiliſſ. *Henricus Leonhardus Schurtzfleiſchius* (*a*) ſpecimen illarum in librum primum vulgavit Halæ Sax. 1712. 4. Idem ut fratris celeberrimi *Conradi Samuelis Schurtzfleiſchii* lucubrationes in Livium publico ne invideat orandus eſt, atque quas habet explanationes Livianas MSS. *Auguſti Buchneri*, de quibus in Epiſtolis, quas appellat arcanis fratris T. 2. Epiſt. CCCXXXIII. legas ad uſum juventutis idoneas eſſe, licet Criticæ artis ſubſidia non habent, quoniam Codices MSti virum optimum eruditiſſimumque deſtituebant. In iiſdem Epiſtolis pag. 279. mentio notarum in Livium ineditarum illuſtris viri *Ulrici Obrechti*. Notas MSS. quas in marginibus Livii ſui adſcripſerat *Curtius Pichena*, communicandas cum Jo. Frid. Gronovio ad amicum A. 1662. Caſalio miſit Carolus Dati, ut conſtat ex Epiſtolis poſt Gudianas p. 63. *Gabrielis Faerni* induſtriam in Livio emaculando laudat *Latinus Latinius* Tom. 2. Epiſt. pag. 40. 43. *Petri Nannii* Caſtigationes in librum tertium MSS in Bibl. Leidenſi. In Dania aſſervantur uberrimæ viri præſtantiſſimi *Stephani Stephanii* in Livium prælectiones MSS. Neque ex *Joannis Raven* obſervatis ad Livium quicquam lucem vidit præter duas diſſertationes excuſas Soræ A. 1641. 4. *Benedicti Averanii* (*b*) Florentini diſſertationes XXXI. ad quædam Livii loca prodierunt in Tomo ſecundo ejus operum, Florent. 1716. fol.

VI. Perditorum ex Livii hiſtoria librorum ſæpe vana ſpes facta, vani ſumptus impenſi, qua de re legendus doctiſſ. Morhofius libro de Livii Patavinitate capite 1. Apud Arabes quidem univerſos exſtare pridem affirmavit Tho. Erpenius Orat. 2. de lingua Arabica. Et in CPolitana Bibliotheca integrum fuiſſe Livium Arabice, non dubitavit Petrus de Valle, part. 1. Itinerar. Epiſt. IX. ſed oblatis à magno Duce Florentino 5000. piaſtrorum & à legato Regis Chriſtianiſſimi decies mille thaleris inveniri nuſquam potuit longe majore etiam 50000. ſcutatorum propoſito præmio, vanus promiſſor Juſtinianus Chius. Alii in Feſſana Bibliotheca aſſer-

(a) Acta Erud. A. 1717. p. 406.

(b) Giornale de' letterati d'Italia Tom. XXIV. pag. 430. ſeq. Bibl. ancienne & moderne de Mr. le Clerc T. XII. 175.

ſervari ſcripſerunt. *Utinam ex Feſſanis tenebris*, inquit Abr. Hinkelmannus præfat. ad Coranum Arabice editum lit. k. *incomparabilis Livius integer erueretur, & vel rudi verſione in lucem ederetur! ſane qua felicitate Curtium Freinsbemius, eadem & forte majore Livium illuſtris Gronovius nobis facile reſtitueret.* Richardus Montacutius præf. in Apparatum ad Origines Eccleſiaſticas negat *Decades Livii unquam reſtaurandas, niſi forſitan, ut ſplendide mentitur Hiſpanus quidam* παντονοράφως, *apud ultimos hominum Æthiopes in montis Amaræ* Βιβλιοταφίω. Latina ipſa Livii traditur habuiſſe & ex Bibliotheca Drunthemenſi in Norvvegia accepiſſe Martinus Grœningius Cantor Bremenſis Capituli A. C. 1521. denatus. Aliud librorum Livii deperditorum exemplar ſcriptum in membranis fertur fuiſſe in Gallia in Abbatia fontis Ebraldi, quod ab Abbatiſſa theſauri ignara conceſſum pharmacopolæ cuidam, ab hoc venditum eſt homini, qui membranis illis reticula ſphærulis ſive pilis volantibus mittendis & accipiendis obducebat; quod à viro aliquo docto forte obſervatum tunc demum eſt, cum membranæ illæ ad unam omnes eſſent conſumtæ, ut ex ore Joannis Capellani accepit Colomeſius in Opuſculis p. 105. & in Bibl. ſelecta p. 31. ſeq. ubi etiam Epiſtolam ejuſdem Capellani profert de hoc argumento. Idem relatum memini in Pithœanis, & in parte II. Menagianorum p. 97. Quod autem in Catalogo MSS. Bibl. Bodlejanæ p. 60. inter libros Guil. Laudi num. 127. memoratur *T. Livii Decas ſecunda*, error eſt, nam tertiam legi debere in præfatione Voluminis annotatur. Porro Gregorio I. Pontifici Livianorum librorum jacturam tribuere non dubitat Rich. Montacutius præf. ad Analecta, quoniam in Antonini ſumma legitur Gregorium M. (ita Imp. Caligula olim cogitavit de Virgilii, Liviique ſcriptis abolendis teſte Svetonio) quoſcunque nanciſci potuit Livii codices combuſſiſſe, quod nempe ab eo multa prodigia (a) narra-

(a) Tot prodigia Livio commemorata, quibus integrum librum Julius Obſequens implevit, ita defenſitavit homo minime ſuperſtitioſus è Gallis Mottanus Vayerus: *Ce n'eſt pas dire qu'il ait ù intention de faire croire ce dont il n'eſtoit pas lui même perſuadè, au contraire il debite tous ces prodiges de telle ſorte, qu'on void bien qu'il n'a ù autre but que faire comprendre de quelles erreurs le peuple eſtoit alors abusè, les loix de l'Hiſtoire l'obligeant à cela.* T. 1. Opp. p. 117. edit. in fol. adde p. 227. & 371. Idem dicere liceat de Dione, Appiano, & Pauſania Hiſtoricis Græcis, qui ſuperſtitione populari abrepti vulgo arguuntur. Uti è contrario palam prodigia illa floccipendens Polybius contemtæ propterea religionis reus audit, mediam ſententiam probante Plutarcho; quo judice τοῖς τοιούτοις καὶ πίστιν σφόδρα καὶ τὸ λίαν ἀπιστεῖν, æque durum & periculoſum eſt, in Camillo f. 132. Confer, ſi placet, Jo. Rualdum in Plutarchi vita c. XXIX. Neque omnibus fidem habuiſſe ſe Livius ipſe pluribus locis teſtatur, ut XXIV. 10. *Prodigia eo anno multa nunciata ſunt, quæ quo magis credebant ſimplices ac religioſi homines, eo plura nunciabantur.* Sic Tacitus III. 55. Hiſt. poſt prodigia quædam memorata, *Sed præcipuum*, inquit, *ipſe Vitellius oſtentum erat, ignarus militiæ, improvidus conſilii.*

rentur, quæ facerent ad idolorum ſuperſtitionem probandam. Hanc Antonini narrationem in dubium vocat Jacobus Gretſerus lib. 1. de jure prohibendi libros malos c. XXX. Librorum Livii qui exſtant exemplum eleganter ſcriptum ut A. 1455. à Poggio Florentino ſibi compararet, agrum, quem habebat, vendere non dubitavit Antonius Beccatellus, Panormitanus, ut ex ejus Epiſtola ad Arragoniæ Regem Alfonſum refert Gallæſius libro de Bibliothecis p. 186. * In Leibnitzianis, ſive Otio Hanoverano nobiliſſimi Viri Jo. Frid. Felleri pag. 156. legas Patrem Zvvenbruckium ſancte affirmaſſe Patri Gamanſio, ſe in manibus habuiſſe Bremæ MStum Livii plenius, ſed cum mercator juſto carius vendere vellet, tum neglexit. Cum rurſus quæreret, poſt mercatoris mortem amplius non comparuit. His adde quæ ex Jo. Renneri Chronico Bremenſi ad A. 1521. de Martino Groningo, qui deperditos Livii libros habuerit narratur in Bibliotheca Bremenſi Hiſtorico Theologica Tomo ſive claſſe 2. faſciculo 1. pag. 143. ſeq. Adde etiam ſi placet quæ notavi ſupra p. 140.

VII. Scripta Livii etiam alia apud veteres memorantur, ut: *Dialogi*, quos non magis Philoſophiæ quam Hiſtoriæ annumerari potuiſſe ait Seneca Epiſtola centeſima. *Libri Philoſophici* ſive ex profeſſo Philoſophiam continentes, id. *Epiſtola ad filium*, qua Demoſthenem atque Ciceronem illi legendos unice ſuaſit, breviſſima & tutiſſima ad eloquentiam via. Quintil. X. 1. Fragmenta duo inſignia Livii de Cicerone, quæ exſtant apud M. Senecam ſuaſoria ſexta, ex hiſtoriarum libro CXX. petita ſunt. Etiam Livii filii ſcriptis uſum ſe profitetur Plinius libro V. Hiſt. natural. *niſi locus mendoſus eſt*, inquit Harduinus, *& ex præpoſtera Livii repetitione Livii filii conficta vox*. * Si Henr. Dodvvellum audimus, deſunt hodie in Livio præter tot libros integros, & quæ in quinque, qui exſtant poſtremis à Jo. Doujatio ex ingenio ſuppletæ ſunt lacunæ, etiam hinc inde quædam ubi nulla ſunt in editis Codicibus neque in MSS. hiatuum veſtigia: *Deſunt in rebus Coriolani bina Conſulum paria è Dionyſio Halicarnaſſeo ſupplenda, Livii ipſius rationibus plane neceſſaria. Et anni quoque U. C. Catoniani 179. tribunos militares conſulari poteſtate omiſſos ex ipſo Livio evicimus. Et in Cenſorum ſucceſſione multa ſupponit Livius, fruſtra plane in hodiernis Livii exemplaribus quærenda. Deeſt etiam in eodem locus quo tertii inierint decemviri, quum tamen tertium illius Magiſtratus annum ſupponant ejus rationes. Sic etiam in tribunorum plebejorum decennali ſeditione & Magiſtratuum Curulium Anarchia deeſt annus, quem tamen non agnoſcunt modo, verum etiam exigunt ejus calculi recte & pro ipſius mente poſiti*. Hæc Dodvvellus diſſ 10. de Cyclis & in

Chro-

Chronologia Dionyſii Halicarnaſſei, & in diſſ. de fragmento Livii, quod è MS. Laudino primum eſſe editum paulò ante dixi. De reliquiis corporis T. Livii noſtri, ſi Diis placet, inventis Patavii, ad animum lectoris recreandum juvat adſcribere hæc ex paralipomenis ad propylæum Papebrochianum Actis Sanctorum Maji præmiſſum p. 145. *Abhinc duobus circiter ſeculis* (a) *neſcio quo caſu in quodam angulo nobilis monaſterii S. Juſtinæ Patavii detecta eſt plumbea ſandapila, oſſa quædam ſervans. Additum erat Epitaphium T. Livii nomen præferens. Mox deſiderium honorandi memoriam ſcriptoris tam clari impulit Patavinos, ut depoſitum tam carum in Curiæ atrium transferrent, ubi magnificum crexere monumentum. Andreas Dandulus Senator Venetus, treſque ſimul aut quatuor Equites læti humeros feretro ſubjicere; Zacharias Treviſanus, & Leonardus Mocenigus duo Reip. Magiſtratus funus inclitum proſequebantur, ſolenni cum pompa per nobiliores Urbis vicos circumductum. Alphonſus Rex Arragonum, litteratorum amator inſignis & æſtimator, ſimul atque theſaurum hunc crutum agnovit, tranſmitti ſibi brachium poſtulavit per Antonium Panormitanum* (b) *inclytum Poetam, qui legatione pro Rege ordinaria apud Remp. fungebatur. Datum id precibus Regis, miſſum brachium, cui longo poſt temporis intervallo monumentum ſtatui curavit Jovianus Pontanus erepto rebus humanis Alfonſo, priuſquam Neapolim navis appelleret tanto inſignis munere, quod avide Princeps erat præſtolatus.*

Ridetur Livius à Lancelloto, quod ſcripſit ſaxis pluiſſe. Et tamen lapides de cœlo ſubinde cadere teſtatiſſimum eſt, & multis exemplis comprobatum ab Antonio Vallisnerio, in Diario Veneto, Giornale de' letterati d'Italia T. V. pag. 201. & T. XXVII. p. 173. ſeq. Alienum Livium fuiſſe à credulitate ſuperſtitioſa facile etiam teſtantur hæc loca lib. V. cap. 21. *Hæc ad oſtentationem ſcenæ gaudentis miraculis aptiora quam ad fidem, neque affirmare neque refellere operæ pretium eſt.* Et VIII. 6. *nam & vera eſſe, & apte ad repræſentandum iram Deûm ficta poſſunt.* Male de religione ac pietate, peſſime de Livio meritus eſt Jo. Tolandus, qui ut illum à ſuperſtitionis culpa, quod multi jam ante illum fecere, abſolveret, adſtrinxit invitum irreligioſitatis & ἀθεότητος crimine, veluti nihil poſſit eſse medium inter modeſtum contemtorem anilium, quales erant pleræque Romanæ, ſuperſtitionum, & impuden-

O 2

(a) A. 1541. Giornale de' letterati d'Italia T. XIV. p. 358.

(b) Idem Panormitanus ad eundem Alphonſum p. 118. Epiſt. *Sed & illud à prudentia tua ſcire deſidero, uter ego, an Poggius melius fecerit: is ut villam Florentiæ emeret, Livium vendidit, quem ſua manu pulcherrime ſcripſerat: ego ut Livium* (120. aureis) *emam, fundum proſcripſi.*

pudentem atque impium conculcatorem Numinis & omnis in univerſum religionis. Tolandi liber inſcribitur, *Livius ἀδεισιδαίμων, ſive de ſuperſtitionis culpa Livio falſa impacta diſſertatio*, Hagæ Comitis A. 1708. 8. Scripſit adverſus eum D. Jacobus Fayus Ultraj. 1709. 8. Scripſit & Elias Benedictus, Gallice, Delphis 1712. 8. Scripſere item alii. Sed non opus puto multis cum eo contendere, cui ita periit frons, ut non erubeſcat Moyſen venditare pro aſſertore Spinoſiſmi.

VIII. Alius ab utroque fuit Livius patria Pœnus, quem Valerius quidam in Epiſtola ad Rufinum de non ducenda uxore, quæ legitur inter Opera S. Hieronymi, *gravem & uxcratum Hiſtoriographum* vocat (forte confundens eum cum T. Livio) refertque his verbis reprehendiſſe Cannium à Gadibus Herculis Poëtam facundiæ lenis & jucundæ, (Martialis, qui ejus ſæpe meminit æqualem) quod multarum gauderet amoribus: *Noſtram Philoſophiam participare non poteris, dum à tot participaris. Non enim eo jecore Junonem amat Titius, quod multi vultures in multa divellunt.* Hujus Livii nullam fieri mentionem in præclaro Voſſii opere de Hiſtoricis latinis, miratur Colomeſius notis ad Gyraldum de Poëtis p. 235. Alius Livius Poëta Chriſtianus ſæculo poſt natum CHRISTUM quinto clarus, cujus meminit Honoratus in vita Hilarii Arelatenſis. Vide Caſp. Barthii Adverſaria XLVIII. 16. Prætereo Livium Andronicum Tragicum latinum antiquiſſimum, de quo infra libro IV. & de quorum ſcriptis nihil conſtat, ut Livium Auguſti tabularium Atalianum in veteri inſcriptione apud Laur. Begerum V. C. in ſpicilegio Antiquitatis p. 78. vel denique recentiores, ut Titum Livium Burattinum Regis Poloniarum Architectum, cujus litteras ad ſe ſcriptas exhibet Athanaſius Kircherus T. 2. Oedipi Ægypt. parte 2. p. 303. * De M. Livio Tho. Reineſius in Epiſtolis ad Caſp. Hofmannum pag. 407. T. Livii Forojulienſis librum de vita Henrici V. Angliæ Regis ad Henricum VI. ejus filium, non ita pridem vulgavit V. C. Thomas Hearne Oxon. 1716. 8. Ut Flav. Joſephus à pluribus dictus *Judæorum Livius*, ſic Baronium, *Livium Eccleſiaſticum* appellare non dubitavit Secundus Lancellotus. (*a*) Tabari, *Arabum Livii* (*b*) Turcicam verſionem in Bibl. publica ſervant Cantabrigienſes. Hieronymi Suritæ Epitaphium:

Livius Arragonum jacet hoc Surita ſepulchro,
Nil magis hoc dignus nomine notus erit.
Hiſtoricum ſtudiis, annales nomine vicit
Ipſe ſuum nomen, ſeque, ſuoſque libros.

Tito

(a) Oggidi T. 2. p. 568.
(b) Bibl. Angloiſe T. 3. p. 384.

Tito Livio Burattino adde M. Livium Sanutum cujus Geographia in ſeptem tributa libros prodiit Italice Venetiis A. 1588. cum duodecim tabulis Geographicis deſcriptis ære & Africam illuſtrantibus.

CAPUT XII.

DE P. VIRGILIO MARONE,

Virgilii ætas. 1. *Bucolica.* 2. *Georgica.* 3. *Æneis.* 4. *Editiones cum commentariis veterum, ubi de Servio, Probo, Tib. Donato, Junio Philargyrio & Fulgentio Planciade.* 5. *Editiones ſine commentariis vel cum notis ac commentariis virorum doctorum recentis ætatis.* 6. *Codices quidam MSti ac perdita veterum ſcripta in Virgilium & de Virgilio nonnulla.* 7. *Virgilii Ciris, Culex & alia Catalecta in Appendice Virgilii.* 8. *Virgilius Græcorum imitator. Virgiliocentones, & Zoili Virgilii. Scripta nonnulla ad Virgilium ſpectantia.* 9. *Sortes Virgilianæ, & alia quædam.* 10. *Virgilii alii.* 11.

I. P. VIRGILIUS MARO, natus in agro Mantuano, (quæ civitas Taſſum quoque poſtea, Poëtarum Italicorum Principem protulit) Anno U. C. DCLXXXIV. Idibus Octobris: non Euſebii (*a*) tantum, ſed omnium facile judicio ἐξοχώτατος τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ποιητῶν, *princeps Poetarum latinorum*. Auguſto Imp. & Mæcenati chariſſimus obiit Brunduſii Anno Urbis DCCXXXV. ante CHRISTUM natum XIX. ætatis LI. (*b*) X. Cal. Octobr. Epitaphium ejus hoc refertur apud Jo. Mabillonium V. C. T. 1. Muſei Ital. p. 113. SISTITE. VIATORES. QUÆSO. PAUCA. LEGITE. HIC. MARO. SITUS. EST. Vide etiam, quæ idem vir doctus p. 207. narrat de ſtatua Virgilii à Carolo de Malateſtis Mantuæ everſa. Præter alias virtutes & artificium carminis in Virgilio proprietatem ſermonis latini admiratos etiam veteres accepimus, unde Auſonius Epiſtola XVII. ad Symmachum: *quis ita ad opulentiam Tullianam, aut proprietatem noſtri Maronis accedat?* * *Vergilium* (potius Svidæ Οὐεργίλιον Malalæ Βεργίλλιον) quam *Virgilium* ſcribendum eſſe, antiquis quibusdam monumentis & Codicibus perſuaſi contendunt Poli-

 tianus

(a) Cap. 19. Orat. Conſtantini in Sanctor. cœtum.
(b) Confer præter alios vitæ Virgilii ſcriptores Carolum Rueum in vita Poetæ per Conſules digeſta, quæ exſtat in editione ad uſum Sereniſſ. Delphini, & hine in illa quam V. C. Chriſtianus Junckerus amicus noſter cum notis ſuis edidit.

tianus lib. V. Epiſt. pag. 165. 171. ſeq. & Miſcellaneorum capite LXXVII. atque Cœlius Rhodiginus lib. VII. antiqu. Lect. c. 4. quibus aſſentitur Jo. Faber de Vverde in carmine de litteratura nominis Vergilii, quod Lipſiæ in 4. ſine anni notatione excuſum evolvit vir clariſſ. Chriſtianus Shœtgenius. His à *verendo*, quaſi Partheniæ, vel à *vergiliis* ſtellis nomen Poetæ derivatur. Vide Arnoldum Pontacum ad Euſebii Chron. p. 492. & Joſephi Caſtalionis Varias lect. cap. 50. T. 1. miſcellaneor. Gaudentii Roberti. Sed longe plura ſunt & potiora, quæ permoverunt Pierium Valerianum in IV. ult. Georgic. Sebaſtianum Corradum in Virgilii vita, Taubmanni etiam Virgilio præmiſſa, Aldum Manutium in Orthographia pag. 783. ſeq. alioſque ut *Virgilium*, (Claudiano & Steph. Byz. Βιργίλιον) dicendum eſſe ſicut communis & receptus uſus fert, non dubitarent, ſive nomen illud pluribus etiam ante Poetam commune à *virore*, ſive à *virginitate* (unde idem Parthenias) ſive à *virga laurea* (*a*) denique petitum ponamus ex ſententia Calvi veteris poetæ; *& vates cui denique memorabiles nomen laurea*. Nullarum porro frequentior permutatio literarum quam E & I in Latinis monumentis obſervatur: cujus rei exempla complura vide ſi placet apud Gudium ad Phędri lib. 1. fab. 26. Sirmondum Tom 1. pag. 873. ſeq. 881. 889. & Tom. IV. p. 589. Sponium Miſc. p. 88. 91. Norifii Cenotaph. Piſan. 475. &c. Virgilius natus eſt Pompejo & Craſſo COSS. ante CHRISTUM LXIX. Andibus prope Mincium in agro Mantuano, unde Mantuanus paſſim & Andinus vates, atque Juvenco in prologo v. 10. Minciades dicitur. Idibus Octobris in lucem editum eſſe innuit Martialis XII. 68. Diem obiit Sentio Saturnino & Lucretio Cinna COSS. ante CHRISTUM XIX. Olaus Wormius in Muſeo Amſt. 1655. fol. p. 162. *In agro Neapolitano mons celebris exſtat Pauſilipus, ad cujus ferme radicem qua urbem ſpectat Neapolitanam, ſacellum viſitur D. Virginii ſacrum, juxta quod, ſepulcbrum Virgilii Maronis, Poetæ iſtius incomparabilis, hac inſcriptione* (*b*) *inſigne*;

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope: cecini paſcua, rura, Duces.

Hunc ejus tumulum inumbrat annoſa Laurus, cujus cum tria teneam folia, hic prætereunda minime videntur: ita tamen, ut cum vulgaribus Lauri foliis nihil diſcrepent, de iis uberior non inſtituatur diſcurſus. Nathan vero Chytræus in deliciis itinerum, Her-

(a) Laureum ramum enixum ſe ſomniavit Maja mater.
(b) Eadem eſt quæ refertur à Probo & Donato in Poetæ vita & ab S. Hieronymo in Chronico.

Herbornæ primùm A. 1594. editis & 1599. 8. recuſis pag. 70. *Virgilii ſepulchrum ſupra aditum ſive introitum cryptæ Puteolanæ, per montem Pauſilypum itineris gratia actæ olim conſpiciebatur: nunc ibi verſiculi recens candido marmori inſculpti ibidem leguntur:*

Qui cineres? tumuli hæc veſtigia; conditur olim
Ille hoc, qui cecinit paſcua, rura, duces.

Vitam Virgilii ſcripſit præter *Phocam* Grammaticum in Catalectis Poetarum, & *Probum Ti. Claudius Donatus* (a) ad filium Ti Claudium Maximum Donatianum, cui merito plurimum tribuit P. Catrovius S.I. qui eam metaphraſi Gallicæ eclogarum nuper ſubjunxit. E recentioribus non omittendus *Seb. Conradus*. Ruſticus (Epiſcopus Narbonenſis an alius) Epiſtola ad Eucherium Lugdunenſem, quam edidit Sirmondus ad Sidonium T. 1. Opp. pag. 900. refert in Bibliotheca quadam inter variorum Oratorum & Poetarum imagines, Epigrammatis ornatas, Virgilio *præjudicati eloquii Poetæ* hos verſus ſubjectos:

Virgilium vatem melius ſua carmina laudant,
In freta dum fluvii current, dum montibus umbræ
Luſtrabunt convexa, polus dum ſidera paſcet,
Semper bonos nomenque tuum laudeſque manebunt.

Ennodio lib. 1. Epiſt. 18. ad Avienum: *Doctorum radix Maro, veſtri formator eloquii*. Auguſtino X. 1. de Civitate DEI, *Latini eloquii magnus auctor*. Hildeberto Cenomanenſi lib. 1. Epiſt. 12. ad Henricum I. Angliæ Regem, *Poetarum doctiſſimus*. Alexandro Severo Imp. apud Spartian. c. 31. *Plato Poetarum*. Quintiliano denique VIII. 3. *acerrimi judicii*.

II. Exſtant ejus *Bucolica* ſive *Eclogæ X.* ſcriptæ intra an. V. C. 713. ad 716. de quibus credat qui volet Ti. Donato ita ſcribenti: *Cur non plures quam decem Eclogas conſcripſerit Virgilius, nequaquam mirandum videbitur ei, qui conſideraverit varietatem ſcenarum paſtoralium, quæ ultra hunc numerum proferri non poteſt.* Nomina Eclogarum hæc ſunt: 1. *Tityrus*. 2. *Alexis*, * nomen pueri Virgilio à Mæcenate donati. Martial. V. 16. 3. *Palæmon*. 4. *Pollio*, quæ Ecloga ſcripta eſt Anno U. C. 713. cum filius Aſinius Gallus C. Aſinio Pollioni Conſuli jam deſignato natus eſſet. Itaque de Conſulatu tanquam futuro loquitur:

Teque adeo decus hoc ævi, Te Conſule inibit,
Pollio, & incipient *magni procedere menſes*
Te duce, ſi qua manent &c.

Aſconius quoque Pedianus apud Servium refert ex ipſo Aſinio Gallo Salonini fratre, filio Pollionis ſe audiiſſe, quod hanc

 Eclogam

(a) Cum Jo. Frid. Gronovii notis præmittitur Virgilio Clariſſ. Maſvicii.

Eclogam in ipſius laudem Poeta ſcripſiſſet. Unde apparet à Virgili ſententia alienam eſſe utcunque doctam atque ingenioſam viri egregii conjecturam, qui in Memoriis litterariis Trivultinis ſive Dombenſibus Anno 1703. menſe Januario p. 8. ſeq. Virgilium exiſtimat hanc Eclogam compoſuiſſe in honorem Druſi Tiberii F. * Pollionem Maronis Badius Aſcenſius accepit de Marcello Octavio Auguſti ſororis filio, nato Anno U. C. 714. Neque minus à Poetæ ſententia aberrarunt Euſebius lib. 1. præparat. Evangel & Orat. ad Sanctorum cœtum c. 19. S. Auguſtinus X. 27. de C. D. & in Rom. 1. & Epiſt. 258. S. Proſper 3. de promiſſionibus, & auctor Homiliæ ad Catechumenos contra Judæos Paganos & Arianos aliique hos inſecuti, (a) qui de CHRISTI ſaluti-

(a) Marſilius Ficinus cap. 24. de veritate religionis Chriſtianæ, Rich. Montacutius p. 130. ſeq. Apparatus ad Origines Eccleſiaſticas, Iſaacus Voſſius de Sibyllinis Oraculis c. 5. Beveregius Codice canonum vindicato p. 145. Dan. Heinſius proleg. ad Ariſtarch. ſacrum pag. 670. edit. in fol. multique alii. Paulus Sherlogus in dioptra antiquitatum Hebraicarum lib. 1. diſſ. 4. p. 175. *Hoc Virgilii metrum cum Marcellianus Orator eloquentiſſimus Secundiano & Veriano interpretatus fuiſſet de Salvatoris ortu ex immaculata genitrice, & germanam hanc eſſe conſtructionem probaſſet, à paganiſmo ad fidem converſi cum eodem Marcelliano fortiter pro Chriſto martyrium ſubiere, ut habet Calendarium Romanum nona Auguſti die.* Hæc ille e Vincentii ſpeculo hiſt. XI. 50. cui miror tanquam narrationem ſeriam adjungi à Theodoro Zvvingero T. 1. theatri Vitæ hum. p. 1143. & Balth. Bonifacio XV. 7. hiſt. ludicræ, quod in pnemate de purgatorio carm. 21. ſeq. commentus eſt Dantes, Statium poetam ad Chriſti ſacra amplectenda permotum eſſe his Maronis verbis: *Jam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna.* * De Marcelliano Oratore per lectionem Eclogæ hujus Virgilianæ ad Chriſtianam fidem converſo vide Acta Sanctor. Junii Tom. 1. pag. 37. Vide etiam, ſi placet, rhythmos veteres Germanicos, quos refert Jo. Conradus Dietericus in prolegomenis ad Antiquitates Biblicas V. T. pag. 21. * & Dietericus von Stade in Specimine Otfridiano p. 34. additis notis. Porro Virgilium in hac Ecloga de CHRISTO non loqui, jam obſervarunt Jo. Henricus Bœclerus * in exercitatione de vero ſenſu illius Eclogæ, quæ legitur tom. 2. diſſert. ejus Academ. junctim nuper recuſarum Argentor. p. 387. ſeq. & ampliſſimus Frid. Benedictus Carpzovius, tum admodum adoleſcens, ſingularibus Exercitationibus, Auguſtus item Buchnerus in Oratione de hoc argumento, ut alios omittam. Per *Cumæum carmen* Heſiodum potius quam Sibyllina reſpici à Poeta, recte notavit Probus, ut diſputavi lib. 1. Bibl Græcæ cap. 30. num. 14. * Sane qui Virgilium de Salvatore noſtro illa ceciniſſe ſibi perſuaſerit, idem fidem quoque habeat Lucæ Tudenſi qui l. 1. contra Albigenſes (T. 25. Bibl. Patrum edit. Lugd. pag. 210.) miratur in Virgilio etiam legi de precibus & meritis Sanctorum quibus defunctos adjuvant, quoniam nempe Poeta ſcripſerat VI. Æneid. 664. *quique ſui memores alios fecere merendo.* Vel ut recentioris ſcriptoris hariolationes in medium afferam, idem aſſentiatur Abbati Faydito, qui in Obſervationibus in Virgilium & Homerum ac de ſtylo Scripturæ S. Gallice editis pag. 152. ſeq. contendit dogma de S. Trinitate à Virgilio tradi Ecloga VIII. 73. ſeq.

Terna tibi hac primum triplici diverſa colore
Licia circumdo, terque hac altaria circum
Effigiem duco, numero Deus impare gaudet.

hauſtum ſcilicet è ſcriptis Platonis: & mortem CHRISTI, obſcuratumque illo mortuo Solem

Sol tibi

ſalutificatoris noſtri adventu præclara ceciniſſe Poetam, & è Sibyllino carmine hauſiſſe ſibi perſuadent. Græce verſiculos quosdam ex hac Ecloga Euſebius dicto loco profert p. 993. edit. H. Valeſii. Integram græca metaphraſi donatam edidit Fed. Morellus Pariſ. 1580. 4. Alia Danielis Halſvvorthi Angli exſtat apud Poſſevinum XVII. 16. Bibl. ſelect. 5. *Daphnis*. 6. *Silenus*, quam perinde ut Pollionem ac Gallum bucolicas eclogas proprie eſſe negat Servius. Hanc Eclogam à Cicerone auditam narrat Ti. Donatus, illumque admirabundum exclamaſſe: *Magnæ ſpes altera Romæ*. Sed videtur Cicero jam interfectus eſſe antequam hanc Eclogam ſcriberet Virgilius. Vide, ſi lubet, Vavaſſorem de ludicra dictione, p. 122. ſeq. 7. *Melibœus*: 8. *Pharmaceutria*, ex qua anſam petiere nugi venduli ridicula quædam de Magia Virgilii comminiſcendi. Vide, ſi placet, Naudæum in Apologia pro Magis, Gallice plus ſimplici vice & nuper Germanice vulgata cap. XVII. & Bælii Lexicon in *Virgile*, nota (E.) Bergierium de viis Rom. T. 10. Antiqu. Rom. p. 164. 689. De Theocriti, quam imitatus Virgilius eſt, Pharmaceutria dixi Bibl. Græc. III. 17. p 431. * De Magiæ crimine quod Virgilio ob Pharmaceutriæ luſum, nugivenduli quidam impegerunt, vide vitam S. Guilelmi *(a)* in Actis Sanctor. T. V. Jun. 25. nec non Naudæana p. 89. ubi mentio montis Pauſilypi quem Magica arte ſua diviſiſſe medium, Virgilium nugantur. Petrarcham quoque detulere ut Magum aliqui apud Innocentium VI. Papam, *(b)* adjunxeruntque cauſam criminationis, quod Maronis carmina diligenter lectitaret. 9. *Mœris*. 10. *Gallus*, quam Dorico carmine reddiderunt Joſephus Scaliger & Dan. Heinſius. Utraque Metaphraſis occurrit in Theocrito Heinſii. Antibucolica obſcuri cujuſdam Poetæ Virgilio oppoſita, quæ auctor vitæ memorat, interciderunt. * Sunt mihi in manibus Bucolica Virgilii, Daventriæ excuſa 1488. 4. Ludovici Vivis in Bucolica notæ, quibus allegorias removet & ſenſum poetæ Hiſtoricum rimatur, recuſæ ſunt Tomo I. Operum erudititiſſimi illius Hiſpani pag. 640. ſeq. Lectu

etiam

Sol tibi ſigna dabit. Solem qui dicere falſum
Audeat? ille etiam cæcos inſtare tumultus
Sæpe monet, fraudemque & operta tumeſcere bella,
Ille etiam extincto miſeratus Cæſare Romam
Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit,
Impiaque æternam timuerunt ſecula noctem.

deſcribit Georgic I. 463. ſeq. Vide Rich. Simonis Bibliothecam Criticam Tom. 2. cap. 32. & T. 1. cap. 31. Virgilii Eclogam pro teſtimonio veritatis Chriſtianæ laudavit etiam Henricus Nevvtonus Epiſt. XXXIX. Vide ſis etiam Surium ad IX. Auguſt. pag. 605.

(a) Mem. de Trevoux 1711. pag. 380.

(b) Papyrius Maſſonus in Petrarchæ vita, Tom. 2. elogior. pag. 124.

etiam dignæ Galli ſcriptoris diſſertationes quatuor non ita pridem editæ hoc titulo: *Diſſertations ſur la Poeſie Paſtorale ou de l'Idylle & de l'Eglogue par Mr. l'Abbé Geneſt*. Pariſ. 1707. 12. Et acutiſſimi Fontenelli *diſſertation ſur l'Eglogue*: ſcriptum plus ſimplici vice cum ejus aliis lucubrationibus excuſum, in quo nonnulla in Theocrito notat & Virgilio. Antibucolica ſcripſerat obſcurus quidam Virgilio maſtix, hoc eſt duas Eclogas Virgilii inſulſiſſime παρῳδήσας, cujus utriuſque initium Donatus auctor vitæ memorat.

III. *Georgica* C. Cilnio Mæcenati inſcripta *libris IV.* quibus, ut ait Columella, *agricolationem fecit carmine potentem*. Græco carmine Epico donaverat *Arrianus* quidem Poëta, Svida teſte, ſed quod pridem intercidit. Argumentum de hortorum cultura, quod Virgilius prætermiſit (confer, ſi placet, Plinium præfat. libri XIV.) occupavit poſtea *Columella*, de quo infra ſuo loco: & noſtra memoria *Renatus Rapinus* libris IV. hortorum, atque *Jacobus Vanierius* in prædio ruſtico, non ſane infeliciter. Ineditus Antonii Majoragii in Georgica Commentarius fuit in Bibl. Marqu. Gudii. Gnifonis & aliorum veterum commentarii non tulerunt ætatem. * Georgicorum ſcriptores veteres deperditos bene multos, qui Græce maxime de re ruſtica ſcripſerunt, referunt Varro, Columella, Plinius, Athenæus, & Geoponicon auctor: plures collegit Fulvius Urſinus in Virgilio cum Græcis ſcriptoribus collato pag. 82. ſeq. è quo illos hoc loco commemorare juvat. Fuerunt itaque *Æſchrion*, *Agathocles* Chius, *Amphilochius* Athenienſis, *Anaxipolis* Thaſius, *Androtion* cujus meminit Theophraſtus lib. περὶ φυτῶν ἱστορίας, & Athenæus lib. 3. *Antigonus* Cymæus ſive Cumanus, *Apollodorus* Lemnius, cujus fit mentio apud Ariſtotelem in Politicis & Plinium lib. 8. *Apollonius* Pergamenus, *Archytas* Tarentinus Pythagoreus, quamvis alium Archytam Diogenes Laërtius refert Georgica ſcripſiſſe, non Tarentinum illum qui Pythagoram ſecutus eſt: *Ariſtomenes*, *Ariſtophanes* Mallotes, ſive ut eſt apud Plinium, Mileſius: *Ariſtander* Athenienſis, *Ariſtoteles* Peripateticus, *Athenagoras*, *Attalus* Philometor, *Bacchius* Mileſius, *Bion* Soleus, *Chæreas* Athenienſis, *Chæreſteus* Athenienſis vel *Chæriſtus*, ſi Plinium ſequamur, quem tamen *Chreſtum Euphronis* appellare videtur Columella lib. 1. *Crates*, *Democritus* Abderites Phyſicus, quem περὶ γεωργίας librum edidiſſe teſtatur etiam Laërtius: *Diodorus* Prienæus, *Dion* Colophonius, *Dionyſius* περὶ φυτῶν, ſive ut Petrus Victorius emendavit *Euphyton*, *Diophanes* Nicæenſis, *Diophanes* Bithynicus, cujus epitomen Georgicorum *Dionyſii* Uticenſis citat etiam Plinius. *Epicharmus* Siculus, *Epige-*

nes

nes Rhodius, *Evagon* Thaſius, quem Plinius alibi Evagoram nominat: *Eubolus* qui Columellæ & Plinio *Cleobolus*; ego vero *Eubulus* malim; *Euphorion*, *Euphron*, *Euphonius* Athenienſis, *Euphronius* Amphipolites, *Hegeſias* Maronites, mendoſe enim legitur apud Varronem *Ægeſias*; *Hieron* Siculus, *Hoſtilii Saſernæ* Pater & filius, *Incertus auctor* περὶ βεγονίας, *Lyſimachus*, *Mago* Carthaginienſis à *Dionyſio* Uticenſi converſus Græce, *Menander* Prienæus, *Menander* Heracleotes, *Menecrates* Epheſius Poëta, quem de apibus ſcripſiſſe intelligere poſſumus ex Varrone lib. 3. cujus etiam meminit Nicandri interpres; *Meneſtratus*, *Mnaſeas* Mileſius, *Niceſius* Maronites, vel ut ego puto, *Hiceſius*, cujus fit mentio apud Athenæum & Plinium lib. XV. *Oades* qui *Dadis* appellatur à Columella, eamque ſcripturam probat Petrus Victorius: *Perſis*, vel ut alii, *Perſeus*, mihi tamen placeret *Perſes*: *Pleutiphanes*, *Pythion* Rhodius, *Xenophon* Soeraticus, & (latinus ſcriptor) *Tremellius Scrofa*. Hæc ex M. Varrone, & Columella. *Orpheum* etiam τὰ γεωργικὰ ceciniſſe, eumque libellum ἔργα & ἡμέρας inſcriptum fuiſſe, auctor eſt Iſaacus Zetzes in ſuis in Heſiodum commentariis, qui nonnullos etiam ex eo opere verſus profert. Sed alibi idem eruditus Grammaticus Orphei Georgicorum meminit. Videant autem docti, ſit nec ne opus illud Orpheo tribuendum, cum nullum fuiſſe Orpheum Ariſtoteles & eum ſecutus M. Tullius exiſtimarint. *Nicandrum* quoque Colophonium de rebus ruſticis non ruſtica præclare ſcripſiſſe teſtatur Cicero de Oratore libro I. & Athenæus libro III. qui ejuſdem τὰ μελισσουργικὰ lib. II. adducit, quæ fortaſſe Virgilius expreſſit in IV. Georgicorum. *Phaniam* etiam Ereſium ἐν τῷ περὶ φυτῶν, *Antiphontem*, *Dorionem* & *Æſchylidem* ἐν τοῖς γεωργικοῖς idem Athenæus citat libro III. XII. & XIV. *Neoptolemi* præterea, *Ariſtomachi* & *Philiſti* ἐν τοῖς μελισσουργικοῖς meminit Plinius. *Pythoclis* Samii ἐν τρίτῳ γεωργικῶν Plutarchus; *Chryſippi*, *Pamphili* & *Paxami*, ἐν γεωργικοῖς Laërtius & Svidas: & *Oppii* (latini ſcriptoris) *de ſilveſtribus arboribus*, Macrobius. Quem igitur è tot Georgicorum ſcriptoribus ſit potiſſimum imitatus Virgilius, quærendum non eſt, cum ipſe Heſiodum ſe Aſcræum ſecutum eſſe fateatur, cum cecinit:

Aſcræumque cano Romana per oppida carmen.

Quin tamen ex aliis quoque auctoribus, præſertim iis qui deſiderantur, nonnulla ſit mutuatus, nullo modo dubitari poteſt, nam & res ipſa loquitur, & à Plinio, Quintiliano, ac Macrobio traditum eſt. Servius etiam optimus inprimis Grammaticus multa Virgilium è Magone Afro, Xenophontis & Ciceronis Oeconomicis

ſum-

(*a*) ſumpſiſſe tradit. *Hactenus Fulvius Urſinus*. Præter Columellæ, Rapini & Vanierii poëmata ad rem hortenſem ornandam & ſupplenda Maronis Georgica faciunt *Coſſartii* & *Spinelli* de palma, atque ejuſdem Spinelli de olea & cedro: nec non *Thomæ Ravaſini* Parmenſis carmina de pratis, fico & vite. Libri Georgicorum Virgilii, prodierunt ſeparatim Lipſiæ 1494. 4. Troili Sabini prælectiones in Georgica Rom. 1526. 4. Petri Rami, Francof. apud Wechel. 1584. 8. Germanica proſa interpretatus eſt Steph. Riccius. Lipſ. 1571. 8. Polonico carmine Valerianus Otrinovius. A. 1614.

IV. *Æneidos libri XII.* (*b*) Poëma illud Heroicum elegantiſſimum atque incomparabile, cui Virgilius duodecim annos (uti Georgicis annos ſeptem, & Bucolicis tres) impendiſſe traditur, tametſi nec ſic auctoris à quo paulò ante obitum flammis pæne traditum fuiſſet, ultimam manum (*c*) eſt expertum. Imperfectum quoque Poëma nonnullis eſt viſum, atque extremum librum deſiderari, unde *decimum tertium librum* conſcripſit haud abſurda vena (*d*) *Mapheus Vegius* Laudenſis, qui in Pulmannianis, & in editionibus Nic. Erythræi, atque aliis quibuſdam legitur, ſed & nuper admodum *C. S. de Novavilla* Ducis Aurelianenſis Archi-tricliniarcha Pariſ. 1698. 8. librum ſupplementi in Æneidem edere auſus eſt cum interpretatione ſua, paraphraſi & notis, nec dubitavit nomen ſuum carmini ipſi intexere verſ. 215.

Villanovas quondam meritum affectabit honorem.

* Verſus imperfectos in Æneide additis hemiſtichiis ſupplevit Joannes de Peyrarede, nobilis Aquitanus. Argumenta ſingulorum librorum Georgicorum & Æneidos, verſibus olim ſcripſit *Modeſtinus* JCtus, quæ in pluribus editionibus ante ſingulos libros præmittuntur. De Æneidos parte in Græcum verſa mentio apud Hug. Grotium Epiſt. 576. ad Voiſinium. Commentarii Annæi Cornuti & aliorum veterum in Æneidem, uti quoque Carbilii Pictoris Æneomaſtix diu eſt, quod perierunt. * Verſus quatuor primi Æneidos, qui præcedunt, *Arma virumque cano*, à Vario ſublati ſunt, teſte Donato in vita Virgilii, & in antiquiſſimo Codice Me-

diceo

(a) Probus etiam è *Varrone*.

(b) Servius in VI. Æneid. p. 457. *Qui bene conſiderant, inveniunt omnem Romanam hiſtoriam ab Ænea ad ſeatu uſque ad ſua tempora celebraſſe Virgilium, quod ideo latet, quia confuſus eſt ordo --- Unde etiam in antiquis invenimus opus hoc appellatum eſſe non Æneidem, ſed* geſta populi Rom. *quod ideo mutatum eſt, quia nomen non à parte, ſed à toto debet dari.*

(c) Abbas Urſpergenſis in Chron. p. 51. *Varius & Tucca Virgilii & Horatii contubernalis poeta habentur illuſtres, qui libros Æneidum poſtea emendandos ſuſceperunt ab Auguſto, ea lege, ut nihil de ſuo adderent.*

(d) De hoc Mapheo Vegio conſulendæ Additiones ad Naudæana p. 194. ſeq. Diem obiit ſupremum A. C. 1458.

diceo deſiderantur, neque videntur lecti olim Ovidio II. Triſt. 543.

Et tamen ille tuæ felix Æneidos auctor
Contulit in Tyrios arma virumque toros.

Uti enim Lucretii opus à primis verbis eidem Naſoni dicitur *Æneadum genetrix*, ita hoc loco per *arma virumque* Æneidem ab initio primi verſiculi denotavit. Plinius VII. 30. Hiſt. *Divus Auguſtus carmina* (Æneidem) *Virgilii cremari contra teſtamenti ejus verecundiam vetuit*. Confer Donatum in Poëtæ vita, Macrobium lib. 1. Saturnal. cap. 24. & verſus ſub Auguſti nomine ferri ſolitos quorum initium:

Ergone ſupremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas --- --- ---

Jo. Henricus Bœclerus in calce notarum ad Æneidem pag. 166. *Et ſic abſolutum eſt opus Virgilianum, cui nihil addi, nec demi poteſt. Unde magnam famæ ſuæ fecit jacturam* Maffeus Vegius *Laudunenſis, qui librum unum adhuc ei adjunxit de ſepultura Turni & nuptiis Æneæ. Decore enim finivit opus ſuum Virgilius cæde Turni, requirente id* πραγματεία *operis Epici, quod admodum Tragœdiæ debet confici. Alterum autem fœdius crimen commiſit idem Maffeus Italus, quod non veritus eſt comparare verſus ſuos cum Virgilianis. Utut enim non ſint aſpernendi, ipſeque diligenter Virgilium imitetur, imo tota hemiſtichia ſublegat, genius tamen contextus eſt humillimi ingenii ſi cum Virgilio conferas* -- -- *Sic etiam ineptus ille, qui Argenidem Barclaji continuare eſt auſus*. Decimus tertius liber Æneidi additus à *Maphæo Vegio*, non modo legitur in variis Virgilii editionibus antiquis, ut Argentoratenſi Anni 1502. fol. ſed etiam, ubi fateor eum neutiquam à me quæſitum, in Tomo XXVI. Bibliothecæ Patrum edit. Lugdunenſis pag. 759. intra alia Maphei opera, quibus vide ſi placet, quæ pag. 632. de auctore ipſo præmittuntur, de quo conſuli etiam poſſunt Pauli Jovii elogia. Inter ſcripta Maphei inprimis placuerunt mihi libri VI. proſa ſcripti de educatione liberorum & claris eorum moribus. Vita S. Bernardini Senenſis à Vegio compoſita prodiit in Actis Sanctor. ad diem XX. Maji Tomo V. pag. 287. Joſephi Seizii clavis anterioris Æneidos, itinera Æneæ notis & tabulis referans, lucem vidit Halæ Svevor. 1657. 4. Chriſtophori Landini Allegoriæ in libros Æneidos. Baſil. 1577. fol. Virgilius defenſus, ſive apologia Virgiliani certaminis Æneæ cum Turno, Leodii 1685. 8. *Fulgentius*, qui *de continentia* ſeu argumento *Virgiliani poematis* moraliter ſive allegorice expoſiti libellum ſcripſit, Chalcidii æqualis fuit, adeoque ſub initia quarti à CRISTO nato ſæculi vixit, Cordubæ an alibi, Chriſtianus; (ut videtur) an alienus à noſtris ſacris non plane exploratum. Cæterum titulo libelli ſui imita-

imitatus eſt L. CALPURNII PISONIS *libros duos de continentia Veterum Poetarum*, necdum, quod mirum, dolendumque eſt, in lucem editos, ex quibus fragmenta quædam affert Paulus Merula in Commentario ad Ennii fragmenta: de ipſo autem Piſone hæc ſcribit in Ennii vita p.15. ſeq. quæ hoc loco apponam, ſi forte poſſim aliquem permovere ad Codicem illum MS. perquirendum & in dias luminis auras protrahendum: *L. Calpurnius Piſo V. C. Sic enim exaratum erat ejus nomen in ſcripto exemplari, fuit forte, ſi conjecturæ locus, nepos iſtius Calpurnii L. F. L. N. Piſonis, qui cum Nerone Claudio Cæſare Auguſto ſecundum Conſulatum geſſit Anno ab U. C. DCCCX. Vixit ſub Trajano, coætaneus C. Plinio Cæcilio Secundo, M. Valerio Meſſalæ, Ser. Sulpicio Camerino, C. Bellicio Torquato & Poetis aliis, qui id temporis in Rep. Romana clari & magni. Conſul videtur fuiſſe ordinarius cum Vettio Ruſtico Bolano, Anno ab U. C. DCCCLXIII. Hic præter* ἐρωτοπαίγνιον *quod mire extollit Plinius lib. 1. Epiſt. 17. ſcripſit* Veterum Poëtarum continentiam, *quem poſtea imitatus* Fulgentius Planciades *fecit* continentiam Virgilianam. *Hic paulò attentius Virgilium deſcribere conatus eſt quam Calpurnius, cui cum Virgilio plures erant diſcutiendi. Calpurnii certe elegantior & ſuccinctior ſtilus quam Fulgentii, & majus quid ille quam hic dare mihi viſus. Hæc ejus Continentia, vox hæc* συνέχεια *Græcis*: Pariſiis, *ubi eſſe indicarat mihi olim N. V. Wolfgangus Zindelinus, quo Germanorum Principum nomine Venetiis agente familiariter ſum uſus, ſervatur* in Bibliotheca S. Victoris, *utinam religioſius, timeo enim illi à plagio, novi quorundam Criticorum mores. Conjuncta erat cum Lucano MS. cui ſuæ ad marginem adjectæ notæ, rei non magnæ. Ego admittente armariis præfecto, homine perhumano vidi triduum, amplius non poteram propter ſubitum ex Galliis in Angliam, vocante vento, diſceſſum; ejus lectioni impendi, & enotavi quæ in H. Stephani editione deſiderabantur nonnullorum Poetarum fragmenta, multa quæ jam edita ſupplens & emendans. Inſcriptio erat*: L. Calpurnii L. F. Piſonis V. C. de Continentia Veterum Poëtarum ad Trajanum Principem liber I. feliciter incipit, *rei, ut mihi viſum, quam moliebatur auctor, parum conveniens, & neſcio an ab ipſo auctore. Calpurnius enim ibi erudite notabat quæ in Poetis notanda, quæ minus: id eſt digito quaſi indicabat, præmiſſis, quibus univerſim Poetarum commendabat imitationem, nominans quoſdam ſui ævi Poetas*, libro primo virtutes, ſecundo vitia. *Ut brevibus dicam, & priore & poſteriore libro committebat, quaſi is illi fuiſſet ſcopus, magno judicio inter ſe modo Poetas veteres, modo novos* (Caninium, Octavium, Sulpicium, Secundum, Scantinium, Sextilium, Gallonium, Fabianum) *nunc novos cum veteribus, nunc hos cum illis, interdum Poetas*

tas cum Oratoribus. Aliquando bis, illis nonunquam, ſæpe utriuſque prætoriam illam mappam mittens, præcipue ut ſubodorabar ἐν τοῖς χήμασι ϗ λέξεως ϗ διανοίας, *quod cuivis facile eſt videre, ſi lucem videre contingat aliquando ſcriptori doctiſſimo & lectionis multæ.* Hæc Merula. Affertur etiam locus ex iſthoc Calpurnii libro MS. in Jani Douſæ notis ad fragmenta Lucilii pag. 106.

Argumenti loco ſingulis *Georgicorum* libris tetraſtichon, ſive quatuor verſus hexametros præmiſit *Modeſtinus JCtus*. Mæcenatis juſſu ſuſcepiſſe ſe hoc opus teſtatur Poeta III. 40.

Interea Dryadum ſilvas ſaltuſque ſequamur
Intactos tua, Mæcenas, haud mollia juſſo.

INDICULUS SCRIPTORUM

à PHILARGYRIO in Eclogas & Georgica citatorum.

Æ*Gyptii*. G. III. 153.
Afranius in Sororibus. G. III. 175.
Agrippa in ſecundo vitæ ſuæ. G. II. 162.
Anapæſticum metrum in honorem Cupidinis conſecratum. E. VIII. 77.
Ariſtoteles in Politicis. G. II. 97.
Aſconius Pedianus. E. III. 105.
Aſinius Pollio Tragędiarum ſcriptor. E. VIII. 10.
Aſper (Grammaticus) E. II. 70. G. IV. 453. 520.
Ariſtæus qui primus invenit quemadmodum poſſit reparari. G. IV. 7. 278. 445.
Aufidius Modeſtus. G. II. 497. III. 53.
Bavius malus Poeta. E. III. 90. al. Vavius.
Cælius in ſeptimo. G. II. 345.
Cæſar libro ad Ciceronem tertio. G III. 204.
Cato de re militari. G. II. 412.
Celſus. G. II. 332. 479. III. 188. 296. 313. Cornelius Celſus G. IV. 1.
Chiron Medicus qui Æſculapium docuiſſe dicitur. G. III. 550.
Cicero G. III. 21. de gloria lib. 2. E. II. 63. de Officiis tertio. G. III. 53. de Rep G. III. 125. Tuſculanarum tertio. G. IV. 50.
Cinnæ Smyrna, liber obſcurus Catullo memoratus, nonnumque preſſus in annum, in quem multi Grammatici (*a*) ſcripſerunt gloriam ex illa enarratione conſecuti. E. IX. 35.
Columnæ roſtratæ in honorem Auguſti & Agrippæ. G. III. 29.
Cornificius qui ex Virgilio ipſo audivit de Cælio Mantuano. E. III. 105.
Domitius in Cicuta. E. III. 90.
Ennius. G. II. 449. III. 35. IV. 170. Annalium primo G. IV. 59. decimo G. IV. 188. ſeptimo. G. III. 116. decimo tertio G. IV. 230. decimo ſexto. G. IV. 230. in decimo ſeptimo. G. IV. 188.

(a) Ut L. Craſſitius Panſa, C. Julius Hyginus.

Epicurum ſecutus Virgilius. G. II. 336. 478. Epicureus tamen non inde appellandus G. IV. 219.
Fabula de aranea Minervam provocante. G.IV. 246.
Gallorum lingua alti montes Alpes vocantur. G.III. 474.
Græci electrum ſuccinum vocant. G. III.522. *νάπας nemora* G.IV. 535.
Grammatici. G. III. 498.
Homerus. G. IV. 298.
Horatius E. VII. 29. G. III. 125. 136. in arte poetica E.IX. 35.
Juvenalis E. III. 9.
Livius G. II. 533.
Lucanus G. III. 340.
Lucilius G. IV. 377. 387. in trigeſimo. G.III.159.in tertio decimo. G. IV. 25.
Lucretius. G. III. 124. 136. 175. 444. IV. 443.
Lutatius libro quarto G.IV. 564.
Mævius malus poeta. E.III.90.
Marianus Lupercaliorum poeta. E. I. 20.
Martialis. E. IX. 35.
Melampus vates. G.III. 550.
Metrodorus G. II. 336.
Aufidius Modeſtus. Vide in Aufidio.
Nicander G. III. 392.
Nigidius de animalibus. G. III. 147.
Oledius Naſſo. E. III. 105.
Oraculum. G. IV. 564.
*Orpheus Reſo antiquior.*G.IV.462. 520. 523. 545.
Pacuvius G. IV. 437.
Perſius E. III. 9.
Phyſici. G. IV. 382.
Plato. G. II. 326.
Plautus G. II. 344. IV.170. 171. 562. vidularia. E. II. 63. milite glorioſo. G.II.134 393. Aulularia. G. II. 193. Captivis G. IV. 377. Pœnulo G.IV.39. Rudente G. II. 348. Caſiana G. III. 222.
Plinius. G.IV. 88. 200. lib. Hiſtoriæ naturalis G.IV.168.
Poetæ Græculi fabulantur. G. III. 89.
Pompejus (Feſtus ut opinor) G. IV. 387.
Pontifices negant Nymphis libari vino. G. IV. 380.
Pygmalionis Cyprii oraculum. G. III. 5.
Pythagoræ ſectam Stoici ſequuntur. G. IV. 219.
Quintilianus E. IX. 35.
Sacrum Canarium quotannis Romæ fieri ſolitum per publicos Sacerdotes. G. IV. 425.
Salluſtius G.III.53. 469. IV. 40. 49. 211. 293.
Terentius E. III. 30. V.74. G.III. 60. IV. 293. 445. 562. Eunucho. G. III. 305.
Thales G. IV. 382.
Theocritus. G.III. 280.
Theophraſtus. G. III. 280.
Tragicorum præmium hircus. G. II. 382.
Valgius. G. III. 177.
Varii Thyeſtes tragœdia omnibus tragicis præferenda. E. VIII. 10.
Varro G.II.533. III.274. 313. IV. 63. ad Ciceronem. E. II. 63. ad Ciceronem libro & vigeſimo tertio G. III. 431. in Agemodo. G. II.

G. II. 167. Satira de Salute. G. II. 336. in Cyniſtore. G. II. 477. in libro qui admirabilium inſcribitur. G. III. 113. Divinarum libro ſexto. G. IV. 265.
Varro Atacinus. G. III. 176.
Varus. E. II. 70.
Vavius, vide Bavius.
Virgilius in Bucolicis. G. IV. 25. occulte invectus in Auguſtum. G. IV. 565. Epicureus non ſtatim debet videri, licet de ſe ſcripſit: *Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope ſtudiis florentem*. G. IV. 219.
Zeno (Citieus) G. II. 336.

INDEX SCRIPTORUM

qui à PROBO in Eclogas & Georgica (*a*) laudantur.

Afranius in Augure. E. VI. 31.
Alexander interpres Virgilii. G. III. 6.
Anaxagoras Abderites, Democriti popularis & diſcipulus. id. (lege *Protagoras*) vir nobilis, amicus Alexandri & apud Perſas comes E. VI. 31.
Anaxagoras Clazomenius è Socrate apud Xenophontem reprehenſus id.
Apollonius in Argonauticis. G. III. 6.
Arati prognoſtica. E. III. 40.
Archimedes Cononis diſcipulus. E. III. 40.
Ariſtoteles. E. VI. 31.
Aſclepiades Tragœdumenon libro primo. G. III. 268.
Aſper. E. VI. 31.
Aſtrologi. G. I. 32.
Callimachus. E. VI. 83. in αἰτιῶν libris. G. III. 19.
Cicero 2. de Deorum natura. E. VI. 31. in divinationibus. E. IX. 13.
Cleanthes Thaſius. E. VI. 31.
Conon Samius, Mathematicus Ægyptius natione Ptolemæo libros de Aſtrologia ſeptem reliquit. E. III. 40.
Dionyſius Cyzicenus. E. VI. 31.
Empedocles Agrigentinus. E. VI. 31.
Ennius E. VI. 31. bis. G. II. 506. in Medea exule. E. VI. 31. in Annalibus. id. tertio annalium. id.
Epicuri ſectam ſecutus Virgilius. *Probus in Vita*.
Eratoſthenis Hermes. G. I. 233.
Eudoxus Cnidius qui de Aſtrologia diſputavit. E. III. 40.
Euphorion elegiarum ſcriptor Chalcidenſis, cujus in ſcribendo colorem ſecutus Cornelius Gallus E. X. 50.
Euripides. E. III. 6. VI. 31. in Cadmo. id.
Cornelius Gallus, ſupra in Euphorione.
Getulici verſus tres hexametri de Britannis. G. I. 225.
Heracleon. E VI. 31.
Herodotus in quarto. G. II. 115.
Heſiodus. E. X. 18. Dii Cumæi filius. E. IV. 4. ἔργα καὶ ἡμέραι. G. II. 176. infra in Varrone.

(a) Probus in Æneidem etiam à Servio laudatur, ſed illi commentarii interciderunt.

Homerus E. IV. 34. VI. 31. G. I. 233 II. 506. III. 89.
Lucilius G. III. 146. undetrigeſimo ſatirarum. E. VI. 31.
Lucretius E. VI. 31.
Lutatius primo communis hiſtoriæ. G. III. 293.
à Mæcenate imperatum Virgilio Georgica ſcribere. G. III. 40.
Medici G. I. 124.
Menippus, infra in Varrone.
Nævius belli Punici libro tertio. E. VI. 31.
Oraculum G. I. 14. 59. II. 385. III. 293.
Ovidius G. I. 59. in primo metamorph. G. III. 147. IV. 317. decimoquinto G. II. 380.
Pacuvius G. III. 6. Panyaſis. id.
Parthenius in volumine qnod de amãtibus compoſuit. E. III. 62.
Pherecydes E. VI. 31.
Philoſtephanus libro qno quæſtionis poeticæ reddit cauſas. E. X. 18.
Pindarus G. I. 233.
Plato lib. περὶ ψυχῆς. E. VI. 31.
Protagoras. Supra in Anaxagora.
Pythagoras. G. II. 380.
Scyllus Tragicus ſcriptor. G. III. 34.
Servii Varii Epigramma de non Abolenda AEneide:
Juſſerat hæc rapidis aboleri carmina flammis
Virgilius, Phrygium quæ cecinere ducem,
Tucca vetat, Varuſque ſimul, tu maxime Cæſar
Non ſinis, & Latiæ conſulis Hiſtoriæ. Probus in vita.
Sibylla Cumana. E. IV. 4.
Speuſippus Soleus. E. VI. 31.
Stoici E. VI. 31.
Theocritus G. III. 282.
Theocritum in Bucolicis ſecutus Virgilius. Probus in vita.
Tragœdia. G. II. 380.
Quintilius Tucca, Virgilii amicus. Probus in vita. Supra in Servio Vario.
Varro Atacinus in corpore Argonautarum. G. I. 14. libros quatuor de Argonautis edidit. G. II. 126.
Heſiodum & Varronem ſecutus Virgilius in Georgicis. Probus in vita.
Varro Menippeus à ſocietate ingenii, quod Menippus quoque omnigeno carmine ſatiras expoliverat, in tertio rerum humanarum. E. VI. 31. in Cynicis, quem inſcripſit dolium & ceria. Id. Logiſtorico qui inſcribitur Tubero de origine humana. E. VI. 31. Logiſtorico quem inſcripſit Meſſala de valetudine. Id.
Varus. ſupra in Servio Vario.
Virgilius Alpheno Vario, Aſinio Pollioni & Cornelio Gallo blanditur in Bucolicis. Probus in vita. Ejus Epitaphium. id. Auguſti victoriam Actiacam clypeo expreſſit octavo AEneidos. G. III. 46.
Xenophanes Colophonius. E. VI. 31.
Xenophon. ſupra in Anaxagora.
Zenon Citieus. E. IV. 31.

Vita Virgilii,quam *Donato* ſcriptore habemus, videtur præmiſſa ab eo fuiſſe commentariis in Bucolica, qui interciderunt. In Servii commentariis citantur ex Donato, quæ etiamnum in ejus commentariis in AEneidem leguntur, qui ſoli ætatem tulerunt. Ti. Donatus hic ab AElio Donato S. Hieronymi præceptore diverſus, in præfat. ait AEneidem non à Grammaticis, ſed ab Oratoribus præcipue tradi & illuſtrari debuiſſe: itaque & in univerſis commentariis ſuis id agit potiſſimum ut vim dicendi & artificium rhetoricum in ſingulis explanet, & ſimul proprietatem vocum, delectum atque conſilium & motus, affectuſque & pondus & τὸ πρέπον morum, ſive ut Donatus appellat moralitatem accurate ſervatam à poeta demonſtret, atque egregiam inventionem à principio per totum opus decurrentem in AEneæ laudibus ad Turni uſque necem perducendis. Scriptores laudat perraro & pauciſſimos, quos infra habes. Libri quarti & octavi partes extremæ deſiderantur, & initium libri ſexti in verſus primores centum & duodeſexaginta. Et in libro duodecimo à verſ. 619. ad 664. & à verſ. 689. ad 756. & à verſ. 780. ad 847. Expoſitionem ſuam diviſit in libros duodecim, eiſque tertium decimum voluit ſubjungere, de quo ad lib. VII. 641. Pandite nunc Helicona, Deæ, cantuſque movete (Qui belli excito Reges &c.) *Catalogus iſte huic interpretationum libro non fuerat inſerendus, nihil enim habet quod artificioſe (ῥητορικῶς) poſſet exponi -- tamen ne quid libro decerpi videatur, dicemus aliqua ejus uno libro, qui tertius decimus erit, cum totius operis complexione dicturi, ut hiſtoriæ per duodecim libros ſparſæ & cætera, quæ ſupra dicta non ſunt, poſſint evidenter apparere.* In Epiſtola vero, quæ libro duodecimo ſubjicitur, teſtatur ſe illum monobiblon necdum ſcripſiſſe, atque incertum vitæ dum ſenex metuit, curſim interim abſolviſſe AEneidos interpretationem. Si ſuppetat longior vita, ſe ex commentariis veterum collecturum deſcriptiones ſingularum perſonarum, locorum, herbarum etiam lignorumque. Hunc ſi in uſum filii ſui deinde elaboravit, liber ille ad nos haud pervenit.

INDEX SCRIPTORUM
in Ti. Donatum.

ALexander Grammaticus à Virgilio dilectus Alexis. Donatus in vita.

Anſer Poeta, Antonii partes ſecutus. id.

Aſconius Pedianus libro contra obtrectatores Virgilii. *ibid.*

Atlas de aſtris ſcripſit vel docuit. I. 745.

Auguſti Imp. Epiſt. ad Virgilium

 in

in vita. Verſus de Æneide non cremanda. id.

Q. Octavii Aviti ὁμοιοτελεύτων octo volumina, quibus annotantur quos & unde verſus Virgilius tranſtulerit. id.

Bathyllus poeta mediocris, verſus Virgilii ſibi tribuens. *Donatus in vita*.

Caroli Pictoris Æneidomaſtix. id.

Cebes Poeta, Virgilio dilectus *id.*

Cicero IV. 165. ſecundo Rhetoricorum. VII. 49. ejus judicium de Virgilio, *magnæ ſpes altera Romæ*. in vita.

Cornificius ob perverſam naturam Virgilium non tulit. id.

Ennii ex ſtercore aurem colligens Virgilius. id.

Eros librarius & libertus Virgilii, qui verſus quoſdam Æneidos dimidiatos ſupplevit. id.

Euripidis dictum τὰ τῶν φίλων κοινά. id.

Filiſtus Orator & mediocris poeta, obtrectator Virgilii. id.

Flaccus & Silo Virgilii fratres. in vita.

Cornelius Gallus Orator clarus & Poeta non mediocris Euphorionem in Latinum vertit & libris quatuor amores ſuos de Cytheride ſcripſit. id.

Herennius de vitiis Virgilii. id.

Homeri amborum carminum inſtar Aeneis. id. ne Homero quidem obtrectatores defuere. *id.* Homero verſus ſurripere ut Herculi clavam extorquere difficile. *id.*

Horatius & alii coævi Poetæ Varius, Tucca, Gallus, Propertius Virgilii cultores. id.

Lucretius poeta mortuus eo die quo togam virilem Virgilius ſumſit. id.

Meliſſus Virgilium ſermone tardiſſimum tradit fuiſſe. id.

Julius Montanus Poeta, Virgilii tempore. id.

Niſus Grammaticus. id.

Palæmon (apud Virgil. Eclog.) IV. 308.

Perilius Fauſtinus de furtis Virgilii. *in vita*.

Propertii de Aeneide præclarum teſtimonium. *ibid.*

Punica appellatione corium, Burſals. I. 371.

Salluſtius. I. 1. 14. 41. 170. IV. 338. VI. 520. VII. 661. Sertorii convivium deſcribens. I. 704.

Sciron (aliis *Syron*) à quo Epicuri præcepta audivere Virgilius & Varus. *in vita*.

Seneca citatur. id.

Sulpicii Carthaginienſis verſus de non cremanda Aeneide. id.

Terentius I. 201. II. 62. IV. 54. V. 21. 708. VI. 805. VIII. 387. XI. 109. Andria I. 264. XII 41.

Theocriti Bucolica. id.

Plotius Tucca & L. Varius cremare Æneida non permiſere. in vita. Varius nihil addidit Æneidi, ſed ſummatim eam emendavit. id. alii ajunt librum ſecundum in tertii locum tranſtuliſſe, & libri primi quatuor primos verſus ſuſtuliſſe. id.

Tumultum interpretati ſunt Veteres *timorem multum eſſe*. XI. 897.

M. Vi-

M. Vipſanius. *in vita*.

Virgilius geſta quæ ſæculis omnibus ab Aenea uſque ad Cæſaris Auguſti tempora, & Auguſti ipſius, ſcribere diſpoſuerat. Sed hæc in ipſius carmine idcirco perquiri non debent, quia fine vivendi concluſus, propoſita nequivit implere. I. 264. 289. Georgica citantur VI. 576. Catalogus ſeptimi libri X. 187. defenditur contra criminantes quod Triumphum de Troja actum præſentibus ponit Trojanis VIII. 291. Bucolica & Georgica emendavit, Æneidem velut inemendatam cremare voluit. *in vita*. In Baliſtam latronem Epigramma. *id.* Catalecton, Moretum, Priapeia & Epigrammata & Diræ & Culex quem annorum quindecim ſcripſit. *id.* Epitaphium. *id.* Thyeſtes tragœdia quam Varius pro ſua edidit. *id.* Dimidiatos verſus Aeneidis ſupplere multi conati parum feliciter. *id.* Virgilius à Scirone audivit quidem præcepta Epicuri, ſed Academicus fuit & Platonis ſententias aliis omnibus prætulit. *id.*

Servius in Virgilium allegatur à Græco ſcriptore Joanne Malala pag. 206. & 229. *καθά Βεργίλιος, ὁ σοφὸς Ῥωμαίων ποιητὴς συνεγράψατο. ὁ δὲ σοφώτατος Σέρβιος ὁ Ῥωμαῖος ἐν τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασιν ἐξέθετο, εἰπὼν ὅτι μετὰ τὸ τελευτῆσαι τὸν Αἰνείαν κ. τ. λ.* Commentarios in Virgilium reſpicit etiam Servium laudans Lupus Ferrarienſis Epiſtola XV. Servius *Magiſter Urbis* dicitur ab Acrone ad Horatii lib. I. Sat. IX. 78. Valentiniani Imp. temporibus ſcripſiſſe notat Jo. Andreas Boſius (*a*) de Pontifice maximo Romæ veteris cap. IX. §. 9. atque patet è Macrobio, qui ſub Honorio & Theodoſio Præpoſitus ſacri cubiculi fuit, & Servium in Saturnalibus ſuis inter confabulatores convivaſque Prætextati, ætate provectiores inducit quaſi literatorum omnium longe maximum doctiſſimumque doctorem. Et lib. VI. cap. 6. *quotidie enim Romanæ indoli enarrando eundem vatem* (Virgilium) *neceſſe eſt babeat hujus annotationis ſententiam promtiorem.*

Prima editio Servii eſt Romana apud Udalricum Gallum in fol. ſine anni nota, (*b*) ſed non multo junior Virgilio quem Venetiis 1470. fol. excudit Vindelinus Spira, adjunctis hiſce ad calcem verſibus.

Progenitus Spira formis monumenta Maronis
Hæc Vindelinus ſcripſit apud Venetos.
Laudent ergo alii Polycletos, Parrhaſioſve

 Et quoſ-

(a) Tomo V. theſauri Antiqu. Rom. Græviani.
(b) Maittaire Annal. typograph. p. 72. 92. 115.

Et quoſvis alios id genus artifices.
Ingenuas quoſvis Muſarum diligit artes
In primis illum laudibus afficiet.
Nec vero tantum quia multa volumina, quantum
Quod perpulchra ſimul optimaque exhibeat.

Mox in eadem Veneta urbe 1471. fol. Servius excuſſus per Chriſtophorum Baldarfer Ratiſponenſem, adſcripto hoc octoſticho:

In commune bonum mandaſti plurima formis
Ratiſponenſis gloria Chriſtophore.
Nunc etiam docti das commentaria Servi
In quibus exponit carmina Virgilii.
Divulgaſque librum qui rarior eſſe ſolebat
Ut parvo pretio quiſque parare queat.
Hunc emite, o juvenes, opera Carbonis *ad unguem*
Correctus veſtris ſerviet ingeniis.

Præter editionem vero Virgilii Venetam cùm Servii commentariis excuſam per Jacobum Rubeum Gallicum 1475. fol. prodiit etiam Servius eodem anno Mediolani fol. & Virgilius cum Servio, Venet. 1480. fol. arte Petri Pinſii Cremonenſis, Barthol. Blavii Alexandrini & Andreæ Toreſani de Auſula. & 1482. fol. per Reynoldum de Novimagio. & 1486. fol. per Antonium Bartholomei. In Pariſienſi editione Aſcenſiana, quæ primum A. 1505. mox 1512. prodiit, in Lugdunenſi A. 1529. & aliis, nec non in Baſileenſi, quæ poſt Georgii Fabricii recenſionem curante Lud. Lucio 1613. vidit lucem, *Servius Maurus Honoratus* dicitur: in opuſculis ejus à Putſchio editis *Servius Marius Honoratus*: in aliis editionibus ſimpliter *Marius Servius Grammaticus*: in Roberti Stephani, Pariſ. 1532. & Junctina Venet. 1542. & Petri Danielis Pariſ. 1600. *Maurus Servius Honoratus*; in MS. Cod. Pariſienſi ſimpliciter *Servius Honoratus*. Hinc Clariſſimo Maſvicio placet *Maurus Servius Honoratus*. Servium editis locupletiorem inter MSta Iſaaci Voſſii memorat Colomeſius pag. 139. Opuſc. Sed nec in illo vel integrum vel ſincerum Servium exſtare crediderim. Iſte Codex hodie exſtat in Bibl. publica Leidenſi, dignus qui ab aliquo viro docto accurate cum editis confe·atur, quemadmodum & Codex alter inſignis membranaceus Virgilii cum Servii commentariis, quem ex MStis D. Abrahami Hinckelmanni ſervat Rev. Joachimus Morgenvveg, Paſtor Orphanotrophii Hamburgenſis. Jac. Bongarſius in Epiſtola, quam edidit Clariſſ. Struvius faſciculo ſexto miſcellaneorum p. 10. *Servium poſt* (Petrum) *Danielem emendandum ſuſcepit noſter* (Carolus) *Labbeus: nam alteram editionem morte præventus dare Daniel non potuit, cum in ea, quam habemus, negligentiſſime verſatus*

tus eſſet typographus, & correctore uſus eſſet ineptiſſimo, ipſo Daniele negotiis domeſticis & litibus moleſtiſſimis occupato. Oudinum S.I. Divione præclaro MS. Servii uſum novam ejus editionem meditari didici è memoriis Trevoltinis A. 1714. pag. 2034. Præſtantiſſimæ editiones commentariorum Servii ſunt præter duas, quas jam memoravi, perquam nitidas Pariſienſem 1532. fol. Rob. Stephani, cui additæ etiam Pierii in Virgilium caſtigationes: & Junctinam 1542. nec non quam ex MSto Fuldenſi locupletavit novis acceſſionibus A. 1600. Petrus Daniel, Baſileenſes ex Georgii Fabricii recenſione 1547. 1551. 1561. 1575. 1586. cum Servio in totum Virgilium, Probo, (*a*) in Eclogas & Georgica, & Donato (*b*) in AEneidem atque recentiorum ſcriptorum in Poetam obſervationibus Pomponii, Sabini, Phil. Beroaldi, Joannis Hartungi, Jod. Willichii, G. Fabricii, Bonfinis, Jo. Lud. Vivis, Cœlii Rhodigini, Hadr. Barlandi aliorumque, præcipue quam magno ſtudio expolivit M. Lud. Lucius Baſil. 1613. fol. præfixo indice ſcriptorum à Servio laudatorum. Ne de aliis in præſenti dicam ut Pariſienſi A. 1500. Veneta 1558. fol. & Commeliniana A. 1603. quam expreſſit qui Virgilium cum Servii & variorum commentariis dedit Lugd. Bat. 1680. 8. tribus voluminibus Jacobus Emmeneſſius, & cum hunc in medio opere fatum rapuiſſet, Pancratius Maſvicius. Sed omnium qui in Servio emendando & expoliendo ſtudium poſuere & operam, longe idem hic quem dixi Maſvicius, Gymnaſii Hagenſis Rector celeberrimus vicit ac ſupergreſſus eſt in præclariſſima editione nova Virgilii, quam Leovardiæ excudit Franciſcus Halma 1717. 4. In hâc Poëta ipſe typis majoribus & luculentis excuſus eſt accurate emendatus ad Codicem optimum Pariſienſem, nec non illos quos Pierius & quos Nic. Heinſius inſpexerant, Florentinum, Romanum, Longobardicum, & ad codicem membranaceum nobiliſſimi viri Henr. Adriani Marckii. Poëtæ verbis per ſingulas paginas ſubjiciuntur commentarii Servii & Jo. Pierii Valerii caſtigationes. In Eclogas & Georgica, etiam notæ breves ſed doctæ Philargyrii, ſcriptoris veteris à Petro Daniele primum publicati. Servius emendatus & ſuppletus potiſſimum ex Codice Pa-

(a) Apud Macrobium VI. 6. Servius locum Virgilii eclog. VI 76. *Dulichias vexaſſe rates*, ex *Probi* ſententia interpretatur, ſed in Probi quos habemus commentariis, nihil ſimile legas. Igitur vel alius Probus, quod non crediderim, vel Servius ex Probo coram, non ex ejus commentariis ſcriptis hæc accepit, vel illi minus integri ad nos pervenerunt.

(b) Pierius paſſim integriores laudat Donati commentarios, quos mirificis modis conſpurcatos queritur Barthius ad Statii IV. Thebaid 445. Suppoſititium Donatum, ſine cauſſa ut opinor appellat Merula pag. LVI. ad Ennii fragmenta.

riſienſi, tum etiam ex Daventrienſi & ex collationibus MSS. variorum doctiſſimorum virorum, & editionibus præſtantioribus, etiam antiquiſſima Uldarici Galli typis excuſa. Additamenta Codicis Fuldenſis ex Petri Danielis editione, uncis ubique incluſit Maſvicius: quoniam licet Servio non indigna, ab ipſo tamen Servio profecta eſſe haud ſibi perſuaſit, ſed ex Græcis Latiniſque ſcholiis à viro quodam docto collecta & addita, atque ita vel per errorem deinde, vel dedita quoque opera Servio adſcripta ſuſpicatur. Plane integrum vel ſincerum ſe nobis dare Servium vel ita affirmare doctiſſimus Maſvicius non audet, meliorem tamen quam in aliis quæ exſtant editionibus quibuſcunque, ſine dubio dedit, locupletiſſimiſque indicibus inſtruxit, è quibus indicem ſcriptorum, ut inſtituto meo congruentem infra ab eodem mutuabor. Indicem etiam Erythræi in Virgilium addidit, ſed in numeris libri primi Aeneidos propter neglectos ab auctore indicis quatuor primores verſiculos ſemper quaternarius eſt addendus, niſi in inveniendo fruſtra eſſe velis. Editum paſſim Servium multi viri docti jam notarunt farraginem eſſe non modo ex antiquioribus commentariis Alexandro, Aſpro, Capro, Carminio, Celſo, Hygino aliiſque: ſed etiam ex Cornuto, Donato & Probo, qui nominetenus in illis allegantur. Quandoque etiam Commentarii citantur, nullo addito nomine auctoris, ut in 1. Georg. 147. *ſuperfluam enim quæſtionem movent quidam commentarii*. Etiam Servius ipſe allegatur ad Eclog. IX. 1. *& hæc ecloga continuum ut ait Servius non habet carmen, ſed de diverſis locis Theocriti aliqua ad eam contulit*. Sic enim legas in editione Petri Danielis. Sed in illa Rob. Stephani & aliis ſincerioribus, quas Maſvvicius (*a*) ſecutus eſt, Servii nomen eſt omiſſum.

INDEX SCRIPTORUM

in Servii Commentariis (*b*) ad VIRGILIUM citatorum
Ex editione Maſvviciana.

ABAS in Troicis. Ae. 9. 264.
ACADEMICI. Ae. 3 90. 6. 272.
ACCIUS. Ae. 1. 126. 4. 404.
in Atreo. 8. 130.
ACCIUS in Bacchis. Ae. 12. 605.
in Clytæmneſtra 1. 46. 48. 92.
in Deiphobo. 2. 17.
in Pelopidis. 5. 40.
in Philoctete. 9. 622.
in Troa-

(a) Per lapſum typographi *Waſevvickius* appellatur in Actis Erud. 1714. p. 47. Rectius A. 1717. pag. 190.
(b) In Indice editionis Leovardienſis nonnulli etiam ſcriptores ex Philargyrii ſcholiis adjuncti erant quos omiſi, quoniam indicem in Philargyrium integriorem ſupra & ſeparatim exhibui.

in Troadibus. 1, 182,
ACILIUS. Æ 4, 404,
ACTIUS. (a) AE. 4, 641,
ADESPOTUM Græcum. G. 1, 227,
AELIUS. G. 1, 75,
AELIUS GALLUS, de verbis ad jus civile pertinentibus. G. 1, 264,
AEMILIUS MACER, poeta Veronenſis. E. 5, 1, AE, 1, 439,
AESCHYLUS. Æ. 1, 99, 10, 738,
ÆSOPUS. G. 1, 378,
AFRANIUS. E. 9, 23, Æ, 11, 373,
in Neæra. 4, 194,
ALEXANDER ex vetuſtiſſimis Virgilii interpretibus. Æ. 8. 330.
ALEXANDER AETOLUS, in libro, qui inſcribitur Muſæ. AE. 12, 532,
ALEXANDER POLYHISTOR. AE. 10, 388,
ALEXARCHUS, Hiſtoricus Græcus AE. 3, 334,
ANACREON. AE. 1, 753, 11, 550
ANAXAGORAS. AE. 4, 625,
ANNALES. AE 3, 384,
ANNEUS PLACIDUS. AE. 1. 45,
MARCUS ANTONIUS. AE. 12, 753,
APOLLONIUS, (RHODIUS) AE. 2, 490, bis 3, 290, 5, 426, 12, 749, 753,
Argonautic. AE. 4, 1, ex tertio libro quartum AEneidos tranſtulit Virgilius.
APULEJUS. AE. 8, 275,
libri de Arboribus. G. 2, 126,
de Dæmonio Socratis. AE. 3, 63,
ARATUS. E. 3, 40, bis 3, 60, G. 1, 240, 354, 366, 375, 432, 433, 2, 474, 537, AE, 9, 659,
ARCADUM rerum ſcriptores. AE. 8. 336,
ARISTONICUS, hiſtoricus. AE. 3, 334,
ARISTOPHANES. G. 1, 8, AE. 5, 830.
ARISTOTELES. E. 1, 23, G. 1, 19, AE, 1, 376, 5, 81, 6, 448,
ARUSPICINAE libri. AE. 8. 398,
ARTES. AE. 1, 539, 10, 33,
ARTIGRAPHI. AE. 11, 76,
ASCONIUS PEDIANUS. E. 3, 105, 4, 11,
ASELLIO, Hiſtoriarum octavo. AE. 12. 121.
ASINIUS POLLIO. AE. 2, 7, 6, 554, 11, 183,
ASPER. G. 2. 324. AE. 7, 169, 337. 543, 9, 4, 418, 678, 10, 188, 539, 565, 673, 737, 11, 358,
ATTA. G. 1, 43,
in Megalenſibus. E. 7, 33,
ATTACINUS. AE. 10. 396. infra, Varro,
ATTEJUS. AE. 1, 277, 5, 45,
ATTEJUS PHILOLOGUS. AE. 1, 605,
AUCTOR DECLAMATIONUM in Virgilium. Æ. 10, 532.
AUGURALES LIBRI. AE. 9. 20.
AUGURALIA COMMENTARIA. AE. 1, 402,
AUGURUM LIBRI. AE. 3. 537. 4. 45, 8, 95,

(a) Idem, ut videtur, cum Accio.

AUGUSTUS, Memoria vitæ ſuæ. E. 9. 47.
libro ſecundo de Memoria vitæ ſuæ. ibid.
in Commemoratione vitæ ſuæ. AE. 8. 696.
Oratio funebris Marcelli. 1. 716.
AVIENUS Livium jambis ſcripſit. AE. 10. 388.
jambis ſcripſit Virgilii fabulas & de Cometarum differentiis. 10. 272.
AULUS GELLIUS. AE. 7. 740.
in libris Noctium Atticarum. 5. 738.
BACCHYLIDES. AE. 2. 201.
in Dithyrambis. 6. 21. 11. 93.
BAEBIUS MACER. E. 9. 47. AE. 5. 556.
BEGOE, NYMPHA, de arte Fulgiritarum apud Tuſcos. AE 6. 72.
CAECILIUS. G. 1. 74.
CAELIUS. AE. 4. 206. 6. 9. 10. 145.
libro tertio. G. 1. 77.
in ſeptimo. 2. 345.
Hiſtoriarum libris. AE. 4. 390.
CAESAR.
in Ephemeride ſua. AE. 11. 743.
CAJUS. I. C. 3. 306.
CAJUS MEMMIUS, de Triumpho Luculli lib. IV. AE. 1. 165.
CALLIMACHUS. AE. 1. 412. 3. 17. 6. 258. 11. 543. Αἰτίαις. 7. 778.
CALVUS. AE. 2. 632. 4. 58. 11. 169.
in Jo. E. 6. 47. 8. 4.
CALVUS, in Thematibus Virgilii. AE. 10. 18.
CAMPESTER, (fortaſſe de Cometis) AE. 10. 172.
CAPER. AE. 6. 545. 9. 709. 10. 788. 12. 120.
in libris Enucleati ſermonis. 10. 344.
in libris Dubii generis. 10. 377.
CARMINIUS. AE. 6. 638. 862. 8. 406.
de Elocutionibus. 5. 233.
CASSIUS HEMINA. AE. 1. 382. 425. 7. 631. 12. 603.
CASSIUS, Annalium ſecundo. AE. 1. 60.
CASSIUS. G. 1. 10.
CATALECTON, carmen Virgilii. AE. 1. pr.
CATO. G. 1. 260. AE. 1. 271. 273. 574. 730. 3. 64. 314. 402. 707. 4. 121. 293. 427. 620. 682. 698. 6. 760. 7. 158. 539. 682. 697. 8. 638. 694. 10. 13. 12. 134.
in libris ad filium de Agricultura G. 2. 412.
ejus Anticatones. AE. 6. 842.
de Conſulatu ſuo. E. 4. 5.
in libris ad Filium. G. 2. 95.
in Lucium Furium: & in Oratione. AE. 4. 244.
Georgica. G. 1. 43.
in Legem Voconiam. AE. 1. 577.
in Orationibus. 7. 259. 11. 301.
Oratione ad filium. G. 1. 46.
Oratione de Achæis. E. 6. 76.
in Originibus. G. 1. 75. 2. 159. AE. 1. 9. 10. 99. 277. 3. 637. 708. 5. 564. 755. 7. 678. 9. 603. 745. 10. 184. 541. 11. 316.
Originum primo. 1. 425. 10. 179.
libro ſecundo. 11. 700. 715.
CATO de Italicis Urbibus. AE. 7. 678.
primo de Re militari G 2. 417.
CATULINUS. AE. 10. 18.

CA-

CATULLUS,G.2.95.AE.4.409. 657.5.591.610.6.456.623.12. 587.
CELSUS. G.1.277.
CHOROGRAPHI.AE.7.563.
CICERO. E,1,17,23,2,58,3. 37,6,33,58,8,63,9,7,42, G,1, 45,58,130,2,76,464,3,20,4, 294,334,AE,1,97,107,182. 219,310,451, 580, 594, 603, 608,702,2,16,98,132,157,203. 299,794,3,284,341,576,477, 703,359,376,515,4,486,490, 585,608,5,203,287,317,391, 546,862,6,275,514,553,612, 631,649,7,295,484,586,753, 8,168,275,483,652,9,254,371, 439,616,10,467,564,11,164, 301,496,704,831,12,48,100, 395,437,717,931,
ad Appium Pulchrum. Æ.12. 844.
in Arato. 3.22.
pro Archia. 4.244.
in libris Auguralibus 5.738.
in Bruto. 1.509.
libro primo ad Brutum.8.395.
Cælliana. E.2.25.
in Cæſarianis. 11.438.187.
in Catilinaria. G.3.228. AE. 12.95.
in Catone majore. G.3.96. AE.11.52.
Cornelianis. 11.708.
in Dejotariana. 9.546.
CICERO de Deorum natura. AE.1.274.301.3.600.4.378.577.
in Dialogis. 6.877.
de Divinatione. 3.443.7.259.
de Domo. 8.269.
in Fontejana. 9.675.
in Frumentaria. 10.481.
in Fundiana. G.2.342.
in Gabinium, in Tuſculanis. G.1.120.
Georgica. 1.43.
in Hortenſio. AE.1.273. 335. 8.485.
in libris Legum, ſive de Legibus. AE.6.611.9.276. lib.2. 3.63.
in Miloniana. E.9.11. G.2.384. AE.1.152.3.416.12.714.
pro Murena. AE.3.64.339.
Œconomicis.G.1.43.2.288.412. AE.1.707.
in Officiis. 11.660,12,725,
de Oratore. AE.1.180.
in Oratore. 8.408.
Paradoxis. 1.468.
in Philippicis. E.6.55.9.36. AE.1.294.3.420. bis. 3.632. 4.653.685.6.622.10.105.
Philippica prima. AE,4,348,
Philippica ſecunda, 2.407.
Philipp. tertia, E.2.45.
in Piſone. 7.2.
pro Planco. 3.50.
in Pompejana. G.3.64.
CICERO pro Quintio. AE.10. 48.
pro Rabirio. 1.17.
de Republica.1.153.AE.10.325. 12.335.
in libris de Republica.G.2.157.
in Rhetoricis.AE.9.481.614.
Rhetoricorum primo 8.321.
in Roſciana.G.1.265. AE.1.544. 3.331.
Seſtiana AE.1.181. G.8.634.
Scauriana. 1.174.
in Elegia Talemaſti.E.1.58.
Timæo G.1.31.
Timæo,& Oratore. AE 4 482.

Tuſculanis Quæſt.E.2.27.AE.1. 397.730.4.20.10.53.
in Tuſculanarum quinto. G. 2.499.
in Verrinis.E.6.76.G.3.1.AE.1. 5.6.195.2,21,707,3,501,5,173. 6,273,8,78,
libro primo Verrinarum,2,778.
in prætura Verrinarum, 3, 84,
in Verrem,G,3,306,
CINCIUS. G.1.10. AE.2.225.
CINNA, poeta optimus, in Smyrna. E.9.35.G.1.288.
CIRINA,carmē Virgilii.AE.1.pr.
CLANARIUS. AE. 11. 316.
CLAUDIUS QUADRIGARIUS, hiſtoricus.G.1.103.
1. Annalium.AE.1.112.
IV. Annalium. G.1.135.
CLINIAS. AE. 1.277.
CLODIUS, Commentariorum ſcriba. AE.1.56.2.229.
CLODIUS TUSCUS. AE.12. 657.
CODRUS, poëta tempore Virgilii. E.7.22.
CŒLIUS,hiſtoricus, AE.3.402.
COLUMELLA, lib, VIII. Æ. 3. 540.
COMMENTARIUS quidam. AE. 7. 543.
COMMINIANUS,E,3,21,
CONON, in libro de Italia. Æ,7,738,
COPA,carmen Virgilii,Æ,1, pr.
CORINTHUS,AE,10,547,
CORNELII oratio in Alphenum. E, 9,10,
CORNELIUS. AE,7,445.
CORNELIUS BALBUS. AE. 4. 127.
CORNELIUS NEPOS, Vita illuſtrium. AE.1.372.
CORNELIUS TACITUS: AE. 3. 399.
CORNIFICIUS LONGUS. AE,3,332,
CORNUTUS.G,1,277;AE, 1. 49,153,492,9,348,675,
COSMOGRAPHI. AE, 3,104,
CRATER, carmen Muſæi. AE,6,667,
CRETHEUS, poeta Lyricus. AE,9,774,
CTESIAS.G,1,30, AE,1,653,
CULEX, carmen Virgilii. AE. 1 pr.
CYROPAEDIA Xenophontis. AE, 1, 480,
DECLAMATIONES in Virgilium. AE,10,532,
DEMOSTHENES.AE,4,233, Oratione contra AEſchinem. 11, 301,
DIDYMUS. AE,4,261,
DIOGENES. G,1,30,
DIONYSIUS. G,1,215,
DIRAE, carmen Virgilii. AE. 1, pr.
DISCIPLINA MILITARIS. AE. 10, 428,
DONATUS. E,2,17,3,38, G.1, 120,198,425,2,4,324,412, 514, 4,153, 346, AE, 2, 557, 798,3, 242,535,636,6,177,230, 535, 623,7,1,543,563, 8, 333, 373, 642,9,31,363,546,675,763,10. 331,463,11, 316, 318, 762, 12, 365,366,507,514,529,585,
EMPEDOCLES. E. 6. 31.
ENNIUS. E,9,23,G,1,12,18,75, 2 336,342,3,76,4, 171, AE,1, 8,35, 24, 55, 29, 85, 127, 194, 228,277, 285, 534, 745, 2, 62, 173,241,274,355,651, 3, 241, 540.

540.4.9.404.576.5.37.6.219. 595.685.686.705.748.764.778. 780.846.7.320.622.682.804.8. 361.500.9.165. 329. 401.422. 503.528.641.656.678.747.10. 5.6.10.396.532.11.19.27.236. 299.306.326.601.608.660.12. 115. 120. 294. 298. 499. 552. 605.657.709.
in Annalibus. Æ. 3, 333,
in libro ſeptimo decimo; G. 4. 188.
Iphigenia. AE. 1, 56,
II. Satyrarum. 12. 122.
EPAPHUS. AE. 3, 84,
EPHORUS, hiſtoricus, G. 1. 8.
EPICADUS. AE. 1, 653,
EPICARMUS. AE. 1, 12,
EPIGRAMMATA, carmen Virgilii. AE 1, pr.
EPIMENIDES G. 1, 19,
ERATOSTHENES. AE. 1, 277, 2, 7,
ETRUSCA DISCIPLINA: AE. 1, 426, 737,
ETRUSCI libri. AE. 3, 537, 8, 398,
ETRUSCORUM libri. E. 4. 43.
ETRUSCI libri de Fulguratura. AE. 1. 46.
EUDOXUS. E. 3. 40.
EVEMERUS. G. 2, 139,
EUPHORION. E. 10, 1, AE. 2, 32, 79, 201, 3, 17, 6, 618,
EUPHORIONIS Carmina. E. 6. 72.
EUPHORION translatus a Gallo. E. 10, 50,
EURIPIDES. AE 3, 46, 4, 470, 703, 7, 337,
in Alceſti. 4, 694,
in Hercule. 6, 21,
in Phœniſſis. 11. 602.
FABIUS AE. 8, 630,
FABIUS MAXIMUS Annalium 1. AE. 1, 7,
FABIUS PICTOR. G. 1, 21, AE. 12, 603,
FATALES LIBRI. 2 140.
FRONTO. AE. 1, 413, 7, 30, 688,
GAJUS MEMMIUS, De triumpho Luculli. AE. 4. 261.
GALLUS. E. 10, 1, 6, 73,
GALLUS Euphorionis Carmina tranſtulit. E. 6. 72. 10. 5.
GARGILIUS MARTIALIS: *de Hortis vel Hortorum cultura*. G. 4 148.
GELLIUS. G. 1. 260. AE. 8. 638.
Annalium libris. 4. 290.
De GENTE *populi Romani*. (fortaſſe Varronis.)
GEORGICA Magonis Afri, Catonis, Varronis, Ciceronis. G. 1. 43.
GESTA POPULI ROMANI, olim appellata Aeneis. AE. 6. 752.
GRACCHUS. G. 2. 288.
in Concionibus. AE. 7. 716.
in Orationibus. 11. 301.
GRAECI. AE. 3. 167.
GRANIUS LICINIANUS. Cœna v. AE. 1. 741.
HADRIANUS AE. 8. 682.
HEBRUS. AE. 7. 5.
HERACLIDES AE. 1. 277.
HERACLITUS. G. 1. 86. AE. 6. 265. 11. 186.

HE-

HERODOTUS. E.9. 13.4. 424. 12.701.
in prima hiſtoria. G.3 532.
HERYLUS AE.6.289.
HESIODUS. E. 6. 42. G.1.1.14. 175.176.245.276. 277. 299. AE. 1..136. 200. 452. 2. 83. 3. 211.4. 484.511.7.47.8.130.325.
περὶ Γυναικῶν. 7. 268.
Θεογονία. 8. 314.12.164.
Ἀσπιδοποιΐα. AE. 12. 164.
HIPPARCHUS, de ſignis. G.1. 137. AE. 5. 49.
HISTORIAE. AE. 10.91.
HISTORIA POENORUM. AE. 1. 347. 740.
HISTORIA ROMANA. AE. 8. 461.
HOMERUS. E. 2: 20, 65, 5: 66.6, 48, 58, 7, 61, 8.11. G. 1, 264, 383, 2: 87, 3, 306, 4, 83, 232, 261, 298, 373, 393, Æ. 1, 7, 21, 34, 38, 83, 89, 96, 97, 98, 104. 105, 163, 113, 114, 151, 220, 227, 309, 382, 472, 475, 486, 491, 494, 525, 549, 728, 746, 2, 7, 35, 44, 108, 197, 278, 311, 329, 391, 503, 504, 541, 592, 604, 772, 3, 19, 86, 98, 136, 192. 246, 270, 420, 489, 590, 623, 635, 678, 4, 33, 146, 238, 254, 496, 613, 647, 654 674, 696, 5, 9, 85, 112, 370, 426, 468, 487, 490, 509, 510, 512, 515, 517, 556, 594, 735, 806, 808, 816, 6.1, 56.107. 121, 134, 149, 228, 233, 251, 278, 284, 288, 362, 432, 437, 445, 468, 484, 532, 578, 595, 616, 625, 650, 701, 894, 7, 14, 12 19, 20, 275, 282, 320, 466, 550, 641, 705, 722, 803, 8, 1, 2, 30, 127, 165, 183, 274, 315, 414, 459, 461, 527, 529, 589, 617, 624, 669, 670, 695, 699, 9, 106, 157, 264, 265, 269, 274, 307, 319, 328, 348, 437, 475, 479, 529, 563, 617, 633, 660, 678, 709, 715, 767, 792, 804, 808, 10, 77, 82, 115, 265, 270, 303, 453, 360, 471.487.519.526.557.565 567, 592, 697, 724, 738, 740, 745, 767, 842, 860, 900, 11, 9, 24, 90, 101, 183, 246, 269, 271, 287, 329, 381, 418, 477, 479, 483, 484, 490, 492, 11, 608, 664, 739 751.790.811.831, 860, 863, 901, 12, 67, 84, 102, 116, 142, 151, 170, 176, 197, 206, 266, 309, 538, 546, 587, 642, 664, 684, 691, 725, 764, 817, 830, 869, 896, 908, 952,
in Odyſſ. & Iliad. 1. 12.4. 585.
in Odyſſea. 3: 466 6. 582.603.
in Necromantia. 3. 67.
HORATIUS. E. 1. 37, 7. 10. 2. 14, 47, 53, 54, 66, 3. 8.65. 76, 84, 88, 90. 120, 4, 20, 47, 5. 1. 20. 21, 56, 66, 6, 42. 7: 7, 25, 47, 55, 8, 11, 28, 9, 29, 35, 10, 6, bis. G. 1: 24, 207, 266. 273. 287. 308, 320, 336, 400, 418, 460. 500.2.40. 42.59. 149. 197. 277. 330, 385, 455, 3, 6, 125, 136. 153, 173, 360, 443, 539, 4, 111. 230, Æ. 143. 61, 87, 211, 214, 218, 246. 247, 252. 296, 382, 439 444, 525. bis. 539, 547, 594, 595, 607, 701, 705, 707, 719, 730, 742. 2: 4, 29, 96, 133, 202, 260, 272, 367, 377, 433, 554, 598, 615, 620. 3: 2, 3, 93, 94, 116, 138,

506.553:576.4.5. 10.54.76.94.
212.224.266.384.402.403.409.
412.508.558.559.585.610.654.
5.64.71.122.172.192.344.421.
560.745.6.1.18.20.27.152.179.
204.207 273.596.603.609.611.
612.617.645.772.848.7.19.47.
91.99.115. 188. 363.377.bis.
422.435.480.498.537.597.605.
607.696.8.25.83.163.403.409.
571.577.702.726.9. 96. 373.
570.582.633.641.10.102.444.
526.653.727 11.1.65.126.195.
246.259.280.403.552.601.788.
12.100.139.208.209.211.527.
530.
in Arte poetica. G.2.475.AE. 1, pr. 12, 227,6,34, 176,660, 9,764,12,17,83,
HORTENSIUS. AE.11,496,
HOSTIUS, Hiſtorici belli lib. 1. AE.12,121.
HYGINUS. AE.1,281,534, 7, 47,12,120,
de Familiis Trojanis. 5, 389,
de Italicis urbibus. 7,412,678, 8, 597,
de Situ urbium Italiæ. 3.553,
ISOCRATES, Laus Buſiridis. G.3,5,Æ.7,11,
JUBA, artigraphus. Æ.5,522,
JUS. Æ. 7,38,10,72,
JO, Calvi tragœdia. E. 6, 47,
JUVENALIS. E. 3.8.76.7.26.
10.27. G. 1.58.207.2.320.461.
469.498.502.506.539.3.328.4.
115.Æ.1.pr.5.20.100.168.184.
219.350.641.658.730.2.19.102
134.445.554.3.21.136.518.4.
77.98.209.214.228.402.516.
619.698.5.52.122.117.179.340.
6.129.140.179.229.274.304.
332.431.741.773.843.7.115.
247.499.579.581. 8. 106.342.
474.9.497.614. 620. 628. 10.
494.564.693.11.269.458.537.
706.715.
LABEO. AE.1.382.
LEGES DUODECIM TABULARUM. E.8,99, Æ, 6, 609,12,606,
LEGES NUMAE. E.4,43,
LEGES REGUM. G.1, 386,
LIBETHRUS, poëta. E.7.21,
LIBRI ANTIQUI. Æ 8,278, 288,
LIBRI ANTIQUIORES. Æ. 3. 133.
LIBRI AUGURALES. Æ. 9. 20.
LIBRI AUGURUM. Æ. 3. 537.4.45.8.95.
LIBRI ETRUSCI de Fulguratura. Æ. 1.46.3.537.8.398.
LIBRI HARUSPICINAE. AE. 8. 398.
LIBRI INDIGITAMENTORUM, ſive LIBRI PONTIFICALES. E 5. 66. G. 1. 21. Æ. 9. 641.
LIBRI RECONDITI. Æ. 1. 402.
LIBRI SACRORUM. E. 7. 31. Æ. 9. 408.
LINUS. E. 6. 73.
Theologia. 4. 56.
LIVIUS ANDRONICUS. Æ. 4.37.10.636.
in Odyſſia. Æ. 1. 96.
LIVIUS. E. 6. 45. G. 1. 472. 3. 1. Æ.1.263.246.370 460.480.665.
2.148.3.106.4.242.5.560.6.8.
198.760.814.825.860.7 10.158.
8.330.

8. 330.9. 745. 10.13.14.145.11. 316. ex Annalibus & Hiſtoria Livius conſtat Salluſtius ex Hiſtoria Æ. 1. 377.
in primo. 1. 9.
libro XCIV. 9. 715.
LONGUS Æ. 10. 245.
LUCANUS. E. 1.7.34.3.60.89. G.1.39.243.326.364.482.489. 2.50.116.121.288.479.499.3. 12.102.340.416.426.524.4.127. 221.278. Æ. 1. pr.6. 12.39.62. 169.207.350.398.402.539.605. 2.23.166.171.257.268.446. 468.501.506.512.781.3.22.73. 209.326.379.433.522.539.4.8. 45.72.168.253.311.358.462. 513.5.2.18.240.735.745.6.47. 60.78.80.118.127.135.149. 152.247.298.320.418.532.621. 662.796.831.835.879.7.142. 206.412.605.711.717.732.753. 8.33.201.246.275.295.454.517. 725.9.517.530.627.643.705. 808.10.98.145.166.207.220. 392.432.444.528.744.11.197. 247.262.268.334.472.418.445. 849.12.8.258.359.701.750.
in primo. G. 2. 480.
in Orpheo. 4. 493.
LUCILIUS. E. 6. 53. G.1.129.2. 98.4 376.387. AE.1.80.157.185. 248.707.730.2.77.4.458.8.83. 337.9.227.641.10.184.329.532. 564.11.601.12.5.
LUCILIUS, non poeta. Æ. 9. 573.
libro primo. G.4.25. AE.10.104.
in tertio. 10. 245.
in quinto. G.1. 265. AE.10.398.
in ſeptimo. 12.646.
in trigeſimo. G. 3. 159.
LUCRETIUS. E.6.31.33. G.1.1. 46.51.129.139.2.42.247.329. 372.479.3.124.135.136.175. 287.293.478.481.482.4.51. 219.225.443. Æ.1.62.127.215. 747.3.587.4.132.486.606.5.81. 527.628.6.127.239.596.625. 7.37.804.8.187.9.20.459.10. 467.807.899.11.230.12.87. 794.
LUTATIUS Communium hiſtoriarum. AE. 9.710.
libro quarto. G.4. 564.
LYRICI ANTIQUI. E. 4. 19.
LYSIMACHUS AE. 2. 211.
MAECENAS, Carmina ejus, & Auguſti geſta. G. 2. 42.
MACER BAEBIUS. E. 9. 47. AE. 5. 556.
MAGONIS AFRI Georgica. G. 1. 43.
MARINUS, Lupercorum poeta. E. 1. 20.
MARTIALIS. AE. 2.16.12.198. 646.
MARULLUS MIMOGRAPHUS. E. 7. 26. AE. 7. 499.
MASSURIUS SABINUS. AE. 2. 225.
MELA. 9. 31.
MELISSUS. AE. 4. 146.
De Apibus. 7. 66.
C. MEMMIUS, de Luculli triumpho. III. AE. 1. 165. 4. 261.
MENANDER. AE. 3. 279. 12. 120.
MENECRATES. AE. 6. 14.
METO. AE. 3. 284.
METRODORUS. De Zonis ſcri-

ſcripſit libros XV. G.1. 230.
MOSCHUS, in Prolegomenis.
MUSAEUS, ejus carmen *Crater*. AE.6.667.
NAEVIUS. AE. 1.217,277,3, 10. 4.9,267.
in Andromacha. G 1. 266.
in bello Punico. AE. 1: 174, 202.
belli Punici primo. AE. 2: 797. 9.715.
NECEPSUS, de Cometarum differentiis. AE. 10. 272.
NERONIS Troica. G.3.36.AE. 5.370.
NICANDER. G.2.215. 3.392. AE. 4:261
NIGIDIUS. G.1.19.47,260.AE. 1.382. 10.175.
de Animalibus: G. 3. 147.
de Diis. E.4:10.
Commentario grammaticali.G. 1;120.
de hominum naturalibus lib. IV. AE. 1.182.
de Sphæra, Æ 11. 715.
in Sphæra Græcanica. G.1:43.
Commentario Sphæræ Græcanicæ. 1. 218:
NIGIDIUS FIGULUS. AE. 10. 175.
NUMAE LEGES. E.4.43:
Lex de ſpoliis opimis AE. 6. 860.
Ὀρνιθογονία. AE.1. 397.
ORPHEUS. E. 4.10. G. 1. 8. 166. 2. 389. AE. 3. 98. 6. 392. 6 556.
OVIDIUS. E.3.106.10. 62. G.1. 378.2.7.3.431.4.495. AE.1. 297. 3.34.4.2.457,462.5. 199.409. 735.6.134,191,529.7:320.798. 9.246.10.145. 11.279. 12.100. 514. in Faſtis. G.4.43. AE.11. 870. Metamorph. E.5. 10. AE. 5.95.6.77.7 111,412.8.562.
PACUVIUS. AE.1. 59.2. 557, 651. 3. 540.4.9.473.5.28.7.320. 11.259. 12.298.
Antiopa. 12.605.
Hermiona. 5.40. 11.169.
in Medea. 11. 543.
Teucro.1. 91.9. 667.
PALAEPHATUS. AE. 3. 7. 80.
PAPINIUS. AE.5.380.
PERSIUS. E.3.8.G. 1.403.3.199. 328.363.374. 4.198.256.303. AE. 2.183.580.707.727.2.202. 3. 382.483.4. 331.5.19,85.128. 138,6.136.187.7.16.8.219.248. 9.641.10.481. 11.192.552. ſat.1. & v. V 1. 3. 63.
PETOSIRIS. AE.10:275.
PETRONIUS. AE. 3. 57, 12, 159,
PHANODICUS, Deliacῶν libris. AE.6,14,
PHILISTHENES. E.1,66,
PHILOCHORUS. AE.8,600,
PHILOSTEPHANUS, Περὶ Νήσων. AE.1. 200.
Περὶ Εὑρημάτων. G 1,19,
PINDARUS. E 9,29,G.1,14,16, 31,AE.3,704,5.830.10.312,738.
PISO. AE.2.761 10.76.
PIUS, Homeri commentator. AE.5.735.
PLATO.G.2,336,AE.3,68,443: 4,651, 5, 81, 84, 6, 432, 434, 448,
in Phædone, AE.6,21,703,

in libris περὶ Πολιτείας. G.4. 153.
in Sympoſio. AE. 6,444,
PLAUTUS. E.3,16,10,69, G,1. 74.2.115,288,3,497.4,170,171, 296,562, AE.1,439,464,482, 484, 707,728,742, 2,51,62, 106, 3,42, 539, 683,4,82,194: 231.533,5,19,6,205,222,229, 776, 7,715,8, 310,9, 265, 329, 375.401,10,198,532,558,785. 11,65,343,725,12,519,587,
in Addicto. G.1,124,
Amphitryone. G.1,208, AE,1. 195,2,206,4,229,8,127,564, 636.
in Aſinaria. 9.648.11. 361.
Aulularia. G.2, 193,189, 344, AE. 11,592,627,12.267.
Bacchidibus. E.8.71. AE.2.13. 6,62,383,12,7,
Captivis. G.4.376.
Caſina. G.2,222,
in Ciſtellaria. AE.4,424,10,615,
Curculione. AE.4424, 608,6, 595,8,263,648,12, 257.
Epidico. 11,160,
PLAUTUS Menæchmis. G.1. 137,AE.4,267,373.8,632,
Mercatore. G. 1, 266, AE.1, 640.
Milite glorioſo. E.5,57,G.2,134. 393. E.9, 20, AE. 1,237, 4, 608,12,87,
Moſtellaria. E.1.59. AE.5.112.9. 4,696,10,231,
Perſa. E.5,57,
Poenulo. G.4,39, AE.1,20, 9,486,641. AE.10. 231, 727,
Pſeudolo. AE. 1, 144, 382, 4, 301,
Purgopolinice. 4,149,12,7,
Querulo 3 226.
Rudente. G.1.67.2.344. 348.
Vidularia. E.2,63.
PLINIUS. E.3:18, G.1,59, 148, 391,2,119.152,3, 136,422,490, 4.88,127.200, AE.1.310, 439, 550,4,9,7.678.8,33,652,9,20: 706,11,90,
PLINIUS Secundus, E.3,8, AE. 9,87,10,174,272,
in Naturali hiſtoria. E.2, 11, 7, 30,G,1,410,2,146,168, AE, 1, 2,17,178,3,90,4,37, 261, 516, 551,552, 6, 180, 205,218, 304, 309,7,678,700,8,402,699,9, 715,10,184,12,119.
PLINIUS De RE Grammatica. EA.2. 18.69.
PLOTINUS, Philoſophus. AE. 9.184.
PLUTARCHUS De poetarum utilitate. AE.3.14.
POENIAS, tragicus antiquus. AE.4.694.
POLLIO Tragœdiarum utriuſque linguæ ſcriptor, E.8.10. AE.6.554,
PONTIFICALES LIBRI. E.5. 66,G 1.21.272.344. AE.7.190. 12.603.
libri, Indigitamenta. G. 1. 21.
PORPHYRII liber, *Sol*. E. 5. 66.
POSTUMIUS de adventu Aeneæ. AE.9.710.
PRIAPEIA, carmen Virgilii. AE. 1,pr.
PROBUS. G.1,277,AE.1,5,25, 48,445,2.15,3, 3,82,4, 359, 418.

418,6.1,177,473,783,866. 7,
543,8,406,9,814, 10, 18,33,
173,182 303,444,539,11,554:
830.12,174.605,
de Temporum connexione libellus. 7,419,
PROPERTIUS G.1:19,
PTOLEMAEUS. E.3.40. AE.6. 724.12.678. de civitatibus totius orbis ad plenum Græce ſcripſit: AE.7.678:
PUNICA HISTORIA. AE. 1. 742.
PYTHAGORAS. G.4,329. Æ. 5.95:
QUADRIGARIUS, hiſtoricus. G.1:103.
QUINTILIANUS. AE.3.661.
RUBELLIUS BLANDUS, hiſtoricus. G.1,103.
SACRA. AE. 11.558.
SACRI LIBRI. E.7.31. G.1.272. AE.2.143
SACRORUM LIBRI. AE. 9. 408:11. 518.
SALLUSTIUS. E.1.17.49, 67,
3.13.5.5.19.8.4 27,71, G 1,14,
43.56,198,208,260.287,463.2.
98,209,384,3.53.155.383.434.
456,469.475.481.4.49.144.111,
218,238.293. AE.1.6.9.34.50.
75.97.100.111.115.120.150.108.
199.232.246.271.274 303.310.
311.333.346.377.413.424.427.
445.460.492.522.580.605.620,
2.19.55.61.89.132.169.201, 286.
325.400.433.452. 502. bis. 2.
564.632.3.17.104.128.278.297.
400.411 414.420.425.516.522.
533.578.594.595.4.23.62.204.
213.214.245.271.283.290.336.
415.5.81.203.295.406.408.524.
588.540.546.626.735.758.6.
22.23.539.569.623.7.48. 251,
303.601.631.678.728.787.8.125.
127.232.278.337.352.479.506.
557.652.725.9.96.229.246.343
412.488.505.558.749.10. 103.
105.168.281.311.341.370.539.
643.833.836.11.6.82.230.338.
421.515.581.619.682.770.801,
869.870.12.143. 164. 230. 282.
425.458.661.676.715.844.864.
897.
in primo 12.694.
in Hiſtoriis. G 4.182.
in Catilinæ bello. G.1.350.2: 499 AE.1.10.382.11.117.
Jugurtha. G.1:3. AE.1.118.119. 396.8.8.
SAMMONICUS. G.1:30.
SAPPHO. E.6.42.
Ἐπιθαλάμια. G.1.31.
in Lyricis. AE.6.21:
SAUFEJUS. AE.1.10.
SCAURUS. AE.3.484.
de Vita ſua 12.120.
SCRIPTORES de Arte militari. AE.11.284.
SCRIPTORES de Generibus Pietatis. AE. 6.176.
SCRIPTORES de Nuptiis. AE. 4.458.
SCRIPTORES de Sacris Proſerpinæ. AE. 6.136.
SCRIPTORES de ratione Templorum. Æ.1.509.
SCRIPTORES de Somniis. AE. 6.894.

SENECA. AE. 9. 31.
De Ritu & Sacris Aegyptiorum 6:154.
SERENUS, AE. 9. 762.
SERENUS poeta. AE. 6. 289.
SERENUS Lyricus. AE. 2. 15.
SERENUS SAMMONICUS G. 1. 102.
SIBYLLA. AE. 1. 277.
SIBYLLINI LIBRI. AE. 3. 332.
SIMONIDES. AE. 1. 668. 6. 576. 7. 58.
SISINNIUS CAPITO. AE. 1. 114.
SISENNA. AE. 1. 101. 246. 11. 316.
SMYRNA, Cinnæ carmen. E. 9. 35.
SOLINUS. G. 2. 215.
SOMNIORUM ſcriptores. AE. 6. 284.
SOPHOCLES. AE. 1. 565. 4. 496.
in Laocoonte. AE. 2. 204.
STATIUS. G. 3. 472. 4. 83. 125. AE. 1. p. 1. 77. 189. 2. 22. 54. 272. 354. 777. 799. 3. 34. 360. 657. 4. 132. 681. 693. 5. 138. 721. 6 57. 225. 248, 289, 520; 554. 565. 618. 630. 7, 306, 518: 633, 648, 784, 817, 8. 91, 342, 352, 373. 429, 553, 590, 9, 214, 559, 652, 727, 10, 63. 275, 325. 539. 628. 11. 36, 197. 608, 683, 864, 1 . 13. 65. 90. 151. 156 365. 452. 500, 856.
in Thebaide AE. 12. 395.
6. Thebaidos. 8. 409.
STATIUS TULLIANUS de Vocabulis rerum libro primo. AE. 11. 543.
STOICI AE. 10. 272.
SVETONIUS TRANQUILLUS. E. 3. 105 G. 3. 24, 26, 4. 127, AE. 1. 296. 2. 683. 5. 600. 8: 680. 12. 185.
in vita Cæſarum. 6. 799.
de Genere veſtium. 7. 612.
de Puerorum luſibus. 5. 600.
de Vitiis corporalibus. E. 3. 8. AE. 7. 627.
SYRO, philoſophus Epicureus, Virgilii magiſter. AE. 6. 264.
TABULAE XII. E. 8. 99. AE. 6. 609. 12. 606.
TACITUS CORNELIUS. AE. 3. 399.
TAGES, Hetruriæ terræ liber. AE. 1. 6.
TALEMASTIS; elegia Ciceronis. E. 1. 58
TERENTIANUS. G. 2. 288. 519. AE. 4. 413. 5. 467. 6. 792. 8. 96. 12. 144:
TERENTIUS E. 2. 14. 33. 3. 1. 53, 106. 4. 80. 5. 74. 6. 48. 7. 9. 31. 8. 43. 10. 46. G. 1. 7. 57. 94. 96. 187. 287. 302. 366. 2. 94. 3. 37. 60. 4. 104. 127, 212 293. 445. 562. AE. 1. 10. 12. 39. 41. 77. 96. 110. 118. 153. 156 185. 207. 237. 260. 265. 271. 212. 219. 381. 40; 414. 449. 464. 505. 571. 577. 605. 609. 648, 651. 667. 690. 724. 2. 1. 80. 87. 155. 196. 247. 303. 357. 374. 482. 559. 715. 3. 140. 216. 217. 261. 278, 353. 430. 493. 594. 670 4. 1. 10. 31. 54. 83. 96. 133. 166. 195. 295. 318 335. 373. 376. 379. 381. 408. 415. 448.

448, 461, 480, 534, 606, 5: 122, 340, 613, 629, 655, 669. 6: 11, 218, 497, 544, 89c, 7: 30, 268, 422, 427, 556. 8: 1, 127, 307, 577, 632, 653, 9: 231, 232, 423, 469, 384, 696, 781, 10: 106, 133, 285, 432, 612, 848, 861. 11: 97, 183, 352, 354, 361, 486, 537, 545, 699, 704, 801, 12: 120, 257, 453, 538, 618, 694, 816,

in Adelphis. AE. 2: 424, 3: 477, 10, 567,

Andria. E. 2: 65,

Eunucho. G. 1: 247, AE. 2, 424. 502.

Hecyra. G. 1. 125. Æ. 4. 435. 10: 532. 11. 687.

Heautontimorumeno. Æ 1. 552. 661. 9: 291.

Phormione. G. 1: 247. AE. 1. 396. 2: 234.

THEOCRITUS SYRACUSANUS. E. 1: 28. 2: 21, 23, 24, 25, 51, 63. 3: 1: 8. 4: 1, 5: 32. 6. 1. 7: 1. 7, 8, 41, 65, 9 1, 13. 39 58, 10: 1, 7, 8, 50, 65. G. 3: 280. AE. 2: 35, 687, 3: 500, 4, 516.

φαρμακεύτρια. E. 8: 1, 21.

THALES MILESIUS. E. 6. 31. G. 4: 364, 382. AE. 3. 241. 11: 186.

THEODATUS, Iliacarum rerum ſcriptor. AE. 1. 32.

THEOLOGIA Lini. E. 4. 56.

THEOPOMPUS, Thaumaſia. E. 6: 26. Colloquium Sileni cum Mida. ibid. 13.

THEOPHRASTUS. G. 3: 281.

THESSANDRUS. AE. 2. 211.

THUCYDIDES. AE. 8. 2, 328. 725.

TIBERIANUS. AE. 6: 136, 532,

TIBULLUS. G. 1: 19. AE. 5. 745.

TITIANUS. EA. 10: 18. 11: 651.

in Chorographia. 4: 42.

in Thematibus Virgilii. 10: 18.

TITINIUS - AE. 4: 346.

in Setina. 11. 457.

TRAGŒDIA. AE. 2: 19.

TREBATIUS de Religionibus libro ſeptimo. AE. 11: 316.

TROGUS POMPEJUS. AE. 3. 108. 4. 37 6. 783.

TUBERO. AE 4: 390.

TUCCA. & VARUS. AE. 4. 436.

TURPILIUS. E. 7; 45. AE. 3. 279.

TUTHRODES. AE. 3: 84.

VALGIUS. G. 3. 177.

in Elegiis. E. 7: 22. AE. 11. 457.

VARIUS. E. 2. 7 9: 35. Tragœdiarum ſcriptor. E. 3. 20.

VARRO. E. 1. 66. 5. 66. 6. 72: 7. 21. 8. 12, 29, 30, 75, 99, G. 1: 1, 21, 34, 151, 170, 186, 270, 275, 375, 2: 201, 404, 533. 3: 24, 273, 313, 446. 4: 376. AE. 1: 26, 56, 126, 176, 250, 281, 382, 412, 419, 453, 509, 653, 701, 744, 2, 81, 140, 166, 268, 512, 801, 3, 12, 67. 113, 279, 334, 349, 366, 386, 392, 443, 444, 445, 540, 578, 4: 56, 59, 167, 427, 682. 5. 4. 45, 112, 145, 269, 411, 560, 6. 72, 74, 216, 224, 274, 304, 633, 732. 7: 563, 601, 712. 8: 51. 275, 322, 330, 564, 600, 698, 710. 9: 7. 584. 618. 710, 10: 13, 76, 245, 174, 175, 11, 143. 306, 502, 682, 743. 787, 12: 7, 603.

Antiquitatis libris. AE. 8. 128.

Caleno. AE. 9:53.
libris ad Ciceronem G.1,11. AE. 5.409,
libro 3: E.2: 63. AE.12;139.
libri Rerum Divinarum. G.1: 315. AE. 1. 134.6: 36.
primo. 6; 703.
ſecundo; 1. 386. 3:148, 257. 8: 363.
lib.v.1:46.4: 219.G.4:265.AE.2: 512.
libro quarto decimo. AE. 12. 139
lib. X XVII.2.225.
in libris de Familiis Trojanis; 5;704.
in libris de Gente populi Romani.. G.3: 18.
AE.6:760.7:176.657. 9:603.
in libris de Gradibus 5,412,
Georgica G.1,43,
de lingua Latina ad Ciceronem G.1,75 Æ,1,509,
in libris Logiſtoricis 5,80,11,97.
in Ludis theatralibus 10,894,
Rerum humanarum.2, 636, 3, 3,167,8,276.9,606,12, 120.
libro Mirabilium. G.3,113,
de Ora martima lib,1,AE.1,112, 5,19,
De Pudicitia. 4,45,
Epiſtol. Quæſtion.G.1,43,
libro primo operis Ruſtici.4,63,
de Scenicis Originibus, vel in Scauro G.1,19,
de Sæculis. AE. 8,526,
De Vita pop. Romani. E.7.33, AE.1,730,
VARRO ATTACINUS. G.3. 175,AE. 10,396.
VARUS & TUCCA.AE.4,436,
VARUS ALFENUS Juris conſultus; verum etiam carmina quædam ſcripſit, E.9,45,
VERRIUS FLACCIUS. AE. 7.53,8,203,11,143,
VICTORINUS. G.4,373,
VIRGILIOMASTIX. E.2, 22, AE,5,521,
VITRUVIUS de Architectonica. AE.6,43,
URBANUS G. 2, 424, AE. 4, 384,469,548,624,5,493,517, 6,609,7, 556,9,390,10,661,
XENOCRATES.AE,7,204,
XENOPHON in Paedia Cyri AE.1,48,
Liber Oeconomicus,1,43,

V. Editiones Virgilii jam referre animus eſt non ſane omnes, ſed potiores, atque initio eas, quæ commentaria veterum adjuncta habent. Princeps editio cum *Mauri Servii Honorati* (*a*) Gram-

(a) Inter editiones Servii dici non poteſt quanta ſit varietas; cæteris vero facile præſtant duæ Pariſienſes, una Rob. Stephani, atque altera Petri Danielis. Quamquam neque in his ut ut minus contaminatis, neque in Franciſci Modii neque in alio, qui hodie exſtant, quocunque, vel integrum vel ſincerum ſe Servium legere perſuaſi ſunt viri docti, ſed jam truncatos ejus commentarios, jam recentiorum Grammaticorum obſervationibus interpolatos. Vide Tan. Fabri lib. 1. Epiſt. 61. Illuſtris Gisb. Cuperi Obſervationes p. 202. Jo. Clerici V.C. artem Criticam T. 1. p. 37. Barthii ad Statium T.1.p.1386. Hic porro eſt Servius, qui in Macrobii Saturnalibus colloquens inducitur, & de cujus aliis quibusdm ſcriptis dicam infra libro IV. inter Grammaticos. Lapſus quosdam Servii annotarunt Philippus Beroaldus juſto

Grammatici commentariis prodiit Venetiis 1475. fol. memorata Labbeo Bibl. nov. MSS. pag. 340. qui pag. 342. etiam veterem Servii editionem ſine contextu Virgilii commemorat, eam credo innuens, quæ vulgata Ratisbonæ eſt A. 1471. fol. Hinc Virgilius una cum Servio excuſus Venet. 1482. fol. Venetiis 1492. in ſecundam, ut habet titulus, Donati editionem, & 1497. fol. Norimb. 1492. fol. Argentorat. 1502. fol. Pariſ. 1507. & 1515. fol. apud Badium Aſcenſium & Lugd. 1517. fol. Venet. 1507. 1520. 4. additis Tib. Donati, Chriſtoph. Landini & Domitii Calderini notis, itemque Mancinelli, Auguſtini Dathi, &c. Cum Servii commentariis, antiquorum exemplarium ope integritati ſuæ reſtitutis, Pariſ. apud Rob. Stephanum 1532. fol. perquam nitida editio, caſtigationes & notas Jo. Pierii Valeriani eruditiſſimas in Virgilium habens adjunctas, quæ ſeparatim prodierunt Rom. 1521. & apud Rob. Steph. 1529. fol. Ex recenſione Jo. Baptiſtæ Egnatii Veneti, Virgilius, Servii commentariis illuſtratus, apud Jo. Walderum, Baſil. 1534. 4. qui vetuſto præterea exemplari uſum ſe eſſe ſignificat. Cum Probo & Servio, Venet. 1534. 8. apud Alex. Vellutellum. Editio Pariſienſis 1541. 4. cum Servii commentar. Cum Servii & *Tiberii Claudii Donati* (*a*) commentariis, ex recenſione Georgii Fabricii, additis Jo. Hartungi in Æneidem annotationibus, Baſil 1551. fol. Idem Fabricius Indicem ſcriptorum à Servio allegatorum præfixit. Editio Veneta A. 1562. fol. 1574. fol. cum notis Servii & varior. Cum Commentariis Servii & Donati ex editione G. Fabricii, *Probi* (*b*) præterea Grammatici antiqui in Bucolica & Georgica, notis item recentiorum Pomponii Sabini, Phil. Beroaldi, Jo. Hartungi, Jodoci Willichii, G. Fabricii, Bonfinis, Jo. Lud. Vivis, Cœlii Rhodigini, Adriani Barlandi, Scoppæ, Conſtantii, Campani, Crucii & aliorum Baſil. 1561. 1575. 1586. fol. & curante Ludovico Lucio, ibid. 1613. fol. Virgilius & in ea Servii Commentarii ex antiquiſſimis exemplaribus longe meliores & auctiores è Bibliotheca *Petri Danielis:* acceſſit *Fabii Planciadis Fulgentii* libri de con-

 tinentia

ſto ferme opuſculo (dum pæne adhuc puer eſſet, ut notat Hieron. Magius lib. 1. Miſc. cap. 2.) & Bochartus parte 2. Geographiæ ſacræ lib. 2 c. 10. ubi Punica Servii ad examen revocat. Nonnulla eius loca emendavit ac reſtituit laudatus Cuperus libro ſecundo Obſervationum & Tho. Munkerus ad Mythographos latinos.

(a) Hic Donatus (Aelio Donato junior) commentarios iſtos ſcripſit ſenex in uſum filii ſui Tiberii Claudii Maximi Donatiani. Idem auctor eſt vitæ Virgilii, qui ut Voſſio VI. 2. Inſt. Or. videtur, vix Lucilianum illud meritus eſt elogium: *Sarcinatorem eſſe ſummum, ſuere centonem optime.*

(b) Non videntur ſcholia hæc eſſe M. Valerii Probi qui ſub Nerone vixit, licet neutiquam ſint pro illa brevitate contemnenda; ſed vel Probi illius, quem lau-

tinentia (*a*) Virgiliana, Chalcidio Grammatico dicatus, auctior è MSS. Codd. item *Junii Philargyrii* (*b*) commentariolus in Bucolica & Georgica Virgilii ad Valentinianum. Pariſ. 1600 fol. Præter vitam Virgilii brevem proſa ſcriptam à Servio, & alteram prolixiorem auctore, ut creditur, *Donato*, præmittitur & tertia à *Foca* (*c*) Grammatico urbis Romæ ſcripta verſibus Hexametris, ſed mutila. Subjiciuntur denique loca multa Servii in 1. & 2. Æneidos reſtituta & locupletata ex inſigni MS. Codice Fuldenſi. Repetita hæc editio Genevæ 1610. 1620 & 1636. 4. Cum commentariis Servii (ex Salmaſii & Nic. Heinſii Codd. caſtigati, ſed haud ſane integri.) & variorum, curante Cornelio Schrevelio, Amſt. 1646. 4. Cum notis integris Servii, Philargyrii, nec non Pierii variis lectionibus, & ſelectis annotationibus Donati, Probi, Nannii, Sabini, Germani, Cerdæ, Taubmanni aliorumque, quibus accedunt Obſervationes Jacobi Emeneſſii, & index luculentus Valerii Erythræi per Anton. Mariam Baſſum Cremonenſem libris & verſibus accomodatus, inſertis quos Baſſus omiſerat Erythræi notis, Lugd. Bat. & Amſt. 1680. tribus vol. contextu Virgilii ex edit. Nic. Heinſii caſtigato.

VI. Editiones præcipuæ ſine commentaris veterum, per recentis ætatis viros doctos recenſitæ atque illuſtratæ hæ fere ſunt: * Venetæ 1470., & 1472. fol. cui catalecta primum acceſſere,

laudat Lupus Ferrarienſis Epiſt. 20. & 34. vel ex M. Val. Probo aliiſque excerpta: Confer quæ de Commentariis in alios Poetas Probo tributis Barthius p. 514. ſeq. Adverſar.

(a) *Continentia Virgiliana* hoc loco notat περιοχὴν ſive argumentum Virgiliani poematis ſi moraliter vel allegorice exponas. In Vaticano Codice viri docti teſtantur hanc ſe reperiſſe inſcriptionem: *Fabius Placius de Fulgentio Moralis expoſitio Virgiliana continentia*. Prima editio hujus libelli eſt, quam A. 1589. Hieron. Commelinus dedit ex officina Sant. Andreana in 8. ſubjecto *Junii Philargyrii* veteris Grammatici in Bucolica & Georgica Virgilii commentariolo, *Fulvii Urſini* caſtigationibus in *Servium* ad Virgil. Velio Longo de Orthographia & Caſſiodori de Orthographia libro, cum caſtigationibus Commelini, qui in Longo emendando fatetur ſe adjutum opera Franciſci Junii. Fulgentii libellum eodem anno cum Hygino aliiſque Fulgentii (de quibus infra lib. IV.) ſcriptis & Albrico iterum edidit Commelinus in 8. Denique Tho. MuncKerus V. C. notis ſuis illuſtratum recudi fecit inter Mythographos latinos Amſtelodami. 1681. 8.

(b) Barthius XIX. 2. Adverſar. verum hujus nomen fuiſſe contendit *Pilargurum*, occurrens inter ſervilia in teſſeris vulgatis ab Aldo & illuſtratis à Pignorio lib. de ſervis & Thomaſino de teſſeris hoſpitalitatis. Mentio tamen etiam Perſannii Philargyrii apud Iſidorum Hiſpal. lib. 1. Orig. cap. 21. Itaque nolo nomen auctoris ſollicitare, cujus brevia & erudita ſcholia neminem legiſſe pœnitebit. At in Jo. Hallervordi Bibliotheca curioſa p. 224. ubi Junii Philargyrii notæ ad Catonem Varronem & Columellam de re ruſtica memorantur excuſæ Rom. 1587. 8. pro Junio Philargyrio Fulvii Urſini nomen reponendum.

(c) Hujus Focæ ſive Phocæ artem inter Grammaticos edidit Putſchius p. 1683. ſeq.

ceſſere, repetita etiam in Virgilio excuſo Venetiis 1475. fol. & 1473. fol. *in alma urbe Roma --- non atramento, plumali calamo neque ſtylo æreo, ſed artificioſa quadam adinventione imprimendi ſeu characterizandi opus ſic effigiatum eſt ad Dei laudem induſtrieque eſt conſummatum per Udalricum Gallum & Simonem de Luca, M.CCCC.LXXIII. die IIII. Novemb. Sixti quarti tertio*; Tum Mediolanenſis 1474. fol. per Philippum de Lavagna. Hujus & Venetæ A. 1472. (quæ ambæ aſſervantur in Bibl. illuſtriſſimi Comitis Sunderlandiæ) Varias lectiones nuper V. C. Mich. Maittaire, ſubjunxit Virgilio, quem Londini 1715. 12. à ſe recenſitum edidit. Exſtat quoque editio Veneta 1474. fol. per Nicolaum Jenſon, Gallicum. Virgilii Maronis Partheniæ opera omnia diligenter emendata & accurate impreſſa ab Antonio Zaroto Parmenſi Mediolan. 1476. fol. fuere cum notis MSS. *Jani Parrhaſii*, Neapoli in Bibl. Joſephi Valettæ. Pariſiis 1478. fol. per Udalricum Gering. & Parmæ 1479. fol. impenſa & opera Andreæ Portiliæ. Editio Aldina 1501 8. primus liber eorum quos typis ut vocant Italicis currentibus Aldus impreſſit. Vide Novellas Reip. litterariæ præſtantiſſimi viri Jacobi Bernhardi, A. 1704. menſe Majo p. 521 * Literas ſculpſit Franciſcus Bononienſis. * Virgilius cum argumentis *Philippi Beroaldi*, Lipſ. 1503. fol. *Georgii Merulæ* in Virgilium opuſculum lectitatum à ſe laudat Franciſcus Philelphus lib XIX. Epiſt. pag. 128. De ineditis *Petrarchæ* in Poetam notis vide Diarium Venetum, Giornale de' letterati d'Italia Tom. IX. 143. Codex Maronis, reſperſus annotatis manus Petrarchæ, ſervatur in Bibl. Ambroſiana, Mediolani: teſte celeberr. Montfaucono p. 20. Diarii Italici. Virgilii Æneis excuſa Lipſiæ A. 1505. apud Jacobum Thanner ſive Abiegnum, Herbipolenſem, commendatur hoc tetraſticho Gregorii Laticephali de Konitz:

Hoc opus Abiegenus vir doctus in arte Jacobus
Abſolvit nitidum, Lips ubi pulcra nitet.
Lips urbes vincit ſtudiis doctiſſima cunctas,
Hic totas ſedes diva Minerva tenet.

Editiones Aldinæ A. 1505. 1514. 1527. 8. * Hæ Catalecta etiam habent adjuncta, ut monuit me V. C. Chriſtianus Schœtgenius. Georgica, excuſa Daventriæ 1514. 4. cum commentario Hermanni Torrentini. Virgilius Venetiis apud Bernhardum Stagnium, 1531. 12. editio Pariſina 1539. 4. Rob. Stephani 1540. 8. & 1549. forma minore. Ex caſtigatione Antonii Goveani, Lugd. 1542. 8. apud Seb. Gryphium. * Cum notis Melanchthonis & Chriſtoph. Hegendorphini. Mogunt. 1554 8. Virgilius innumeris locis ad veterum P. Bembi & A. Naugerii exemplarium fidem caſtigatus, Venet.

Venet. 1552. fol. Editio Paulli Manutii, 1558. 8. Cum ſcholiis Melanchthonis, & Culice ex P. Bembi recognitione, Lugd. 1537. 8. Jul. Pomponii Sabini commentar. in Virgilium, Baſil. 1544 8 Lamberti Hortenſii Monifortii, Baſil 1559. 1577. 1596. fol. cum Naſcimbæno Naſcimbænio in ſex libros Æneidos priores. * Cum notis Melanchthonis & aliorum, Tiguri, 1564. 1570. 8. *Nic. Friſchlini* Commentarius in Virgilium *Ioannisque Pricæi* notæ, quas prælo paratas habuit, & *Petri Petiti* in Georgica, non viderunt lucem. *Joachimi Camerarii* prælectiones MSS. in Virgilium latent Norimbergæ apud V. C Godfridum Thomaſium. *Achillis Statii* notas in Virgilium, ſed itidem ineditas adhuc, memorat Andreas Schottus in Bibil. Hiſpaniæ pag. 484. P. Gabiæ variæ lectiones, Brixiæ 1565. 8. Sebaſt. Corradus in lib. 1. Æneidos, Florent. 1555. 8. Bonon. 1563. 8. Franciſcus Robortellus edente J Baptiſta Busdrago, Lugd. 1543. 8. Florent. 1548. 8. In librum tertium Hadr. Junius; in librum IV. Petrus Nannius Lovanii 1544. 4. * *Franciſci Robortelli* in librum I. Æneidos, *Hadr. Junii* in tertium, *Petri Nannii* in quartum, *Hadr. Barlandi* in alios laudantur in Hadr. Junii Epiſtolis p. 7. Petrus Nannius in Bucolica, Baſil. 1559. 8. Mich. Barthius, id. 1570. 8. Lud. Vives, 1509. 8. Rich. Gorræus, Lugd. 1554. 8. L. Kulmannus & Eobanus Heſſus, Colon. 8. Joach. Camerarius, Argent. 1555. 8. Melanchthon & Steph. Riccius, 1568. 8. Jod. Willichius, Baſil. 1539. 8. Jo. Stigelius, Mulhuſ. 1574. 8. Herm. Torrentinus Antverp. 1548. 8. & Seb. Macer, Leſnæ 1642. 8. Petrus Ramus in Bucolica & Georgica, Pariſ. 1572. 8. Francof. 1578. 8. Eobanus Heſſus, Hagenoæ 1529. 8. In Georgica Herm. Torrentinus, Colon. 1500. Benedictus Cerutus, Veron. 1598. 8.

Virgilius è *Theodori Pulmanni* emendatione Antverp. 1561. 8. & 1564. 12. addito *Maphæi Vegii* Laudenſis libro, quem veluti *decimum tertium* Æneidi ſubjunxit, & appendice variorum Poematum & carminum veterum Virgilio à nonnullis tributorum. * *Chiſtophori Landini* commentarius ſive allegoriæ in Virgilium exſtat in editionibus Baſil. fol. Virgilius *Germani Valentis Guellii*, Antv. 1575. fol. una cum commentario & appendice Virgiliana Joſ. Scaligeri notis illuſtrata. * *Germani Valentis Guellii*, Præſulis Pimpontini notas ad Virgilium paſſim laudat Cerda, & ſummi judicii Virum vocat ad Eclog. VIII. 85. laudat etiam Jo. Robertus in animadverſionibus juris civilis lib. 2. c. 1. pag. 138. Cum ſcholiis *Joannis à Meyen*, Bergizomii Belgæ ad Vinc. Gonzagam Principem Mantuanum, Venet. 1580. 8. apud Aldum Paulli F. & Francof. 1629. 1664. 8. Cum notis Georgii Bersmanni, Lipſ. 1581.

Serve-

Serveſtæ 1586. Lipſ. 1596. 1616. 8. Ex caſtigatione G. Fabricii, Lipſ. 1591. 8. Virgilius à Pulmanno correctus, una cum Paulli Manutii notis ad Homeri loca, quæ Virgilius imitatus eſt, & G. Fabricii obſervationibus, Antvv. 1566. 1580. apud Plantin. & Lugdun. Bat. 1596. ap. Rapheleng. 8. Cum *H. Stephani* ſcholiis 8. atque iterum 1583. & 1599. 8. tertia editio apud Paullum Stephanum, addita H. Stephani diatriba de delectu in diverſis apud Virgilium lectionibus adhibendo. Vide etiam ejuſdem H. Stephani diſſ. de Criticis, Pariſ. 1587. 4. Virgilius è MS. Carpenſi recenſitus cum notis Paulli Manutii, Venet. 1583. 8. Steph. Riccii in libros AEneidos, Wirteb. 1588. 1593. 8. in Bucolica, Germanica interpretatio, 1589. 8. Nic. Friſchlini paraphraſis Bucolicorum, Georg. & AEneidos Virgilii, Francof. 1602. 8. Editio Virgilii Commeliniana, A. 1603. 8. ex antiquiſſimo *MS. Palatino*, ſed haud optima fide vulgata, ut notat Allatius p. 58. ad antiquitates Hetruſcas. * Eam tamen correctiſſimo indice ornatam laudat Barthius ad Statium T. 1. p. 258. Alberici Gentilis lectiones Virgilianæ in Bucolica, Hanov. 1603. 8. Tarquinii Gallutii Virgilianæ vindicationes, Romæ 1621. 4. Virgilius cum argumentis, paraphraſi ſive explicatione & commentario luculento *Jo. Ludovici de la Cerda* è Soc. Jeſu, fol. tribus vol. Lugd. 1619. atque iterum Coloniæ 1628. & 1647. * Bucolica & Georgica cum *Cerdæ* commentario lucem primum viderunt Madrit. 1608. fol. & in ſex priores AEneidos libros 1612. & in ſex poſteriores 1617. fol. Cum commentario eximio *Jac. Pontani*, ex eadem Soc. Aug. Vindel. 1599. fol. & Lugd. 1604. fol. qui in calce voluminis adjunxit paraphraſin librorum trium primorum & trium poſtremorum AEneidos. Cum *Nic. Erythræi* Veneti ſcholiis, & indice præſtantiſſimo omnium verborum rerumque & diatriba de licentia ac diligentia carminis Virgiliani, Francof. 1583. 8. 1613. 8. editio à plurimis nævis per Jo. Obſopœum, & Frid. Sylburgium perpurgata. * Sed ante prodierat Venet. 1555. 8. deinde Hanov. 1608. 8. Index ille ad paginas editionis accommodatus eſt in Erythræi editionibus. Sed ad numeros librorum verſuumque, adeoque ad quamcunque editionem aptatum ſeparatim edidit *Antonius Maria Baſſa* (non Baſſus, ut excuſum eſt in Ephemeridibus literariis Germanicis editis Lipſiæ A. 1710. p. 886.) Cremonenſis Venet. 1586. 8. & apud Gommelin. 1601. 8. atque ad calcem Virgilii cum notis Servii, Farnabii & Variorum Lugd. Bat. 1680. 3. Vol. 8. & ad calcem editionis in uſum Delphini. Sed obſervationes ab Erythræo paſſim indici inſertas Baſſa malo conſilio omiſit; ſunt enim lectu dignæ & eruditiſſimæ, ut adeo Octavius Ferrarius vir & ipſe eruditiſſimus in Epiſtolis p. 132. vere ſcri-

ſcripſerit, Indicem illum Virgilianum plus doctrinæ in receſſu habere, quam in fronte pollicetur. Integer itaque index ille iterum exhibetur in præclara editione Virgilii Maſviciana. Cum commentario inſigni *Frider. Tubmanni* Francof. 1618. 4. in qua editione Culicem etiam & Cirin doctis annotationibus illuſtratos habes, quæ duo poemata à pleriſque aliis omittuntur.

Pauli Benii Engubini in Virgilii AEneidem commentarius, Venet. 1623. fol. *Nic. Abrami* è Soc. Jeſu commentarius in AEneidem, Muſſiponti 1632. 8. Toloſæ 1633. Rothomagi 1637. Toloſæ 1644. Rothomagi 1648. 8. *Jo. Weitzii*, Francof. 1647. 8. * *Barthol. Moraviæ* Lucullianæ quæſtiones. Baſil. 1659. Joſephi Seitzii clavis AEneidos, itinera AEneæ tabulis reſerans, Halæ Svevor. 1657. 4. Jod. Willichii Chronologia in AEneidem, Francof. 1551. 8. Melch. Laubani Analyſis AEneidos, laudata M. Frid. Wendelino in inſtitutionibus Logicis. Vide Tho. Crenii partem IV. animadverſ. p. 10. Seb. de Matienzo commentationes ſelectæ in AEneidem Lugd. 1662. 4. Virgilius ex *Dan. Heinſii* recenſione perquam nitide apud Elzevir. Lugd. Bat. 1636. Amſt. 1652. & *Nic. Nic. Heinſii* 1664. 1671. 12. Et majoribus typis Pariſ. 1641. fol. è typographia Regia. * Nicolaus Heinſius *elegantiſſimus Muſarum amaſius in ſua Virgilii editione* (Anni 1676. Amſt. recuſa 1688. 12.) *Medicei Codicis orthographiam in accuſativis tertiæ declinationis modo per IS, modo per ES locupletiſſime expreſſit* (nam per EIS (*a*) non videtur Auguſteæ ætatis) *quamvis ut verum fatear, frequentes eoſdem accuſativos ſecus ac in laudato MS. leguntur extulerit, quod tamen amanuenſis incuriæ deputandum cenſeo.* Hæc illuſtriſſimus Noriſius Cenotaph. *Piſan.* diſſ. IV. *§.* 2. pag. 459. Similiter in Horatio circa eandem orthographiam, licet plerumque diligentius obſervatam, etiam peccatum aliquando ab eruditiſſimo Bentleio notavit Clariſſimus Burmannus præfat. ad Horatium A. 1713. minori forma editum. Hoc laudato Burmanno curante Nic. Heinſii Virgilius prælo iterum ſubjectus eſt A. 1704. 12. Commentarios vero, quos in Maronem parabat idem Heinſius Poetarum Latinorum, ut Bentleio (*b*) audit, ſoſpitator unicus, non vidiſſe lucem, dolebunt mecum omnes harum litterarum ſtudioſi. Cum notis poſthumis, *Jo. Henrici Boecleri*, qui Virgilium è *Codice Argentoratenſi* recenſuit, Ulm. 1698. 8. Cum notis eruditis *Tan. Fabri*, Salmur. 1675. 12. Cum ſcholiis brevibus ſed perquam utilibus *Tho. Farnabii*, Lond. 1634. 8. Amſt. 1642.

(a) Idem Noriſius pag. 460. 463.
(b) Pag. 52. ad Horatium.

1642. 12. Lipſ. 1702. 12. &c. Cum ſcholiis *Jo. Minellii* Roterd. 1674. 1697. 12. Hafn. 1698. 8. Herborn. 1700. 8. Et *Chriſtiani Junckeri* V. C. Lipſ. 1703. 8. Præmiſit vitam Virgilii à Donato ſcriptam, cum caſtigationibus J. Fr. Gronovii, & alteram *Poetæ vitam deſcriptam per Conſules* à Carolo Rueo. Cum notis integris Farnabii & variorum, opera & ſtudio Cornelii Schrevelii, Lugd. Bat. 1652. 1666. 8. In uſum *Delphini*, curante *Carolo Rueo S. J.* Pariſ. 1675. 4. Lond. 1686. 8. Amſtel. 1690. 4. & ſecundis curis A. 1692. 4. textu etiam è Nic. Heinſii caſtigatione emendato. Hæc ſecunda editio recuſa eſt Lond. 1695. 1707. 8. * & Venetiis (*a*) 1713. 4. & cum indice emendatiore Pariſ. 1714. 4. & quatuor tomis in 12. Rueus perinde ut in aliis Poetis ac ſcriptoribus Galli fecerunt, præter notas & indicem omnium verborum, utiliſſimo inſtituto *interpretationem paraphraſticam* adjecit, qualem expoſitionem in omnia Virgilii pridem confecit Nicod. Friſchlinus, & in tres primos totidemque ultimos, A Eneidos libros Jac. Pontanus è Soc. Jeſu.

Denique è Codd. MSS. pæne triginta iiſque antiquiſſimis Virgilium de integro recenſuit *Nic. Heinſius*, Amſt. 1676. 12. quæ caſtigatiſſima eſt editio viri de Poetis latinis eorumque principe præclariſſime promeriti. Dicata eſt Reginæ Svecorum Chriſtinæ. Sed exemplo quod Regi Chriſtianiſſimo editor obtulit, hoc præfixit tetraſtichon:

Grandiloquum tueare precor Rex Maxime Vatem;
Cui nihil æquandum Roma canore tulit.
Tangere ſi dias fas eſt mortalia laudes
Carmina, debuerant bis tua bella cani.

Editio Virgilii luculenta Cantabrigienſis ad optimor. exemplarium fidem A. 1701. 4. cum diſſertatione Critica * debetur *Henrico Laugthono*, Bibl. publicæ Cantabrigienſis præfecto. Pariſiis A. 1707. minore forma apud Muſierium Virgilius ſingulari ſtudio emendatus. Rothomagi A. 1711. apud Lallemantium (*b*) cum notis ſelectis Abrami, Farnabii, Juvencii, & aliorum, omniumque verborum indice. Ex *Michaelis Maittaire* recenſione (*c*) Lond. 1715. 12. *Guil. Binaldi* editio cum vocum differentiis ad faciliorem intelligentiam (*d*) per accentus notatis, Dublini & Amſt. 1716. 12. *Benedicti Averanii* diſſertationes XLV. in varia Virgilii loca, (*e*) Tomo ſecundo Operum Averanii junctim excuſorum Florentiæ 1716. fol.

Gal-

(a) Giornale de' letterati d'Italia T. XV. p. 471.
(b) Mem. de Trevoux 1711. pag. 1678. & 1707. pag. 1488.
(c) Bibl. ancienne & moderne de Mr. le Clerc. Tom. IX. pag. 108.
(d) Id. T. V. pag. 159 & Nouvell. de la Rep. des lettres A. 1716 pag. 458.
(e) Giornale de' letterati d'Italia T. XXIV p. 433. Bibl. ancienne & moderne T. XII p. 181.

Gallicis verſibus Virgilium pridem, atque Crucimanio pag. 296. Bibl. Gall. judice non infeliciter *(a)* reddidit *Ludovicus Maſurius* Nervius, quæ ejus Metaphraſis excuſa Pariſiis, & Lugduni 4. &c. *Octavianus* item *de Sancto Gelaſio* Pariſ. id. 364. Gallica verſio *Roberti* & *Antonii Cevalieriorum* *(b)* fratrum lucem vidit Pariſ. 1582. 4. Liber IV. & VI. AEneidos ex metaphraſi *Joachimi de Bellay* Pariſ. 1561. 4. cum Didonis querela ad AEneam ex Ovidio, & morte Palinuri ex V. AEneidos, & vale Muſis dicto ex Buchanano. *Michaelis Marolleſii* Virgilius gallica proſa primum prodiit ibid. 1649. fol. cum commentariis, indice Geographico & compendio Originum & Hiſtoriæ Romanæ à regno Jani uſque ad Auguſti tempora, libris tribus. Deinde Pariſiis 1662. 8. tribus vol. *Æneis* Gallicis donata verſibus & obſervationibus illuſtrata à Perrino. Pariſ. 1658. 4. & 1634. 8. 2. vol. *Jo. Renaldi Segræſii* poetica Metaphraſis AEneidos, quæ inſignem præfationem præmiſſam habet, ac edita eſt Pariſ. 1668. 4. Amſterod. 1700. 2. vol. omnibus aliis præfertur ab Evremonio Tom. 3. Operum Miſc. edit. Amſtelod. pag. 191. Ex ejuſdem Segræſii tum adhuc inedita Metaphraſi Georgicorum, quam vivus in lucem edere auſus non fuit, *(c)* ſpecimen productum eſt in Memoriis literariis Trevoltinis A. 1708. pag. 1776. laus vitæ ruſticæ, in extremo libri 2. Deinde tota illa metaphraſi poſtuma vidit lucem A. 1711. de qua in iiſdem memoriis A. 1711. pag. 1474. Librum IV. AEneidos Gallica proſa vertit *Tertræus*, in quam hoc exſtat tetraſtichon Nic. Borbonii pag. 116. poematum:

Ridebam quæ ſunt de me mentita Maronis
Carmina, carminibus jure neganda fides.
En alius noſtrum renovat ſermone pedeſtri
Dedecus, & Gallis ſomnia blanda refert.
Heu vereor graviora meo ne damna pudori
Hiſtoriæ ſimilis jam ferat ille labor.

Georgica Gallico carmine pereleganti tranſtulit poſt Segræſium & *P. de la Rue*, Voiturii propinquus *Martinius*, quæ poſt auctoris fata vidit lucem Pariſ. 1708. 8. Eodem anno Eclogas Virgilii proſa Gallica eleganti cum notis Criticis & Hiſtoricis, ingenioſis certe, ſi non uſquequaque ſcopum ferientibus, emiſit in lucem *P. F. Catron* S. J. Pariſ. 1708. 12. ſubjecta vita Poetæ ſcripta latine à Ti. Claudio Donato ad filium Tiberium Claudium Maximum Donatia-

(a) Fort heureuſement.

(b) Robert & Antoine Chevaliers, Sieurs d'Aigneaux *traduiſirent en François avec aſſez d'elegance pour leurs temps les oeuvres d'Horace & de Virgile.* Melanges Hiſtoriques Amſt. 1718. 12. p. 74.

(c) Mem. de Trev. 1708. pag. 1771.

tianum, cui merito plurimum tribuit. Idem Catrovius deinde eundem in modum metaphraſi Gallica proſaria notiſque ac diſſertationibus illuſtravit Pariſ. 1716. 12. ſex voluminibus. *Hiſtoire Critique de la Rep. des lettres Tom. X. pag.* 383. *Journal des Savans* 1708. *Avril. pag* 92. & *A.* 1716. *Aout pag.* 196. & *Sept. pag.* 261. *Memoires de Trevoux A.* 1708. *pag.* 841. & A. 1716. *pag.* 1297. & 1428. Eclogæ verſibus Gallicis *Richerio* auctore, prodierunt Rothomagi A. 1717. *Mem de Trevoux* 1717. *pag.* 814. *Europe ſavante A.* 1718. *Martio pag.* 70. Scarronii *Virgile traveſti* ſive AEneidos libri VII. verſibus Gallicis ludicris expoſiti Pariſ. 1655. 1667. Amſt. 1668. 12 Poſtremos quinque libros ſimili genere carminis nuper ſupplevit Jacobus Morellus Braſeus (Meſſire Jaques Moreau Chevalier Seigneur de Braſey Capitaine de Cavallerie dans le Regiment de Cuiraſſiers Eſpagnols du Comte de Louvigni) Amſterd. 1706. 12. Hoc inſtitutum indigne ferunt Menagius in Originibus Gallicis p. 141. & Franciſcus Vavaſſor libro elegantiſſimo de ludicra dictione p. 180. &c. Prætereo verſiones Malingrei, Martigniaci &c. Andreæ vero Dacerii interpretis feliciſsimi translatio nondum credo ad umbilicum perducta eſt. Voiturii Mataphraſin Georgicorum ineditam, verſibus compoſitam Gallicis memorat Vignolius Marvillius perſonatus ſcriptor parte I. Miſcell. Hiſtorico litterar. p. 44.

Italice, variis auctoribus, Hippoliti Medicei, Piccolominei, Jo. Pollionis Polaſtrini &c. Venet. 1568. 8. & cum commentariis B. Danielis, Venet. 1549. 4. * Bucolica verſibus *Italicis* reddidit *Evangeliſta* Foſſa Cremonenſis: AEneidos librum primum *Andreas d'Anguillara*, à quo optes cæteros libros ſimiliter expreſſos videre: librum ſecundum *Hippolytus Medices* Cardinalis, quartum *Lud. Martellus* & *Sertorius Quatromanus* Neapoli 1624. & cum aliis ejus ſcriptis 1714. 8. Octavum *Joannes Juſtinianus* Cretenſis, de quo Diarium Venetum Tom. XI. pag. 278. Metaphraſis Æneidos *Hercule Udino* interprete edita eſt Venet. 1600. 12. Alia variis auctoribus, cum commentariis haud contemnendis *Jo. Fabrini*, (*a*) *Caroli Malateſtæ* & *Philippi Venuti*. Venet. 1623. fol. Præclara *Annibalis Cari* interpretatio verſibus ſolutis (*b*) ſive ad homœotoleutorum obſervatione liberis lucem vidit etiam Romę 1608. 8. Patavii 1609. 1631. 12. *Theodori Angelucii*, (*c*) Neapoli 1649. 12. Barthol. Beverini, in Lucca 1680. 12. Omitto antiquam translationē Thomæ Cambiatoris Regienſis, quem Hetruſcarum interpretationum

(a) Laudat Rich. Simon T. I. Bibl. ſelectæ p. 345.
(b) Verſi ſciolti.
(c) Giornale de' letterati d'Italia T. XII. p. 282. T. XXII. p. 311. T. XXIV. p. 440.

tionum primum auctorem celebrat Jo. Maria Creſcimbenus in hiſtoria poeſeos Hetruſcæ patrio idiomate edita Rom. 1668. 4. p. 528. * Æneis octoſtichis Italicis donata ab *Alexandro Marchetti* viro præſtantiſſimo, adhuc MSta deliteſcit, cujus ſpecimen exſtat in Diario Veneto T. XXI. p. 248. Verſibus Italicis ludicra & maccaronica dictione AEneidem prodidit *Jo. Baptiſta Lallus*, Rom. 1634. Venet. 1635. 1651. 12. unde Paulus Scarronius anſam ſumſit Gallicis verſibus maccaronicis idem tentandi, & meliori etiam, ut urbanis & doctis videtur, cum ſucceſſu. Vide Menagiana Tom. 3. pag. 145. & Naudæi dialogum Maſcurati & S. Angeli &c. Hiſpanice quoque Toleti 1648. 4. prodiit *Virgilio deguiſato, o l' Eneido burleſco en langue Guaſconne del Sr. de Valles de Montech*. Et carmine Belgico ludicro per W. V. Fockenbrog. Hujuſmodi dictione ludicra ſive maccaronica, ut obiter id attingam, primus apud Italos uſus eſt Theophilus Folengus ſub Merlini Coccaji nomine: nam perinde ut Fidentianus phraſin latinam voceſque per jocum immiſcuit idiomati Italico, ſic ille verba Italica & phraſes Hetruſcas latinæ inſeruit compoſitioni, quod deinde Galli, Belgæ, & aliæ nationes ſunt imitatæ. Illud ſcribendi genus aſpernatur Boilæus in Arte Poetica carmine 1. & multis reprehendit Franciſcus Vavaſſor in libro politiſſimo ac pererudito de ludicra dictione. Verum ſi otioſis hominibus placet ridere, ita etiam moveri riſum quid vetat?

Polonico carmine Nicolaus Cochanovius.

Hiſpanice Las obras de Virgilio traducidas en proſa Caſtellana por Didaco Lopez de Alcantara. Pinciæ 1601. 4. Madriti 1614. 4. & cum notis Ulyſſipone 1627. 1650. 4. Valentiæ 1698. 4. Æneis à Gregorio Ferdinando de Velaſco, Toleti 1574. 4. & Compluti 1585. 8. A Chriſtoph. de Meſa, Madrit. 1615. 8. Eclogæ & Georgica eodem auctore, id. 1618. 8. Eclogæ à Jo. Ferdinando Idiaqueſio. proſa Caſtellana, Barcinone 1574. 8. Georgica à Joanne de Guzmann, Salmanticæ 1586. 12.

Anglice. Carmine per J. Ogilby Equitem, cum notis, Lond. 1649. 8. & 1654. 1668. 1673. fol. * Æneis ex metaphraſi egregia Joannis Drydenii Lond. 1709. 8. Nec hos tamen, nec ullos ut videtur alios ſatis dignos Virgilii interpretes habere nos judicat Guilelmus Nicols, quotquot vernaculis linguis feruntur, ita enim ille in poemate de literis inventis lib. V. pag. 324.

Dii prohibete boni, ne tanta inſcitia linguæ
Græcæ & Romanæ regnet in orbe diu,
Quanta per hos annos centum regnavit in illis &c.
Qui pro vatibus ipſis Virgilium Drydeni,

Mæo-

Mæonidemve legunt, peſſime Ogylbe, tuum.
Quorum ſcripta legens quoties puer ipſe viderem
Quam male ab his vates eſſet uterque habitus,
Sæpe, Maro, dixi, quantum mutatus ab illo es,
Romani quondam qui ſtupor orbis eras.
Si te ſic tantum voluiſſet vivere Cæſar,
Quam ſatius flammis te periiſſe foret!
Tu quoque, Mæonides, cujus dedit inclyta Muſa
Antiquis ducibus, non potuiſſe mori,
Si ſic ſcripſiſſes, potuiſſes forte videri
Non tam luminibus quam ratione carens.
Te nec Alexander tanto cumulaſſet honore,
Sed te juſſiſſet rex bonus ire foras.

Idem libro V. p. 220. faſtidium ſuum nimis delicatum fortaſſe & ἀρχαιοφιλον his etiam verbis teſtatur:

Carmina quæ veteres Græci aut ſcripſere Latini
Barbaricis rhythmis reddita nulla probo.

Georgica à Tho. Majo, Lond. 1628. 8. Scaronides, ſive libri duo primores AEneidos, carmine Anglico ludicro, Lond. 1664. 8. neſcio quo auctore. * *Scotica* interpretatio, facta circa A. C. 1512. ab Gavino Duglas, Epiſcopo Dunkeldenſi, vetuſtiori illius regni dialecto cum gloſſario ſcholiiſque verba ab uſu præſenti remotiora explanantibus, (*a*) prælo iterum ſubjecta eſt Edimburgi A. 1710.

Germanice præter Henricum von Veldeck Virgilius D. Murnero interprete, Argentorat. 1515. fol. AEneis ex illa veteri verſione, ſed paſſim interpolata, Jen. 1606. 8. Ex proſaria Bernhardi Melethræi, Conrectoris Hamburgenſis verſione, Hamb. 1644. 8. Ex interpretatione Jo. Valentini, Francof. 1660. 1697. 8. Georgica interpretatus proſa Germanica eſt Steph Riccius, Lipſ. 1571. 8. Carmine, Jo. Sprengerus, Auguſtæ Vindel. 1610. Francof. 1630. 4. Bucolica Fr. Calemus, Hall. 1648. 8.

* *Belgice*, ut veterem AEneidos verſionem Antverp. 1589. 8. vulgatam prætercam, Virgilius ex Jo. Vondelli Metaphraſi, Amſt. 1646. 4. & editio quarta A. 1659. 12. Bucolica à Jo. Vondello & W. van Foquenbrocht. Amſt. 1679. 8. & carmine ludicro W. U. FocKenbrog. Bucolica, & Georgica *Danico* reddidit carmine A. 1680. 8. Petrus Barous Ripenſis.

VII. Tempore Gellii adhuc Idiographum Virgilii oſtentabatur, ad quod provocat IX. 14. * Ad Autographum Virgilii provocat Valerius Probus apud Gellium XIII. 19. *Nam in primo*

R *Geor-*

(a) Journal literaire T. 1. p. 470.

Georgicon, quem ego librum manu ipſius Virgilii correctum legi; Supereſt & hodie præclarus Virgilii Codex MS. in Bibliotheca magni Hetruriæ Ducis, correctus manu Turcii Rufi Aſterii Aproniani, qui Conſul fuit A. C. 494. Confer H. Noris ad Cenotaph. Piſan. diſſ. IV. cap. 2. & Jo. Mabillonium de re diplomatica p. 354. ubi ſpecimen ejuſdem & inſcriptionem integram exhibet. * De Aſterio Aproniano, qui Codicem Virgilii Mediceum emendaſſe dicitur, vide Tillemontium in Hiſtoria Imperatorum, in vita Juliani cap. 18. Tom. IV. pag. 981. Cum Codice illo præſtantiſſimo Virgilii Mediceo, litteris ſcripto uncialibus ſive majoribus Romanis forma quadrata minori, ante mille ac trecentos amplius annos in membrana, Marquardus Gudius V. C. A. 1662. contulit Bucolica (incipit ab Eclog. VI. 47.) Georgica & partem AEneidos. Ex Codice Gudiano lectiones diligenter annotatas habeo, & hoc Achillis Statii Luſitani Epigramma ad Rudolphum Cardinalem Carpenſem, cujus ille Codex fuit, antequam in Bibliothecam Mediceam ad templum S. Laurentii inferretur:

Purpureos ſparge in frontem atque in cornua flores,
Albaque ter plenis lilia da manibus.
Namque vides ſæcli monumentum inſigne prioris,
Quo neque nobilius nec prius exſtat opus;
Felix ſorte ſua & vita Maro dignior, unum
Hoc ſupereſt de tot millibus archetypum.
Mæcenas ne tu cum re ſimul ipſe perires,
Arma feri juſſit militis eſſe procul.
Et tua, Rudolphi, quæ non oblitterat ætas
Ulla, piæ ſervant hæc monumenta manus.

Aliud MStum Virgilii volumen, quod mille annorum eſſe creditur, exſtat in Bibl. Vaticana, licet illius characteres ad Gothicos ductus accedentes, juniorem ætatem prodere videntur. Maximiliano Miſſono in itinere Italico p. 463. editionis Lipſienſis. * Alius Codex Virgilii, minus antiquus quidem, ſed tamen & ipſe eximiæ vetuſtatis, atque iconibus amœnis ornatus exſtat in Bibl. Vaticana, quas diligenter delineatas æri incidi edique curare voluit humaniſſimus & doctiſſimus Vir Jo. Carolus Schottus, (*a*) Sereniſſimi Regis Pruſſiæ ab Antiquitatibus & Bibliotheca, à quo Virgilium nummis & veteribus monumentis illuſtratum, ſed eheu incaſſum (*b*) exſpectavimus.

Ex antiquis Grammaticis Virgilium illuſtraverat Alexander quidam artigraphus, Aruſianus Meſſus, AEmilius Aſper, L. Annæus

(*a*) Journal des Savans 1708. Octobr. pag. 117.
(*b*) Obiit vir clariſſimus Berolini 12. Dec. 1717.

Annæus Cornutus, Carminius, Aruntius Celſus, Flavius Caper, Grillius, Julius Hyginus, Martius Salutaris, Octavius Avitus, Q. Aſconius Pedianus, Pius, M. Valerius Probus, Rufus Apronianus, Scaurus & Velius Longus. In Georgica ſcripſerat etiam M. Antonius Gnipho. Sed horum omnium lucubrationes perierunt, perinde ut Calvi & Julii Titiani Rhetorum, qui controverſiarum materias è Virgilio petierant, vel Avieni qui Virgilium verſibus Jambicis latinis reddidit. Vide Catalogum ſcriptorum quem Servio ſuo Georgius Fabricius præmiſit, & Barthium LXVII. 14. Adverſar.

Perierunt etiam Virgilii ipſius nonnulla, ſed his non accenſendum *Scylla* poëma, quod laudat Seneca Epiſt. XCII. Illud ipſum enim eſt quod Ciris inſcribitur, ut ſtatim dicam infra cum ad illud pervenero. * Servius in Eclog. III. 20. rem nuſquam lectam incerta fide à quibusdam tradi narrat, quod Varus (Donato in vita Virgilii *Varius*) tragœdiarum ſcriptor tragœdiam (*Thyeſten* idem Donatus *(a)* appellat) pro ſua recitaverit, quam uxor, quam habebat Varius literatiſſimam, marito tanquam à ſe ſcriptam dedit ſcilicet, ſed à Virgilio illa acceperat.

VIII. Refertur præterea ad Virgilium veluti auctorem *Culex*, dicatus Octavio Auguſto Imp. Poëma Heroicum venuſtum & jucundum, quod ſenem Virgilium luſiſſe putabat Joſephus Scaliger, etſi Papinius in Epiſtola ad Stellam adoleſcentis potius proludium fuiſſe innuit, cui ſententiæ favet etiam Martialis VIII. 56. Emendavit Culicem Virgilii P. Bembus laudatus P. Victorio XIV. 5. var. Lect. Poſt Bembum P. Pithœus in Poëmatum veterum editione. Notis illuſtrarunt Joſ. Scaliger & Frid. Lindebrogius in appendice Virgilii, & in Virgilio ſuo Frid. Taubmannus. * *Culex* Virgilio tribuitur à Martiali XIV. 185.

Accipe facundi Culicem, ſtudioſe, Maronis,
Ne nugis poſitis arma virumque canas.

Statius Genethliaco Lucani v. 74. lib. 2. Silv. 7. à juvene ſcriptum innuit:

Hæc primo juvenis canes ſub ævo
Ante annos Culicis Maroniani.

Confer Barthii notas Tom. 1. pag. 259. Culex, quod poëma admodum inquinatum & vitioſum ad nos perveniſſe notant viri docti, cum Petri Bembi caſtigationibus prodiit Lugd. 1537. Veterem editionem Lipſienſem in 4. ſine anni nota evolvit clariſſimus Schœtgenius.

Ciris quoque Val. Meſſalæ inſcriptus, ſive ut à Seneca Epiſt.

 XCII.

(a) Supra pag. 251. ubi & de aliis Virgilii deperditis lucubrationibus.

XCII. vocatur *Scylla*, continet enim fabulam de Scylla Niſi F. in Egrettam mutata, videtur recte ad Maronem referri, quanquam Giſanius & III. 21. Adverſar. Barthius, Cornelio Gallo, Raphaël Eglinus in vindiciis Ciris Catullianæ adverſus Scaligerum Francof. 1606. 12. & alii Catullo maluerunt tribuere. Virgilio aſſerere non dubitaverat etiam Barthius, cum hoc poëma ſeparatim cum commentario ſuo ederet natus annos duodeviginti, Ambergæ 1608. Cirin quoque inter poëma antiqua P. Pithœus recenſuit, Joſ. Scaliger, Frid. Leindebrogius in appendice Virgilii, & Taubmannus in Virgilio ſuo notis illuſtrarunt. * *Cirin* Virgilii eſſe negat elegantiſſimus Broukuſius ad Propertium pag. 90. & Raphaëlis Eglini vindicias, quibus poëma iſtud contendit tribuendum eſſe Catullo, (qui vix nato Meſſala diem obiit ſupremum) Philippus Sylvius in ſua Catulli editione ad uſum Delphini illuſtrata pag. 191. recudi curavit: Virgilio adſcribit Barthius ad Claudian. 1. in Rufin. v. 253. & commentario in hoc poëma: licet Cornelio Gallo malit tribuere ad Statii lib. 1. Thebaid. 335. 617. & lib. 6. 693. Cirin aliquot locis illuſtrat Reineſius lib. V. cap. 7. Var. lect. ad calcem epiſtolarum ad Boſium pag. 332. fol.

His reliqua ſubjecere animus eſt, quæ leguntur in *Virgilii Catalectis* Vener. 1472. 1484. fol. Pariſ. 1500. fol. apud Jo. Parrum & Jo. de Confluentia, & apud Aldum A. 1517. 8. atque ad calcem editionum Virgilii Antvverp. 1561. & 1575. fol & Lugd. 1555. 1581. 12. & ſub titulo appendicis Virgilii cum notis Joſ. Scaligeri & Frid. Lindenbrogii prodierunt Lugd. Bat. 1595. & 1617. 8. * & cum prædictorum notis leguntur etiam in luculenta edit. Virgilii Maſviciana Leovard. 1717. 4. licet pauca genuina Virgilii poëmata continent, & pleraque ex iis fere conſtat non eſſe tanti auctoris.

1. *Ætna*, quod Poëma *Cornelio Severo* tribuendum eſſe obſervavit Joſephus Scaliger ex hoc loco Senecæ Epiſt. LXXIX. ad Lucilium: *donec Ætnam deſcribas tuo carmine, & hunc ſolennem omnibus Poëtis locum attingas, quem quo minus Ovidius* (Lib. XV. Metamorph.) *tractaret, nihil obſtitit, quod jam Virgilius* (lib. III. Æneid.) *impleverat, ne Severum quidem Cornelium uterque deterruit.* Quintiliano Varo adſcribit Julius Cæſar Scaliger Pater in Hipercritico p. 786. Manilio Barthius pag. 1044. ad Claudianum & Statium X. Theb. pag. 911. Eidem plane in mentem venit Chriſtiano ſcriptori vindicare XLIX. 6. Adverſar. Jam olim eſſe de auctore dubitatum ſcribit Tiberius Donatus in Virgilii vita: *Poeticam puer adhuc auſpicatus in Baliſtam ludimagiſtrum ob*

infa-

infamiam latrociniorum coopertum lapidibus diſtichon fecit. Deinde Catalecton, & Priapeja, & Epigrammata & diras, item Cirim & Culicem, cum eſſet annorum XVI. Scripſit etiam de qua ambigitur Ætnam. * Fulvius Urſinus in Virgilio cum Græcis ſcriptoribus collato p. 272 memorat Codicem manu Pomponii Læti ſcriptum, quo *Ætnæ* poema *Cornelio Severo* diſerte tribuitur. Præter rem tamen in Diario Veneto Tom. X. pag. 266. traditur illud excuſum eſſe jam ſub Galli, jam ſub Manilii nomine. Theodori Goralli ſive Jo. Clerici editio recuſa Amſt. 1715. 8. Valde corruptum hoc carmen ad nos perveniſſe queritur Petrus Burmannus V. Cl. (*a*) qui illud in editione quam parat Catalecton ac poematum Veterum, quamque avide harum literarum ſtudioſi mecum exſpectant, nova atque inſigni luce perfundet. De Severo videndus Nic. Faber ad ſuaſoriam ſecundam Senecæ. Quintilianus X. 1. magno ingenio & facili in verſibus ſcribendis eum fuiſſe profeſſus, addit morte præmatura impeditum non potuiſſe quæ inchoaverat conſummare. Ovidius IV. 16. è Ponto: *Quique dedit Latio carmen regale Severus.*

2. *Cornelii Severi* carmen ſive fragmentum *in necem M. Tullii Ciceronis*, ex M. Annæi Senecæ Suaſoria VII. Hoc & ſuperius Severi carmen cum perſpicua interpretatione & eruditis notis Scaligeri, Lindenbrogii, ſuiſque, & indice ſeparatim edidit, & alia quædam Severi fragmenta, Petri item Bembi Ætnam proſa latina ſcriptam adjunxit Theodorus Gorallus, ſive qui hoc ſub nomine latet Jo. Clericus V. C. Amſtelodami 1702. 8.

3. *Moretum*, quod Virgilio ipſi adſcribere aliqui cum Iſ. Voſſio non dubitant, & Parthenium Nicænum poetam Græcum in illo imitatum eſſe obſervant. Sub *Suevii* nomine laudat Salmaſius in Solin. *A. Septimo Severo* poſt Scaligerum, Barthium, alioſque tribuit Jo. Weitzius, qui notis illuſtravit Francof. 1642. 8. ad calcem Copæ. Græca Metaphraſis Joſ. Scaligeri inter ejus Poemata occurrit, ab auctore oblata Petro Ronſardo A. 1563. * *Moretum* idyllium *Suevii* Poetę, quem virum longe doctiſſimum vocat, & verſiculos quosdam ex eo affert Macrobius lib. 2. Saturnal. cap. 9. emendatos à Salmaſio ad Solin. p. 598. edit. Pariſ. diverſum eſt à Moreto, quod poema legitur inter Virgilii Catalecta, quodque Scaliger tribuit *A. Septimo Sereno* Poetæ Faliſco, qui Veſpaſianorum ætate vixit, & à Terentiano ſubinde laudatur auctor *ruris opuſculorum*. De illo videndus Sirmondus ad Sidonii Epiſtolam carmini XIV. præmiſſam Tom. I. Opp. pag. 1249. *Jo. Ruellii* ſcholia viderunt lucem Pariſ. 1542. 8. apud Si-

(a) Libro *le Gazettier menteur* pag. 212.

monem Colineum. *Simylum* in Moreto allegat Caſaubonus pag. 162. ad Theophraſti characteres.

4. *Diræ* Valerii Catonis in Battarum fluvium, quas copioſo neque inerudito commentario illuſtratas ſeparatim edidit Chriſtophorus Arnoldus, Lugd. Bat. 1652. 12. Num ob agros ſuos inter creditores diviſos in has exſecrationes ſe effuderit, vide, ſi placet, diſputantem Boxhornium p. 41. ſeq. Epiſt.

5. *Priapeia* ſive luſus atque epigrammata in Priapum LXXXVII. obſcœna maximam partem, & cum Scaligeri & Lindenbrogii, Caſpariſque Scioppii (*a*) notis, & verborum phraſiumque indice ſeparatim edita (*b*) Amſtelod. (licet titulus Patavium præfert) A. 1664. 8. Hæc *Virgilio* tribuit Jo. Maria Catanæus ad Plinii v. Epiſt. 3. *Ovidio* Politianus, c. 59. Miſc. alii, ut Franciſcus Guietus (*c*), *Domitio Marſo*. Alii denique exiſtimant Poetarum Mæcenatem accedentium unumquemque verſiculos aliquot jocoſos in parietibus ſacelli Priapei adſcripſiſſe, poſtea à Poeta quodam in unum faſciculum collectos, qui & carmen ad lectorem præfixit. Ita ſentit Scioppius & Jac. Maria Cennus in vita Mæcenatis Italice ſcripta. *Catullo* deberi quædam ex illis notavit P. Victorius XII. 3. & XXV. 12. Var. lect. Bernardini Veronenſis, (cujus in Tibullum commentarii prodiere Romæ 1475.) Commentum MS. in Priapeia fuit in Bibl. Gabrielis Naudæi teſte Labbeo p. 236. Bibl. nov. MS. * *Priapeia* cum Scioppii & aliorum notis prodiere Francof. 1606. 12. & ſubjecta leguntur Petronio Mich. Hadrianidis, Amſtelod. 1669. & 1687. 8. Exſtant etiam cum *Hieronymi Avantii* Veronenſis caſtigationibus in editione Veneta Catulli, Tibulli & Propertii 1500. fol. *Marſum* vel *Calvum*, *Cinnamve*, aut *Anſerem* (quem Cinna procaciorem vocat Ovidius 2. Triſt. v. 435.) Priapeorum carminum auctorem potius eſſe quam Virgilium putat Mapheus Vegius II. 18. de educatione liberorum, T. 26. Bibl. Patrum pag. 657. Vide & Broukhuſium ad Tibullum pag. 406. A Plinio tamen lib. V. Epiſt. 3. Virgilius quoque diſerte numeratur inter eos, quorum exemplo ait & ſe nonnunquam verſiculos parum ſeveros luſiſſe. *An ego verear*,

(a) Annos XVII. tum natus fuit Scioppius cum Anno 1595. commentarium illum componeret, quem poſtea ſcripſiſſe ſe negavit & Goldaſto tribuit. Vide Bælii Lex. in Scioppio nota B.

(b) Subjicitur in eadem editione Apuleji ἀνεχόμενος cum Scioppii notis, & commentitiæ Epiſtolæ latinæ Heraclii Imp. ad Sophoclem Sophiſtam, Sophoclis ad Heraclium. C. Antonii ad Q. Soranum, Cleopatræ Reginæ ad eundem. Q. Sorani ad M. Antonium & Cleopatram, de priapiſmo Cleopatræ Reginæ ejuſve remediis, è Bibliotheca Goldaſti.

(c) Vide Antonium Periandrum in Guieti vita, b. 5.

rear, inquit, (*neminem viventium, ne quam in ſpeciem adulationis incidam nominabo,*) *ſed ego verear, ne me non ſatis deceat quod decuit M. Tullium, C. Calvum, Aſinium Pollionem, M. Meſſalam, Q. Hortenſium, M. Brutum, L. Sullam, Q. Catulum, Q. Scævolam, Ser. Sulpicium, Varronem, Torquatum imo Torquatos, C. Memmium, Lentulum, Gætulicum, Annæum Senecam, Lucejum, & proxime Virginium Rufum, & ſi non ſufficiunt exempla privata, divum Julium, divum Auguſtum, divum Nervam, Titum Cæſarem? Neronem enim tranſeo, quamvis ſciam non corrumpi in deterius quæ aliquando etiam à malis, ſed honeſta manere quæ ſæpius à bonis fiant, inter quos vel præcipue numerandus eſt P. Virgilius, Cornelius Nepos, & prius Ennius, Acciuſque, non quidem Senatores, ſed ſanctitas morum non diſtat Ordinibus.*

6. *Copa* ſive Cupa (καπηλίς) quod Carmen Virgilio ex Chariſii teſtimonio tribuunt Scaliger, Caſaubonus, & alii, quorum loca editioni ſuæ præfixit J. Weitzius, qui ſeparatim vulgavit cum notis Francof. 1642. 8. * Occaſione *Copæ* Virgilio (*a*) tributi poematis noto paucis viſum iri veriſimile, quod Clariſſ. Vir Baudelotus de Dairval in libro amœniſſimæ eruditionis pleno, quem Gallice de fructu ex itineribus capiendo edidit pag. 645. (676.) Copæ ſive Syriſcæ imaginem reperiſſe ſibi viſus eſt in veteri nummo, in quo exſtat caput fœminæ cum litteris C. S.

7. *C. Pedonis Albinovani elegia in obitum C. Mæcenatis*, quam Pedonis eſſe negat Voſſius p. 32. de Poetis latinis, & II. 27. de arte Grammatica, Pedoni vindicat poſt Scaligerum Henricus Meibomius, qui notis illuſtratam commentario ſuo de vita Mæcenatis inſeruit, Lugd. Bat. 1653. 4. & Theodorus Gorallus, de cujus editione mox dicam. * *Elegiam in obitum Mæcenatis* Pedoni Ovidii æquali (*b*) tribuendam negant Caſpar Barthius in Claudianum pag. 163. Jo. Maſſon in Vita Horatii pag. 143. ſeq. & Petrus Burmannus præfat. ad Petron. in notis pag. 520. & in libro Gallice adverſus Jo. Clericum edito p. 212. & p. 117. *en effet, la latinité, la verſification, les expreſſions peu poëtiques, & tout le ſyſteme de cette elegie ſont voir clairement, que c'eſt le fade & miſerable production d'un eſprit ſcholaſtique des derniers ſiecles. Ultima verba*

R 4 *Mæce-*

(a) Virgilio adſcribit etiam Barthius. Dubitat Salmaſius ad Vopiſcum. Eſt autem *copa* auctori poematis mulier cauponaria, καπηλίς, licet recentioribus ſæculis *copa* denotat poculum, Gallis *coupe*. Vide Felicem Oſium notis ad Othonis Morenæ & Acerbi Hiſtoriam rerum Laudenſium, Tom. 3. theſauri Antiquitatum Italiæ pag. 1054. Cangii gloſſar.

(b) Ad hunc Pedonem Ovidius IV. 10. è Ponto:

At tu, non dubito, quum carmine Theſea laudes,
Materia titulos quin tueare tua.

Mæcenatis, quæ incipiunt à verſu: *Sic eſt Mæcenas*, atque in anterioribus editionibus cum elegia in obitum Mæcenatis poſt verſum 144. cohærebant. Sed divellenda ex Scaligeri judicio ſtatuit Theod. Gorallus.

8. Ejuſdem *Pedonis elegia* perquam elegans ad Liviam Auguſtam *de morte Druſi* Neronis, & *de navigatione Druſi Germanici* per Oceanum ſeptentrionalem, A. U C. 769. CHRISTI 16. ſuſcepta fragmentum ex Senecæ ſuaſoria I. Has Pedonis reliquias univerſas recenſuit, ac ſeorſim cum interpretatione notiſque & ſuis & Scaligeri ac Lindenbrogii, atque in Elegiam de morte Druſi annotationibus Nic. Heinſii, & utili indice edidit Theodorus Gorallus, ſive quem ſupra latere ſub hoc nomine dixi, vir doctiſſimus Jo. Clericus, Amſtelod 1703. 8. In codicibus antiquis Ovidio tribui Elegiam de morte Druſi Nic. Heinſius affirmat, quod tamen ipſi nullo modo videtur veriſimile, licet nec Pedoni eam certò adſcribere velit. Recenſuit tamen illam atque illuſtravit in Ovidio ſuo. Confer. T. 1. edit. Cnippingianæ p. 761. ſeq. Vide etiam Lipſium lib. III. Epiſt. quæſt. 3. ac de Pedone ipſo Gaddium T. 1. de ſcriptoribus non Eccleſiaſticis p. 253. * In *Elegiam de morte Druſi*, haud indignam *Pedone*, commentarium ſuum memorat Barthius p. 209. ad Claudianum. Janus Paſſeratius in præfationibus p. 286. veterum edit. & quorundam Codicum fidei obſecutus conſolationem hanc ad Liviam *Ovidium* habere auctorem ſibi perſuaſit, & Senecam in ſuis ad Polybium, Martiam Elbiamque ſive Helviam conſolationibus ex iſthoc poemate profeciſſe. De Pedone ipſo vide Nic. Fabrum ad Senecæ ſuaſoriam 1. De editione Goralli quæ Amſt. 1715 8. recuſa eſt, Acta Erud. 1703. p. 494. & Bibl. ſelectam Joannis Clerici, qui ſub Goralli illius nomine latet, T. XIV. pag. 236.

9. *M. Annæi Lucani* Panegyricum Carmen *ad Calpurnium Piſonem*, quod Virgilio vel Ovidio contra temporum rationem adſcriptum à quibuſdam, rectius Lucano ex auctoritate MSti Codicis vindicavit Joſephus Scaliger & Hadr. Junius, à quo emendatum eſt lib. VI. c. 1. Animadverſ. Equidem Tho. Dempſterus ad Roſinum p. 99. objicit, quod v. 241. ſeq. paupertatem ſuam auctor carminis deflet, Lucanum verò marmoreis in hortis jacere ſcripſit Juvenalis Sat. VII. 79. Poſſit forte reſponderi, divitiis, quarum Tacitus quoque meminit, auctum demum eſſe Lucanum Piſonis, Neroniſque beneficio, poſt carmen hoc ſcriptum, quo admodum adoleſcens ſe Piſoni commendat:

Eſt mihi, crede, meis animus conſtantior annis.
Quamvis nunc juvenile decus mihi pingere malas

Cœpe-

Cœperit, & nondum viceſima venerit æſtas.

Verum (*a*) *humilis* quoque *domus* objicitur, quæ Lucano quadrare minus videtur.

--- --- ſupereſt animoſa voluntas,
Ipſaque neſcio quid mens excellentius audet.
Tu nanti protende manum. Tu, Piſo, latentem
Exſere, nos humilis domus & ſincera parentum,
Sed tenuis fortuna ſua caligine celat.

Igitur adhuc duxerim de auctore dubitandum, præcipue cum Inſcriptio ipſa, quam Scaliger reperit, hoc jubere videatur; fuit enim hæc: *Lucani catalecton de laude Piſonis*. * De *Carmine ad Piſonem* adeundus etiam Barthius ad Statium Tom. I. p. 254. ad 456. ubi non dubitat illud ad Papinium tanquam auctorem referre: & lib. XLIX. Adverſar. cap. 7. ubi ἀτέλεστον ad nos perveniſſe, & in libros aliquot ab auctore fuiſſe tributum putat, cultum alioquin & eruditum.

10. *C. Petronii Arbitri de mutatione Reip. Romanæ.*

11. *Vita Virgilii* verſibus edita à *Foca* Grammatico.

12. Ejuſdem *Focæ*, *Modeſtini* JCti, & *C. Sulpitii Apollinaris*, aliorumque Scholaſticorum Poetarum *in Virgilium*, & *librorum Virgilianorum argumenta*. * *Argumentorum* in libros Virgilii auctorem non *Modeſtinum* JCtum eſſe, ſed *Ovidium* Poetam, ex plurium MSS. Codicum teſtimonio contendit Hercules Cioſanus notis ad librum ſextum Metamorphoſeon p. 110. ſeq.

13. Duodecim Poetarum Scholaſticorum, *Volmani*, *Euphorbi*, *Juliani*, *Hilaſii*, *Palladii*, *Aſclepiadii*, *Euſthenii*, *Pompejani*, *Maximiani*, *Vitalis*, *Baſilii* & *Aſmeni* argumenta in Æneidem, aliique luſus Poetici. * *Sulpicii Apollinaris* Hexaſtichon in Maronis Æneidem flammis juſſu Auguſti ſubtractam legitur integrum in vita Poetæ à Donato ſcripta, licet Brietius & Bælius pro deperdito habuerunt, ut jam notatum reperi in Hiſtoria Critica Reip. litterariæ Gallice edita T. VII. p. 325. De Pompejano Scholaſtico poeta, & aliis Pompejanis Reineſius Epiſtola 50. ad Rupertum pag. 466. 469. ſeq.

Denique Joſephus Scaliger in Appendice Virgilii exhibuit etiam una cum caſtigationibus ſuis *Catalecta* (*b*) *veterum poetarum* in *duos* à ſe digeſta *libros*, in quibus præter plurima innominatorum, occurrunt Epigrammata latina aliaque poematia minuta vel fragmenta

(a) Vide Nic. Antonii Bibl. Veterem Hiſpanam p. 47. & Illuſtris Viri Gisberti Cuperi Obſervationes lib. III. c. 1.

(a) Catalecta dicuntur quaſi καταλεγόμενα, de quorum auctoribus ambigitur: ſed quandoque etiam ſcriptum reperias *cata dicta*, h. eſt, dicta catè, argute, ſapienter, qui ſenſus pleriſque horum melius congruit.

menta. *Q. Ennii, M. Terentii Varronis, P. Terentii Varronis Atacini, Puppii, M. Actii Plauti Sarſinatis, C. Nævii, M. Pacuvii, Domitii Marſi, C. Cæſaris Germanici, M. Tullii Ciceronis, Q. Ciceronis, P. Virgilii Maronis, Furii Bibaculi, C. Petronii Arbitri, Afranii, C. Laberii, Porphyrii Poetæ, Porcii Licinii, Q. Catuli, L. Apuleji, Gallieni Imp. Val. Æditui, C. Plinii Cæcilii Secundi, C. Cæſaris Octaviani Auguſti, Laureæ Tullii, M. Val. Martialis, C. Helvii* (a) *Cinnæ, P. Syri, L. Pomponii, L. Manilii, Ablabii Cos. Julii Flori, Hadriani Imp. C. Julii Cæſaris dictatoris, C. Silonis Poetæ C. Caſſii Severi Parmenſis, C. Val. Catulli, A. Septimii Severi* (b) *Faliſci, C. Volcatii Sedigiti, Sentii Augurini, Pollucis, Citerii Sidonii Syracuſani, Sulpitii Servaſti junioris, C. Julii Solini &* Romanæ Sapphus *Sulpiciæ*. Similes collectiones veterum Epigrammatum & Poematiorum latinorum à P. Pithœo & aliis editas recenſeo infra libro IV.

IX. Aſſiduus Græcorum imitator Virgilius fuit, Theocriti præſertim in Eclogis, in Georgicis Heſiodi, & in AEneide (c) Homeri. Vide Gellium, Macrobium, & è recentioribus H. Stephanum, (d) Julium Cæſarem Scaligerum (e) & ſingularem librum Fulvii Urſini, quo Virgilium collatione Græcorum Scriptorum illuſtravit, Antvverp. 1568. 8. Exſtat & præclara diſſertatio Renati Rapini, qua Virgilium contendit cum Homero, quæ Gallice primum, tum latine reddita (V. C. Jano Broukhuſio, ni fallor, interprete) lucem adſpexit ſub titulo: Obſervationes in Poemata Homeri & Virgilii, Traject. ad Rhen. 1684. 12. Prætereo, quæ ex Rapino & aliis differit Bailletus parte 2. judiciorum de poetis. Quam longe reliquis latinis Poetis Maro præferendus ſit, oſtendit Alexander Roſſæus in Virgilio triumphante. Roterdam. 1661. 12. Virgilii verſus in Jure civili laudatos illuſtrat Scipio Gentilis lib. 2. parergon. c. 16. 17. 18. * De imitatione Virgilii Homerica præter alios legendus Vincentius Gravina vir acutiſſimus ſcripto de ratione poetica, quod Italice ante paucos annos edidit lib. 1. pag. 96. ſeq. Cl. Franc. Fragvierii diſſer-

(a) Hic Cinna citatur ab Iſidoro VI. 12. Originum.

(b) * Pro A. Septimio Severo Sevini nomen reponendum ſupra dixi.

(c) Quod Homeri Virgilius nuſquam meminerit, *ingratiſſimus erga eum cui nihil non debebat* vocatur ab Iſ. Caſaubono ad XIV. Strabonis p. 236. Virgilium ab hoc crimine excuſat, quod non impoſuit Poemati ſuo ultimam manum.

(d) H. Stephani obſervationes in Virgilianas & Naſonianas ſ. Ovidianas imitationes Theocriti exſtat ad calcem Theocriti ab eodem Stephano vulgati A. 1579. 12.

(e) Jo. Dunæi carmen Scazonticum, quo vindiciæ Virgilianæ pro Jul. Cæſare Scaligero Virgilium Homero præferente adverſus Juſtum Lipſium continentur, exhibet Georgius Hackvvill Anglus in Apologia pro providentia DEI p. 288 ſeq.

diſſertationem inſertam Tomo tertio memoriarum Academiæ Gallicæ elegantiorum litterarum pag. 184. ſeq. *ſur la maniere dont Virgile a imitè Homere*. Non ab re *græciſſimus* dictus Pontico Virunio in declarationibus ad Guarini erotemata Græcæ linguæ, ſic ut eruditorum judicio Maro ſit.

Aſcræo major, Siculo (a) minor, æquet Homerum.

Homero etiam præfert Andreas Baccius lib. IV. de vinis antiquorum c. ult. & Claudius Peraultus in comparatione veterum ingeniorum cum recentibus, Gallice edita, atque ante utroſque Angelus Politianus in Nutricia:

Proximus huic (Homero) *autem, vel ni veneranda vetuſtas*
Obſtiterit, fortaſſe prior, canit arma virumque
Virgilius, cui rure ſuo, cui gramine ſacro
Aſcræus, Siculusque ſimul ceſſere volentes.

Centones Virgilianos memorat Tertullianus de præſcript. cap. 39. *Vides hodie ex Virgilio fabulam in totum aliam componi, materiæ ſecundum verſus, verſibus ſecundum materiam concinnatis. Denique Hoſidius Geta* (b) *Medeam tragœdiam* (c) *ex Virgilio pleniſſime exſuxit. Meus quidem propinquus ex eodem Poeta inter cetera ſtili ſui otia Pinacem Cebetis explicuit.* * Medea *Hoſidii Getæ*, cujus fragmentum Scriverius edidit, verſibus ſcripta eſt Heroicis, adeoque ab Ovidii Medea, quæ Jambicis compoſita erat, certe diverſa. Ab eo tempore *Valeria Faltonia Proba* uxor Adelfii Procos. (quam ab Anicia Faltonia trium Conſulum matre Proba pulchre diſtinguit (*d*) Tho. de Simeonibus V. C.) circa A. C. 400. centonem ex Virgilio de fabrica mundi & Evangeliis pleniſſime expreſſit. * *Centonum Virgilianorum* Poetriam, *Falconiam Probam*, civem Hortanam, non *Falconiam* appellandam eſſe, & nec cum Anicia Faltonia Proba (de qua Baltellus (*e*) in diſſ. de ſarcophago marmoreo Probi Anicii & Probæ Faltoniæ in templo Vaticano Rom. 1705. 8.) nec cum Valeria Proba uxore Adelfii ProCos. quicquam habere commune docet Vir eruditiſſimus Juſtus Fontanini libro 2. de Antiquitatibus Hortæ Coloniæ, (*f*) Rom. 1708. 4. oppugnans virum itidem præ-

(a) Theocrito. Confer Menagiana Tom. IV. pag. 166.

(b) Cn. Hoſidius Geta qui cum L. Vagellio Conſul fuit imperante Claudio A. U. C. 800. Vide Reineſii Inſcript. p. 475. 477. Mentio hujus Hoſidii apud Dionem, ubi male ὁ Σίδιος pro Ὁσίδιος ut Rigaltio notatum.

(c) Fragmentum inſigne hujus tragœdiæ edidit P. Scriverius in fragmentis Vett. Tragicorum latinorum p. 187-190. teſtatus integram fuiſſe apud Salmaſium, qui ex vetuſtiſſimis membranis vulgare voluit.

(d) Confer Ephemerides Pariſ. A. 1694. p. 249. ſeq. & Pagium ac Sam. Baſnagium ad A. C. 395.

(e) Memoires de Trevoux 1708. p. 876.

(f) Acta Erud. 1709. pag. 6. Memoir. de Trevoux. 1708. pag. 1904. Giornale de' letterati d'Italia. T. XXIV. p. 140. ſeq.

præſtantiſſimum Thomam de Simeonibus, qui Valeriam Faltoniam Probam Adelfii (*a*) uxorem centones illos compoſuiſſe contendit. Scripti ſunt poſt A. C. 393. cum Honorius jam Auguſtus atque Imperator eſſet, editique poſt Venetam editionem (*b*) 1472. fol. & Romanam A. 1481. 4. in Bibl. Barberina obviam ab Aldo una cum Sulpicio Severo, Homerocentonibus, Juvenco, &c. Venet. 1501. 4. à qua ἐκδόσει plurimum differt altera itidem in quarto circa idem ut videtur tempus ſine loci & anni notatione vulgata. Præterea prodierunt Pariſ. 1509. 4. apud Joannem Petitum, & Lugd. 1516. cum Mantuano & aliis, Oppenheimii Anno 1517. Francof. 1541. 8. curante Petro Brubachio, una cum Homerocentonibus & Nonno. Tum Pariſ. apud Franciſcum Stephanum A. 1543. 8. & apud Henricum Stephanum 1578. 12. & curante Julio Roſcio Rom. 1588. 12. nec non cum aliis Virgiliocentonibus ab Henr. Meibomio recenſitis Helmſtad. 1597. 4. Omitto editiones alias, ut Colonienſem 1601. 8. & quæ in Bibliothecis Patrum occurrunt. Sed præ cæteris laudandum ſtudium *Jo. Henrici Kromayeri*, qui centones hos notis & indice ornatos vulgavit Halæ 1719. 8. ſignatis ad ſingulos verſus locis Virgilii, quibus centones illi conſtant. Novam editionem expectare nuper à ſe juſſit in Ephemeridibus literariis Germanice editis Lipſiæ A. 1710. pag. 1010. atque iterato in novis literariis A. 1719. pag. 33. præclarus Vir *Jo. Gottlieb Krauſe*. Jampridem Probæ centones una cum Tancredo Philippi Beroaldi, Gallice convertit Richardus le Blanc Pariſ. 1553. apud Robertum Meſſalinum, teſte Crucimanio pag. 440. Bibl. Gallicæ. Sic quoque & quidam *Pomponius* ex eodem poeta inter cetera ſtyli ſui otia Tityrum (carmen bucolicum) in honorem CHRISTI compoſuit, ut refert Iſidorus lib. 1. Originum c. 38. Pomponii carmen non tulit ætatem, at Probæ centones Honorio Imp. dicati ſæpius

(a) Iſidorus Hiſp. de ſcriptoribus Eccleſ. cap. 5. *Proba uxor Adelfii ProCos. fœmina inter viros Eccleſiaſticos idcirco poſita ſola, pro eo quod in laude CHRISTI verſata eſt, componens centonem de CHRISTO Virgilianis coaptatum verſiculis. Cujus quidem non miramur ſtudium, ſed laudamus ingenium. Quod tamen opuſculum legitur inter Apocryphas ſcripturas inſertum.* Gelaſ. diſt. 15. c. 3. *Centimetrum de CHRISTO Virgilianis compaginatum verſibus, Apocryphum.* His adde quod ad calcem codicis MS. Centonum ſæculo X. exarati, qui extat in Bibl. Monaſterii S. Benedicti Padolironenſis non procul à Mutina, hæc leguntur teſte Bernardo de Montſaucon Diarii Italici pag. 36. *Proba uxor Adelphi mater Olibrii & Aliepii* (Alypii) *cum Conſtantii* (Conſtantini) *bellum adverſus Magnentium conſcripſiſſet, conſcripſit & hunc librum.*

(b) Illius primæ editionis titulus ita refertur à C. V. Michaele Maittaire in Annalibus typograph. pag. 98. *Auſonii Peonii Poetæ diſertiſſimi Epigrammaton libri*: Probæ Centonæ clariſſimæ fœminæ excerptum è Maronis Carminibus ad teſtimonium Veteris Novique Teſt. *Ovidii Conſolatio ad Liviam: Calphurnii Bucolicum carmen: Publ. Greg. Tiferni hymni & alia Poemata*, Venet. 1472. fol.

pius lucem viderunt, ut dicam infra libro IV. editi primum ſunt ab Aldo A. 1501. 4.

Auſonii Cento nuptialis itidem è Virgilio eſt expreſſus. Recentiores vero in hoc genere elaborarunt multi, ut *Lelius Capilupus* Mantuanus in Virgiliòcentonibus de vita monachorum; * quos recudi curavit nuper Nobiliſſimus Vir Albertus Henricus de Sallengre in libro Gallico, memoires de literature Tom. 2. pag. 191. ſeq. Exſtant etiam ejuſdem Lælii Virgiliocentones de lue, quam Hiſpanicam alii, alii Gallicam appellant, Fracaſtorius poemate pulcherrimo Syphilidem. *Julius Capilupus*, qui ſuperioris nepos fuit, in ſex Centonibus varii argumenti ad Vincentium Gonzagam Mantuæ ducem. * *Julii Capilupi* centonibus ab Antonio Poſſevino ad editionem paratis Romæ A. 1550. *Fulvius Urſinus* tunc admodum juvenis adjunxit Virgiliocentonem in laudes Benedicti AEgii Spoletini. Vide Menagiana Tom. IV. pag. 231. *Saulus Mercerus* ſive qui tranſpoſitis litteris ſub hoc nomine latet (*a*) *Marcus Velſerus* in Proteo Virgiliano, *Henricus Meibomius* avus in Virgiliocentonibus quos cum hactenus laudatis junctim edidit, ſubjunctis Jul. Roſcii Hortini contexendorum centonum præceptis, Helmſtad. 1597. 4. His addere licebit Ottonis Gryphii vitam CHRISTI Virgilianis verſibus ſcriptam Ratisbonæ 1594. 4. & Alexandri Roſſæi libros XIII. ejuſd. argumenti, ſub titulo Virgilii Evangelici editos, Chriſtophori Dieterici Steinmanni Jerxheimenſis centonem de Nativitate Servatoris, Helmſt. 1670. 4. Joannis Czernoviceni Pragenſis centonem de Imperatoribus Auſtriacis: Menapii Centonem Virgilianum & Ovidianum de fratribus roſeæ Crucis, Alexandri Roſſæi Pſychomachiam Virgilianam &c. Laurentius vero le Brun è Soc. Jeſu, in Virgilio ſuo Chriſtiano Dilingæ 1696. edito Virgilii ſcitum imitatorem, non centonum συῤῥαπτῶν ſe profitetur. * *Joannes Baptiſta Spadius*, Placentinus, ordinis Dominicani ſive Prædicatorum Monachus varios centones Virgilianos concinnavit, Placentiæ & alibi editos. (*b*) Laudatur inprimis vita S. Raymundi Pennafortii, Ordinis Prædicatorum Magiſtri generalis, Virgilianis verſibus ab eodem conſcripta, & Papiæ 1606. fol. edita. Ex Quintiliano conſtat Rhetores olim *declamationum* argumenta depromſiſſe è Virgilio & in ſcholiis ſuis propoſuiſſe. Sic *Tirianus & Catulinus* themata ex Marone elicuerant & adformaverant ad dicendi uſum & in exempla controverſiarum diduxerant, ut refert Servius in X. AEneidos, v. 18 qui ad

(a) In Velſeri operibus editus eſt hic Proteus Norimb. 1682. fol. curante Chriſtoph. Arnoldo. * In hoc Proteo inter alias habes etiam argumenta librorum Æneidos ſingulis verſibus Virgilii expreſſa.

(b) Aub. Miræus de Scriptoribus ſæculi XVII. pag. 275. edit. à me curatæ.

præſtantiſſimum Thomam de Simeonibus, qui Valeriam Faltoniam Probam Adelfii (*a*) uxorem centones illos compoſuiſſe contendit. Scripti ſunt poſt A. C. 393. cum Honorius jam Auguſtus atque Imperator eſſet, editique poſt Venetam editionem (*b*) 1472. fol. & Romanam A. 1481. 4. in Bibl. Barberina obviam ab Aldo una cum Sulpicio Severo, Homerocentonibus, Juvenco, &c. Venet. 1501. 4. à qua ἔκδοσις plurimum differt altera itidem in quarto circa idem ut videtur tempus ſine loci & anni notatione vulgata. Præterea prodierunt Pariſ. 1509. 4. apud Joannem Petitum, & Lugd. 1516. cum Mantuano & aliis, Oppenheimii Anno 1517. Francof. 1541. 8. curante Petro Brubachio, una cum Homerocentonibus & Nonno. Tum Pariſ. apud Franciſcum Stephanum A. 1543. 8. & apud Henricum Stephanum 1578. 12. & curante Julio Roſcio Rom. 1588. 12. nec non cum aliis Virgiliocentonibus ab Henr. Meibomio recenſitis Helmſtad. 1597. 4. Omitto editiones alias, ut Colonienſem 1601. 8. & quæ in Bibliothecis Patrum occurrunt. Sed præ cæteris laudandum ſtudium *Jo. Henrici Kromayeri*, qui centones hos notis & indice ornatos vulgavit Halæ 1719. 8. ſignatis ad ſingulos verſus locis Virgilii, quibus centones illi conſtant. Novam editionem expectare nuper à ſe juſſit in Ephemeridibus literariis Germanice editis Lipſiæ A. 1710. pag. 1010. atque iterato in novis literariis A. 1719. pag. 33. præclarus Vir *Jo. Gottlieb Krauſe*. Jampridem Probæ centones una cum Tancredo Philippi Beroaldi, Gallice convertit Richardus le Blanc Pariſ. 1553. apud Robertum Meſſalinum, teſte Crucimanio pag. 440. Bibl. Gallicæ. Sic quoque & quidam *Pomponius* ex eodem poeta inter cetera ſtyli ſui otia Tityrum (carmen bucolicum) in honorem CHRISTI compoſuit, ut refert Iſidorus lib. 1. Originum c. 38. Pomponii carmen non tulit ætatem, at Probæ centones Honorio Imp. dicati ſæpius

(a) Iſidorus Hiſp. de ſcriptoribus Eccleſ. cap. 5. *Proba uxor Adelfii ProCoſ. fœmina inter viros Eccleſiaſticos idcirco poſita ſola, pro eo quod in laude CHRISTI verſata eſt, componens centonem de CHRISTO Virgilianis coaptatum verſiculis. Cujus quidem non miramur ſtudium, ſed laudamus ingenium. Quod tamen opuſculum legitur inter Apocryphas ſcripturas inſertum.* Gelaſ. diſt. 15. c. 3. *Centimetrum de CHRISTO Virgilianis compaginatum verſibus, Apocryphum.* His adde quod ad calcem codicis MS. Centonum ſæculo X. exarati, qui extat in Bibl. Monaſterii S. Benedicti Padolironenſis non procul à Mutina, hæc leguntur teſte Bernardo de Montfaucon Diarii Italici pag. 36. *Proba uxor Adelphi mater Olibrii & Aliepii* (Alypii) *cum Conſtantii* (Conſtantini) *bellum adverſus Magnentium conſcripſiſſet, conſcripſit & hunc librum.*

(b) Illius primæ editionis titulus ita refertur à C. V. Michaele Maittaire in Annalibus typograph. pag. 98. *Auſonii Peonii Poetæ diſertiſſimi Epigrammaton libri*: Probæ Centonæ clariſſimæ fœminæ excerptum è Maronis Carminibus ad teſtimonium Veteris Novique Teſt. *Ovidii Conſolatio ad Liviam: Calphurnii Bucolicum carmen: Publ. Greg. Tiferni hymni & alia Poemata*, Venetiis 1472. fol.

pius lucem viderunt, ut dicam infra libro IV. editi primum ſunt ab Aldo A. 1501. 4.

Auſonii Cento nuptialis itidem è Virgilio eſt expreſſus. Recentiores vero in hoc genere elaborarunt multi, ut *Lelius Capilupus* Mantuanus in Virgiliocentonibus de vita monachorum; * quos recudi curavit nuper Nobiliſſimus Vir Albertus Henricus de Sallengre in libro Gallico, memoires de literature Tom. 2. pag. 191. ſeq. Exſtant etiam ejuſdem Lælii Virgiliocentones de lue, quam Hiſpanicam alii, alii Gallicam appellant, Fracaſtorius poemate pulcherrimo Syphilidem. *Julius Capilupus*, qui ſuperioris nepos fuit, in ſex Centonibus varii argumenti ad Vincentium Gonzagam Mantuæ ducem. * *Julii Capilupi* centonibus ab Antonio Poſſevino ad editionem paratis Romæ A. 1550. *Fulvius Urſinus* tunc admodum juvenis adjunxit Virgiliocentonem in laudes Benedicti AEgii Spoletini. Vide Menagiana Tom. IV. pag. 231. *Saulus Mercerus* ſive qui tranſpoſitis litteris ſub hoc nomine latet (*a*) *Marcus Velſerus* in Proteo Virgiliano, *Henricus Meibomius* avus in Virgiliocentonibus quos cum hactenus laudatis junctim edidit, ſubjunctis Jul. Roſcii Hortini contexendorum centonum præceptis, Helmſtad. 1597. 4. His addere licebit Oitonis Gryphii vitam CHRISTI Virgilianis verſibus ſcriptam Ratisbonæ 1594. 4 & Alexandri Roſſæi libros XIII. ejuſd. argumenti, ſub titulo Virgilii Evangelici editos, Chriſtophori Dieterici Steinmanni Jerxheimenſis centonem de Nativitate Servatoris, Helmſt. 1670. 4 Joannis Czernoviceni Pragenſis centonem de Imperatoribus Auſtriacis: Menapii Centonem Virgilianum & Ovidianum de fratribus roſeæ Crucis, Alexandri Roſſæi Pſychomachiam Virgilianam &c. Laurentius vero le Brun è Soc. Jeſu, in Virgilio ſuo Chriſtiano Dilingæ 1696. edito Virgilii ſcitum imitatorem, non centonum συῤῥαπτάδων ſe profitetur. * *Joannes Baptiſta Spadius*, Placentinus, ordinis Dominicani ſive Prædicatorum Monachus varios centones Virgilianos concinnavit, Placentiæ & alibi editos. (*b*) Laudatur inprimis vita S. Raymundi Pennafortii, Ordinis Prædicatorum Magiſtri generalis, Virgilianis verſibus ab eodem conſcripta, & Papiæ 1606. fol. edita. Ex Quintiliano conſtat Rhetores olim *declamationum* argumenta depromſiſſe è Virgilio & in ſcholiis ſuis propoſuiſſe. Sic *Tirianus & Catulinus* themata ex Marone elicuerant & adformaverant ad dicendi uſum & in exempla controverſiarum diduxerant, ut refert Servius in X. AEneidos, v. 18 qui ad

(a) In Velſeri operibus editus eſt hic Proteus Norimb. 1682. fol. curante Chriſtoph. Arnoldo. * In hoc Proteo inter alias habes etiam argumenta librorum Æneidos ſingulis verſibus Virgilii expreſſa.

(b) Aub. Miræus de Scriptoribus ſæculi XVII. pag. 275. edit. à me curatæ.

ad *Avieno* jambis etiam ſcriptas Virgilii fabulas auctor eſt X. 272.

Neque Zoilos ſuos Virgilio defuiſſe conſtat, de quibus, ne recentioribus exemplis inſiſtam, conſulenda Virgilii vita lectu inprimis digna, quæ Tiberio Donato tribuitur. In ea memoratur etiam Aſconii Pediani liber adverſus Virgilii obtrectatores ſcriptus, quorum unus Carbilius Pictor ſcripto ſuo titulum præfixerat, *Æneidomaſtix*. * De Zoilis Virgilii Servius ad Eclogam VII. *Multi volunt in hac Ecloga eſſe allegoriam, ut Daphnis ſit Cæſar, Corydon Virgilius, Thyrſis qui vincitur Virgilii obtrectator ſcilicet, aut* Bavius, *aut* Anſer, *aut* Mævius, *peſſimi Poetæ*. Item in Georgic. I. *Sane reprehenſus Virgilius dicitur à Bavio & Mævio hoc verſu: Hordea qui dixit ſupereſt ut critica* (lege *crithina*) *dicat*. In vita Virgilii à Ti. Donato ſcripta inter ejus obtrectatores etiam refertur *Cornificius*, qui ut Zoilus Homeri in proverbium abiiſſe videtur. Petrus Bleſenſis Epiſt. 92. *Scio*, inquit, *unde ſpiritum elationis conceperit, & quare veſter Cornificius intumeſcat*. In Clariſſ. Heſſelii Epiſtola de celebrando Natali Maronis, male audit *C. de Malateſtis*, quod ſtatuam Poetæ Mantuani deturbandam Mantuæ curare non dubitaverit.

X. Alii viciſſim Virgilium coluere ad ſuperſtitionem uſque, uti rarus ſolet eſſe in pleriſque mortalibus vel amoris & admirationis vel viciſſim odii modus. Quis vero non miretur ex ejus poematis velut ex oraculis ſortes lectas in rebus maximi momenti, cujus rei plura exempla collegit Antonius Vandale libro erudito de Oraculis p. 301. ſeq. edit. ſecundæ. Sed omnem admirationem ſuperant recentia Chriſtianorum hominum exempla, quæ leguntur in Memoriis Jacobi Welvvoodi. Nam illud quidem fabulis adſcripſerim, quod Lojola dicitur malum dæmonem ab homine expuliſſe pronunciato verſu Virgilii IV. Æneid. 165.

Speluncam Dido, Dux & Trojanus eandem
Deveniunt --- --- ---

In præfatione ad Scaligerana A. 1667. edita legas: *Virgilii ſpeculum, & quidem inter ſacra monumenta, Dionyſiani in agro Pariſienſi Monachi non ſine riſu viſendum præbent. Sic Italos Petrarchæ ſui non modo tumulum, ædeſque, ſed & urceum & ſedile, imo & domeſticæ felis ſceleton cadaver aliaſque neſcio quas ejuſdem farinæ quiſquilias magna pompa peregrinantibus oſtentare refert Jac. Philippus Thomaſinus libro, quem de divini Poetæ rebus compoſuit*. * E recentioribus Virgilium adverſus inſectatores defenſitavit Jovianus Pontanus. Penitus edidiciſſe ejus poema Adamus Saſbouthus traditur, ita ut totos XII. AEneidos libros à capite ad calcem poſſet citra hæſitationem è memoria reddere. Sic Tacitum ſæpius lectitando familiarem ſibi reddidit Lipſius, T. Livium Buchananus, de quo ſupra

pra p. 205. Natalium Virgilii, recentiore memoria celebratorum veſtigia ne de Sannazario, A. Naugerio (*a*), Lotichio & C. Kinſchotio jam memorem, exſtant in poematibus Eobani Heſſi p. 468. & 497. & in Nic. Heinſii adoptivis p. 114. nec non in poematibus Davidis Hoogſtratani pag. 249. qui A. 1707. cum Franciſco Heſſelio & Cornelio van Arckel Latino carmine, ut Belgico J. Sudermannus & J. de Haes genethliacon Maronis condecoravit. De veterum Poetarum ſtudio conſimili teſtantur hæc Martialis XII. 68. *quæ magni celebras Maronis idus*, & illa Plinii 3. Epiſt. 7. ubi de Silio: *Virgilii natalem religioſius quam ſuum celebrabat*.

XI. Fuit & Virgilius quidam Tragœdus ſub Nerone Imp. cujus meminit Scholiaſtes Perſii ad Sat. V. 9. Sed & Virginius Romanus Poeta Comicus, ſub Trajani Imperio clarus, cujus apud Plinium lib. VII. Epiſt. 21. mentio occurrit, à Lilio Gyraldo, Petro Crinito, Glandorpio & Voſſio Virgilius appellatur. * Virgilii *Arelatenſis* Epiſcopi meminit Hincmarus Remenſis Tom. 2. p. 731. De illo Acta Sanctorum V. Martii Tom. 1. pag. 398. ſeq. Virgilii Epiſcopi *Salesburgenſis* Epitaphium habes apud Mabillonium Tom. IV. Analect. pag. 527. De illo Carinthiæ Apoſtolo plura apud H. Caniſium Tom. 2. Antiquar. Lect. p. 257. ſeq. Jac. Uſſerium in Epiſtolis Hibernicis ad Epiſt. XVI. Bælii Lexicon Tom. 3. pag. 2977. Thoma-ſiſche Bibliothec Tom. 1. pag. 944. &c.

CAPUT XIII.

DE Q. HORATIO FLACCO.

Horatii ætas. 1. Poemata. 2. Editiones cum veterum commentariis, ubi de Acrone, Porphyrione &c. 3. Editiones ſine commentariis, & cum notis atque commentariis virorum doctorum recentioris ætatis. 4. Verſiones & ſcripta quædam Horatium ſpectantia. 5.

I. Q. HORATIUS FLACCUS (*b*) Venuſii Apuliæ natus eſt VI. Id. Decembr. (*c*) L. Cotta & L. Torquato Coss. Anno U. C. 689. ante CHRISTUM 65. *Lyricorum fere ſolus legi dignus* judice jam olim Quintiliano, cum plures hujus generis Poetæ (*d*) exſtarent Titius, Cæſius, Baſſus & alii, quorum ſcripta quod abolita ſint huic Quintiliani cenſuræ tribuendum ſett-

(a) Naugerius dicitur recurrenti Virgilii natali, velut ejus manibus inferias inficetorum quorundam Poetarum carmina infelicibus uſtulanda flammis immolaſſe.

(b) Φλάκκος ὁ ποιητὴς Plutarcho in Lucullo, p. 518. ubi reſpicit hæc Horatii I. Sat. VI. ——— ——— ——— *chlamydes Lucullus, ut ajunt, ſi poſſet centum ſcenæ præbere.*

(c) Vide antiquum vitæ Horatii ſcriptorem, quæ ad Svetonium auctorem vulgo refertur.

(d) De his aliiſque Lyricis latinis Voſſius III. 15. Inſtitut. Poetic.

ſentiunt Barthius LVI. 11. Adverſ. ejuſque familiaris Chriſtianus Daumius libro erudito de amiſſione latinarum radicum p. 61. Vita deceſſit Horatius Epicuri favens (*a*) dogmatis, at non ineptus morum ſcriptorumve Cenſor, Mæcenati atque inde Auguſto mire probatus, eodem quo Mæcenas Anno U.C. 746. C. Marcio Cenſorino & C. Aſinio Gallo Coss. anno ætatis LVII. ante CHRISTUM VIII. viginti ante mortem Auguſti Imp. Sed de univerſis Poetæ rebus carminumque plerorumque, quo ſcripta ſunt tempore, accuratiorem notitiam lector petet ex Horatii vita Chronologica, quam nuper in lucem dedit antiquitatis ac rei Chronologicæ, ut inſignibus jam ſpeciminibus demonſtravit, haud vulgariter peritus *Joannes Maſſon*. * Vitam Horatii quę *Svetonio* auctori tribuitur, ex Codice MS. vulgavit *Petrus Nannius* cum caſtigationibus ſuis libro tertio Miſcellaneor. cap. 2. (Tom. 1. Lampadis Artium Gruterianæ p. 1261.) In cæteris ejusdem libri Miſcellaneorum capitibus multa Horatii idem Nannius emendat illuſtratque. Vita Horatii à *Joanne Maſſon* (*b*) ſcripta prodiit Lugd. Bat. 1708. 8. Ejus objectionibus reſpondit *Andreas Dacerius* in novis ad Horatium explanationibus Pariſ. 1708. 12. Videndus etiam de Horatio Tan. Faber. lib. 2. Epiſt. 47. Idem Maſſonus in Hiſtoria Critica Reip. litterar. quam Gallice edidit Tom. V. p. 51. ſeq. probat carmina in libris Odarum, Satyras & Epiſtolas ſingulas ab Horatio, prout ferret occaſio, fuiſſe ſcriptas vario tempore ſeparatim, & deinde ab eodem in libros redactas: neque adeo videri credibile, quod eruditiſſimo Bentleio perſuaſum, nihil niſi tantum ſatyras primo libro comprehenſas ſcripſiſſe Horatium anno 26. 27. 28. aut librum ſecundum ſatyrarum anno 31. 32. 33. Epodon librum anno 34. 35. librum primum Odarum An. ætatis 36. 37. 38. ſecundum 40. & 41. Tertium anno 42. 43. Epiſtolarum librum primum, Anno 46. 47. Librum quartum Odarum Carmenque ſæculare 49 50. & 51. Librum ſecundum Epiſtolarum & artem Poeticam nulli certo tempori id ni Bentleius aſſignavit. De Philoſophia Horatiana evolvi diatribas *Jo. Guil. Bergeri*, Witeb. 1704. 4. & *Henningi Forelij*, Upſal. 1706. 8. *Dan. Heinſii* de Satyra Horatiana librum ſæpius editum, nec minus dignas lectu & amœnas ampliſſimi viri *Jo. Jacobi Maſcovi* exercitationes binas ad Satyras Horatii, Lipſ. 1714. 1716. 4. Ad locum vero Odæ 34. libri I. ubi Epicuro videtur renunciare & retrorſum vela dare ab inſanientis illius ſapientiæ

(a) Addictus nolui dicere, quia lib. 1. Epiſt. 1. ſe ipſe dicit Nullius addictum jurare in verba Magiſtri. Confer D. Rappoltum in Horat. p. 27. 56. &c.

(b) Hiſtory of the works of the learned A. 1708. p. 280. Bibl. choiſie de Mr. le Clerc Tom. XIV. p. 223.

tiæ erroribus, conferre licebit diſſertationem Georgii R. JCti adverſus Maſſonum, inſertam Novæ Bibliothecæ librorum, quæ Halæ Saxonum excuditur Germanice parte 19. pag. 789. ſeq. Horatius Pindari (*a*) imitator, unde *Pindaricum* appellat Venantius Fortunatus lib. 5. carminum cap. 6. Tom. X. Bibl. Patrum edit. Lugd. pag. 555. Idem IX. 7. *Pindarus Grajus meus, inde Flaccus*: Julius vero Cæſar Scaliger VI. Poetic. p. 811. 812. Horatium præfert Pindaro, & aliquas illius Odas (ut lib. 4. Od. 3. (*b*) & libri 3. 9.) ita miratur, ut malit tales à ſe compoſitas, quam Pythionicarum multas Pindari & Nemeonicarum, *quarumque ſimiles*, inquit, *malim compoſuiſſe, quam eſſe totius Tarraconenſis Rex*. Confer Menagii anti-Bailletum cap. 27. & Petri Francii Orationes pag. 601. ubi Horatium *Juvenali* præfert. Iſ. Caſauboni liber *de Perſiana Horatii imitatione*, commentario ejus in Perſium ſubjicitur. Pariſ. 1605. 1615. 8. Franciſcus Petrarcha (*c*) vir ſui ſeculi doctiſſimus dicere ſolitus eſt ſe ex nullo Poeta Latino evaſiſſe meliorem, quam ex Horatio.

Horace (d) nous iſtruit comme un ami commode
Sans trop s' aſſujettir à l' art, à la methode.
Son tour vif & naif enchante ſes lecteurs,
Et leur fait mepriſer ſes fades traducteurs.

Qu' Horace (e) connut bien l' elegance Romaine!
Il met le vrai dans tout ſon jour,
Et l' admiration eſt toujours incertaine
Entre la penſee & le tour.
Sublime, familier, ſolide, enjovée, tendre
Aiſé, profond, naif & fin,
Digne de l' Univers, l' Univers pour l' entendre
Aime à redevenir latin.

Horatii (*f*) carminum lectione delectati ſunt duo Imperatores ſapientiſſimi, Auguſtus & Severus. Eſt vero, in Odis præſertim elaboratiſſimus, ſublimis, ſuavis, emendatiſſimus, & in epithetis deligendis curioſus ac felix: præcipuus in ſatyra, doctor in poetica arte unice audiendus; eximius philoſophus in

S Epiſto-

(a) Vide Volum. infra, ubi de Franciſci Blondelli & Hurtadi de la Motte ſcriptis, quibus Pindarum cum Horatio conferunt.
(b) In libri IV. Oda 3. ſonus mutis piſcibus dandus intelligendus eſt de teſtudine, ut probe obſervavit Tho. Molyneux, Medicus Dublinenſis, Novell. Reip. litterar. A. 1703. menſe Sept. pag. 256. ſeq.
(c) Georg. Fabricius præf. ad Horat.
(d) Eſſais ſur la Critique, chant 3.
(e) Poeſies de Mr. Houdart de la Motte, Tom. 2. p. 82.
(f) Bibl. Schraderiana n. 1885. in fol.

Epiſtolis. In carmine elegantiam & peritiam numerorum ei tribuit Ovidius, in argumentis ſapientiam & calliditatem Perſius, diligentiam elucubratam Juvenalis, ſublimitatem auctor vetus ſed non nominatus, jucunditatem, gratiam, varietatem Quintilianus, ſollertiam Apulejus, in ſermone puritatem & nitorem idem Quintilianus: in Satyris eum eſſe emendatiſſimum Lactantius. Imitatus eſt in Odis potiſſimum cum Pindaro Alcæum & Sapphonem: epitheta ſumſit ab Homero & Sophocle. In libro Epodon ſecutus eſt Archilochum, in Satyris Romanos illos Ennium & Lucilium. Sed Horatio (*a*) nihil hoc in genere præſtantius eſt, qui ut omnes vitæ rationes in Satyris ſuis complexus eſt, ita floſculos ſuppeditat, quibus mirum in modum ornare ſermonem noſtrum poſſumus. Ego certe Satyras ejus omnes memoriæ mandari velim, tum in vitâ ipſâ, tum in ſermone uſui futuras. Elegantiſſima omnia ſunt, dictio nitida, &, ſi numeros tollas, ſermoni ſoluto apta. Urbanitas in eo mira, ſales candidi, ex abdito erutæ ſententiæ, argutiæ non coactæ, meræ Charites, omni occaſioni aptæ. Summum in illo Viro ingenium fuit, nec immerito Auguſto & Mæcenati in deliciis, cujus genium ſatyricum nemo ex antiquis, nemo è recentioribus, ullâ imitatione aſſecutus eſt. Vide quæ in ejus laudes ſcribat Caſelius in N.° ſuo, eum vitæ magiſtrum commendans: *Affirmare non dubitem*, inquit ille, *qui in hoc Poeta multum operę poſuerit, eumque ita perdidicerit, ut ejus verſus non in ore natos aut extemporales ut putatur, non memoria teneat (nec vero non ſunt, qui hoc præſtiterint,) ſed probe intellectos ad uſus vitæ transferat: hunc poſſe rebus ſuis ſuorumque recte in omnibus aliquid boni conſilii invenire: nec minus idem patriæ recte conſulat, præſertim ſi & ad hiſtoriam ſe conferat, ſpectans id, quod potiſſimum oſtendimus*. Clariſſ. Bentleio in notis pag. 64. Horatius dicitur *magnus novator*, quod ex Græcis in Latinam linguam felici audacia alia tranſtulit, alia ut *maleferiati* vocabulum ipſe primus effinxit. Confer Jac. Frid. Reimanni Hiſtoriam vocabulorum Latinæ Linguæ pag. 43. ſeq. Alius Horatius, de quo Martialis IV. 2. Sed longe plures hoc nomine commemorat Jo. Glandorpius in Onomaſtico Romano p. 402. ſeq. De *Titio* Poeta Lyrico Brockhuſius ad Tibullum pag. 92. ſeq. De *Cæſio Baſſo* Scholiaſtes Perſii ad Sat. VI. 1.

II. Scripta Horatii ita recenſet Sidonius Apollinaris Carmine IX. v. 218.

Non

(*a*) Morhofius Polyhiſt. lib. 3. c. 6. pag. 634. Tom. 1.

Non quod per Satyras Epiſtolarum
Sermonumque ſales, novumque Epodon,
Libros carminis ac Poeticam artem
Phœbi laudibus & vagæ Dianæ
Conſcriptis voluit ſonare Flaccus.

Hæc univerſa Horatii etiamnum hodie exſtant.

Carminum ſive Odarum libri IV. ad C. Cilnium Mæcenatem; licet primam Odam libri primi (uti non paucos Virgilii verſus) pro ſpuria habuit Franciſcus Guietus, doctus, ſed nimis delicati faſtidii Ariſtarchus. Librum quartum ex longo intervallo addere juſſit Auguſtus, ut in vita Horatii Svetonius memoriæ prodidit.

Epodon liber unus, perinde ut libri carminum vario genere verſuum proodico & epodico ſcriptus, de quibus conſulendus Aldi Manutii tractatus de XIX. generibus metrorum Horatii.

Epodon libro ſubjicitur *Carmen ſæculare*, quod Horatio componendum injunxit Auguſtus Anno U. C. 736. ætatis Horatii XL. Meminit auctor vitæ, & Sidonius innuit per *Phœbi laudes & vagæ Dianæ conſcriptas*. Sunt quibus carmen ſæculare videtur etiam lib. 1. Oda 21. & libri IV. Oda 6. Vide Petri Taſſini lib. 1. de ludis ſæcularibus cap. 16. & 17. in Tomo 8. theſauri Antiquitatt. Romanar.

Sermonum libri IV. ad eundem Mæcenatem, Epico carmine conſcripti, quorum duo priores complectuntur *Satyras (a)* ſive Eclogas ut Cruquius appellat: poſteriores duo ad docendum & inſtruendum facti, *Epiſtolarum* vulgo veniunt nomine, quorum in altera Ethicum Philoſophum, in altero Criticum profitetur. Alter conſtat Epiſtolis viginti, alter vero tribus, una ad Auguſtum (*b*) de Poetis, præcipue Romanis: ſecunda ad Julium Florum, tertia ad Piſones patrem & filios à Chariſio diſerte Epiſtolæ nomine memorata, quæ vulgo, ut Sidonii etiam ætate factum, ſejuncta à reliquis, Fabii auctoritate III. 8 Inſt. Or. inſcribitur *Liber de arte Poetica*, in quem Porphyrio obſervat Horatium congeſſiſſe præcepta Neoptolemi Pariani de arte poetica, non quidem omnia, ſed eminentiſſima. Hæc Epiſtola ſi cum duabus prioribus jungatur, mole & verſuum numero fere æquabunt priorem Epiſtolarum librum, aut certe parum in-

(a) Nonnullas Satyras ante Carmina quædam in Epodon libro, ſcriptas ab Horatio eſſe diſputat Samuel Petitus lib. 1. Obſervationum capite IX.

(b) Svetonius in Horatii vita: *Poſt Sermones vero lectos quosdam nullam ſui mentionem factam ita eſt queſtus Auguſtus*: Iratum me tibi ſcito, quod non in pleriſque ejuſmodi ſcriptis mecum potiſſimum loquaris. An vereris ne apud poſteros infame tibi ſit, quod videaris familiaris nobis eſſe. *Expreſſitque eclogam, cujus initium eſt*: Cum tot ſuſtineas & tanta negotia ſolus.

ter ſe uterque different, ut pridem notavit Dan. Heinſius. * Horatii *Satyras* Fulvius Urſinus in Virgilio cum Græcis ſcriptoribus collato pag. 3. veteris Codicis Vaticani fidem ſecutus *Eclogas* appellat. Sic quoque Cruquius, haud improbante Barthio ad Statium T. I. pag. 351. Liber ſatyrarum ſecundus Trebatio in quibusdam Codd. inſcribitur. Compoſitæ ſunt carmine epico, ſed ſermoni propiore, ut ipſe lib. I. Sat. IV. 41.

.... *neque ſi quis ſcribat uti nos*
Sermoni propiora, putes hunc eſſe poetam.

Ab his Satyris *mordacem* vocat Flaccum Sidonius: Petrus Bleſenſis ſubinde *Ethicum*, ut Epiſt. 150. & alibi. Quid ecloga, quid ſatyra exigat, eleganter tradit Jo. Antonius Campanus lib. V. Epiſtola 24. Verſus quatuor & quinquaginta ex Epiſtola ad Florum à verſu 87. ad 140. in alteram ad Auguſtum transferendos non poſt v. 219. ut Dan. Heinſius, ſed poſt 117. collocandos eſſe ſingulari diſſ. in Academia Inſcriptionum Pariſienſi A. 1702. 15. Nov. probatum ivit Vir Clariſſ. Joannes Boivinus. Sermonum libros, Horatii exemplo præter alios ſcripſit Petrus Scholirius eques & ſenator Antuerpienſis A. 1635. defunctus, quos commentariis etiam illuſtravit Albertus le Roy, (a) Eremita Auguſtinianus, Herbipoli 1683. 4. Ars Poetica ſcripta ad Piſones Patrem & filios, hos enim alloquitur verſu 24.

.... *Pater, & juvenes patre digni.*

Verſus octo in quibusdam Codd. & editionibus præfixi lib. I. Satyræ X. & à Gyraldo dialog. IV. de poetis, Guil. Cantero aliiſque pro Horatianis habiti: *Lucili quam ſis mendoſus teſte Catone* &c. tanquam ſpurii à Criticis rejiciuntur. Vide H. Stephanum, Lævinum Torrentium, alios.

Svetonius in vita teſtatur, veniſſe in manus ſuas & *elegos* ſub Horatii titulo, & *Epiſtolam* proſa oratione, quaſi commendantis ſe Mæcenati. *Sed utraque*, inquit, *falſa puto. Nam elegi vulgares, Epiſtola autem obſcura, quo vitio minime tenebatur.* Auctor libri de Orthographia, qui Bedæ vulgo tribuitur p. 2800. edit. Putſchii: *Nonnulli veterum ipſa carmina ſoles nominare, ſicut Horatius in principio cujusdam voluminis quod ita exorſus eſt:* So'es meos omni Eccleſiæ (Barthius LII. 4. legit *Eteſiæ*) veſtræ commendo. Et *Maro*: ſæpe ego longos cantando puerum memini me condere ſoles.

III. Inter editiones Horatii eas primo loco referam, quæ commentarios veterum adjunctos habent. Cum commentariis *Helenii*

(a) Acta Erud. 1684. p. 16.

nii Acronis (*a*) & *Pomponii Porphyrionis* (*b*) * ex emendatione Raphaelis Regii fol. ſine loci nota lucem vidit Horatius A. 1481. & per Antonium Zarotum Parmenſem, impenſis Auguſtini Mariæ Conagi, Mediolan. 1485. fol. atque additis etiam Antonii Mancinelli & Chriſtoph. Landini ſcholiis Venet. 1492. fol. per Petrum Joannem de Quarengis, & 1495. fol. nec non Brixiæ 1501. fol. & Venet. 1514. fol. Cum commentariis Acronis, Porphyrionis, Mancinelli, & Jodoci Badii Aſcenſii, recenſente eodem Badio Pariſ. 1519. fol. Cum commentariis Acronis, ad voluminis calcem, Baſil. 1527. 8. Cum Acronis & Porphyrionis commentariis, Baſil. 1545. 8. Cum commentariis Acronis & Porphyrionis, admixtis *C. Æmilii*, *Julii*, *Modeſti*, & *Terentii Scauri* annotatiunculis, emendante G. Fabricio, Baſil. 1555. fol. Cum enarrationibus *commentatoris veteris* (*c*) è MSto recenſiti auctique ac Jacobi Cruquii Meſſenii commentario, atque notis & ſuccidanea appendice Jani Douſæ, Patris, Antuerp. apud Plantin. 1578. 4. & 1611. 4. Cum commentariis vel notis XL. Grammaticorum, in quibus familiam ducunt veteres Acro, & Porphyrio, Baſil. 1580. fol. Cum ſcholiis perpetuis veteribus (ſelectis quidem illis, & paſſim emendatis atque ab interpolatione purgatis) notiſque accuratis Wilelmi Baxter. Lond. 1701. 8. Inſignis hæc eſt & ad uſum legentium perquam accommodata & emendata editio.

INDEX SCRIPTORUM

In commentariis veteribus ad Horatium citatorum.

ad paginas editionis Jac. Cruquii A. 1611. 4.

ACcius ingenio præcelluit Euripidem. 594. in Accio tragœdiographo nonnulla reprehendit Lucilius. 399. b.

Helenius Acro. 691. Helenius 434. b.

(a) Acron interpretandi laude quam Porphyrion inferior eſt judice Vavaſſore in libello pereleganti de vi & uſu quorundam verborum latinorum. Ætatem utriuſque qua vixerint non poſſum exacte definire.

(b) Inter doctos fere conſtat Commentaria Acronis pariter & Porphyrionis ſi non auctores mentiri, ſaltem miſere truncata & interpolata ad nos perveniſſe. Vide Jani Parrhaſii Epiſt. 5. Thomam Reineſium in defenſione Var. Lect. p. 107. Porphyrionem multo pleniorem & integriorem ſe habere, & cum notis editurum ſe ſcripſit Lud. Carrio lib. 1. emendationum cap. 14. Scholia MSta vetera in Horatium quæ exſtant in Codice Bibl. Franequeranæ allegantur à Guthberlero in libro erudito de Saliis p. 9. E ſcholiaſte ſuo inedito locum quoque profert Grævius in lectionibus Heſiodeis cap. 17.

(c) Imperfecta & mutilata vetera ſcholia à Cruquio edita eſſe, ita ut aliis editionibus ſimul opus ſit, queritur Barthius XLII. 22. Adverſar. Multa tamen habet hic enarrator Cruquianus, quæ in vulgato Acrone ac Porphyrione non leguntur. De Cruquii ipſius commentariis minus præclare ſentit Tan. Faber lib. I. Epiſt. 2. & libri II. Epiſtola 54.

Ælius Lamina. Infra in Africano.
Æſchylus tragicus 632.
AEſopicus apologus de monte parturiente. 627. de duabus peris. 438. de bellua multorum capitum. 692. b.
AEſopus & Roſcius clariſſimi Comœdiarum actores. 694. b.
Afranius togatam Comœdiam ſcripſit, id eſt Latinam. 594. 632.
Africanus. *Prætextatas & togatas ſcripſerunt Ælius Lamia, Antonius Rufus, Cn. Meliſſus, Afranius, Africanus, Pomponius.* 632.
Agellius qui libros noctium Atticarum ſcripſit. 635.
Alcæus. 123. 211. 219. b. 551. 585. amarus auſteritate carminis ſui, multos civitate ejecit, bellaque cum Pittaco tyranno geſta graviter ſcripſit. 234. b.
Anacreon libro III. 60. Bathylli amores ſcripſit non ita perfecto & elaborato pede quam dulcibus modulis. 285. b.
Antimachus bellum Trojanum ſcripturus ſic incepit: *Fortunam Priami cantabo & nobile bellum*, 627. poeta Cyclicus. 627. b.
Antonius Heroico metro Diomedeas ſcripſit duodecim libris, & nonnulla alia oratione ſoluta. 217
Antonius Rufus. ſupra in Africano.
Anytus Socratis accuſator. 692.
Apulejus de aſino aureo. 287.
Archilochus. 15. 585. Parius, jambici carminis ſcriptor. 694. jambi in Lycambem ſocerum, pleni maledictionis. 624. b.
Ariſtarchus Grammaticus Criticus in Homero notavit eos verſus, quos ejus non eſſe judicavit. 637. b.
Ariſto 387. b.
Ariſtophanes antiquæ Comœdiæ poeta. 398. b.
Fuſcus Ariſtius Grammaticus, ad quem ſcribit Horatius. 547.
Ariſtotelis libros qui tranſtulit, cum laboraret in τῷ ὄν, vertendo, finxit ens & laudem acquiſit. 623 b.
Aſconius in Salluſtii vita. 318.
Aſinii Pollionis Oratio pro Moſco Pergameno Rhetore. 692. b. ejus dictum: *male eveniat verbis niſi rem ſequantur*. 633. Pollio optimus Tragœdiographus. 399.
Atta togatarum ſcriptor, in fabula *materteræ*. 694. b.
Divus Auguſtinus in libro de doctrina Chriſtiana. 633.
Bibaculus (Furius) Poeta immanis ventris, nivem ſpumam Jovis dixit. 692. poemata belli Gallici ſic exorſus eſt: *Jupiter hibernas cana nive conſpuit alpes*. 474. b.
Bion Ariſtophanis Comici pater, magnæ dicacitatis. 694. b. Sophiſtes cognominatus mordaciſſimis verſibus omnes laceravit, ita ut ne Homero quidem parceret. 608. b.
Callimachus. 695. b.
L. Calvi carmina decantata. 398. b.

A. Ca-

A. Caſcellius JCtus. 635.
Caſſii Parmenſis Thyeſtes, Tragœdia. 400. multos verſus parvi momenti ſcribebat, ideo decrevit Senatus ut libri ejus cum cadavere exurerentur. ibid. elegiæ & epigrammata laudantur. 527.
Catius Miltiades Epicureus conviviorum præcepta digeſſit, variaque hiſtoria & dulciaria opera reperit. 460. a.b. ſcripſit quatuor libros de rerum natura & ſummo bono. 692.
M. Porcius Cato Cenſorius. 317. b. 623. b. Ejus dictum: *Quod eſt, eo uti decet, & quod agas agere pro viribus*. 623. laudatur multa paucis abſolviſſe. 398. b.
(Dionyſii) Catonis: Metiri ſe quemque decet, propriiſque juvari laudibus. 623.
Catullus 44. b. 635. b. Carmina ejus decantata. 398. b.
Chœrilus infra in Homero.
Chryſippus. 335. b.
Cicero 7.74.174.250.b 259.b.269. b. 290. b. 387. b.484 547.624. 625. b. 638.
pro Cornelio. 318. b.
in dialogis 232. b. in Fundaniana. 634. b.
in Philippic. 438. in Rhetoricis. 172. pro Scauro. 408. b. Tuſculan. 280. in Verrinis 502.
Cinnæ poetæ Smyrna apud Catullum 635. b.
Commentator. Apud commentatorem inveni relatum. 626. b.
Conſtantinopolitana pro Byzantiis dicit 460. b.
Cratinus antiquæ Comœdię poeta. 398. b.
Criſpinus Stoicus dogmata multa Stoicorum verſibus ſcripſit. 335. b. 350.
Criticus judex, infra in Tarpa.
Demetrius δραματοποιός & actor fabularum 398. b.
Democles Philoſophus. 139.
Democritus Philoſophus. 632. 633. Philoſophus Epicureus, dictus Sophiſta, deriſor poetarum. 632. b. 633.
Demoſthenes. 625.
Donatus. 99. b.
Empedocles Pythagoricus Sicilienſis, carmine conſcripſit Phyſica. 638. dicebat tarda ingenia frigido circa præcordia ſanguine impediri. id.
Ennius 7.28.62,b.172.232.b.318. 407.556.b.584.b.594.609.623. 690.691.b.692.b.694.a.b.
Epicurei omnia dicunt fieri fortuitu. 305.
Epigramma vetus in Sempronium Rufum qui præturam petens repulſam tulit quod ciconiarum pullos manducare docuiſſet. 417. b. Aliud in Licinii marmoreum tumulum. 632. b.
Evandes plaſtes eximius. 334. b.
Eupolis antiquæ Comœdiæ poeta. 398. b.
Euripidis Bacchæ. 567. b.
Fabius JCtus Horatii tempore. 320. b.
Fabius Maximus Narbonenſis equeſtri loco natus & Pompejanas

janas ſecutus partes , cum Horatio aliquando de ſecta Stoica contendit acriter, ſcripſitque aliquot libros de Philoſophia Stoica. 305 690.

Fannius Quadratus poeta loquax & ineptus. 350.

Julius Florus, ad quem Horatius, ſcriba fuit, Satyrarum ſcriptor, cujus ſunt electæ ex Ennio, Lucilio & Varrone ſatyræ. 692.b.

Fundanius Comœdias optime ſcripſit. 399.b.

Furnius hiſtoriarum fide & elegantia claruit. Horatio memoratus. 400. b.

Fuſcus Ariſtius Grammaticus, ſupra in Ariſtio.

T. Gracchus Orator. 694.b.

Græca fabula de athletâ qui follem perdiderat. 608.

Helenius Acro. ſupra in Acrone.

Herillus. 387.b.

Hermogenes modulator, obtrectator Horatii. 398. b.

Heſiodus. 12.

Homerus. 11.b.22.41.190.299.300.313.b.387.520.562.b.584.624.b.627.b 635.693. b.695.b. Therſitas Homeri quam Choerili Achilles malebat eſſe Alexander. 635.

Horatius 30.43.44.a.b.46.152.168.227.b.243 245.b.283.b.289.299.320.362.540.572.578.626.630.b. dicitur fuiſſe melancholicus.633. ejus Satyra media inter aſperitatem Lucilii & ſuavitatem Juvenalis. 304.b. Romæ puer doctus eſt Iliadem Homeri, poſtea Athenis ethicam & Platonis libros &c. 608.

Iſidorus 207. b. Hiſpalenſis intelligitur.

Juvenalis 6.b.19.37.b.48.58.b.74.b 87.90.b.106.b.114.117.120.122.123.129.147.b.153.b.161.181.b.185.193.241.259.b.260.262.b.270.b.282.295.304.408.438.522.b.625.

Laberius mimographus facetus in verſibus, ſed carens iis quæ ſunt perfecti operis. 398.b.

Ælius Lamia. ſupra in Africano.

Lex Roſcia. 692. b.260.

Livius Andronicus primus Latinas Comędias ſcripſit 594. latinam linguam dilatavit cum Catone & Ennio. 623.b. Lyrica ante Horatium ſcripſit, ſed non exacta ſatis Græcorum lege ad Lyricum characterem. 690.

Livius Hiſtoricus 80. b.272. b. 288.b.

libro CXVII. 691. CXXVII. 362.

Lucanus 7.a.b.18.b.26.b.33.34.a.b.41.b.60 75.83.b.84. a. b.90.b.97.111.119.122.143.157.b.177.b.191.246.250.263.269.b.626. At 362. b. Lucilium pro Lucani nomine eſſe reponendum obſervat Barthius.

Lucilius 6[illegible].304.b.318.b.320.331.b.334.349.b.350.361.363.368.398.b.400.417.630. b.688. b.689.b.690.b.691.b.692.b.694.b.

Lucretius 2.b.305.363.b.373.375.b.383. b.408.551.

Ci-

Cn. Meliſſus Poeta. ſupra in Africano.
Meſſala Corvinus & Pedius Publicola oratores Romæ valde inſignes. 399.
Metius Tarpa, infra Tarpa.
Mimnermus Elegiaci carminis autor duos libros luculentis verſibus ſcripſit. 695.
Nævius ſordidus 370. *diverſus à Tragico*.
Navii vatis libri, aut Sibyllæ. 694.
Neoptolemi præcepta de arte poetica non omnia ſed eminentiſſima expreſſit Horatius. 695.
Orpheus Theologus divinorum carminum ſcriptor. 636.
Ovidius 95. 153. b. 211. 262. 300. b. 307. b.
Pedius Publicola. ſupra in Meſſala.
Perſius 48. 87. 320. 333. 350. 362. 392. 400. 416. 433. b. 435. 437. 483. a. b. 510. 533. 572. 584. 595. 637. 693.
Petronius 263. b.
Philodemus Poeta Epicureus multa Epigrammata Græce ſcripſit, 320.
Phocylides.
Pindarus. 33. b. 216. b. 525. b.
Pitholeon Rhodius ineptus Poeta in ſuis Epigrammatis etiam Latinis Græca immiſcuit. 398. b.
Platonis libri ſupra in Horatio.
Plautus 15. b. 37. b. 51. 208. 299. a. b. 184. b. 300. 363. b. 374. b. 392. b. 418. b. 437. b. 474. 572. 595. 624. b. 631. 691.
Pollio. ſupra in Aſinio.
Pomponius. ſupra in Africano.
Priſcianus 597.
Pyrrho. 387. b.
Pythagoras. 692. 694. a. b.
Quintilius, vide Varus.
Antonius Rufus. ſupra in Africano.
Ruſo fœnerator, idemque hiſtoriographus ineptus. 334. b.
Salluſtius Criſpus hiſtoriarum ſcriptor. 46. 87. 126. 129. 195. b. 219. b. 232. b. 263. b. 622. 636. 690. 693. b. 694. b. 417. b. 547. 562. Cato & Salluſtius laudantur multa paucis abſolviſſe. 398. b. *De Salluſtii coquo Damo mentio* 307. 690.
Sappho Lesbia 123. 551. 585. 262. Æolica uſa dialecto. 234. b.
Mucius Scævola JCtus. 609. b. 694. b.
Scaurus Grammaticus. 475. b.
Sedulius Poeta. 284.
Titius Septimius lyrica carmina & tragœdias ſcripſit Auguſti tempore, ſed libri illi jam cum commentator vetus Horatii ſcriberet nulli extabant. 525. b.
Servius in V. Aeneidos. 139. dicit Virgilium libros Aeneidos ineditos, id eſt incorrectos reliquiſſe & incendi juſſiſſe. 637.
Ex Sibyllinis reſponſa dabant Quindecimviri Sacerdotes. 301. Ex Sibyllinis de carmine ſeculari. 299.
Statius 44. b. 49. b. 153. b. 172. b. 216. b.
Steſichorus gravia carmina ſcripſit. 234. b. poſt vituperatio-

nem Helenæ ſcriptam excœcatus, poſtea Apollinis reſponſo laudem Helenæ ſcripſit & viſum recepit. 43. b. 292. b. 293.
Stoicorum dogma, peccata eſſe paria. 534. b. omnia ratione fieri affirmant. 305.
Svetonius 593. Trãquillus 634. b. in vita Horatii. 213.
Metius Tarpa, judex Criticus, auditor aſſiduus poematum & Poetarum in æde Apollinis, ſeu Muſarum quo convenire Poetæ ſolebant. 399 b.
Terentius 11.b.37.b.39.44.49.51.52.56.60.72.74.83.94.b.111.a.b.147.179.237.250.a.b.282.294.b.307.b.317.b.318.a.b.319.350.b.351.373.399.409.418.434.b.503.b.558.572.b.588.596.624.b.628.b.
Luthienus (*Barthius legit* Lucius AElius) Theon libertinus, à cujus dicacitatis amaritudine dentem Theoninum dixit Horatius. 579.
Theſpis Tragicus. 632.
Thyeſtes reperit rationem deliquii Solis. 625. b.
Torquati Oratio pro Moſcô Pergameno Rhetore. 692. b.
Tranquillus, ſupra in Svetonio.
Tyrtæus ab Athenienſibus miſſus poeta luſcus & claudus, ſapiens tamen, carmine componendo & conſilium dando Lacedæmonios ad prælium acuit. 636. a. b.
Varius doctiſſimus, & magnus poeta tragœdias fecit. 691. b.
Varro 502. b. 520. b. 690. primo rerum divinarum. 547. in eo libro, qui inſcribit *virgula divina* 387. b. in tertio diſciplinarum ad Marcellum de lingua Latina. 629. b.
pro roſtris ſepulchrum Romuli dixit. 289.
Varro Atacinus Narbonenſis, ab Arace fluvio dictus ſermones, ſive ſatyras fruſtra tentavit. 691. b. Lucilio minor. 399. b.
Quintilius Varus poeta Cremonenſis, patronus & amicus Virgilii. 637. b. in panegyrico Auguſti. 576.
Verrius Flaccus 229. b.
Virgilius 1.b 2.a.b.6.b.7.a.b.11.b.12.15.b.18.b.19.20.b.22.23.26.b.28.a.b.30.34.b.37.b.39.41.a.b.44.46.47.b.48.49.b.51.52.a.b.54.b.55.b.56.57.b.59.60.a.b.62.b.63.65.b.66.67.69.70.b.71.b.72.74.b.78.a.b.80.90.b.92.b.93.97.a.b.99.102.b.106.b.109.111.114.117.122.123.132.136.b.139.142.143.146.b.147.a.b.152.b.187.b.188.196.202.b.211.216.222.225.235.237.b.243.b.245.b.248.250.b.257.b.262.263.a.b.268.270.a.b.276.b.277.a.b.279.281.b.283.b.284.285.b.287.a.b.290.a.b.295.299.300.a.b.305.a.b.317.319.a.b.333.334.350.a.b.351.a.b.361.b.362.373.374.383.a.b 387.a.b.399.b.407.b.417.b.419.433.b.459.b.460.474.475.483.b.503.b.521.545.b.572.593.595.b.597.a.b.608.b.610.622.a.b.623.624.626.627.b.628.629.634.636.688.b.689.a.b.693.

IV. Ce-

IV. Ceteræ editiones ſine veterum commentariis hæ fere ſunt præcipuæ. * Pro editione Horatii antiquiſſima habet vir egregius Mich. Maittaire, quam in 4 ſine loci & temporis aut typographi nota impreſſam memorat p. 72. Annal. typograph. putatque curante Antonio Zaroto Parmenſi impreſſam Mediolani circa A. 1470. cum his in calce verſiculis:

Hoc quicunque dedit Venuſini carmen Horati,
Et ſtudio formis correctum effinxit in iſtis,
Vivat, & æterno ſic nomine ſæcula vincat
Omnia, ceu nunquam numeris adolebitur auctor.

Præterea memorat pag. 108. editionem Mediolanenſem 1474. fol. ejuſdem Zaroti impreſſam cura, & Ferrarienſem ejuſdem anni in 8. cum hoc tetraſticho:

Ferrariæ impreſſit regnante ſub Hercule divo
Regia quo gaudet nunc Leonora viro.
Carnerius puer Auguſtinus, cui dedit almam
Bernardus lucem Bibliopola bonus.

Has ſecutæ Mediolanenſes 1476. & 1477. fol. per Philippum de Lavagnia: & Tarviſina ejuſdem anni fol. quæ omnes præceſſerunt Venetam (*a*) Anni 1477. fol. per Philippum Condam Petri, quam pro prima omnium laudat Bentlejus p. 8. 58. 73. 87. 101. &c. Cum *Chriſtophori Landini* interpretationibus, * vidit primum lucem Horatius Florentiæ 1482. fol. apud Antonium Miſcominum, cum hac bella Angeli Politiani oda:

Vates Threicio blandior Orpheo
Seu malis fidibus ſiſtere lubricos
Amnes, ſeu tremulo ducere pollice
Ipſis cum latebris feras.
Vates Æolii pectinis arbiter:
Qui princeps Latiam ſollicitas chelyn,
Nec ſegnis titulos addere noxiis
Nigro carmine frontibus:
Quis te à barbarica compede vendicat?
Quis frontis nebulam diſpulit: Et ſitu
Deterſo levibus reſtituit choris
Curata juvenem cute?
O quam nuper eras nubilus: & malo

Obdu-

(a) Una eademque videtur eſſe quæ p. 127. & 133. à Maittairio memoratur Horatii editio Veneta A. 1477. & 1478. utraque apud Philippum Condam Petri, utraque die XV. Septembris finita. Nec fortaſſe diverſa quam pag. 137. refert Venetam ex ejuſdem Philippi officina A. 1479. finitam tamen die XVIII. Sept. Notus eſt typographorum dolus, qui eorundem librorum, ut recentes appareant, exemplis quibuſdam licet ante excuſorum numeros aliis proximi, aliis ſecundi, aut tertii poſt anni inſcribunt.

Obductus ſenio! quam nitidos ades
Nunc vultus referens docta fragrantibus
Cinctus tempora frondibus!
Talem purpureis reddere ſolibus
Lætum pube nova poſt gelidas nives
Serpentem poſitis exuviis ſolet
Verni temperies poli.
Talem de choreis reddidit & Lyræ
Landinus Veterum laudibus æmulus,
Qualis tu ſolitus Tibur ad uvidum
Blandam tendere barbiton.
Nunc te deliciis, nunc decet & levi
Laſcivire joco, nunc puerilibus
Inſertum thyaſis aut fide garrula
Inter ludere virgines.

Horatius cum Landini commentario Venet. 1483. fol. per Joannem de Forlivio & ſocios, & 1486. fol. per Bernardinum de Tridino ex Monteferrato; & cum commentariis *Joannis Arriabeni*, Venetiis An. 1490. fol. Horatii Epiſtolæ impreſſæ Cadomi Anno 1480: cujus editionis exemplar membranæ impreſſum habuit V. C Tho. Galeus. * Horatius ex editione *Jacobi Locheri* (*a*) Poetæ laureati & Profeſſoris in Gymnaſio Friburgenſi cum argumentis, ſcholiis, gloſſa interlineari & iconibus ligno mira ſimplicitate inciſis, Argentorat. 1498. fol. apud Joannem Reinhardum cognomento Gurninger, opus dicatum Carolo Marchiani Badenſi. Horatii Odæ cum argumentis & tabula legum carminis, Pariſ. 1498. 4. Fuit in Bibl. Bigotiana; & in Bibl. Menarſiana p. 352. *Aldina* editio litteris quas vocant Italicis ſive currentibus An. 1501. 8. atque iterum emendatius & ratione metrorum demonſtrata An. 1509. 8. ad Iafredum Carolum Regii Senatus in urbe Mediolano moderatorem. & 1519. 1527. 1559. 8. * Cum commentariis *Antonii Mancinelli*, & *Badii Aſcenſii* Pariſ. 1503. 1516. fol. Cum notis Badii Aſcenſii, Pariſ. 1506. 4. cum *Antonii Boſinii* commentariis, Rom. 4. & in editione Aſcenſiana, Pariſ. A. 1519. fol. * Epiſtolarum libri II. prodierunt ſeparatim Lipſiæ apud Jacobum Thanner 1517. 4. in fronte libri legas hos verſus:

Jam cenſura gravis me caſtigavit ad unguem:
Criſpantes naſos tutus adire queo.

Ars poetica quibuſdam locis, ut habet titulus, emendata, Daventriæ in 4. ex officina Jacobi de Breda, ſine anni notatione. Eſt mihi

(*a*) *Leſcherus* hic typographi vitio vocatur in notis Bentleii pag. 8. 25. 29. 31. &c. atque in prioribus editionibus Bibl. meæ Latinæ *Locherus*.

mihi & alia editio vetus in 4. ſine notatione anni, locique. Prodit præterea Lipſiæ in 4 1498. & alia antiqua editio ibidem in 4. ſine anno Clariſs. Schœtgenio inſpecta: qui etiam notavit Epiſtolas Horatii ſeparatim editas Lipſiæ 1498. fol. & 1512. 4. atque iterum anno non addito in 4. Satyras itidem Lipſiæ in 4. ſine anno, & additis Epiſtolis, cum commentario Acronis & Aſcenſii, Pariſ. 1499. 4. Carmina ſive Odæ Lipſiæ in 4. ſine anno. Epodon liber, ibid. 1488. 4. & 1498. 4. Carmina & Epodos Lipſ. 1492. 4. Carmen ſeculare cum Jo. Sentini de quibuſdam Lyricis carminibus tractatulo Lipſ. 4. ſine anno & ibid. 1498. 4.

Friburgenſis editio 1533. 8. cum notis *Henrici Glareani* & A. 1540. 8. cum Nic. Perotti libello de metris Odarum Horatii, qui exſtat etiam in edit. Aldina A. 1519. 8. *Rob. Stephani* editio Pariſ. 1539. & 1544. 8. cum Perotti libello de metris Horatianis; & 1545. 12. exſtat & altera cum ſcholiis & argumentis *H. Stephani*, & diatribe duplici ſine notatione anni, 8. & ſecunda editio A. 1588. 8. tertia Genev. 1600. 8. * cui additæ pag. 151. ſeq. emendationes & acceſſiones ex veteri MS. ad *Porphyrionis* in Poetam commentarios. Teſtatur Stephanus Grammaticum illum in Codice MS. *Pomponium Porphyrionem* appellari. Lugdunenſes editiones apud Gryph. An. 1535. 1542. 1559. 1567. 8. &c. * Editionem Pariſienſem nitidam ex officina Vaſcoſani, Odarum quidem & Epodon Anni 1545. Epiſtolarum Anni 1549. Satyrarum & de Arte Poetica Anni 1551. 4. cum Codice MS. Jo. Jacobi Mentelii 600. annorum, qui olim Lambini fuit (licet Lambinus ad lib. I. Sat. 10. perperam ſcribit nullum fere exſtare librum MS. qui annos 400. ſuperet) collatam habuit Marqu. Gudius, è qua lectiones deſcriptas ſervo. Codicem Horatii MS. optimæ notæ laudat Barthius Adverſar. XXXV. 2. Reginenſem Bentlejus pag. 13. 16 ex prima manu pag. 10. 23. & ex ſecunda manu pag. 25. Codicem Leidenſem plus quam octingentorum annorum pag. 89. Cantabrigienſi item ſexcentorum & Tho. Galei Codice ac notis uſum ſe teſtatur pag. 18. 21. 82. &c. * Horatius Baſil. 1545. fol. cum Variorum Commentariis; & cum enarratore vetere Cruquiano notiſque Cruquii, (*a*) Antuerp. 1597. 4. Cæterum editio Baſileenſis, quæ A. 1580. fol. prodiit apud Sebaſt. Henricum Petri *cum commentariis & notis*, ut promittit titulus, *quadraginta Grammaticorum*, non tot commentarios in totum Horatium exhibet, ſiquidem plerique ex illis tantum loca quædam Horatii ſparſim illuſtrarunt, ut facile patebit erudito lectori ex elencho illorum quadraginta, quorum lucubrationes, vel ex illis excerpta, in hac editione exſtant; ſunt

(a) * In Cruquio ut modeſtiam & probitatem nunquam, ita judicium & eruditionem ſæpe deſideraveris judice Bentlejo pag. 19.

ſunt autem hi: Acro, Porphyrio, Terentius Scaurus, C. Æmilius, Julius (*a*) Modeſtus, Chriſtoph. Landinus, Eraſmus, Aldi Manutii ſcholia, & de metris Horatianis, Lud. Cœlius Rhodiginus, Angelus Politianus, M. Antonius Coccius Sabellicus, Jo. Baptiſta Pius Bononienſis, Jacobus à Cruce Bononienſis, Petrus Crinitus, Benedictus Philologus, Jo. Hartungus, Henr. Glareanus, Theodorus Pulmannus, M. Antonius Muretus, G. Fabricius, Jodocus Badius Aſcenſius, Polydorus Virgilius, Gilbertus Cognatus, Philippus Beroaldus, Servius Marius Honoratus. Tum argumenta incerti auctoris *in Odas*. Diomedes de metris Horatianis. Atque in Odas Philippus Engentinus, Hermannus Figulus Hirsfeldianus, Jo. Thomas Freigius, & Antonius Mancinellus. *In artem Poeticam* vero Franciſcus Luiſinus Utinenſis, (ejuſdem cujus parergon libri in theſauro Critico Gruteri exſtant) Jacobi Grifoli Lucianenſis commentarius multo auctior, quam antehac editus, Jaſonis & Gabrielis de Nores Cyprii, A. Jani Parthaſii, Viti Amerbachii, & Joh. Thomæ Frelgii. *In primam & ſecundam ſatyram libri primi* paraphraſis, & obſervationes Juliani Aurelii Leſſignienſis, & *in libros Epiſtolarum*, additamenta Guidonis Morilloni. Cum commentariis, & obſervationibus Eraſmi, Politiani, Sabellici, Rhodigini, Pii, Criniti, Aldi Manutii &c. Venet. 1553. fol.

Cum *M. Antonii Mureti* commentariis, Venet. apud Aldum jun. 1552. 1555. 8. additis ſcholiis *Jo. Mich. Bruti* ad libros Odarum & Epod. id. 1561. 1564. 1570. & 1582. 8. Cum notis *Joannis Hartungi*, Baſil. 1555. fol. *Franciſci Irenici*, Lugd. 1567. 8. & Dillingæ 1585. *Antonii Sebaſtiani Minturni* commentarius in Horatium, Venetiis editus. Horatius è decem codicibus emendatus cum commentariis eximiis *Dionyſii Lambini*, Lugduni 1561. 4. & Venetiis 1566. 4. (*b*) apud Paulum Manutium, tum magnis acceſſionibus locupletatus, Pariſ. 1568. 1579. 1587. fol. Francoſ. 1577. fol. apud Wechel. & 1596. 4. & cum indice omnium verborum Treteriano 1600. 8. Genev. 1605. 4. Francof. 1612. 4 & Pariſ. 1605. fol. in qua editione accedunt notæ Turnebi & *Theod. Marcilii*. Ex caſtigatione *Theodori Pulmanni*. A. 1566. apud Plantin. minore forma, & 1577. & 1580. cum Pulmanni & Manutii notis. Notæ *Jani Douſæ* patris, & ejus appendix ad commentariolum Horatianum 1582. 12. * Cum *Adr. Turnebi* in lib. 1. Carminum & in loca ob-

ſcuriora

(a) Julium Modeſtum Hygini libertum fuiſſe teſtatur Svetonius de Grammaticis cap. 20. Ejus *librum quæſtionum confuſanearum* laudat Gellius III. 9. Ejuſdem *de feriis* Macrobius lib. I. cap. 4. Saturnal. & alibi. Citatur & Julius Modeſtus à Chariſio &c.

(b) In hac nitida nec ubique obvia editione adjunctæ ſunt doctæ *Jo. Mich. Bruti* ad IV. libros carminum & Epodon librum notæ.

ſcurioſa Pariſ. 1577. 8. cum Mureti & Manutii in Horat. notis: *Georgii Fabricii*, Lipſ. 1578. 8. 1588. 8. 1605. 8. * cum caſtigationibus *Georgii Fabricii*, & indice adagiorum, quibus Horatius uſus, aut ad quæ alluſit, vel quæ deinde in proverbii formam abierunt, mille & quadringentorum. Hunc indicem, in quo multa, quæ proverbia non ſunt, caſtigatum & interpolatum in haud paucis H. Stephanus ſuo Horatio ſubjunxit.

Horatius *Petri Gualterii Chabotii* Pictonis Sanlupenſis Pariſ. 1582. 8. & Baſil. 1589. 8. & cum ejuſdem uberioribus commentariis Dialectico, Grammatico & Rhetorico, abſoluto An. 1587. & edito Baſileæ 1594. fol. ac poſt auctoris fata iterum (circa A. C. 1597. enim è vivis exceſſit) recenſente Jac. Graſſero anno 1615. fol. quæ locupletior eſt editio, non emendatior. Abſurde quibusdam Chabotius Torrentii commentaria compilaſſe dicitur, cum Torrentio longe prior ſcripſerit, ut probe animadverſum Bælio eſt T. 1. Lexici p. 888. * Chabotium laudat Bentlejus pag. 13. Cum notis *Guil. Xylandri*, Neoſtad. 1590. 8. Heidelb. 1575. 8. * Epiſtolarum libri duo, & in eas præfationes, Pariſ. 1585. 4. Cum erudito commentario *Lævini Torrentii*, Epiſcopi Antuerpienſis bonis Codd. MSS. uſi ex officina Plantin. apud Jo. Muretum A. 1608. 4. Additæ ſunt & *Petri Nannii* Alcmariani in artem Poeticam notæ.

Federici Ceruti Medici Veronenſis paraphraſis totius Horatii, Veronæ, 1585. 4. Paraphraſis *Eilhardi Lubini*, Roſtoch. 1599. 4. Francof. 1612. 4.

Horatius cum ſcholiis *Greg. Berſmanni* 1602. Lipſiæ 8. Cum notis Dan. Heinſii (*a*) ap. Rapheleng. 1610. 8. & 1612. 8. addito libro ejuſdem Heinſii de ſatyra Horatiana, una cum fragmentis ſatyrarum *Lucilii*, qui primus, ut ait Plinius, condidit ſtyli naſum, qualia Rob. Stephanus in fragmentis latinor. Poetarum dederat, & fragmentis Græci Sillographi *Timonis*, petitis è Poeſi Philoſophica H. Stephani. Tertia Heinſii editio, Lugd. Bat. 1629. 12. & quarta ſine notis Amſtelod. 1676. forma minore. Cum notis *Jani Rutgerſii*, Pariſ. 1613. 12. * Rutgerſium ut ingenioſiſſimum laudat Bentlejus pag. 11.

Horatius ab omni obſcœnitate Romæ expurgatus, Colon. 1616. 8. *Jodoci Deſmarez* Antuerpienſis, è Soc. Jeſu brevis commentarius ad Horatium ab omni obſcœnitate purgatum, Duaci 1636. 8. Cum notis brevibus & perſpicuis *Joannis Bond.* Hanov. 1621. 8. Amſt. 1630. 12. 1636. 1643. 1650. 12. & ſæpius deinde alibi.

Horatius

(a) Bentlejus ſolitam Dan. Heinſii infeliciter corrigentis προπετείαν & loca incruſtantis ſincera arguit pag. 22.

Horatius è typographia Regia, Pariſ. 1642. fol. typis luculentis. Cum commentariis ſelectis *Variorum* & ſcholiis integris Joannis Bond. curante *Cornelio Schrevelio*, Lugd. Bat. 1653. 1658. (*a*) 1668. & 1670. 8. in qua editione præfatio promittit Rutgerſii Venuſianas lectiones in Horatium, ſed has poſtea demum integras è Bibliotheca Nic. Heinſii edidit Clariſſ. Burmannus. Cum notis *Jo. Minelli*, Roterd. 1668. 1673. 12. Cum caſtigationibus *Tan. Fabri*, Salmur. 1671. 12. Cum Minelli notis commentarioque eximio D. *Frid. Rappolti*, & ſupplemento *Joachimi Felleri*, Lipſ. 1675. 8. duobus volum.

In uſum Delphini, at privato auſu Horatium non integrum (quæ moribus enim nocere vita ſunt, omiſſa) ſed inſigniter, & eleganter illuſtratum edidit *Petrus Rodellius* è Soc. Jeſu, cum paraphraſi ac notis, Toloſæ 1683. 8. Pariſ. 1686. 8. & Lond. 1690. 8. Poſtea auſpiciis Regiis idem præſtit *Ludovicus Deſprez*, Pariſ. 1691. 4. in qua editione exſtat etiam, omiſſus à Rodello index omnium verborum. Recuderunt Deſprezii Horatium Londinenſes An. 1694. 8. & omiſſa adulatoria præfatione adjecere vitam Horatii, Andreæ Dacerii notis illuſtratam, ejuſdem Chronologiam Horatianam & diſſertationem de origine ac progreſſu ſatyræ Romanæ, ex Gallico idiomate latine verſam. In Amſtelodamenſi editione A. 1695. 8. ad Londinenſem expreſſa omiſſus eſt index omnium verborum.

Horatii carmina expurgata, cum notis eruditis & eleganti interpretatione *Joſephi Juventii* S. I. Pariſ. 1696. 8. & Rothomagi 1711. *Quod ſpectat*, inquit, *ad rationem, quam in interpretando ſecutus ſum, nolui eam eſſe nimis exſanguem & jejunam, qualem cernere eſt in iis commentariis, quæ haud ita pridem exierunt, in quibus interpretatio fere eſt horrida, & hirſuta, dum verbum verbo religioſe ac putide potius reddit: amœnitatem quandam ſectatus ſum in explicando amœniſſimo poeta, & malui ut ubertas quam inopia culparetur.*

Horatius cum ſcholiis eruditis *Eduardi à ZurcK*, ſcholæ Harlemenſis Rectoris, Harlem. 1697. 8. Lond. 1702. 8. * de quo vide Diarium Belgicum, boekſaal van Europe A. 1629. pag. 277. Cum lectionibus Venuſinis *Jani Rutgerſii*, edente Petro Burmanno V. C. Trajecti Batavor. 1699. 12. * Horatium *Ludovici Deſprez*, Londinenſes jam quartum A. 1706. & quintum recuderunt Ao. 1711. 8. *Wilhelmum Baxterum* qui A. 1701. Horatium Lond.

(a) Editionem variorum Lugd. Bat. A. 1658. 8. pluribus MSS. notis *Phil. Munkeri*, & alteram A. 1663. 8. non paucioribus Thomæ Munkeri refertam ſervare ſe teſtatur Thomas Crenius X I. animadverſ. Philolog. pag. 243.

Lond. 8. illuſtravit, virum reconditæ eruditionis appellat Bentlejus pag. 9. not. ad Horat.

Horatius perquam nitide ad optimorum exemplarium fidem excuſus, cum caſtigationibus quibuſdam & variis lectionibus notatu dignioribus. *Cantabrigiæ* typis majoribus Academicis An. 1699. 4. atque iterum minoribus typis A. 1701. 12. curante potiſſimum viro doctiſſimo *Rich. Bentlejo*, à quo aliam adhuc editionem, hujus Poetæ, aliquot centenis locis reſtitutam & notis illuſtratam eruditi exſpectant. Horatium Cantabrigiæ typis luculentis A. 1699. 4. & 1701. 12. nitide editum debemus *D. Jacobo Talbotio* è Collegio SS. Trinitatis, quem dignis laudibus effert Bentlejus pag. 28. 53. &c. * Horatius cum notis eruditis & emendationibus novis (ad 800.) ingenioſis ſane & doctis, ſed ubi MStos Codices deſerit præfidentioribus plerumque & audacioribus, præclari Viri *Richardi Bentleii*, S. T. P. Regiæ Maj. à Sacris Domeſticis, Bibliothecarum Regiarum cuſtodis, Archidiaconi Elienſis & Collegio SS. Trinitatis apud Cantabrigienſes præfecti, Cantabrig. 1711. 4 editio ſplendida & elegans, dicata (*a*) Roberto Harlejo, Oxonii Comiti, nec diu poſt recuſa, haud minus pulchris ac nitidis typis Wetſtenianis (*b*) Amſtelod. 1713. 4. ſed ita ut ad uſum longe præſtet hæc poſterior editio, petinde etiam emendata: nam & notas Bentleii ſingulis paginis ſtatim ſubſtratas offert, non ut Cantabrigienſis, ad Voluminis ſubjectas calcem: deinde qui in hac deſiderabatur locupletiſſimum exhibet indicem omnium Horatii verborum, Tretero-Avemannianum, ſed obſervationibus variis ad latinitatem pertinentibus, & locis plus quam mille & quingentis auctum atque emendatum ab *Iſaaco Verburgio*, inſertis etiam variis lectionibus Bentlejanis. Cantabrigiæ 1713. 8. Horatius recuſus ex Rich. Bentleii editione cum notis ejus, ſed in compendium miſſis à fratris filio *Thoma Bentlejo*, Collegii SS. Trinitatis Cantabrig. ſocio. Eodem anno 1713. 12. Amſtelodami apud Guilelmum van de Water (*c*) Horatius minoribus typis prodiit curante *Petro Burmanno*, caſtigatus ad Codices MSS. & ad Bentleii edi-

tionem,

(a) Dedicatio Bentleii ſeparatim lucem vidit cum Anglica verſione Lond. 1712. 8. præmiſſo ejuſdem Dodecaſticho ad Carolum Halifaxiæ Baronem. Oppoſitum etiam Bentlejo ſcriptum: *Ariſtarchus ampullans in curis Horatianis*, ſive querimonia Epiſtolaris, Philargyrii Cantabrigienſis ad cenſorem Britannicum de intempeſtiva iſta corrigendi libidine. Lond. 1712. 8. Et alterum multis non contemnendis obſervationibus refertum: *Richardi Johnſoni* Ariſtarchus anti-Bentlejanus, Nottinghamiæ 1717. 8. de quo videſis Acta Erud. 1717 p. 497. Bibl. Angloiſe de Mr. de la Roche, T. 1. p. 281. Bibl. antienne & moderne de M. le Clerc. T. VII. pag. 63.

(b) Acta Erud. 1713. pag. 393. Bibl. choiſie de Mr. le Clerc. T. 26. p. 260. Mem. de Trev. 1718. Fevr.

(c) Acta Erud. T. VI. ſupplem. p. 30.

tionem, à qua tamen ſubinde recedere non dubitat, quando ille non ex Codicum auctoritate, ſed ſuopte ingenio nonnulla proruptiore auſu immutavit. A nevv edition of the Odes, Epodes aud Carmen ſeculare of Horace, in Latin and English, vvith a translation of all Dr. Bentley's notes, to vvich are added notes upon notes, Dr. Bentley's dedication and preface finely translated. Lond. 1714. 12. duobus Voluminibus. Horatius ad modum Minellii illuſtratus. Roterd. 1714. 12. Horatius ex recenſione *Michaelis Maittaire*, (*a*) Lond. 1715. 12. apud Jac. Tonſonum. Novam editionem hujus Poetæ, Hagæ Comitis novis *Alexandri Coninghami* curis expolitam & illuſtratam exſpectare juſſit Pancratius Maſvicius præfat. ad Virgilium A. 1717. editum. Etiam Berolini ab aliquo tempore *Roſellus de Baumon* in Horatio nova luce perfundendo & ad examen revocandis Bentleji emendationibus operam ponit, de quo vide ſis Diarium Hagenſe, Journal literaire Tom. 2. pag. 232. & Jo. Maſſoni Hiſt. Criticam Reip. litterariæ; editam Gallice Tom. 8. pag. 118. 215. T. 9. p. 64. 187. 269. T. 14. p. 84. ſeq. 211. ſeq. & Tom. 15. p. 111. ſeq. ubi obſervationum ejus ſpecimina, quemadmodum multis ante Bentleji editionem luci datam annis in Diario Berolinenſi, Journal de Berlin A. 1697. p. 219. ſeq. Non omittendum etiam, quod vir cum magna literarum jactura nuper denatus *Lambertus Bos* in ſpecimine animadverſionum ad ſcriptores Latinos Franeq. 1714. 8. editis nonnulla Horatii loca adverſus Bentlejum vindicat illuminatque, laudans paſſim Codicem MS. inſignem Bibl. publicæ Franequeranæ, & pag. 38. 39. 43. 44. & 47. Commentatorem veterem ineditum, & ubi explicationes quæ habentur inter lineas, ſæpe ſunt vocum lectionis diverſæ ab iis, quæ ibidem occurrunt in textu. id. pag. 49. Oppugnatur etiam Bentlei Horatius in Memoriis Trevoltinis A. 1718. Febr. p. 290. ſeq. Præterea video in Novellis Reip. literariæ An. 1709. T. 1. pag. 340. ab Oxonienſibus etiam ſpem factam editionis emittendæ hoc titulo: *Horatii opera juxta exemplar Regium Pariſienſe. Præmittitur Diſſertatio Hiſtorico Critica, Editorum aliquot incuriam perſtringens*, & Horatii fragmenta complura, *è Bibliothecarum forulis, ubi delituerant, in hac editione in lucem prolata recenſens*.

In *Artem Poeticam* ſeparatim ſcripſere plurimi, quorum nonnullos annotavit etiam Adrianus Bailletus in judiciis eruditorum de ſcriptoribus hujus argumenti, ſingulari volumine recenſitis. Vitus Amerbachius, Argent. 1543. 8. Franciſcus de Caſcales, Valentiæ 1659. 8. Nic. Colonii expoſitio, Bergomi 1587. 8. Tho. Corræus

(a) Bibl. ancienne & moderne de Mr. le Clerc Tom. V. pag. 162. Never Bucher Saal LII. pag. 316.

ræus Luſitanus, Venet. 1587. 8. Tryphonis Gabrielii, Pariſ. 1544. 8. Henricus Glareanus, Pariſ. 1533. 4. apud Rob. Steph. Jac. Grifoli Florent. 1550. Pariſ. 1552. & Venet. 1562. 8. cum apologia adverſus Jaſonem de Nores. Sigiſmundi Julii Paraphraſis, Laugingæ A. 1600. Andreæ Kragii Analyſis dialectica & Rhetorica, Baſil. 8. Franciſci Luiſini commentarius, Venet. 1554. 4. apud Ald. Manut. Vicentii Madii Brixiani, Venet. 1550. Aldi Manutii junioris, id. 1576. 4. Herculis Manzonii, Bergomi 1604. 4. Petri Nannii, ad calcem edit. Horatii cum Torrentii commentario, Antvv. 1608. 4. Jaſonis de Nores, Cyprii, Pariſ. 1544. 8. Ven. 1553. Jani Parrhaſii, Neap. 1531. 4. Pariſ. 1553. Lugd. 1536. Venet. 1553. Fr. Philippi Pedimontii Ecphraſis, Venetiis 1546. 4. Jo. Piſcatoris, Spiræ 1595. 8. Lamberti Ludolphi Pithopœi Paraphraſis, Heidelb. 1595. 8. Franciſci Robortelli commentaria cum ejus explicationibus de Satyra, Epigrammate, Comœdia, ſalibus & Elegia, Florent. 1548. fol. Jo. Sambuci Paraphraſis, Antvv. 1564. 8. Franciſci Sanchez annotationes, Salmanticæ, 1591. 8. Antvv. 1592. 8. Achillis Statii notæ, Antvv. 1553. 4. Jo. Sturmii commentarius, Argentorat. 1576. 8. * quem Jo. Henr. Ackerus iterum ſubjici prælis curavit Rudolſtad. 1716. 8. Jod. Willichii, Francof. 1539. 8. * Jo. Bapt. Pignæ Poetica Horatiana Venet. 1561. fol.

In *Epiſtolas* Claudius Minos, Pariſ. 1584. 4. Jo. Amarito, ibid. 1553. 12. Nicod. Friſchlini paraphraſis, Francof. 1586. 1596. 8. & Jo. Piſcatoris Analyſis Logica Epiſtolarum, artis poeticæ & ſelectarum aliquot Odarum, Spiræ 1595. 8.

In *Satyras*, Jacobi Cruquii notæ excuſæ ſeparatim 8. apud Plantin. Sigiſmundi Julii Mynſingii paraphraſis in lib. 1. Satyrarum 1602. 4. Julii Aurelii Haurechi commentarius in ſatyras duas primores, Antvverp. 1541. 8. * P. Oudini in Satyram VI. libri I. &c.

In *Odas* & *Epodon librum*. Jo. Mich. Brutus de quo ſupra; Hermannus Figulus, Francof. 1546. Bernhardinus Parthenius Spielenbergius, Venet. 1584. 4. Philippus Eugentinus, Jo. Tho. Freigius &c. In librum I. Odarum Adr. Turnebus, Pariſ. 1577. & 1586. 8. una cum animadverſionibus ex ejusdem Adverſariis in varia Horatii loca, notiſque Mureti & Manutii in Horatium. Pauli Franci commentarii Horatiani præmetium in I. & II. librum Odarum, Francof. ad Viadrum 1521. 8. Joannes Cæſarius in Odas triginta duas libri primi, Rom. 1566. Hugolinus Martellus, Epiſcopus, in Odam 2. libri IV. de Pindari laudibus, Florent. apud Juntas 1579. 4. Joannis Piſcatoris Analyſis in Odas ſelectas, Spiræ 1595. 8. Julianus Aurelius Leſſignienſis Belga in Odam 1. & 2. cum paraphraſi in eaſdem, Antvverp. 1541. Blaſius Bernardus de laudibus

vitæ ruſticæ ad Horatii 2. Epodon. Florent. 1613.4. Aldus Manutius de eodem argumento, Venet. & Jo. Weitzius, Francof. 1625. 8. Jac. Cruquii notæ in Epodon librum excuſæ ſeparatim apud Plantin. Philippi Bebii è Soc. Jeſu commentarius in Lyrica Horatii ab obſcœnitate expurgata, Colon. 1633. fol. * Lettre à un jeune Seigneur ſur les œuvres de Horace, *(a)* avec une Critique de la premiere Ode. Pariſ. 1710. 12. * M. *Joannis Theil*, Naumburgenſis epidorpidum, ſive obſervationum quarundam Philologicarum (non magnæ rei) in Horatium πρόγευσις lucem vidit Lipſiæ 1636. 4. *Chriſtoph. Auguſti Heumanni* quædam in Horatium obſervationes, inſertæ Miſcellaneis Lipſienſibus cura Caroli Frid. Pezoldi vulgatis leguntur Tomo IV. pag. 137. ſeq. His junge ejus parerga Critica pag. 138. ſeq. & audaces Galli cujuſdam emendationes in Horatium, quas habes in Memoriis Trevoltinis A. 1715. pag. 968. & in Ephemeridibus literariis Pariſ. A. 1716. pag. 515. ſeq.

Ineditum *Zachariæ Lundii* commentarium copioſum in Artem Horatii, una cum aliis viri illius docti lipſanis ſervat Hafniæ Vir Nobiliſſimus Fridericus Roſtgaard. In Odas quoque & Epiſtolas Commentarius ejuſdem Lundii venit una cum aliis quibuſdam illius monumentis in Bibliothecam Johannis Moth, potentiſſ. Regis Daniæ à Conſiliis. *Jo. Ulrici* commentationes in Horatium memorat Jo. Frid. Gronovius Epiſtola ad Caſp. Hofmannum A. 1633. inter Epiſtolas G. Richteri pag. 563. Commentarios ſuos ipſius *Hadrianus Junius* IV. 6. animadverſionum. Vide ſis & ejuſdem Junii Epiſtolas p. 3. ſeq. & 280. quem ſi audimus *Bonfinio (b)* nullus ineptit magis, & dum ab aliis diſſentire ſtudioſe geſtit, Siculis gerris vaniora comminiſcitur: *Badius* ſuo more ἐπιπολαίως βαδίζει corticem verborum ſolum delibans, ad ipſam rerum medullam nunquam penetrans. Plus aliquanto cæteris vidit *Glareanus*: & præſtitit.

V. Horatii verſiones Vernaculæ.

Gallice Ars Poetica per Jacobum Pelleterium, Pariſ. 1540. 8. * & 1545. apud Vaſcoſan. Idem Pelleterius & ipſe artem Poeticam condidit ex ingenio ſuo duobus libris diſtinctam & excuſam Lugd. 1555. Satyræ, & Epiſtolæ quædam Franciſco Haberto interprete. Pariſ. 1551. 8. quinque libri Odarum verſibus Gallicis redditi à Jacobo Mandoto. ibid. 1579 Martignaci verſio cum notis, Pari-

(a) Hiſtory of the vvorks of the learned A. 1711. p. 116.

(b) Matthæi Bonfinis, ſive Bonfinii commentarium in Horatium memorat Geſnerus appendice ad Bibl. ſuam, & ab Henrico Petri editum ait cum aliorum in Horatium lucubrationibus. Sed Antonii Bonfinii in Horatium commentationes Pariſ. 1519. excuſas refert Hendreichius pag. 644. pandect. Brandenburg.

Pariſiis 1596. & 1678. 2. volum. Adde Mercurii elegantis A. 1678. p. 159. 260. Portæſi (de la porte) id. 1584. 12. Fratrum Roberti, & Antonii Chevallerii Agnelli (de Chevallier d'Agneaux) id. 1588. 8. Beneventani (Bienvenu) Pariſ. 1633. 8. Michaelis de Morolles, id. 1652. 8. duobus vol. & 1660. * Dubito an edita ſit Metaphraſis Odarum Horatii Gallica, de qua non adeo præclare ſentit Bernhardus Moneta, *(a)* qui communicanti eam ſecum amico, auctoris propinquo, reddidit cum hocce tetraſticho:

Il faudroit, ſoit dit entre nous
à deux Divinitez offrir ces deux Horaces:
le Latin à Venus la maitreſſe des Graces,
& le Francois à ſon epoux.

Sed edita eſt Metaphraſis Epiſtolarum & libri de arte poëtica auctore du *Mey*, Lugdunenſi. Horatius cum luculenta *Andreæ Dacerii* (*b*) Gallica verſione ſermone ſoluto, & animadverſionibus doctiſſimis, quibus & ſenſus Poetæ, & qua occaſione, quove tempore, quæque ſcripſerit diligenter & copioſe exponuntur, Pariſ. 1681. & Amſtel. 1691. 12. decem voluminibus. * *Andreæ Dacerii* (*c*) ad Horatium notæ reprehenduntur ſubinde à Johanne Maſſon in vita Horatii, & à Petro Burmanno ad Petron. p. 605. 614. &c. Maſſono reſpondit Dacerius in libro cui titulus: nouveaux eclairciſſemens ſur les oeuvres d'Horace (*d*) Pariſ. 1708. 12. Dacerio Maſſonus, Hiſt. Critique de la Rep. des lettres T. 2. p. 167. ſeq. Sub idem etiam tempus Horatium ſuum Dacerius curavit recudi, Pariſ. decem Voluminibus, qua nova editione & interpretationis ſuæ Gallicæ loca non pauca emendavit, & animadverſiones auxit correxitque. Satyras, Epiſtolas, artemque Poëticam ad exemplum editionis latinæ Joſephi Juvencii reſciſſis locis, quæ pudori obeſſe videbantur, Gallica proſa ſcite etiam tranſtulit *Tarteronus* S. I. Pariſ. 1685. 12. Odarum enim verſionem dignam proſariam dari poſſe vix ac ne vix quidem tunc ſibi perſuaſit. Interjecto tempore tamen manum admovit operi, atque Odas quoque & Epodon librum vertit, ediditque A. 1705. Epiſtola ſecunda Tarteronus Odis in editione ſecunda emendatiore Odarum (ſatyrarum quinta) Pariſ. A. 1709 (*e*) præmiſſa & Coſteo haud viſa,

 inter-

(a) Tom. IV. Menagianorum p. 336.

(b) Hæc editio omnium optima eſſet judice Jo. Clerico part. 1. Artis Criticæ p. 81. ſi notæ latinè exſtarent, firmarenturque veterum teſtimoniis plurima, quæ ſine argumentis proferuntur: & inutilia circumciderentur.

(c) Hiſt. des ouvrages des Savans A. 1687. pag. 203.

(d) Journal des Savans 1709. Fevr. pag. 195. Bibl. choiſie de Mr. le Clerc T. 17. p. 417. ſeq.

(e) Mem. de Trevoux 1708. p. 1544.

interpretationem locisquibuſdam corrigit. Hinc Amſtelodami A. 1710. 12. Horatius latine excuſus eſt poſita è regione Tarteroni verſione, ſubſtratiſque paſſim eruditis *Petri Coſtei* ad verſionem animadverſionibus, de quibus Epiſtola Tarteroni inſerta eſt Ephemeridibus literariis Pariſienſibus An. 1711. pag. 145. Denique An. 1713. 12. Pariſiis Tarteronus paraphraſin Horatii novo à ſe recenſitam ſtudio, & ſingulis fere paginis emendatam publicavit. Confer eaſdem Ephemerides An. 1713. Novemb. pag. 504. Odas & Epodon librum *Bellegardeus*, quæ interpretatio & ipſa male ad Tarteronum refertur in edit. Pariſ. A. 1704. * Ars Poëtica & lib. 1. Sat. 4. & 10. atque Epiſt. 1. libri 2. una cum ſelectis Poetarum locis Gallico reddita carmine à Præpetito de Grammont Eloquentiæ Profeſſore (*a*) Pariſ. 1711. 12. cum notis & diſſ. de ſcriptoribus antiquis & recentibus & de Gallica poëſi. Odæ verſibus Gallicis ab Abbate Pellegrino (*b*) expreſſæ felici vena & elegante, additis notis & diſſertatione de Horatii poeſi, aliiſque auctoribus poematibus. Pariſ. 1715. 8. Profeſſorem Pariſienſem Rhetorices clariſſimum (*Rollinum*) præter Commentarios in Horatium etiam Metaphraſin Gallicam odarum edere noviſſime inſtituiſſe accepimus.

Italice prodiit Horatius cum commentario Jo. Fabrini, Venet: 1573. 1584. 4. merito laudatur à Rich. Simone T. 1. Bibl. ſelectæ Gallice editæ p. 345. Odæ & Epodon liber ex paraphraſi Friderici Nomi, Florent. 1672. 1675. 12. Ars Poetica præter Ludovici Dulcis & Antonii Mariæ Calvini metaphraſes verſibus Italicis reddita (*c*) à Julio Cæſare Grazzini, Academiæ intrepidorum, quæ Ferrariæ eſt à ſecretis. Ferrar. 1698. 4. & à Pandulpho Spannocchii. Senæ 1715. 8. Proſa & verſibus ſolutis, cum notis Criticis à Sertorio Quatrimani, Neapolitano. Neap. 1714. 8. Vide Diarium Venetum Giornale de'letterati d'Italia Tom. 7. pag. 474. Tom. 14. pag. 133 T. 19. pag. 425. & T. 26. p. 280.

Hiſpanice Villeno de Bidma interprete, Granat. 1599. fol. * Urbano Campo, Legione 1682. 8.

Anglice Odas verſibus reddiderunt Tho. Havvkinus & H. Riderus, Lond. 1635. 1638. 8. * Artem Poeticam carmine reddidit Benjamin Johnſon, & proſa Roſcommonius Comes, Lond. 1695. 8. Odæ & ſatyræ quædam Anglico carmine à viris illuſtribus redditæ, Roceſtrio, Roſocommonio, Couleo, Otvvæo, Congre-

vio,

(*a*) Journal des Savans A. 1712. p. 312. & A. 1714. Novembr. p. 597. Mem. de Trevoux A. 1712. p. 291.

(*b*) Journal des Savans 1715. Novembr. pag. 493.

(*c*) Galleria de Minerva T. 3. p. 52.

vio, Priore, Maynvvaringo & aliis, ars item Poetica à Roſcommio Lond. 1715. Satyræ & Epiſtolæ proſa Anglica redditæ una cum Arte Poetica, auctore S. Dunſtero (a) Lond. 1712. 8. Latinis è regione poſitis, obſcœniſque reſciſſis: ſecunda editio. De Odarum Epodon & carminis ſæcularis verſione Anglica mentionem feci ſupra pag. 290. Oldhamum quoque interpretibus Horatii Anglicis accenſent Acta Eruditor. A. 1713. p. 369.

Græce pari tum numero carminum, tum metro Horatii Odas reddidit Joannes Benedictus, ob quam Metaphraſin, ſed hactenus quod ſciam ἀνέκδοτον, ab Iſ. Caſaubono commendatus Philippo Mornæo du Pleſſis, Cathedram Salmurienſem obtinuit, ut refert Tho. Bartholinus p. 135. libri de Medicis Poetis.

Belgice prodiit Horatius, latinis è regione poſitis, interprete Jo. van Vondel. Amſt. 1654. 12. Artem Poeticam Verſibus reddidit Adrianus Pels, Amſt. 1677. 8. & tertia editione Amſt. 1705.

Germanice Jacobus Rhotius Poeſos Prof. in Academia Baſil. (A. 1703. denatus) 1671. 8. * *Germanica* Metaphraſis lib. I. Odarum Artiſque Poeticæ, auctore Andrea Henrico Buchholtzio, Rintel. 1639. 8. Odarum vero omnium, Gothelf Flaminio Weidnero interprete, Lipſ. 1690. 8. quam terſam atque elegantem celebrat Chriſtianus Junckerus. Quatuor quoque Odarum libros carmine Germanico pridem tranſtulit Johannes Bohemus, Scholæ Dresdenſis Rector A. 1656. 8. Antonii Guerneri Cunonis Metaphraſis lucem an viderit dubito. Horatius Germanice expoſitus, additis à Jo. Reimanno phraſibus in gratiam tironum, Lipſ. 1707. 8.

Denique in *Ruſſorum* idioma nuper Horatium convertiſſe ac typis mandaſſe traditur Elias Kopyevvitz. in Memoriis liter. Trevoltinis A. 1711. pag. 1658.

Scripta varia Horatium illuſtrantia.

Tho. Treteri Poſnanenſis index omnium vocabulorum in Horatio, Antuerp. 1576. 8. & Francof. 1600. 8. * Treterum Romæ A. 1573. in adornando Horatiano indice adjuverat Polonum Polonus Stanislaus Drozinius in ædibus Hoſii R. E. Cardinalis. Ille index ad paginas editionis Lugd. 1576. adornatus primum prodiit Antuerp. 1567. 8. Ant. Tanii Index in Horatium & Boethium, Mediolan. 1610. 8. * Dan. Avemanni Brunopolitani Hodegeta Horatianus non ad paginas ſingularis cujuſdam editionis, ut Treteri & Deſprezii, ſed ad libros & verſiculos, atque adeo quaſcunque Horatii editiones accomodatum omnium vocabulorum *Indicem* exhibet. Brunſvv. 1667. 8. Jodoci Deſmarez Horatius in uſu, ſive Horatianæ Phraſis puritas, copia, elegantia, Colon. 1648.

(a) Acta Erud. 1713. pag. 369.

1648.12. * *Andreæ Crameri* praxis Horatiana laudatur à Chriſtiano Daumio in Epiſt. ad Græſium Rectorem Scholæ Altenburg. *Jo. Baptiſtæ Moſculi* Lyrica ſive Odæ cum argumentis odarum, & ideis Horatianis. Duaci 1635. 12. In locos communes Horatium utili poeſeos ſtudioſis conſilio digeſſit Joſephus Langius, Lugd. 1604. 12. uti Virgilium Mich. Coiſſardus è Soc. Jeſu, Pariſ. 1683. 12. Emblemata Horatiana cum elegantiſſimis iconibus ære deſcriptis edidit Otto Vænius pictor, frequenter recuſa, nec latine modo, ſed Gallice quoque & Germanice edita. Cum *Pindaro* Horatium contulit Franciſcus Blondellus ſingulari diſſertatione vulgata Gallice, Pariſ. 1673. 12. atque inde Amſtelodami, docetque Horatium magis uſum judicio, Pindarum Enthuſiaſmo poetico plus indulſiſſe. Vide etiam, ſi placet, egregii Poetæ de la Motte, diſſertationem eodem idiomate nuper editam de ratione & virtutibus Odarum.

Parodias Horatianas ediderunt Caſp. Cunradus, Jo. Otto Mariana, Melch. Adamus, H Meibomius, Tho. Sagittarius, & noviſſime Joachimus Henningius. E veteribus huc ſpectat aliquo modo *Metellus* Tegerſenſis ſeu Tegerenſis Monachus in Bavaria, qui circa A. C. 1060. metris Horatianis ſcripſit Quirinalia in laudem S. Quirini martyris, Philippi Imp. filii, Epiſcopi Laureacenſis: edita ab Henrico Caniſio appendice Tomi I. lectionum antiquarum. Laudat hunc ſcriptorem pro ſæculi quo vixit barbarie non inelegantem, & Odas nonnullas ex eo refert Petrus Taffinus de anno Sæculari part. I. cap. VIII. & part. 2. cap. ult. * *Parodias* Horatianas vulgarunt etiam *Jo. Morellus*, Muſei Rhemenſis Pariſini Gymnaſiarcha, Pariſ. 1608. 8. *Juſtinus Bertruccbius*, Gymnaſii Porienſis Rector, & *Dav. Hoppius* Scholæ Regiomontanæ Prorector, Brunſvig. 1690. 8. ne dicam de ineditis *Jo. Frid. Jungeri*, quas præceptoris quondam ſui ſervare ſe laudatus Junckerus teſtatur. In *Jo. Jacobi Hofmanni* Poematibus excuſis Baſileæ 1684. 12. liber primus integer Proteum Horatianum complectitur, ſive Odas Horatii ſelectas, quas exhibet redditas vario carminis genere Alcaico, Anacreontico, anapæſtico, Aſclepiadeo, choriambico, elegiaco, epico, jambico, Phalæcio, Sapphico. Paraphraſin heroicam aliquot odarum Horatii habes etiam in poematis præclaris *Jacobi Wallii* S. J. Antuerp. 1656. 8. P. *Aloyſii Hardevuyſt* S. J. Paraphraſis heroica odarum XXIV. libri primi Horatii Antuerp. 1711. 8. Omitto Caroli Ruæi, aliorumque ſimiles venæ poeticæ exercitationes. Italice *Laurentii Matthæi*, Riettini, Metamorfoſi lirica d' Oratio traſportato & moralizato in tutte le ſue Odi & Epodi, con diſcorſo proemiale di

le di quanto ſia difficultoſa & altretanto profitevole l'imitation Oratiana à Rieti, 1679.

Metrorum Horatianorum rationem explicarunt ex antiquis Diomedes III. artis Grammat. p. 517. - 528. è recentioribus Nic. Perottus & Aldus Manutius quos jam ſupra memoravi, tum Franciſcus Patricius qui MSS. fuit in Bibl. Heinſiana, ut Dan. Bambergium alioſque omittam.

Horatium à Jul. Cæſaris Scaligeri cenſuris defendit Bernhar-hardus Parthenius Spielenbergius commentario ad Odas. * Novo Cenſori Anglico Horatii, qui diſſertationes ſuas Poetæ ille parum æquas & quæ vocat ſcrutinia oppoſuit, reſpondit alius neſcio quis eodem idiomate, an anſvver to the ſcrutiny &c. Lond. 1708. 8. Vide Ephemerides Pariſ. Anni 1709. menſe Febr. pag. 256. ſeq. Conſulenda etiam Poetæ Galli inſignis, Mottii (de la Motte) diſſertatio Odis ipſius præmiſſa de Poeſi Lyrica, Pariſ. 1709. 12. & quam laudabam ſupra, exercitatio Jo. Guil. Bergeri, Profeſſoris Witeb. de Philoſophia Horatii, A. 1704. edita, qua Eclecticum eum fuiſſe, & ab quorumcunque Philoſophorum diſciplina quæ ipſi probarentur, cum judicio delibaſſe diſputat.

CAPUT XIV.

DE CORNELIO GALLO, Albio Tibullo, & Sexto Aurelio Propertio.

Cornelii Galli nomen & ætas. 1. *Sex elegiæ Maximiani falſo illi tributæ.* 2. *Alia ſub ejus edita nomine.* 3. *Scripta deperdita* 4 *Ciris Virgilii à quibusdam relata ad hunc Gallum veluti auctorem.* 5. *De Tibullo.* 6. *Ejus editiones.* 7. *De Propertio.* 8. *Ejus editiones.* 9.

I. CORNELIUS GALLUS Forojulienſis, Orator & Poeta clariſſimus, cui Virgilius Eclogam X. & Parthenius Græcus ſcriptor Eroica ſua inſcripſit à Strabone Lib. XVI. p. 780. vocatur Ælius Gallus, ad quem locum vir ſummus Iſ. Caſaubonus: *Hic eſt Gallus ille Poeta egregius, qui Euphorionem latinis verſibus expreſſerat, Virgilio apprime charus, ut teſtatur ecloga poſtrema, & ibi Servius. Fuit & Auguſto aliquando chariſſimus, à quo primus omnium conſtitutus eſt* ὕπαρχος Αἰγύπτου *qui vocatur præfectus Auguſtalis, ejuſdemque juſſu ſuſcepit expeditionem, quæ hic à Stra-*

à Strabone deſcribitur . Poſtea in odium Auguſti ita venit , ut coactus ſit ipſe ſuis manibus ſe interficere (*a*) *ut teſtatur Euſebius in Chron. & Suetonius ac Dio , qui modo eum Gallum Cornelium appellat , ut Suetonius Cornelium Gallum, modo Ælium Gallum , ut Strabo & Ioſephus . Euſebio dicitur Cajus Cornelius Gallus , aliis ut Eutropio Cnejus Cornelius Gallus . Hiſtoriam hujus expeditionis refert Dio libro LIII.* Alia de hoc Gallo lectorem docebit doctiſſimus & humaniſſimus vir Juſtus Fontanini in libro de Scriptoribus Forojulienſibus.

II. Præſenti quidem loco memorandus nobis venit Gallus iſte propter *Elegias VI.* ſub ejus nomine editas , & in quibusdam Catulli Tibulli ac Propertii editionibus , & in poematis veteribus à P. Pithœo collectis, atque inter Catalecta Ovidii à Goldaſto vulgata obvias, ſed in quibus nihil obſervarunt viri docti antiquo illo Poeta illuſtri dignum. *Miratus ſum quorundam impudentiam*, inquit Gyraldus, *ne dicam amentiam , qui tralatitios quosdam & ementitos verſus ſub Galli Poetæ nomine ediderunt , cum in iis neque phraſis nec tempus Gallo conveniant , qui tertio & quadrageſimo ætatis ſuæ anno ſua ſibimet manu mortem ſibi accerſit , in iis autem ſe ſenem deſcribit . Sec nec in pleriſque verſibus purus & ſincerus eſt ſermo latinus , quin & ſyllabarum moræ & tempora , metri leges nonnunquam excedunt .* Maximiani (*b*) *vero nugatoris cujusdam & nebulonis potius eorum verſus plurimi ſunt . Et ſi hoc avetis noſſe , & veſtutioribus adhuc quibusdam exemplaribus* (*e*) *eſt videre , in quibus Maximiani ipſius nomen legitur , illius inquam Maximiani , cujus & inſignis Grammaticæ nugator Alexander nugas irridet : quod nomen in editis , & excuſis nuper libellis per fraudem eſt prætermiſſum .*

III. Addit Gyraldus : *Unam vero vel alteram elegiam ipſius Galli eſſe non abnuerim*. Quibus verbis reſpexit forte ad Elegiam à prioribus diverſam , quam ſub Galli nomine cum tribus Epigrammatibus ſeparatim deinde Florentiæ vulgavit Aldus Manutius Pauli F. cujus hoc eſt initium :

Non fuit

(a) Hoc factum eſt Anno U. C. 728. ante CHRISTUM 26. Vide Dionem lib. LIII. p. 512.

(b) Cornelium Maximianum Gallum Etruſcum intellige , qui ſub Anaſtaſio Imp. floruit , & cujus nomine ſæpius deinde editæ ſunt hæ ſex Elegiæ . Ejus carmina ſuper ſenectute , regulam metricam , carmen de virtute & invidia , ira & patientia atque avaritia memorat Labbeus Bibl. nova MS. p. 63.

(c) MStum ejuſmodi memorat etiam Aldus , & Voſſius p. 25. de Poetis latinis . Adde plurium virorum doctorum teſtimonia apud Bailletum judic. de Poetis parte 2. pag. 126.

Non fuit Arſacidum tanti expugnare Seleucen,
Italaque ultori ſigna referri Iovi.

Sed & hanc elegiam Gallo abjudicant P. Pithœus, & alii viri docti, quemadmodum & carmen Lyricum, quod incipit: *Lydia bella puella candida*; & decaſtichon ad Auguſtum de morte Virgilii, cujus hic primus eſt verſus: *Temporibus lætis triſtamur maxime Cæſar*. Omnia hæc leguntur in collectionibus P. Pithœi & Goldaſti, & in editionibus quibuſdam Catulli, Tibulli, Propertii, ut illa, quam Simon Abbes Gabbena adornavit.

IV. Allegatur Gallus à Vibio Sequeſtre libello de fluminibus p. 333. *Hypanis Scythiæ, qui ut ait Gallus,*
Ut tellures dividit amne duas.

Aſiam enim ab Europa ſeparat. Fugiebat hic locus elegantiſſimum Brouckuſium, cum in præclaris illis ſuis ad Propertium notis p. 209. ſcriberet ne unum quidem Galli fragmentum exſtare hodie apud Grammaticum ullum. Ita enim ille ad hæc Propertii II. 25. v. 91.

Et modo formoſa qui multa Lycoride Gallus
Mortuus inferna vulnera lavit aqua.

Ex Euphorione Chalcidieo expreſſum notat eruditiſſimus Schottus lib. 2. Obſerv. Human. c. 26. cujus Poetæ ſcripta omnia interciderunt, quamvis eum latinum (a) *feciſſet hic ipſe Gallus, qui nec in ſuis quidem carminibus mitiorem habuit ſortem. Adeo enim funditus perierunt omnes viri eximii lucubrationes, (nam præter Euphorionem latio donatum quatuor Amorum libros laudat Servius ad Eclog. 10.) ut ne unum quidem inde fragmentum exſtet hodie apud Grammaticorum ullum. Quod valde mirum videri poteſt, quum in magno pretio fuerit, etiam poſt mortem. Nam ne famæ ejus obfuiſſe putes indignationem Auguſti, ſatis ſuperque evincunt luculenta teſtimonia magnorum hominum, qui cum Auguſto vixerunt. Itaque nihil nobis reſtat de Cornelio Gallo præter ſolam memoriam. Nam libellus ille, qui vulgo ſub ejus nomine circumfertur, auctorem habet neſcio quem Maximianum, ſcriptorem barbarum, lutulentum, ac tantum non ſtercoreum. Primus fucum ſtudioſis hominibus facere auſus eſt ſub nomine tam bono Pomponius Gauricus, & ſucceſſit ei mangonium, quanquam contra ſtarent viri eruditiſſimi, applaudentibus inficeti vulgi ſuffragiis. Verum quum lucem claram ferre non poſſet fœtus hic nocturnus, prodiit paulò poſt alia elegia auctorem,*

(a) Servius in Eclog. VI. *Hæc autem Euphorionis continent carmina, quæ Gallus tranſtulit in ſermonem latinum*. Et in Eclog. X. *Hic eſt Cajus Aſinius Gallus Orator, Aſinii Pollionis filius, qui ante omnes primus Ægypti præfectus fuit, eximius poeta: nam & Euphorionem, ut ſupra diximus, tranſtulit in latinum ſermonem, & amorum ſuorum de Cytheride libros ſcripſit quatuor*. Probus Grammaticus: *Euphorion elegiarum ſcriptor Chalcidenſis fuit, cujus in ſcribendo colorem ſecutus videtur Cornelius Gallus*.

rem ementita Aſinium Gallum, *cujus hoc eſt initium:* Non fuit Arſacidum &c. *Edita autem fuit Florentiæ ab Aldo Manutio P. F. De ea quid ſenſerit jam tum Ioſephus Scaliger*, *notum eſt*, *& plus quam verum*. *Quid igitur ſibi voluit homo multi nominis Renatus Rapinus*, *qui poſt compoſita neſcio quam feliciter tot paria ſummorum ex antiquitate virorum*, *præferre auſus eſt Cornelium Gallum* (*in elegia ne erres*) *Catullo ac Mæcenati? Ecce ejus verba*: Il nous eſt reſté quelques Elegies de Catulle, de Mecenas, de Cornelius Gallus, qui ſont d'une grande pureté, & d'une grande delicateſſe: mais le vers de Catulle & de Mecenas eſt d'une trop grande moleſſe, & d'une negligence trop affectée: celui de Cornelius Gallus eſt plus rond, & il ſoutient mieux. *O judicium! & tamen hæc qui libenter legunt*, *multum ſibi proficere videntur*. Quintilianus lib. I. Inſtit. Or. c. 5. *In Oratione Labieni ſive illa Cornelii Galli eſt in Pollionem caſnar affectator è Gallia ductum eſt*. * Servius ad Eclog. X. teſtatur Virgilium multos verſus de GALLI translatos carminibus Eclogæ illi inſeruiſſe. Donatus vero in Virgilii vita, cum *Euphorionem* à Gallo redditum latino carmine, & *libros quatuor amorum de Cytheride* (quæ ipſi Lycoris (*a*) ſcriptos ab eo narraſſet, ſubjungit eum valde dilectum à Virgilio, ut liber quartus Georgicon à medio uſque ad finem laudes ejus continuerit: ſed illo apud Auguſtum poſtea adducto in ſuſpicionem conjurationis (*b*) & occiſo, Virgilius jubente Cæſare Galli laudes in Ariſtæi fabulam commutavit. Galli *commentarios de expeditione Arabica* memorat Plinius VI. 28. Hiſt. *Cornelianam chartam* à Cornelio Gallo Ægypti præfecto primum confectam Iſidorus VI. 19. Originum. In verſibus Propertio, Ovidioque duriorem jam olim judicavit Quintilianus lib. X. cap. 1. Dionyſius Neſtor in dictionario edito Argentorati A. 1507. fol. 113. hoc Galli citat: *Praxitelis manibus vivo iterum Niobe*, cum quo Bernardus Moneta confert hoc Epigramma Græcum lib. 4. Antholog. c. 9.

Ἐκ ζωῆς με Θεοὶ τεῦξαν λίθον, ἐκ δὲ λίθοιο
Ζωὴν Πραξιτέλης ἔμπαλιν ἐργάσατο.

In eodem libro 4. Anthologiæ c. 8. pag. 447. exſtat epigramma Galli græcum in Tantalum, ſed is alius à noſtro Gallus, quem in Anthologia inedita video Juſtum Gallum appellari. Laudantur & Galli quædam à veteri interprete, qui commentarium in Ovidii

(a) Ovidius lib. 1. amor. elegia 15.
Gallus & Heſperiis, & Gallus notus Eois;
Et ſua cum Gallo nota Lycoris erit.

(b) Confer Jo. Conradum Dietericum in vita Auguſti Imp. p. 125. Petrum Crinitum de Poetis latinis c. 42.

Ovidii Ibin ſcripſit à Boeſſio editum. Sed neſcio quid illi Grammatico venerit in mentem, ut tot verſiculos ineptos ſub clariſſimis nominibus non Galli modo, ſed Lucretii, Tibulli, Propertii, aliorumque ſive commini ſceretur ipſe, ſive à neſcio quo effictos commentariis ſuis insereret. Elegiam quæ incipit, *Non fuit Arſacidum* &c. Gallo eſſe ſuppoſitam contendit etiam Barthius ad Statium Tom. I. pag. 449. Eam A. 1590. primum, duodequadrageſimo poſt Gyraldi mortem Aldus nepos publicavit. Illum ad quem Galli Elegiæ VI. tanquam auctorem referri ſolent, Janus Brouckhuſius p. 29. ad Tibullum vocat *Longinum Maximianum, malorum temporum haud omnino peſſimum nugatorem*. Primus ejus meminit Alexander de Villa Dei in Grammatica verſibus ſcripta leoninis: *jamque legent pueri pro nugis Maximiani*. Plura de hoc Maximiano, ut monuit me clariſſ. Schœtgenius, notata exſtant in Reineſii Eponymologico MS. quod donec luci datur, conſuli de eodem poterunt Daumius ad Reineſium Epiſt. 80. Barthius ad Claudianum pag. 1053. & ad Statium ſilv. I. 2. 3. 4. & præcipue Bernardus Moneta obſervationibus ad Menagiana Tom. 3. p. 242. ſeq. & Polycarpus Leyſerus in hiſtoria Poetarum medii ævi. Elegiæ ſex ſub Galli nomine primum editæ ſunt à Pomponio Gaurico Venet. 1501. 4. inde Argentorati 1509. 4. cum Georgii Tiphernatis & aliorum carminibus & Pariſ. 1523. 4. De alia editione Pariſienſi in 4. ſine anni nota meminit Bernardus Moneta Tom. 3. Menagianor. pag. 245. Franciſcus à Cruce Cenomana p. 216. Bibl. Gallicæ: *Jean de Chevigny, natif de Beaune en Bourgogne, Poete Latin & François a traduit de Latin en François la Vie de Cornelius Gallus excellent Poete latin, la quelle n'eſt encore en lumiere.*

V. Cirin Virgilianam ad Cornelium Gallum veluti auctorem referre non dubitat Barthius ad Statii 2. Thebaid. p. 527. levi conjectura ductus, quam ipſe rectius ad Maronem retulerat. Vide, ſi placet, quæ notavi de hoc poëmate ſupra c. XII. §. 8.

VI. ALBIUS TIBULLUS (a) Eques Romanus miræ ſuavitatis terſæque elegantiæ Poëta, qui triginta minimum annis Ovidio ætate anteceſſit, non multo poſt Virgilium tempore ereptus è vivis. * TIBULLUS, ſi Joannem Maſſonum V. C. in Ovidii vita pag. 83. ſeq. audimus, exceſſit è vivis Anno ab U. C. 735. cum Ovidius vix 24. annos natus eſſet. De vita Tibulli & Meſſalæ, lucubratio Criſtophori Friderici Ayrmanni prodiit Witebergæ 1719. 8. Ho-

(a) Huic ſcripſit Horatius libri I. Odam. 33. & libri I. Epiſt. 4. De ætate Tibulli conſulendus Janus Douſa in ſchediaſmate ſuccidaneo ad Tibullum, quod ſuæ editioni ſubjunxit Clariſſ. Broukhuſius.

8. Horatii, à quo ſæpius laudatus fuerat, in iis quidam quæ exſtant nuſquam facit Tibullus mentionem, *temporum opinor injuria*, inquit cultiſſimus Tibulli interpres Brouckhuſius p. 242. *non negligentia aut tepore amoris Albiani*. *Epiſtolas amatorias* proſa à Tibullo ſcriptas idem vir doctiſſimus ſibi perſuadebat, licet non Poëtis etiam, & iis quibus negavit natura, amor verſiculos dictare ſoleat. Et verſiculis magis duci Glyceram ſuam vel Neæram ſperabat Tibullus.

Ad Dominam faciles aditus per carmina quæro,
Ite procul, Muſæ, ſi nihil iſta valent.

Idem Brouckhuſius non dubitat in libro III. eleg. 5. 17. *Natale noſtrum primum videre parentes*, pentametri loci qui in veteribus libris excidit, librarios laciniosum Codicem vendere deſperantes male ingeſſiſſe ſuppleviſſeque alienum huncce ex Ovidio: *Quum cecidit fato Conſul uterque pari*. Exſtant ejus *Elegiarum libri IV*. In quibus *panegyricus ad Meſſalam*, qui eſt in limine libri ultimi, Heroico carmine decurrit. Librum quartum excepto jam dicto in Meſſalam Panegyrico Barthius LIX. 16. ſuſpicatur eſſe non Tibulli, ſed *Sulpiciæ*, ejusque mariti *Caleni*. Sulpiciæ etiam tribuit doctiſſimus Broukhuſius. Verum nulla ex parte tribui debere *Sulpiciæ*, probat egregius vir *Jo. Antonius Vulpius*, qui Catullum, Tibullum & Propertium inſigniter illuſtratos edidit Venet. 1710. 4. p. 306. ſeq. Amores Deliæ ſuæ (ſive Planiæ libertinæ) vel Nemeſis, vel Neæræ denique ubique ſpirat hic poeta, unde Antonius Poſſevinus ad ejus lectionem acceſſurus flexis genibus orabat Deum, ne ſuavitate verſuum ipſius ad libidinem moveretur, ut refert Menagius in Anti-Bailleto T. 2. p. 333. Chariſius è Tibullo duobus locis affert hemiſtichion: *implicuitque femur femini*, quod in elegiis quas habemus, non legitur, etſi ſimile quid lib. 1. IX. 26. occurrit. Forte exſtitit in Epiſtolis ejus brevibus amatoriis, quas auctor vitæ ejus commemorat.

VII. Sæpiſſime Tibullus una cum Catullo ac Propertio editus, & à variis hominibus eruditis illuſtratus eſt, uti ſupra cap. V. dixi, neque habeo in præſenti, quas editionibus ibidem laudatis adjungam, præter uſurpatas noviſſimo editori principem editionem Venetam 1475. * quæ adjunctos habet Bernardini Cyllenii Veronenſis commentarios, quos eodem anno excuſos etiam Romæ in 4. memorat Mich. Maittaire pag. 114. Annal. typograph. & alteram, quæ Regii Lepidi prodiit 1481. tertiamque Brixienſem 1486. Denique hanc ipſam perquam emendatam nitidamque, quæ noviſſime lucem vidit cum commentario *Iani BrouKhuſii*, paulò poſt defuncti, Poetæ non minus quam Critici & interpretis Poetarum feliciſſimi Amſtelod. apud H. Wetſten. 1707. 4. ex pluribus Codd.

Codd. MSS. caſtigata additis præter Variar. lect. libellum notis Nic. Heinſii & indice omnium vocabulorum. * *Petri Franciſci Toccoli* annotationes in Tibullum, quarum ſpem facit Federicus Cernius præfat. commentarii in M. Æmilii Lepidi COS. Orationem ex Salluſtio petitam, & *Georgii Frid. Thryllitii* in Catullum Tibullum Propertium, de quibus in Diario Lipſienſi (Neven Ducher Baal LVIII. pag. 737.) non viderunt lucem. Tibullus Anglice verſus à Creechio memoratur in Diario Londinenſi, compleat library, A. 1694. p. 43. Les amours de Tibulle, par Mr. de la Chapelle. Paris 1713. 12. & Amſt. 1616. 12. tribus Voluminibus. Journal des Savans 1713. Mars p. 269. & Octobr. p. 443. Quanto apparatu inſtructus ad eum Poetam expoliendum acceſſerit laudatus Broukhuſius, ipſius verbis liceat commemorare: *Neque erant nulla in mundo, quæ ſalebroſum iter emollirent, nam & interpretes Poetæ omnes evolveram, & ſi quid in aliis ſcriptis ſuis, vel illuſtrandis vel emendandis his carminibus, ſalutiferæ opis adtuliſſent Viri alii eruditi, haud indiligenter ſua quæque ſede enotaveram. Tres quoque libros poſſidebam manu exaratos, nec non varias lectiones ex Codicibus Romanis à Juſto Lipſio conlectas, & manu Iani Douſæ Patris deſcriptas ad marginem editionis Plantinianæ A. 1569. quem mihi libellum dono olim dedit Caſpar Brantius vir doctus, & probus ac pius. Accedebat princeps editio, Venetiis procurata, A. 1475. Nec parum profuerant variantis ſcripturæ excerpta, præcipue ab Achille Statio & Iano Gebhardo prodita. Sed plura majora nobis ſuppeditavit amicorum propenſa benignitas, ſuis his laudibus haudquaquam defraudanda. Binos Codices mihi tale nihil expetenti ultro obtulit Vir Ampliſſimus Ioannes de Witt, urbi Dordracenæ nuper à Tabulario, ex illis ſuis immenſis theſauris, quorum uſum qua erat morum comitate atque officioſa humanitate omnibus Muſarum cultoribus quaſi communem reddiderat. Heinſiana omnia, non minimum decus hujus editionis, è Bibliotheca Viri Ampliſſimi Caroli Crucii, Conſulis Lugdunenſis, deprompta ſunt, ad quæ etiam pertinent Recognitiones Antonii Perreji, loco non ſuo poſitæ in indiculo veterum librorum. Illa vero cum bona fratris ſui venia nobiſcum communicavit Clariſſimus Vir Petrus Burmannus, egregius ille pereuntium literarum ſtator ac vindex, quem ego in germani fratris loco non ſolum diligo, verum etiam amo. Colbertini Codicis variantes lectiones Lutetiæ diligentiſſime excerpſit Vir Reverendus caſtiſſimo ſtudiorum cultu inſignis, Iacobus Gallæus, Campenſis Eccleſiæ Paſtor diſertiſſimus ac vigilantiſſimus. Beneficio ejuſdem Gallæi debemus excerpta ab Antonio Clementio conlecta ex editione, quæ Regii Lepidi prodiit A. 1481. itemque ex editione Brixienſi A. 1486. ad cujus poſterioris oras adleverat docta manus, ſed nobis parum nota, diverſas lectio-*

lectiones ex Codice manuſcripto excerptas. Joannes Ulricus Meurerus Vir doctiſſimus, atque officioſiſſimus miſit ad nos Oxonio uſque Varias lectiones è Codice Guil. Laudi, ArchiEpiſcopi Cantuarienſis deſcriptas, nec non variantes in Tibullo lectiones è libris ſcriptis excerptas ab M. Antonio Poccbo. Non diu poſt editum Tibullum extinctus Brouckhuſius eodem Anno 1708. eſt ſingulari elegantiorum literarum jactura, cujus obitum deplorat Burmannus pag. 320. ad Petron. & memoriam diſertiſſima eſt oratione perſecutus, quæ ſeparatim edita eſt: quo ipſo tempore David Hoogſtratanus poetica & ipſe laude inſignis & florens Poemata BrouckHuſii cultiſſima, & elegantiſſima luculentis & nitidis typis deſcripta in lucem edidit Amſtelod. 1711. 4.

VIII. SEXTUS AURELIUS PROPERTIUS (*a*) Umber, non minorem laudem ſcriptis elegis apud Latinos conſecutus, quam apud Græcos Callimachus, Couſque Philetas, quos æmulatum eſſe ſe ipſe prædicat; uti Propertium à quo genus ducebat Paſſienus Paulus, cujus elegos (ſed pridem deperditos,) opus terſum, molle, jucundum, & plane in Propertii domo ſcriptum laudat Plinius lib. 6. Epiſt. 15. & 9. Epiſt. 22. ad Severum. Floruit poſt Tibullum eodem quo Ovidius tempore, ante Ovidium ſodalem ſuum defunctus, ut hic teſtatur lib. IV. Triſtium Elegia 9.

Succeſſor fuit hic (Tibullus) *tibi, Galle: Propertius illi.*
Quartus ab his ſerie temporis ipſe fui.

Extant Propertii quoque *libri* (*b*) *IV. Elegiarum*, laſcivi paſſim, quibus (*c*) cœlebs ipſe Cynthiæ ſive Hoſtiæ nuptæ blanditur, ceterum Tibullianis non concedentes lepore & elegantia, eruditione vero illos etiam antevertentes. Loca, quæ è Propertio affert

(a) In MSS. Beroaldus & poſt eum alii offenderunt Propertii nomini additum alterum cognomen *Nauta*, pro quo *Natta* malit Lipſius Lib. III. Var. Lect. c. 23. Sed uti Martialis *coquus*, Plautus *Aſinius* quibuſdam librariis audit, (vide Barthii lib. VI. c. 1. Adverſar.) ita etiam Propertius *nauta* dictus eſt ex male lecto verſu 24. Elegiæ 19. libri II. *quamvis navita dives eras*, pro quo Scaliger & ante eum Beroaldus, & apud Alexandrum Alexandrinum lib. 2. dier. genial. c. 1. Sannazarius docuere legendum *non ita dives eras*. Umbrum ſe teſtatur ipſe Propertius IV. e. 64. *Umbria Romani patria Callimachi*. Fallitue enim Blondus, qui de alio quodam loqui Propertium exiſtimavit. At num Mevania, an vero Aſſiſium, vel Amelia Propertium protulerit, vide Scaligerum ad IV. 1. Thaddæi Donnolæ JCti Hiſpellatis divinationem editam Fulginiæ 1629. 4. Rufini Bini Aſſiſiatis diſſertatio, qua Propertium Aſſiſiatem fuiſſe adverſus Menavanates diſputavit, memoratur a Labbeo Bibl. nov. MSS. p. 68.

(b) Apud Martialem in Apophoretis Epigr. 189. Codices MSti exhibent tituli loco *Propertii Monobiblon*, quem libro primo Scaliger, Lipſius lib. I. c. 16. Var. lect. contendit competere libro quarto, ut de tribus prioribus accipiatur hoc Propertii II. 10. 25. *Sat ſit magna mei ſi tres ſint pompa libelli, quos ego Perſephonæ maxima dona feram.*

(c) Vide Broukhuſium ad II. 6.

affert Fulgentius in *dividias*, *dividias mentis conficit omnis amor;* & in *cantillare*, *cantillata geris vadimonia*, in libris quos habemus incaſſum quæres. * Felicis Ciatti paradoxon de *Peruſia* patria PROPERTII, editum Peruſiæ A. 1628. memorat Auguſtinus in Athenæo Auguſto ſive Peruſino pag. 100. qui de Propertio etiam videndus pag. 306. Cumque *Umbrum* ſe ipſe prodat Poëta lib. I. elegia ultima, & lib. IV. 1. 64. ſunt tamen qui ex Umbriæ civitatibus præferant *Fulginiam*, *Trebiam* alii, vel *Montefalchium*, *Vectionium*, *Aſſiſium*, *Ameliam*, *Cannarium*. Pro *Hiſpello* pugnat Thaddæus Donnola, cujus divinationem de patria Propertii recudi curavit Henricus Leonhardus Schurzfleiſchius, Witeberg. 1712. 8. Amicam Propertii male *Hoſtilam* pro *Hoſtia* appellat Paſſeratius, ut notatum Bentleio p. 73. ad Horatium: ubi notat Poëtas nomina amaſiarum ſuarum eodem numero eademque quantitate litterarum permutaſſe, ut Horatius pro Terentia dixit Licymniam, Catullus pro Clodia Lesbiam, Ticidas pro Metella Perillam, Tibullus pro Plania Deliam: ſic Propertius pro Hoſtia Cynthiam, Gallus pro Lycoride Cytheridem. Ad hanc Cynthiam eſt Monobiblos Propertii, quam Martialis memorat, quamq; cum Scaligero ac Jo. Antonio Vulpio libenter de libro primo intellexerim. Itaque ad eundem reſpicit libro 2. eleg. XVIII. 81.

Tu loqueris, cum ſis jam noto fabula libro,
Et tua ſit toto Cynthia lecta foro.

Sed parum mihi videtur credibile, quod eidem nobiliſſimo Vulpio perſuaſum, quod Propertius ab Horatio perſtringitur ſub importuni & garruli perſona lib. 1. Satyra IX. *Propertium* obiiſſe anno ætatis Ovidii XXXI. ab U. C. DCCXLII. conjicit Joannes Maſſon in Naſonis vita p. 99. De Propertio ac Tibullo, quos erudite inter ſe confert elegantiſſimus Muretus præfat. in Propertium, hoc exſtat judicium Vincentii Gravinæ lib. 1. de ratione poetica pag. 101. *Properzio ha novità d' eſpreſſione, fantaſia veramente lirica, ed è atto non meno alle coſe grandi, che agli amori: ma in Tibullo per avventura è naturalezza maggiore.*

IX. Jovianus Pontanus apud Alexandrum de Alexandro lib. II. Genial. dier. c. 2. refert Propertii elegias ſe adoleſcentulo primum in lucem prodiiſſe, cum antea inſcitia temporum incompertæ forent & incognitæ, opuſque oblitteratum & longiſſimo ævo abſumtum corroſis & labentibus litteris in cella vinaria ſub doliis inventum apparuiſſe, & cum libelli vetuſtate verbis & nominibus abſumtis longo ſitu & ſenio, quod in diuturna obſcuritate latuerat, veram lectionem aſſequi nequirent, effectum ut mendoſi inde codices prodirent, paulatimque diſcuti errores & corrigi

Digitized by Google

cœptos, nec tamen effici quiſſe, ut poſteris omnino integri inoffenſique darentur. Editus fuit Propertius primum An. 1474. deinde Venetiis A. 1475. quam nihilo inferiorem MStis laudat BrouKhuſius. Inde Regii Lepidi An. 1481. quam pro principe editione perperam habebat Voſſius pater in Ariſtarcho. Tum ab Antonio Volſco, ſed conjecturis ſuis nimium paſſim tribuente * Rom. 1482. 4. apud Eucharium Silber; & cum Volſci, ac Calderini commentario Venet. 1485. fol. illuſtratus à Domitio Calderino & Jo. Cotta Veronenſi, recenſituſque ad exemplaria emendata Hieron. Avantii, Venet. 1500. fol. per Joannem Tridinum de Cereto, aliis Tacuinum. Evolvi quoque eximiam Propertii editionem vulgatam Pariſiis 1499 4. apud Mich. Toloſam. Alias editiones in Catullo ſupra videbis ac Tibullo, quibus Propertium jungi ſolere etiam pueris eſt notiſſimum. Itaque hoc loco tantum addam eum ſeparatim exſtare, excuſum è recognitione *Guil. Canteri* in officina Plantiniana Anno 1569. & luculentis commentariis illuſtratum à *Joanne Paſſeratio*. Pariſ. 1608. fol. Novam vero eximiam hujus Poetæ editionem è MSS. emendatam diligenter, & animadverſionibus eruditis atque ingenioſis illuſtratam publico nuper dedit, qui omnes ejus Veneres imbibit elegantiſſimus *Janus BrouKhuſius*, Amſt. 1702. 4. ex officina Henr. Wetſtenii, ſubjuncto indice omnium vocabulorum. Nic. Heinſii notæ in Propertium, quæ vulgandæ promittuntur p. 162. nondum lucem viderunt. * Trajectiones, quas in Propertio obſervaſſe ſibi viſus eſt Joſephus Scaliger, nolim veras præſtare, & ſubſcribo Salmaſii judicio in Obſervationibus ad jus Atticum ita ſcribentis pag. 408. *Nihil mutandum eſt in ſcriptis auctorum, nec tranſponendum ſine magna cauſſa, præcipue ſi Veterum librorum auctoritas non ſuffragetur. Vidi multas Criticorum pares tranſpoſitiones in aliis auctoribus ſimiliter bariolantium, quos omnes falſos eſſe mihi conſtat, in Horatio, in Manilio, in Propertio & aliis.* Idem Salmaſius de Helleniſtica pag. 142. *Propertius totus ſcatet Helleniſmis. Præter infinita dicendi genera ex Græco expreſſa, non dubitavit dicere Dryaſin pro Dryadibus, Thyniaſin pro Thyniacis, Hamadryaſin pro Hamadryadibus. Nec Ovidius timuit Troaſin dicere pro Troadibus in Epiſtola quadam:* Troaſin invideo. *Gallica* verſio Propertii proſaria auctore Michele de Marolles prodiit Pariſ. 1655. 8. Georgii Treptæ Chemnicienſis phraſes è Tibullo ac Propertio collectæ tribus libris. Lipſ. 1588. 8.

C A-

CAPUT XV.

DE P. OVIDIO NASONE.

Ovidii ætas & vita. 1. *Scripta quæ exſtant*. 2. *Deperdita*. 3. *Suppoſititia*. 4. *Editiones*. 5.

I. P. OVIDIUS NASO (*a*) ex Ordine Equeſtri natus Sulmone in Pelignis A. U. C. 711. Vitam ſuam ipſe deſcribit IV. 10. Triſtium. Propter ingenium miramque verſus ſuaviſſimos, elegiacos (*b*) præſertim effundendi facilitatem univerſis gratus & acceptus, ſoli Imp. Auguſto inviſus, qui de ſollicitata ſub Corinnæ nomine laſcivis verſibus Julia ſua ſuſpectum, & alio præterea nomine (*c*) exoſum Tomos in exſilium miſit, ubi deceſſit Tiberio imperante, annum agens ſexageſimum. Quæ de calamo (*d*) ejus argenteo & ſepulchro in Moſcia reperto ſe-

(a) Ex hujus Naſonis poſteris fuit Naſonius Ambroſius, qui ſepulchrum Naſonorum in via Flamminia Romæ exſtrui curavit, ſi credimus Joanni Petro Bellorio in deſcriptione ejus ſepulchri à Petro Sancto Bartholo delineati T. XII. theſauri Antiqu. Roman. p. 1041. M. Actorii Naſonis mentio apud Sueton. Cæſare c. 9. Axii Naſonis apud Carolum Patinum in nummo p. 44. famil. Rom. Alius Q. Ovidius, ad quem Martialis X. 44. At in verſione veteri Joſephi initio libro XII. Antiqu. & apud Freculphum pro Ovidio Sabatarcide legendum Cnidius Agatharchides, ut Meurſio in Bibl. Græc. p. 1200. obſervatum. Ovidii vita ſcripta à Bono Accurſio fuit in Bibl. Iſ. Voſſii.

(b) Ovidius de ſe lib. I. de remedio amoris extrem.

Tantum ſe nobis elegi debere fatentur,
Quantum Virgilio nobile debet opus.

Poemata illius ipſo etiamnum ſuperſtite decantari ſolita obſervat Salmaſius ad Solin. p. 601. Verſus unus Ovidii omnium duriſſimus & judice Franciſco Vavaſſore p. 38. libri de Epigrammate vix excuſandus hic eſt: *Vix excuſari poſſe mihi videor.*

(c) Ovidius 2. Triſt. v. 207.

Perdiderint cum me duo crimina, carmen & error,
Alterius facti culpa ſilenda mihi eſt.

Idem alibi: *Inſcia quod crimen viderunt lumina, plector.*
Peccatumque oculos eſt habuiſſe meum.

Confer Savaronem ad Sidonium Apollinar. lib. 2. Epiſt. 10. p. 155. & ad carmen 23. p. 186. ſeq. & Belii Lexicon in *Ovide* nota A. Ab illo exilio autem Ovidius *Geta* quandoque cognominatur à librariis.

(d) De calamo Ovidii hæc Hercules Cioſanus in Ovidii vita: *Iſabella Pannoniæ Regina circiter annum MDXL. Ovidii calamum ex argento Taurun qua eſt urbs inferioris Pannoniæ, oſtendit Petro Angelo Bargæo, qui hoc ipſum mihi narravit, cum hac inſcriptione*: Ovidii Naſonis calamus, *qui non multo ante id tempus ſub quibusdam antiquis ruinis fuerat repertus. Eum Regina ipſa plurimi faciebat, & veluti rem ſacram carum habebat. De eodem calamo Cœlius Calcagninus qui & ipſe in Sarmatia fuit in elegia qua Scytharum mores deſcribit* &c. Tumulum Poetæ poſt inven-

to feruntur, ea fabulis per me lector adſcribet. * Jo. Antonius Campanus, Aprutinus Epiſcopus, libro ſeptimo Carminum p. 176. edit. Lipſ. Sulmonem Ovidii patriam ita de hoc cive ſuo gloriantem inducit:

Sim licet annorum tot millibus inclyta Sulmo,
Et Pelignorum gloria prima ferar,
Nil habui Ovidio majus Naſone Poeta,
Solus is immenſas vel mihi præſtat opes.
Ætates abeunt, labuntur regna, ſed unus
Durat & in pretio eſt poſteritatis honos.

Hercules Ciofanus, Sulmonenſis, cujus exſtant eruditæ in Ovidium gentilem ſuum notæ, deſcriptionem Sulmonis, vitæ Ovidii præmiſit. Aquilæ 1578. 8. Confer Petrum Antonium Corſignanum de viris illuſtribus Marſorum cap. 2. Ovidii effigies (niſi Vedii Pollionis potius, ut ΝΑΣΩΝ legerint viri eruditi pro poſtremis litteris nominis ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ in nummo apud illuſtrem Spanhemium diſſ. 1. de uſu numiſmatum pag. 54. T. 1. edit. Londinenſ. Vide & p. 719. Natus A. U. C. 711. Hirtio & Panſa COSS. (ante CHRISTUM 43.) 21. Martii: Tomos in exilium miſſus eſſe creditur anno ætatis 51. in eoque deceſſiſſe anno 60. qui fuerit CHRISTI decimus ſeptimus. Ita quidem Johannes Maſſon in vita Ovidii ordine Chronologico delineata, editaque Amſtelod. 1708. 8. Ipſe de ſe Poëta lib. 2. Triſt. elegia 1.

Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi eſt?

Unde inceſtum Juliæ cognitum Ovidio cauſam veram exilii ejus fuiſſe conjiciunt Antonius Mancinellus lib. 1. ſerm. 14. & Lezeau in Ovidii vita. Getam ab illo exilio vocat ſe ipſe IV. 13. è Ponto:

Carmina quæ faciam pæne Poeta Getes.

Et lib. I. 1.

Naſo Tomitanæ jam non novus incola terræ &c. Adde III. 9. Triſt. Τομιτῶν Ovidiano exilio celebris civitatis nummum exhibet Hœſchelius ad Photii Bibl. pag. 962. Alios memorat Harduinus in nummis Urbium illuſtratis. Neque vero ex eo, quod nulli exſtant Tomitani nummi Auguſtorum honori percuſſi ante Tra-

tos ſcilicet Ciceronis de Rep. libros, de quibus ſupra p. 127. in media Moſcia repertum narrat Iſaacus Bullartus in Academia ſcientiarum & artium T. 1. p. 87. in vita Joannis Zamoſcii, tumuloque inſcriptum carmen:

Hic ſitus eſt vates, quem Divi Cæſaris ira
Auguſti Latia cedere juſſit humo.
Sæpe miſer voluit patriis occumbere terris,
Sed fruſtra: hunc illi fata dedere locum.

te Trajanum, recte colligas Tomitanos non paruiſſe Imperio Romano Auguſti tempore, cum ablegatum illo ab Auguſto Ovidium ipſe Poeta non patiatur nos dubitare. Exilium vero ipſum indignius fert Baudius (a) in farragine carminum pag. 631. quam ipſe tulit Ovidius; eo enim judice

Nulla poteſt tantam feritatem obvolvere cauſa,
Nullus patricia fictus ab arte color.
Seu quod amare doces, ſummotus ab Urbe Quirini es,
Sive quod arcanum videris horribile:
Nam quod te memorant ſobolem temeraſſe Tyranni,
Suſpicio in mores non cadit iſta tuos.
Nec reor: eſto tamen, fuerit tibi Iulia cordi,
Iulia tam multis nobilitata procis, &c.
Idcircone Tomos tranſmitti Romula Siren
Debuit, & Latios deſeruiſſe lares?
Nec venia dignus fuit inter probra tot, unus,
Et vates, & amans, & generoſus eques? &c.

Aliud viſum auctori hexaſtichi quod infra adſcripſi:

Tu qui virgineos temeraſti carmine vultus,
Deme tuis lauros ſerta pudica comis.
Iſta decent caſtos Heliconia ſigna Poetas,
Sarmatis herba caput cingat amara tuum.
Cedat Pegaſidis Ponti mittendus ad undas,
Ingenio periit qui malus ipſe ſuo.

De mira Ovidii facultate quæcunque vellet inimitabili felicitate & pari perſpicuitate eloquendi carmine, adi Dan. Heinſium lib. de tragœdiæ conſtitutione cap. 13. De commentitio Poetæ tumulo, in media Moſcia ut ajunt reperto, vide & Jo. Petrum Bellorium in deſcriptione ſepulchri Naſoniorum Tom. 12. theſauri Græviani pag. 1038. nec non Franc. Chriſtiani Khevenhulleri annales Ferdinandeos ad A. 1581. pag. 150. Primam in Ovidii nomine producit Guilelmus Brito, ſed antiquiores Poetæ corripiunt, ut notatum Barthio in notis pag. 73. Ovidii filia *Perilla*, ipſa quoque à Patre edocta carmen componere, qui raras ejus dotes & ingenium celebrat III. 7. Triſtium. Alius fuit Q. Ovidius (b) ad quem Martialis X. 44. Ex illo confictum Roderici de Cunha Hiſpani S. Ovidium, tertium Braccarenſem ſi Diis placet Epiſcopum explodit Daniel Papebrochius in Actis Sanctor. T. I. Junii p. 290.

(a) Baudio jungendus Gallus ſcriptor M. Deslaudes in libro Pariſiis & Amſt. 1715. 12. edito, *l'art de ne point s'ennuyer* cap. 5.
(b) Adde Jo. Glandorpii Onomaſticon pag. 618.

Digitized by Google

II. Exſtant ejus *Heroides* ſive *Epiſtolæ XXI. Elegis verſibus*: 1. *Penelope Ulyſſi* (*a*). 2. *Phyllis Demophoonti*. 3. Briſeis Achilli. 4. *Phædra Hippolyto*. 5. Oenone Paridi. 6. *Hypſipile Jaſoni*. 7. *Dido Æneæ*. 8. Hermione Oreſtæ. 9. Dejanira Herculi. 10. *Ariadne Theſeo*. 11. *Canace Macareo*. 12. Medea Jaſoni. 13. Laodamia Proteſilao. 14. Hypermneſtra Lynceo. 15. *Sappho Phaoni* (*b*). 16. Paris Helenæ. 17. Helena Paridi. 18. Leander Heroni. 19. Hero Leandro. 20. Acontius Cydippæ. 21. Cydippo. Acontio. Hoc ſcribendi genus (*c*) tenerum, ſolers, eruditum primus invenit Ovidius, atque ut ipſe ait III. artis amatoriæ v. 346.

Ignotum hoc aliis ille novavit opus.

Penelopes ad Ulyſſem, reliquaſque, quas ſimili charactere exprimi curavi, ipſe agnoſcit, lib. 2. Amorum elegia 181. Ex ceteris quædam forte Epiſtolæ auctorem habent *Aulum Sabinum*, quem eodem loco Naſo laudat, & ſub cujus nomine tres Epiſtolas habemus Ovidianis reſpondentes & inter Ovidii poemata poſt edition. Venet. 1485. & Parmenſem 1489. ſæpius vulgatas. 1. *Ulyſſis ad Penelopen* (*d*). 2. *Demophoontis ad Phyllidem*. 3. *Paridis ad Oenonen*. Non me fugit Voſſium patrem in lib. de Poetis latinis eas Sabino indignas judicare. Sed malo ſententiæ aliorum virorum doctorum ſubſcribere, quibus genuinæ Sabini videntur: in his Nicolai Heinſii, qui etiam notis illuſtravit. * *Heroides* Ovidii, quarum MS. Codex non contemnendus exſtat in Bibl. Gothana, prodierunt primum Romæ cum aliis poetæ 1471. fol. curante Jo. Andrea Epiſcopo Alerienſi apud Conradum Sveinheim & Arnoldum Pannartz. Cum commentariis *Antonii Volſci*, & in Epiſtolam Sapphonis, notis *Georgii Merulæ* Alexandrini Venet. 1481. fol. additis de pulice, de remedio amoris, de medicamine faciei & de nuce. Cum commentariis *Domitii Calderini* Venet. 1483. fol. ad calcem Statii. Heroides & Ibis cum commentario Volſci &c. Venet. 1487. fol. Ovidii & Sabini Epiſtolæ He-

(a) Hanc Epiſtolam Græca elegia expreſſit Carolus Utenhovius in calce libri I. alluſionum p. 126.

(b) Vide Fulvii Urſini carmina IX. fœminarum, ubi hæc elegia cum variis lect. exhibetur.

(c) Imitati ſunt iſtud Epiſtolarum Heroicarum genus è recentioribus multi, ut *latine* Jo. Meurſius, *Germanice* Hofmannus ab Hofmannſvvaldau, Poetarum noſtrorum Princeps. *Anglice* auctor libri nuper editi cui titulus: *Ovidius Britannicus*, or love Epiſtles in Imitation of Ovid being an intrigue betvveen tuo perſons of qualtey, to vhich are added Phaon's anſvver to Sappho, and Theſeus anſvver to Ariadne, vhich are vvanting in Ovid's Epiſtles, Lond. A. 1703.

(d) Hanc Epiſtolam è MSto, in quo ſine nomine auctoris Ovidianis adjuncta erat, recenſet & illuſtrat Euſtachius Svvartius libro primo Analectorum capite undecimo.

læ Heroides Lipſ. 1499. 1501. 4. Cum commentariis Ant. Volſci & Domitii Calderini, curante Antonio Lucenſi, Venet. 1502. fol. Cum commentariis Volſci & *Ubertini Clerici* Creſcentinatis, aliorumque Venet. 1543. fol. Exſtant & notæ *Iani Parrhaſii* Romani, *Io. Scopæ*, *Aaronis Batalei*, *Baptiſtæ Egnatii*, *Iodoci Badii*, ne dicam illorum qui totum Ovidium illuſtrarunt, ut *Greg. Berſmanni*, *Iac. Micylli*, *Herculis Ciofani* &c. Cum Morilloni ſcholiis & argumentis Ovidii & Sabini Epiſtolæ prodierunt Lugd. 1535. 8. Colon. 1560. 8. & Lugd. 1567. 8. additis Nizolii & Egnatii annotationibus. Exſtat & editio Pariſ. 1536. 8. 1580. 12. & cum Jo. Thomæ Freigii argumentis & annotationibus, Baſil. 8. Epiſtolæ XII. cum interpretationibus Cæſ. Ferrarii, latine editis Rom. 1552. 4. * Cum *Dan. Criſpini* interpretatione & notis in uſum Delphini recuſæ ſeparatim ſunt Londini. 8. Cum notis *Io. Henrici Kromayeri* ad modum Minellii Lipſ. 1719. 12. Cum Franciſci Dini (*a*) reſponſionibus ad Heroides Ovidii Venet. 1704. 8. Sic Didonis ad Æneam Epiſtolæ reſpondit Nic. Heinſius p. 211. poematum: Phædræ ad Hippolytum Sidronius S. I. *Epiſtola Ulyſſis ad Penelopem* præter rem pro inedita venditatur in Catalogo Bibl. lectiſſimæ Sarrazianæ n. 1770. in quarto p. 175. *Græca* Maximi Planude verſio proſaria Heroidum Ovidii adhuc inedita memoratur ab illuſtri Huetio, lib. de claris interpretibus. *Gallica* Octavii Gelaſii (de Saint Gelais) Pariſ. in 4. & minore forma A. 1541. prodiit. Magdalenam inde Albaſpinam Ovidii Epiſtolas carmine Gallico reddidiſſe, teſtatur Crucimanius Bibl. Gallicæ pag. 497. Primas decem Epiſtolas A. 1556. interpretatus eſt Carolus Fontanus Pariſienſis. Paridis & Helenæ, Leandri ac Heronis, Mr. de S. Ambroi & Mr. de S. Romat. Heroides Ovidii (quas in duobus libros diſtinctas fuiſſe refert auctor vitæ, quam è Codice Farneſiano Heinſius edidit,) & Sabini Gallicis verſibus reddidit, atque erudito commentario illuſtravit, *Caſpar Bachetus Meziriacus*, Burgis 1626. 8. * Excuſæ etiam Heroides Ovidii cum nova Gallica Metaphraſi Pariſ. 1702. 8. & Caſparis Bacheti Meziriaci Metaphraſis, cum erudito ejus commentario (*b*) aliiſque lucubrationibus recuſa Hagæ Comitis 1716. 8. Video etiam laudari verſionem, quam Gallicis verſibus adornavit Franciſcus Thomas Cornelius, Petri frater; & Dni. de la Mare, & præſidis pridem Carnotenſis Nicolii, ineditas. Ne dicam de ſingulis Epiſtolis, quas interpretati ſunt

V 4 Cardi-

(a) Galleria di Minerva Tom. V. p. 27. 88.

(b) Acta Erud. 1716. p. 447. Nouvell. rep. letr. pag. 327. Journal des Savans 1716. Novembr. pag. 552. & Decembr. pag. 609. Hiſt. Critique de la Rep. des lettres Tom. 1. pag. 94. Quintam Epiſtolam tranſtulit frater Caſparis natu major Guil. Bachetus.

Cardinalis Perronius, Ogerius, Nic. Remonardus, Philippus Portæſius, Broſſeus, Coletetus, Delingendes, Hedelinus, Belloſlorus Percheronius &c. ad calcem amorum Ovidii A. 1621. Ovidii & Sabini Epiſtolæ *Anglicis* verſibus auctore *W. S.* (*a*) qui veniam pro laude petere ſe profitetur, editio ſecunda Lond. 1636. 8. cum figuris in æs inciſis. Per Franciſcum Quarles Lond. 1673. 8. Alia Metaphraſis Anglica vidit lucem Lond. 1680. non memini quo auctore. *Germanico* carmine reddidit Caſpar Abelius. Extat & *Italica* metaphraſis duplex, verſibus ſolutis altera, altera ſtrictiore lege rhythmorum. Nec non *Hiſpanica*, & *Belgica* auctore (*b*) Jo. Vondel Amſt. 1716. 4. cum Epiſtolis Sabini Belgico redditis carmine à Davide Hoogſtratano. *Danica* Chriſtiani Roſe, totidem verſibus Danicis, additis notis ſummariiſque, Hafniæ 1704. 8. Epiſtolas Heroidum, Ovidii exemplo effinxere præter eos quos Supra memoravi, *Latino* quidem carmine Eobanus Heſſus, Balduinus Cabiliavius S. I. & in ſacrarum Heroidum libris Claudius Eſpencæus pag. 991. ſeq. Operum: *Gallico* Croiſillius, Malvillius, aliique in Epiſtola Caroli Ogerii, verſioni proſariæ Gallicæ Epiſtolarum Ovidii Marolleſianæ præmiſſa laudati, *Anglico* Ovidii Britannici auctor David Craufordus: *Belgico* P. van Haps, brieven van minnars en minnaareſſen. Amſt. 1705. 8. Bœkſaal van Europe 1705. Tom. II. p. 168. Leandri ac Heronis Epiſtolas mutuas nuper ſuis & clariſſimi Heumanni notis illuſtravit Jo Henricus Kromayerus ad calcem poematis Græci poetæ Muſæi, Halæ 1720. 8.

2. *Amorum libri III.* memorati Ovidio lib. III. artis v. 343.

Deve tribus libris titulus quos ſignat amorum

Elige quod docili molliter ore legas.

Hinc patet falli Hermolaum Barbarum, qui illos libros laudat ſub titulo *Corinnæ* Ovidii: vel auctorem gloſſarum veterum, quas ſervo MSS. & Jeremiam de Montagnano, qui in Epitoma Sapientiæ Venet. 1505. 4. edita vocat *Ovidium ſine titulo*. Quinque primum libros Naſo illius argumenti ſcripſerat, ſed duos ſuſtulit, ut apparet ex hoc epigrammate ipſius præfixo:

Qui modo Naſonis fueramus quinque libelli,

Tres ſummus, hoc illi prætulit auctor opus,

Ut jam nulla tibi nos ſit legiſſe voluptas

At levior demtis pœna duobus erit.

De iisdem videtur intelligendus auctor vitæ, quam è Codice Farneſiano edidit Nic. Heinſius: *Scripſit inde Epiſtolas quaſdam ad Tiberii filiam ſub falſo nomine ac ficto Corinnæ inſcriptas, quæ* propter

(a) Vvre Saltonſtall. (b) Mem. de Trevoux 1716. p. 357.

propter crimen læſæ majeſtatis combuſtæ fuerunt. Inde & exſilium meruit. Hos juſſu Alberti III. Archiducis Auſtriæ in proſam Germanicam converſos ſervat Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſis. Vide Lambecium lib. II. p. 985. * Poſt editionem Romanam 1471. & Venetam 1474. Bononienſemque & Vicentinam 1480. inter cætera Ovidii opera ſæpiſſime excuſos illuſtrarunt Bartholomæus Merula & Domitius Marius Niger, Jac. Micyllus &c Morolleſius, qui Gallica proſa vertit totum Metamorphoſi excepta Ovidium, notiſque illuſtravit A. 1661. memorat proſariam interpretationem Gallicam Belleflori Percheronis Pariſ. 1621. 8. & Nicolii præſidis Carnotenſis metaphraſin XVII. elegiarum ex XLIX. quibus libri tres amorum conſtant, carmine Gallico Pariſ. 1657.

3. *Artis amatoriæ libri totidem*, ſic enim vetuſtiſſima exemplaria inſcribunt hos libros teſte Salmaſio de uſuris p. 280. * *Libros III. amatoriæ artis* anno ætatis XLI. ſcripſit Ovidius, ob quos exilio damnatum ab Auguſto legas apud Aurelium Victorem in vita Auguſti & Freculſum VIII. 10 Chronici. Prodierunt ſeparatim cum Catulli Epithalamio Lipſ. 1492. 4. & 1500. 1503. 4. & Bartholomæi Merulæ commentariis illuſtrati una cum libro de remediis amoris, Venet. 1494 1506. 1516. fol. & Lugd. 1497. 4. Mediolan. 1510 fol. &c. Eosdem Gallice vertit teſte H. Stephano Octavius Gelaſius, Epiſcopus Angelumenſis, licet id commentum eſſe videtur Bernhardo Monetę Tom. 3. Menagianor. p. 318. De hoc Gelaſio vide ſi placet Franciſcum à Cruce Cenomana pag. 364. & Anton. Verderium pag. 928. Bibl. Gallicæ. Artem amandi Anglico carmine, Naſonis imitatione ſcripſit D. Kingius Lond. 1714. Carmine autem Latino elegiaco Tho. Ravaſinus (*a*) Parmenſis libros duos de arte amandi S. Mariam Mutinæ 1706. 4.

4. *Remedia amoris liber I.* ſingula genere carminis elegiaco. Cum commentario Barthol. Merulæ Lugdun. 1497. 4. & Guil. Ramuſæi, 1526. 4. * *Librum de remediis amoris* Codices quidam MSS. & antiquæ editiones, ut Argentinenſis, Schureriana 1520. 4. dividunt in libros duos, ita ut ſecundus incipiat à verſu 397. Prodiit etiam ſeparatim Lipſiæ 1488. 1498. 1503. 4. apud Jacobum Thanner ſive Abiegnum Herbipolenſem, & cum Barthol. Merulæ commentariis additis libris amatoriæ artis: & cum commentario Guil. Ramuſæi, Lugd. 1526. 4. Gallico carmine reddit Carolus Fontanus, qui circa A. C. 1550. floruit.

5. *Metamorphoſeon* (*b*) *libri XV.* carmine Heroico, quod opus merito

(a) Memoires de Trevoux 1707. p. 59.
(b) Metamorphoſeon Scriptores Græcos retuli lib. III. Bibl. Græcæ c. 27. § ult.

merito præclariſſimum vocat Lactantius, licet ultimam illi manum auctor haud impoſuit, ut ipſe refert 2. Triſtium v. 555. Confer I. Triſt. Eleg. 6. & III. 14. * Illos à ſe ſcriptos eſſe teſtatur ipſe Ovidius 1. Triſt. v. 117.

Sunt quoque mutatæ ter. quinque volumina formæ.

Difficile vero aliquis accredat, quod in mentem venisse video ingenioſiſſimo Viro Roberto Hoockio, (*a*) qui in operibus poſtumis Lond. 1705. fol. vulgatis Ovidium contendit in Metamorphoſi ſua ſub fabulis illis deſcribendas ſibi propoſuiſſe varii generis mutationes, quæ telluri contigerunt, & ſyſtema quoddam Hiſtoriæ Naturalis tradere voluiſſe. Non magis ad liquidum perduci poterit quod V. C. Hermannus ab Hardt in ranis Ovidii lib. VI. Metamorph. detectis ac demonſtratis Helmſt. 1711. 8. vetuſtiſſimam Græcorum hiſtoriam in fabulis Naſonis latere ſibi perſuaſit, licet Græcos potiſſimum poetas & ſcriptores metamorphoſeon ſecutum in illis fuiſſe Naſonem non eſt dubium. Græca proſa reddidit *Maximus Planudes*, ſed quæ lucem non adſpexit exceptis paucis locis, quæ ex ea produxit in præclaris notis ſuis *Nic. Heinſius*; * ejus tamen interpretationis meminit Volaterranus l. 17. Comment. Urban. Scripſit præterea in hoc opus commentaria *Jac. Pontanus* è Societate Jeſu Antvv. 1618. fol. tum brevia & docta ſcholia *Tho. Farnabius*, Amſtel. 1630. 1639. 1649. in 12. qui editis etiam in Terentium, Virgilium, Lucanum, Senecæ tragœdias, Martialem, Juvenalem & Perſium ſimilibus notis optime promeritus eſt de bonis litteris & ſtudioſa juventute. Similiter Metamorphoſin & Triſtium libros utili opera in Scholarum uſum illuſtravit *Joannes* (*b*) *Minellius*, Roterd. 1686. 1710. 12. uti Salluſtium quoque & Terentium, Horatiumque & Virgilium, Valerium Maximum & Florum, quamvis eruditionis palmam concedit Farnabio, quem paſſim etiam ſequitur; & licet Farnabium pariter ac Minellium multa omiſiſſe neceſſaria & non in paucis erraſſe vere notavit vir doctus in arte Critica part. I. p. 64. * Metamorphoſis cum libris faſtorum, conſolatione Liviæ, in Ibin & Philomelam, edit. antiqua ſine loco & anno, in fol. Deinde cum commentariis *Raphaelis Regii* Venet. 1495. 1497. 1517. & 1553. fol. apud Hieron. Scotum additis obſervationibus *Jacobi Micylli*. Prodiit & ſæpius Metamorphoſis Ovidii cum figuris in æs eleganter inciſis ut Pariſ. 1637. fol. & cum indice omnium vocabulorum, auctore Pompejo Paſqualino, Rom. 1614. 8. Extſtat & editio Argentoratenſis 1519. 4. atque Veneta 1509. fol. & 1530. 12. apud Stagni-

(a) Vide Acta Erudi A. 1707. p. 155.
(b) Notas Minellii in Metamorphoſin ſupplevit Petrus Rabus.

gninum, & 1534. 8. Florentina 1522. 8. Aldina 1525. & 1534. 8. Pariſienſis 1536. 8. & Lugdunenſes apud Gryph. 1536. 8. 1547. 12. 1559. 1563. 8. * Colonienſis 1546. 8. & 1551. 8. cum Donati argumentis atque *Giſb. Longolii* & *Henrici Glareani* notis: & ex Jac. Micylli recognitione, Francof. 1582. 8. tum Plantiniana 1561. 12. & quæ notas variorum adjunctas habet Lavinii, Raph. Regii, Phil. Beroaldi, Jo. Baptiſtæ Pii, Jani Parrhaſii, Cœlii Rhodigini, Jacobi Bononienſis, Baptiſtæ Egnatii &c. Lugd. 1527. 4. Venet. 1586. fol. & cum H. Glareani notis, Colon. 1534. 1556. 8. Georgii Sabini interpretatio fabularum Ovidii, Regiomonte 1559. 8. Cantabrig. 1584. 8. * *Hercules Cioſanus* in ſuis ad Metamorphoſin notis conſuluit XVIII. primum, deinde MStos Codices XXIII. Viderunt primum lucem notæ illæ Venetiis 1575. 8. Cum interpretatione *Dan. Criſpini* in uſum Delphini ſeparatim recuſi Metamorphoſeon libri Oxoniæ, 1696. 8. recenſente Joanne Friend. Cum notis *Jo. Georgii Walchii*, ad modum Minellii. Lipſ. 1714. 12. Cum *Joſephi Juvencii* (a) S. I. notis Romæ primum & deinde vulgatis Rothomagi 1717. 8. editione auctiore & emendatiore. Utrique juncta eſt appendix de Diis & Heroibus Poeticis. Excerpta ex Metamorphoſi Faſtiſque Ovidii cum notis *Tho. Johnſoni*. Lond. 1714. Laudanda etiam *Pompeji Paſqualini* induſtria, quam concinnato indice omnium vocabulorum in Metamorphoſin Ovidii ſtudioſis hominibus probavit. Rom. 1614. 8. Argumenta antiqui Grammatici *Lactantii Placidi* nomine occurrunt in editione Veneta A. 1553. 8. aliiſque. *Donato* tribuuntur in edit. Colonienſi: & Nic. Heinſius teſtatus eſt ſe in Bibl. Laurentiana vidiſſe MStum chartaceum hujus ſcripti, cujus titulus erat: *Donati abbreviatio fabularum Ovidii*. Forte referri debet ad *Tiberium Donatum*, à quo Maronis vitam deſcriptam habemus. Prodierunt etiam ſeparatim, * ſub *Donati* (*b*) nomine prodierunt primum Viennæ 1513. 4. edente Joach. Vadiano. In aliis editionibus ut Lugd. 1510. fol. cum Petri Lavini notis & Raph. Regii, & Baſil. 1543. cum ejuſdem Regii & Jac. Micylli notis, habentur ſub nomine *Lactantii Placidi*. In antiquis Codicibus MStis & editione Veneta Anni 1486. argumenta libri XV. deſiderantur. Joannes itaque Rænerius uti multa alia addidit, ita libri XV. argumenta ſupplevit ex Regii commentariis, quo nomine laudatur à Barthio VIII. 17. Adverſar. quia putabat Regium ſua ex integrioribus Lutatii exemplaribus hauſiſſe.

Sed

(a) Mem. de Trevoux 1717. pag. 1915.
(b) Confer Voſſium de Poetis Latinis pag. 45. 46.

Sed Victor Giſelinus & Tho. Munckerus Rænerium reprehendunt, quod aliena Lutatianis admiſcuerit. Idem MuncKerus collatis Giſeliniana, Hervagii, Birckmannorum, Rænerii & Colonienſi editionibus, ſed inprimis ſecutus primæ Venetæ & Florentini Codicis fidem, argumenta librorum XIV. emendavit, notiſque illuſtravit, & librum XV. ex editione Ræneriana addidit in tomo poſteriore Mythographorum latinorum, Amſt. 1681. 8. Extant quoque *Bolognini* & *Nigri* Epitome Elegiaca & *Quintiani Stoæ* diſticha, Baſil. 1544. 8. & *Viſiti Mauritii Piceni* de monte Florum Epitome in Ovidii Metamorphoſin per ſingulas fabulas carmine Hexametro & Pentametro deſcripta, Arimin. 1562. 8. *Jo. Poſtbii* tetraſticha & *Virgilii Solis* icones in Metamorphoſin, Francof. 1596. 4. Icones à *Cypriano Paſſæo* cum epigrammatibus Latinis, & Germanicis *Antonii Guilelmi Salsmanni*. Arnhem. 4. Ovidii Metamorphoſis per *Hubertum Goltzium* quinquaginta duabus tabulis iconum illuſtrata, folio oblongo, fuit in Bibl. Menarſiana p. 52. Cum ſcholiis *Thomæ Farnabii* & iconibus in æs inciſis, Pariſ. 1637. fol. ſumtu Ægidii Morelli, typis minoribus parumque nitidis. Etiam Metamorphoſin imaginibus ære deſcriptis illuſtravit illuſtriſſ. Baro *Jo. Weichard de Valvaſor*, additis quavis pagina epigrammatis, Wagenspergi 1580. fol. Ejuſdem Ovidius Setyricus MS. pluribus quam CLXX. iconibus ornatus memoratur in præclaro ejus opere vernaculo Chre des Derkogthums Crain, lib. VI. pag. 369. Locum lib. VII. Metamorph. cum Apollonio Rhodio confert Jac. Tollius in guſtu Criticarum animadverſionum ad Longinum pag. 354. ſeq. Locus de Phœnicis reparatione ex libro XV. cum notis G. B. Speltini, exſtat in hujus poematum variorum collectione, edita Erfurti 1501. 4. Fabularum Ovidii expoſitio tradita in Academia Regiomontana à *Georgio Sabino*, Witeb. 1555. 8. 1559. 8. *Nic. Triveti*, Dominicani commentarios in Senecam Tragicum, transformationes Ovidii, Boethium de Conſolatione Philoſophiæ, Auguſtinum de civitate DEI, & in Valerium de non ducenda uxore memorat Jo. Lelandus de ſcriptoribus Britannicis pag. 327. *Joannem* item *Gualleníem* in fabulas Ovidii pag. 307. Habuit etiam in Ovidii Metamorphoſes *antiqua ſcholia* Caſp. Barthius, quæ editurum ſe recepit Tom. 2. in Statium pag. 654. In memoriis litterariis Dombenſibus, ſive Trevoltinis A. 1705. menſe Majo pag. 381. traditur cultiſſimus Poeta Johannes Commirius S. I. cum Nicolao Heinſio emendationes ſuas in Naſonis Metamorphoſes communicaſſe. " Feu Mr. Bigot a dit à des perſon-
„ nes dignes de foi, qu' il avoit communiqué à Nicolaus Hein-
„ ſius des corrections de ce Pere ſur ſes Metamorphoſes d' Ovi-
„ de:

„ de : celle-ci entre autres dant l' onzieme ſivre des Metamor-
„ phoſes v. 764.

--- *Alexirhoe Granico nata bicorni.*

„ On liſoit dans toutes les editions: *Alexithoe gravili conata bi-*
„ *corni*. *Latino* ſermone ſoluto orationes Ajacis & Ulyſſis ex libro XIII: Metamorph. expreſſit Vitus Amerbachius 1545. 8. ad calcem enarrationis libror. Triſtium. *Gallica* verſione multi hoc opus Ovidii donarunt, proſa quidem * Thomas VValeys, Brugis 1484. fol. apud Colartum Manſionem; Nic. Renouard, Pariſ. 1614. 8. Rothomag. 1626. 8. & Petrus Ryerus & noviſſime Bellegardeus, Pariſ. & Amſt. 1693. 12. Nam à Marolleſio, qui integrum præterea Ovidium Gallica proſa donavit, metamorphoſis, ne toties actum ageret, fuit omiſſa. Verſibus Cyclicis (Rondeaux) Benſeradeus: * cujus metaphraſis plus ſimplici vice prodiit, recuſa etiam anno ſuperiore cum iconibus, Amſtelod. 8. De illa vide ſi placet Menagiana Tom 2. pag. 196. Ludicris Carolus (*a*) Coypellus (Charles Coypeau Sieur d'Aſſouci); optimis Franc. Th. Cornelius, Pariſ. 1697. 12. triplici Vol. Caroli Maſſaci verſionem cum obſervationibus moralibus Joannis Balduini, editam plus ſimplici vice, laudat Nic. Borbonius p. 142. poematum. * *Italice*, le Metamorfoſi d'Ovidio con le ſue allegorie. Mediolani 1533. 4. additis iconibus. Metaphraſis Franciſci Turchi, 1584. 4. & Jo. Andreæ Anguillaræ Venet. 1614. 12. 1561. 1543. fol. cum iconibus, & cum notis Joſephi Horologgi 1563. 4. 1613. 4. Et epigrammatibus abbreviatum à Gabriele Simeone, Lugd. 1559. 4. * Vidi etiam memorari Metaphraſin Ovidianam Italico carmine, interprete Marreto Senenſe, & libros duos primores Italicis verſibus donatos à Clariſſ. viro (*b*) Antonio Maria Salvini. *Hiſpanica* metaphraſis excuſa Valliſoleti 1589. 4. *Polonica*, Valeriano Otvinovio interprete 1639. Exſtat & *Anglica* Metaphraſis Lond. 1632. fol. & Anglico carmine per Georgium Sandys una cum commentariis. Lond. 1640. fol. 1673. 8. *Suecica* Reenſtiernii, additis iconibus, Holmiæ 1709. 4. *Germanicis* rhythmis A. 1210. in gratiam Hermanni Landgravii Thuringiæ reddidit Albertus Halberſtadienſis, excuſis Moguntiæ 1545. fol. poſtea circa A. 1600. Joannes Sprengius. * Germanica Metaphraſis Georgii VVickram Colmarienſis, Francof. 1631. 1641. 4. Prodierunt etiam Ovidii Metamorphoſeon libri Germanica proſa, verſibus paſſim interpoſitis per

(a) Metaphraſis Daſſouciana perſtringitur à Nic. Boileo (Boileau Deſpreaux) in Arte Poetica pag. 160.
Le plus mauvais plaiſant eut ſes approbateurs,
Et jus qu' à Daſſouci, tout trouva des lecteurs.

(b) Giornale de' letterati d'Italia Tom. 4. pag. 133.

per J. G. S. (*a*) JCtum Argentor. 1711. 8. Etiam Latine, addita Metaphraſi Germanicis verſibus, Norim. 1688. fol. quæ editio tabulis æneis eſt exornata, uti *Belgice* prodiit Amſt. 1588. 8. & per Carolum Manderum pictorem, Harlem. 1604. 4. & Amſt. 1642. 12. denique Metaphraſte P.C. Hooft. ibid. 1662. 12. * Ex Metaphraſi Jo. Vondelli, Antvverp. 1650. 8. & adjuncta habens P. Ryeri commentaria ex Gallico verſa, Amſtelod. 1703. fol.

6. *Faſtorum* (*b*) *libri ſex priores* (totidem menſium feſta & rationes è commentariis Pontificum repetitas complexi) qui ſoli ex duodecim ætatem tulerunt, inſcripti Germanico Cæſari, verſibus elegis. Meminit Ovidius ipſe 2. Triſtium v. 549. atque in exſilio à Naſone recenſitos notavit illuſtris Ez. Spanhemius libro de uſu numiſmatum p. 608. Nicolaum quidem Heinſium monuit J. Frid. Gronovius inſpectam ſibi fuiſſe in Norico vetuſtam Naſonis editionem, cui Celtes Protacius, qui primus poſt renatas litteras poeſin in Germania reſtauravit, manu ſua adſcripſiſſet, reliquos ſex faſtorum libros ſervari apud Presbyterum in pago prope Ulmam, principiumque ſeptimi libri in illo Codice tale exaratum fuiſſe.

Tu quoque mutati cauſas & nomina menſis,
A te qui ſequitur, maxime Cæſar habes.

Sed Heinſio videtur Celtes ab aliquo deceptus, qui viſum ſibi atque inſpectum hujuſcemodi codicem affirmaſſet. Nam Lactantius & alii veteres cum multa è faſtis Ovidii proferant in medium, è libris deperditis nihil prorſus producunt, ut certum ſit reliquam faſtorum partem jam ante multa ſæcula intercidiſſe. * *Faſtorum libros* poſteriores ſex in Bibl. Regis Galliæ exſtare falſo ſcripſit Antonius Conſtantius de Fano. Atque eos ne intercidiſſe quidem, ſed nunquam eſſe ſcriptos ab Ovidio, Joannes Maſſon in ejus vita pag. 172. contendit ex his ejus verſibus 2. Triſt. 549.

Sex ego faſtorum (ſcil. menſes) *ſcripſi, totidemque libellos,*
Cumque ſuo finem menſe volumen habet.
Idque tuo nuper ſcriptum ſub nomine, Cæſar,
Et tibi ſacratum ſors mea rupit (ne ſcil. abſolverem) *opus.*

Certe nemo veterum eſt, qui ex poſterioribus libris ullum ſe vidiſſe teſtetur, vel verbulum ex illis referat. Fallitur Rabanus Maurus.

(a) Jo. Georg. Schmidium.

(b) Vignolius Marvillius T. 2. Miſc. Hiſt. & litterat. p. 306. *Les faſtes d'Ovide renferment plus d'erudition qu'aucun autre Ouvrage de l'antiquité. C'eſt le chef de œuvre de ce Poete, & une eſpece de devotion Paienne.* Scriptor XIII. Sæculi de mirabilibus Romæ, quem nuper edidit Bernhardus de Montfaucon in Diario Italico cap. XX. p. 293. appellat *Martyrologium Ovidii de faſtis.*

rus lib. V. de univerſo cap. 5. Tom. 1. Opp. p. 99 & Vincentius Bellovac. lib. I. ſpeculi doctrinalis, qui ſecuti Iſidorum lib. VI. cap. 8. Originum, ajunt Ovidii *libros faſtorum* dici, *quod de Regibus & Conſulibus editi ſint*. Ex Bibliotheca Gudiana cum pars Codicum MSS. (*a*) per auctionem Hamburgi. A. 1706. diſtraheretur, nactus ſum parvum volumen in fol. minori charactere & frequentibus compendiis litterarum in membrana exaratum ante annos trecentos, in quo continentur gloſſulæ ſuper Ovidii Metamorphoſin, de Triſtibus, Epiſtolas, libros de faſtis, de Ponto, & ſuper Ovidium ſine titulo, hoc eſt (ut ſupra monui) Amorum libros, nec non in Statii Thebaidem & Achilleidem, Claudianum. & Avianum. Gloſſis in faſtos, ſubjicitur Calendarium quale editiones exhibent. Auctor quiſquis eſt gloſſularum, monet Ovidium de faſtis & nefaſtis diebus agere, ortus & occaſus notare ſignorum: & Germanicum illius anni ſummum Pontificem inſtruere in ſacrificiis. Vincentius Gravina V. C. libro I. de ratione Poetica pag. 101. *Ovidio ſe non ſi foſſe laſciato portare dalla pienezza della ſua vena, sfuggito avrebbe ogni emenda, ſiccome la sfugge ne i Faſti, ove non manca nulla di purità e di eſattezza.* Libri faſtorum ſunt mihi ex vetuſta editione in 4. cum argumentis tetraſtichis *Petri Æolici*, ſine loco & anno. Prodierunt etiam Lipſiæ in 4. ſine anni notatione. Et cum commentariis *Pauli Marſi*, Piſcinatis, Venet. 1485. fol. curante Antonio Bactibove, Alexandrino; & 1492. 1520. fol. & cum *Antonii Conſtantii* de Fano ſive Fanenſis, & Marſi, Conſtantio doctioris commentariis, Venet. 1502. 1508. fol. Mediolani 1510. fol. Prodierunt etiam ſeparatim ſine notis Pariſ. 1528. 4. per M. Guichardum Soquand. Et 1554 4. apud Vaſcaſon. Ne dicam de ſcholiis brevibus *Melanchthonis*, *Micylli*, *Berſmanni*, *Ciofani*. Italica Metaphraſi donati à Vincentio Cartaro. Venet. 1551. 8. Commentariis eximiis illuſtravit *Carolus Neapolis*, (*b*) qui Reſuttanii in Sicilia principis frater fuit, & anno ætatis 21. illos abſolvit, ac poſt auctorem anno 22. defunctum edidit Erycius Puteanus. Antvverp. 1639. fol. ſub titulo Anaptyxeos ad faſtos Ovidii Naſonis, præmiſſis antiquis Calendariis, quæ una cum aliis recenſui infra libro IV. Quòd enim in plerìſque editionibus Ovidio præfigi ſolet Calendarium vetus Romanum, è Naſone ipſo & aliis Calendariis antiquis aliiſque monumentis ſuppleri & emendari deſiderat non paucis in locis. * Libri faſtorum, Triſtium & de Ponto, cum notis *Petri Bimanni* ad Farnabii

(a) Reliqua & major pars aſſervatur in Bibliotheca Guelferbytana.

(b) Laudatur ex merito in Sorberianis p. 242. Morhofio hic commentarius viſus eſt ſapere officinam Erycii Puteani.

nabii modum : Enchuſæ 1653. 12. atque additis notis *Anonymi Dalmatæ* prodierunt Venet. 1704. apud Laurentium Baſilium. *D. Antonii Matthiæ Sevii* (*a*) notas in faſtos Ovidianos, Venetiis ut ajunt excuſas, non vidi. *Gallice* primus vertit Marolleſius, qui notis etiam illuſtravit, addita Dan. Heinſii elegia in Natalem Ovidii 13. Cal. April. Novam interpretationem proſariam cum notis Criticis & Hiſtoricis exſpectare jubemur (*b*) à Lezæo, (Mr. Lezeau) qui librum primum cum præmiſſa Ovidii vita jam vulgavit Pariſ. 1714. 12. Supplementum horum faſtorum ſive ſex libros poſteriores ex ingenio addidit (*c*) *Claudius Barth. Moriſotus* (*d*) Divinione 1649. 4. Burgignonum Faſtorum Ovidii continuatorem laudat Marolleſius. Ambroſius quoque *Novidius Fraccus* (*e*) ſimiliter libros XII. ſacrorum faſtorum dicavit Paulo III. Pontifici, & vulgavit Romæ 1547. 4. Denique *Hugo Vaillantus* Ord. Benedicti Monachus libris XII. faſtorum memoriam ſanctorum per totum annum Epigrammatis celebravit, Pariſ. 1674. Inter ſcripta Baptiſtæ Guarini videoetiam memorari commentarium in faſtos Ovidii, ſed neſcio an editum. * Baptiſtæ Mantuani faſtorum ſacrorum libri XII. quos Ovidii imitatione compoſuit, ſæpius editi ſunt, ut Pariſ. 1513. fol. Argentor. 1520. 4. Mediolan. 1540. Antverp. 1576. 8. Tom. 2. Opp. Nicolai Andarti faſtos ſacros his verbis inter alia laudat Juſtus Lipſius:

Macte operis, laudiſque: olim Sulmone Poëtam
Carmine qui æquiparas, materie exſuperas.

Volumen noctium Tuſculanarum & Ravennatenſium Jo. Matthæi Caryophili Rom. 1621. 8. & Petri Juſti Sautelii S. J. annus ſacer Poeticus, Epigrammata in Sanctos per ſingulos Anni dies complectitur. Lugd. 1679. 8.

7. *Triſtia* ſive *Triſtium Elegiarum libri V.* Joſephus Scaliger ſub Yvonis Villiomari nomine latens in locos controverſos Rob. Titii p. 105. *Ariſtoteles, Titi, nunquam ſcripſit libros* περὶ τῶν ἠθικῶν, περὶ τῶν πολιτικῶν, *ſed ſcripſit* ἠθικὰ ϗ πολιτικὰ, ἠθικῶν ϗ πολιτικῶν *libros. Eodem genio duce & Ovidii titulos corruperunt majores noſtri.* *Nam*

(a) Galleria di Minerva Tom. V. p. 27.
(b) Journal des Sçav. 1715. p. 134. Memoir. de Trevoux 1714. pag. 2078.
(c) Nihil in Moriſoto Poetici ſpiritus ſe obſervaſſe profitetur Morhofius I. Polyhiſt. c. 24. p. 293.
(d) De Moriſoti ſupplemento Jo. Ludovicus Praſchius Satyra in poetaſtros;

—— —— aut ſimili Moriſorum reddere facte
Qui faſtos Ovidi ſupplevit diſpare verſu.

Suorum in librum primum Commentariorum meminit Moriſotus Centuria prima Epiſtolarum editarum Divione 1656. 4. Epiſtola 8. & 9.
(e) Hic Fraccus dies hebdomadis à ſeptem ſacramentis, menſes à duodecim Apoſtolis nuncupat. Confer Giſb. Voetium III. Select. p. 433.

Nam Triſtitia de triſtibus, & Pontum de Ponto inſcripſerunt. Hanc veram obſervationem ita perſtrinxit Jacobus Duportus pag. 187. Poëm.

Naſonis libros dici de Triſtibus, ægre
Fert Criticus, triſtem hoc Scaligerumque facit.
Nempe elegi triſtes titulus foret aptior, ergo
Litis Juſte ſat hæc juſtane cauſa tibi eſt?
Qui tamen auctoris tot triſtia fata recenſent,
Triſtium an hoc nequeas jure vocare libros?
An ſunt hæc potius Criticorum triſtia fata,
Quod tempus tricis ſic apiniſque terunt.

In hos libros habemus commentaria *Jac. Pontani*, Ingolſtad. A. 1610. fol. Collectanea *Jo. Weitzii*, Erfurt 1606. 8. & brevia *Jo. Minellii* ſcholia, Hagæ Com. 1684. 12. * *Quinque libri Triſtium* (a) Lipſiæ in 4. ſine anno. Libri Triſtium & è Ponto cum commentariis *Barthol. Merulæ*. Venet. 1489. fol. Mediolan. 1507. 1511. fol. *Viti Amerbachii* enarratio Baſil. 1548. 8. Triſtium libri cum notis *Andreæ Naugerii*. Lond. 1583. 12. Notæ Merulæ, Amerbachii, *Micylli*, *Berſmanni*, *Cioſani* in edit. Francof. 1601. fol. Triſtia & de Ponto, præmiſſa Ovidii vita, Ingolſtad. 1607. 8. Cum *Dan. Criſpini* interpretatione & notis in uſum Delphini, indiceque vocabulorum recuſi ſunt Cantabrigiæ 1705. 8. Cum notis ad modum Minellii nuper edidit *M. Erdmannus Uhſe*. Lipſ. 1711. 12. Libros Triſtium & de Ponto cum erudita præfatione, Scholiis perſpicuis, tabula Geographica, vita Ovidii & Chronologia Epiſtolarum in his libris comprehenſarum, indiceque copioſo emendate editi à *Philippo Theodoro Verpoortenio*. Coburg. 1712. 8. Libri Triſtium ex præclara recenſione *Iſaaci Verburgii* (b) cum notis dictionem maxime illuſtrantibus. Amſt. 1713. 12. Denique cum notis Germanicis, Halæ Sax. in tironum uſum, auctore, ni fallor, Gabriele Schumanno. *Gallica* verſio Binardi vidit lucem Pariſ. 1625. *des regrets d'Ovide*. Exſtat & altera Marolleſii, cum notis, *les triſtes*. Tertia Franciſci Thomæ Cornelii, qui Gallico carmine (c) reddere inſtituit, deſideratur. *Germanica* Metaphraſi donavit Jo. Henricus Seypius, cum notis, Darmſtad. 1664. 8. *Danico* carmine reddidit V. C. Chriſtianus Falſterus. A. 1719. *Belgico* Daniel Havart (d) A. 1696. cum Epiſtola conſolatoria ad Liviam de morte Druſi. Anglica Metaphraſis Zach. Catlini

X prodiit

(a) Triſtia potius quam de triſtibus inſcribendos eſſe hoſce libros notaverat etiam Jul. Cæſar Scaliger lib. 3. cap. 126. ſive ult. Poetices.

(b) Journal des Savans 1713. Aout, p. 220.

(c) History of the vvorks of the learned A. 1703. p. 222.

(d) Boekſaal van Europe 1696. T. 2. p. 548. Nova literaria Lipſ. A. 1719. p. 85.

prodiit Lond. 1639. 8. Jacobus Pontanus commentariis in hos libros ſuis ſubjecit etiam *hortulos*, quos appellat, *Ovidianos*, ſive ſententias ac proverbia ex Ovidio collecta, in locos redacta communes & commentationibus illuſtrata.

8. *Epiſtolarum Ponticarum* ſive *è Ponto* libri IV. verſibus elegis. In hos quoque libros exſtant collectanea *Joannis Weitzii* viri docti & diligentis 8. & commentarii *Jacobi Pontani* è Soc. Jeſu, A. 1610. fol. * *Libri quatuor è Ponto* A. 1508. 4. ſine loci notatione. De commentario Bartholomæi Merulæ & Phil. Theodori Verpoortenii notis aliorumque ſcholiis ſupra in libris Triſtium jam dictum. Cum notis *Jo. Henr. Kromayeri* ad modum Minellii libri è Ponto & Ibis prodierunt Lipſ. 1719. 12. Metaphraſis Danielis Havartii. Med. D. *Belgicis* verſibus, Ultraject. 1702. 8.

9. *Ibis* ſive *Diræ in Ibin* carmine Elegiaco verſuum amplius ſexcentorum: Cœlius Rhodiginus XIII. 1. Antiquar. Lect. *Cæcilius Minutianus Apulejus ait Corvinum* (Boëſſius & alii malunt Hyginum) *ab Ovidio Ibin appellatum eſſe ex avis fœditate, cui ventrem* (*a*) *roſtro purgare inſitum ſit, & hoc ex Callimachi imitatione*. Ovidius ipſe v. 449.

Et quibus exiguo volucris devota libello eſt,
Corpora projecta quæ ſua purgat aqua.

De Callimachi poemate adverſus Apollonium Rhodium, cujus titulus erat Ibis, & quod pridem intercidit, dixi lib. III. Bibl. Græcæ c. 19. p. 486. In Ibin Ovidii exſtat *vetus interpres* (*b*) Gyraldo & aliis laudatus, tum *Chriſt. Zarotti*, Venet. 1515. fol. *Val. Andreæ Dreſſelii* & *Franciſci Sanctii* Brecenſis notæ cum Jac. Pontani commentario in Metamorphoſ. editæ Antvv. 1618. fol. denique eruditus *Dionyſii Salvagnii Boeſſii* Equitis Delphinatis commentarius. Lugd. 1633. 4. atque iterum 1661. 8. addito veteri interprete, qui in priore edit. deſideratur. Anglica Metaphraſis hujus poematis neſcio quo auctore lucem vidit Lond. 1577. 8. * *Carmina in Ibin* (*c*) cum Metamorphoſi & libris faſtorum, editio antiqua ſine anno & loco in fol. & Venetiis 1484. fol. nec non ſeparatim Lipſiæ ſine anno in 4. & cum remediis amoris, nuce, publice

(a) Auctor Iſagoges Galeno adſcriptæ c. 1. & Plinius VIII. 27. Hiſt. notant inde hanc avem ad clyſteris uſum inveniendum hominibus anſam præbuiſſe. Effigiem ejus habes in theſauro Græviano Antiquitatum Rom. Tom. V. p. 796.

(b) Labbeus Bibl. nova MSS p. 46. memorat Berardi Moretti, qui Rhetoricam Bononiæ docuit ſub A. ... 59. expoſitionem in Poema Ovidi adverſus Ibin.

(c) Ibis avis Ægyptia κλυςῆρα μιμουμένη, de qua Plutarchus de ſolertia animal. p. 974. auctor iſagoges Galeno adſcriptæ cap. 1. Tom. 4. p. 371. & Galenus de venæ ſectione contra Eraſiſtratum cap. 6. Tom. 10. edit. Pariſ. pag. 399. Confer Alciati emblema 87. & Aldrovandi Ornithologiam Tom. 3. lib. 20 c. 5. p. 129.

pulice & philomela, Argentorati ex ædibus Schurerianis 1520.4. Veterem interpretem alium ab edito evolvit Cœlius Rhodiginus, atque Turnebus dolet luci non datum lib. IX. 25. Adverſar. *quod & annotatum à veteri interprete fuerat, cujus ſcrinia alii interpretes compilarunt, & ſcripta etſi mendoſa, unde tamen utilia odorari poteramus, ſuppreſſerunt*. Fragmenta quædam Grammatici veteris in Ibin prodierunt Pariſ. 1581. typis Dionyſii Pratenſis, ſed integriora ſcholia ex duobus MSS. Codicibus vulgavit Boeſſius in iterata commentarii ſui eruditi in Iben editione Lugd. 1661. 8. Ibis Ovidii cum *Domitii Calderini* Veronenſis commentario, & qui hunc ſequitur *Jodoci Badii Aſcenſii* ſcholiis, Mediolan. 1517. fol. Ac ne Andreæ Naugerii, Baptiſtæ Egnatii, Jac. Micylli, Herculis Ciofani & Guid. Morilloni notas memorem, Ovidii Ibis & Auſonii griphus de ternario cum annotationibus *Franciſci Sanctii* Brocenſis prodiit Salmanticæ 1598. 8. Noviſſime cum libris e Ponto illuſtravit Jo. Henr. Kromayerus. Lipſ. 1719. 12. Gallicam Abelis Foulonii metaphraſin memorat in Bibl. Gallica Crucimanius. Vertit & Marolleſius proſa Gallica, & amplum commentarium, ex Boeſſio magnam partem mutuatus, ſubjunxit.

INDICULUS SCRIPTORUM

à veteri interprete Boeſſiano in Iben laudatorum.

Achæus Poeta ab apibus acie oculorum privatus. ad verſ. 543.
Anaxarchus Athenienſis. ad verſ. 573.
Archilochus Jambici carminis inventor, cui maledicentia exitio fuit. 523.
Arion. 311.
Ariſtochius Poeta Tragicus 527.
Battus 261. 301.
Callimachus 332. 353. 381. 453. 479. 503. contra ſuum Ibin. 316. 451. Epigramma in Menandrum Comicum ſubmerſum memoratur 593.
Calliſthenes 275. ubi quatuor diſticha ſub ejus nomine latine afferuntur.
Calliſthenes hiſtoriæ Alexandri Magni ſcriptor ejus juſſu cavea incluſus periit. 521.
Darius ſcriptor 337.
Democritus. 295.
Empedocles pro vana gloria Ætnæ inſiluit. 599.
Ennius. 296.
Eupolis. 255 Athenienſis Comicus cum Medilla uxore, prima nuptiarum nocte inventus mortuus. 531.
Favorinus. 331.
Gallus. 287. 289. 329 467.
Homerus. 274. 279. 419.
Horatius. 283. 347. 351. 599.
Linus. 482.

Lucretius (a) 314.421.
Lycophron Tragicus ab inimico ſagitta veneno illita trajectus ad verſ. 533.
Mævius Poeta qui Athenienſes carmine laceraverat, in carcere inedia mori coactus. 525.
Menander Comicus Athenienſis in Piræeo portu ſubmerſus: in eum nobiliſſimæ Græcorum Elegiæ cum Callimachi Epigrammate memorantur. 593.
Menephron. 303. 307.
Nicander. 477.
Ovidius. 587.
Orpheus 483. à Threſſis mulieribus diſcerptus. 601.
Penthides Poeta. 448.
Perdix Dædali ſororis filius ſerram & circinum reperit. 500.
Propertius 259.299.461.463.465.
Socratis libri poſt mortem ejus ab invidis in ignem conjecti. 495. ejus mors. 561.
Statius 263.482.485.
Theocritus Syracuſius Poeta ob maledicta in Hieronis filium interfectus. 551.
Theodoſius Grammaticus. 327.
Theodotus Poeta qui liberius ſcripſit in Mneſarchum Regem. 467.
Tibullus. 309.
Varro. 319.
Verſus Telomi ad Polyphemum 271.
Virgilius 285.335.414.517.

10. *Halieuticon* ſive de piſcibus liber acephalos, carmine Epico. Hujus poematis meminit Plinius XXX. 11. *His adjiciemus ab Ovidio poſita nomina, quæ apud neminem alium reperiuntur, ſed fortaſſis in Ponto naſcuntur, ubi id volumen ſupremis ſuis temporibus incboavit.* Idem c.2. *Mibi videntur mira, quæ Ovidius prodit piſcium ingenia in eo volumine, quod Halieuticon inſcribitur.* Primus hujus libri fragmentum vulgavit è Sannazarii Codice *Georgius Logus* Sileſius una cum Gratio & aliis Venet. 1534. 8. Emendavit & notis illuſtravit cum eodem Gratio Nemeſiano & Calpurnio *Janus Ulitius*, Lugd. Bat. 1645. 12. Exſtat quoque in Poematis antiquis P. Pithœi. Vide & Voſſii IV. 7. & 14. operis præclari de Idololatria, ubi locis quibusdam Halieuticon lucem affert. Fallitur Barthius, qui Olympio Nemeſiano hoc poema adſcripſit XLIX. 7. Adverſar. nec minus fallitur Ulitius, qui Gratio. Initium vero Halieuticon, quod à Sertorio Quadrimano tanquam è vetuſtiſſimo codice deſcriptum accepit Hieron. Columna, & in doctiſſimis commentariis ad Ennii fragmenta p.247. ſeq. edidit, merus eſt fucus. * *Halieuticon* fragmentum præterea illuſtravit Hercules Cioſanus A. 1580. Vide ſis etiam Euſtathii Svartii ana-

(a) Neſcio unde hic ſcriptor acceperit verſus, quos ſub Lucretii & aliorum celebrium autorum nominibus citat, qui longe recentiorem & ignobiliorem ſapiunt officinam, ut jam ſupra p. 347. notare me memini.

tii analecta lib. 1. cap. 5. Idem Gallica proſa vertit & cum notis edidit Mich. Marolleſius ad calcem librorum de arte amandi, una cum fragmento *de medicamine faciei*, *nuce*, *philomela*, *pulice*, *ſomnio*, & *duobus epigrammatis*. Pariſ. 1660. 8.

11. *De medicamine faciei* fragmentum elegiaco carminis genere, quod citra cauſam, Naſonis non eſſe videtur doctis quibuſdam viris. Meminit Ovidius ipſe III. artis amatoriæ v. 205.

Eſt mihi quo dixi veſtræ medicamina formæ
Parvus, ſed cura grande libellus opus.

12. *Nux* elegia utrum Ovidii ſit nec ne, dubitant quidam eruditorum. Non tamen eſt cujus Ovidium merito pudere poſſit. Hoc poema poſt Dominicum Marium Nigrum illuſtravit Eraſmus, apud Gryph. 1546. 8. & T. 1. Opp. *In *Nucem* Ovidianam Eraſmi præfatio legitur inter ejus Epiſtolas XXIX. 26. qui poemation illud Joanni Moro Thomæ filio dicatum illuſtravit Baſil. 1524. 8. Obſervationes Herculis Ciofani prodierunt Sulmone 1593. 4 Belgico carmine una cum libris de Ponto donavit Daniel Havartus, Ultrajecti 1702. 8. *de Klagende nooteboom*.

III. *Deperdita* Ovidii ſcripta diligenter enumerat Gyraldus. In his ſex libros poſtremos faſtorum, de quibus ſupra, & *Medeam Tragœdiam* Quintiliano X. 1. & dialogo de Oratoribus c. 12. laudatam. Ovidius ipſe 2. Triſt. 553.

Et dedimus Tragicis ſcriptum regale cothurnis;
Quæque gravis debet verba cothurnus habet.

Verſum hunc ex illa affert Quintilianus VIII. 5.

Servare potui, perdere an poſſim rogas?

quod Petrus Burmannus obſervat expreſſum ex hoc Virgilii in Ciri, verſ. 275.

Ut me, ſi ſervare potes, ne perdere malis.

Seneca Pater ſuaſoria tertia: *Hoc autem dicebat Gallio Naſoni ſuo valde placuiſſe, itaque feciſſe quod in multis aliis verſibus Virgilii fecerat, non ſurripiendi cauſa, ſed palam imitandi, hoc animo ut vellet agnoſci. Eſſe autem in tragœdia ejus: feror huc illuc ut plena Deo*. Quoniam diſerte Seneca, iterumque affirmat *plenam Deo* dictam eſſe imitatione Virgilii, non occurrit alius Maronis locus, qui huc faciat quam tritus ille in Eclogis, *Jovis omnia plena*, quorum verborum non alia eſt ſententia, quam hæc, totus Deo plenus ſum, illi mea carmina curæ. Ex his ipſis porro Fabii & Senecæ locis patet aliam longe eſſe *Medeam Ouidii*, de qua Tertullianus, carmine ſcriptam *Heroico*, & ex meris Virgilianis verſibus contextam, quam habuit Pirckhaimerus & Salmaſius, à quo acceptum initium illius edidit P. Scriverius in fragmentis Tragico-

rum; aliam vero *Medeam Ovidii*, verſu ſcriptam *Jambico*, & uno vel altero fortaſſe loco ad Virgilii dicta alludentem, pridemque deperditam. De eadem Ovidii Medea Auctor de cauſis corruptæ eloquentiæ cap. 12. *Nec ullus Aſinii aut Meſſalæ liber tam illuſtris eſt quam Medea Ovidii aut Varii Thyeſtes*. Aliorum quæ ſcripſerat Ovidius hic eſt index: *Declamationes* Controverſiæ ac ſuaſoriæ, quibus valuiſſe Naſonem teſtatur Seneca Contróverſ. 10. diſcipulum rhetoris Arellii Fuſci, & Porcii Latronis admiratorem. *Metaphraſis Phænomenon Arati* Lactant. II. 5. & Probus in Georgica Virgilii. *Epigrammata*, de quibus vide Politianum cap. 59. Miſc. & fragmenta Ovidii à Nic. Heinſio collecta. *Liber in malos Poetas*. Quintilianus VI. 3. *Adjuvant urbanitatem & verſus commode poſiti, ſeu toti ut ſunt, quod adeo facile eſt, ut Ovidius ex tetraſticho Macri carmine* (i. e. Poemate tetraſtichis conſtante) *librum in malos poetas compoſuerit*. *Triumphus Cæſaris* Tiberii de Illyriis. III. 4. è Ponto. *Carmen de laudibus Auguſti jam defuncti*, ſermone Getico, Ovidius ipſe IV. 13. è Ponto. *De bello Actiaco* ad Tiberium libri II. *Vaticiniorum liber*.

IV. *Suppoſita Ovidio*. 1. *Conſolatio ad Liviam Auguſtam* de morte Druſi Neronis, * quæ ſub Ovidii nomine prodiit Venetiis 1472. fol. cum Probæ Virgiliocentonibus, atque Ovidio in variis Codd. MSS. tribuitur, *Pedonis Albinovani* eſt, ut dixi ſupra c. 12. Pedonem hunc æqualem ſuum Ovidius *ſidereum* vocare non dubitat IV. 6. è Ponto. At conſolationem hanc Ovidio præter rem adſcripſit Paſſeratius, & Barthius LIII. 13. Adverſar.

2. *Carmen Panegyricum ad Calpurnium Piſonem*, Lucano ab aliis tribuitur. Vide, ſi placet, quæ à me diſputata ſunt ſupra p. 264.

3. *Elegia de Philomela* ſive de vocibus avium ac quadrupedum & verbis, quibus illæ apud latinos denotantur. Non Ovidii, ſed Grammatici utcunque veteris Chriſtiani eſſe videtur Voſſio lib. 1. de vitiis ſermonis cap. 14. & III. de Idololatria cap. 49. Confer A. Schotti obſervationes Poëticas c. 52. Sub *Albii Ovidii Juventini* nomine edidit Goldaſtus, ſubjecta Julii Sperati V. C. elegia de Philomela. De eodem argumento diatribam ſe ſcripſiſſe teſtatus eſt Iſ. Caſaubonus ad Antonium Getam Ælii Spartiani, qua opes Græciæ in hujus generis vocabulis cum paupertate ſermonis latini non ſegniter ait ſe comparaſſe. Hæc Caſauboni diatriba nunquam lucem vidit quod ſciam. Interim conſuli poſſunt Joach. Camerarius in commentariis utriuſque linguæ p. 198. ſeq. Jo. Textoris Officina p. 280. ſeq. Andreas Schottus II. 51. Obſervatt. Human. Julius Cæſar Bulengerus de venatione Circi cap. 20. p. 76. ſeq. Samuel Bochartus in limine Hierozoici & Fridericus Hof-

man-

mannus in Epigrammatis p. 158. ſeq. Græca quædam de vocibus animalium vocabula habes apud Cæſarium qu. LXXVIII. p. 218. * De vocabulis quibus Græci & Latini (*a*) voces avium & aliorum animalium exprimunt, præter alibi laudatos à me & Apulejum in floridis, Vincentium Bellovacenſem XXII. 6. ſpeculi naturalis ex libro Papiæ: Jac. Pontanum VIII. 2. φιλοκαλίας pag. 164. ſeq. Chriſtophorum Becmannum in originibus Latinæ linguæ, vocabulo *murmur*; Gualterum Charletonum de differentiis & nominibus animalium (Oxon. 1677. fol.) illa parte qua piſces perſequitur pag. 94. -- 102. & Guilelmum Muſgrave in notis ad vitam Imp. Getæ à Spartiano ſcriptam, operæ pretium eſt conferre quæ ex Adverſariis IC. Caſauboni nuper edidit Jo. Chriſtoph. Wolfius in Caſaubonianis Hamburgi A. 1710. 8. editis pag. 56. ſeq.

4. *De Pulice* Elegia, ſub *Ofilii Sergiani* nomine à Goldaſto vulgata, Ovidio certe indigna. * Gallica metaphraſis *pulicis* Ovidiani exſtat in libello parum ſerio & parum pudico, qui Amſt. 1720. 12. prodiit ſub titulo *les tetons*, pag. 50. auctorque ait ſe natum fuiſſe ſedecim annos cum illam componeret.

5. *Somnium*, quod incipit: *Nox erat & ſomnus* &c. in Goldaſti editione, *Ovidii junioris ſomnus* inſcribitur. Hoc ſomnium cum philomela & pulice, quæ in Heinſiana & Cnippingiana editione Ovidii fruſtra quæres, exſtat ad calcem Heroidum & amorum ex poſtrema Jac. Micylli recognitione, Franeof. 1582. 8. excuſa etiam Venet. A. 1515. 8. cum Ovidii vita ab Aldo ſcripta, & Pariſ. 1536. 8. & apud Gryph. 1554. 8.

6. *Epigrammata ſcholaſtica de Virgilii XII. libris Æneidos*, ſive argumenta librorum Virgilianorum, etſi Ovidio in quibuſdam manu exaratis codicibus adſcripta, communi ſuffragio virorum doctorum exiſtimantur alterius eſſe auctoris. * *Argumenta librorum Æneidos* ad Ovidium auctorem referuntur etiam in Codice eximio & pervetuſto membranaceo Virgilii cum Servii commentariis, quem laudatum a me ſupra ſervat Rev. noſter Joachimus Morgenvvegius. In hujus calce leguntur ſimili vetuſta manu deſcripti Ovidii libri de Ponto.

7. Nihil vero magis ridiculum ſit, quam *libros tres de Vetula* (*b*) genuinis Ovidii ſcriptis annumerare, qui Hexametris verſibus deſcripti cum præfatione Leonis (Protonotarii Sacri Palatii Byzantini ſub Vatachio Principe) prodiere Coloniæ 1470. Lubecæ 1471. & inter Catalecta Ovidii editore Goldaſto, Francof. 1608.

(a) Chaldaica vide in Targum ſecundo libri Eſther c. 1 2.

(b) Beda in Boethium de Trinitate: *Extirpanda eſt hæreſis vetularum, quæ jurant per partes DEI.*

8. denique recenſiti è MSS. una cum Nigelli Wirckeri (*a*) Angli Bunello ſive ſpeculo ſtultorum editi, auſpiciis Glorioſiſſ. memoriæ Ducis Auguſti Gvelferbyti 1662. 8. Hoc ludicrum Opuſculum ab infimi ævi Monacho (*Pamphilo* forte *Mauriliano* (*b*)) profectum non evolverat Manutius, qui tanquam tria diverſa memorat *de vetula*, *de quatuor humoribus*, *& de ludo latrunculorum*, cum de his univerſis agat hoc ſcriptum. Verſus aliquammultos ex libro III. producit Tho. Bradvvardinus in cauſa DEI adverſus Pelagium p. 33. Rogerus quoque Baco magnus Aſtrologiæ Patronus nullius fere libentius ſcriptoris teſtimoniis utitur, notante Joanne Pico lib. 1. in Aſtrologos p. 284. Opp. Vide etiam Roberti Holkot lect. XXI. in lib. Sapientiæ & Rev. D. Joannis Friderici Mayeri Exerc. utrum fata religionum pendeant ab aſtris diſſ. 1. §. 5. De hoc opere copioſius diſſerere voluit magnus Seldenus lib. III. de Synedriis cap. 16. ſed morte præventus imperfectum illud opus coactus eſt relinquere.

Catalecta Ovidii, & alia quædam nomine ſuo ſuppreſſo junctim vulgavit, auctoribuſque ſuis MStorum ope magnam partem reſtituit *Goldaſtus* Francof. 1610. 8. In eo volumine occurrunt: Epigrammata ſcholaſtica de Virgilii XII. libris Æneidos. Epiſtola Ovidiana Penelopes ad Ulyſſem, Græce reddita à Carolo Utenhovio. Ovidii junioris ſomnus. Cornelii Maximiani Galli amores ſive ſex elegiarum libellus, de quibus dixi capite ſuperiore. In exemplo hujus editionis, quod exſtat Hamburgi in Bibl. Joannea, varias lectiones è MSto Codice adjectas vidi manu V.C. Frid. Lindebrogii, quibus non pauca emendantur & ſupplentur. Ofilii Sergiani Elegia de pulice. Albii Ovidii Juventini elegia de Philomela. Julii Sperati V.C. elegia ejuſdem argumenti. Pamphili Mauriliani (*c*) Pamphilus ſive de arte amandi Elegiæ LXIII. De Vetula libri III. cum præf. Leonis Protonotarii. Bedæ Venerabilis elegiæ II. de Cuculo. Benigni Floriacenſis elegia de excidio Trojæ. Bernardini Cilænii Veronenſis, qui Friderici III. Imp. temporibus vixit, amores, h. e. libellus elegiarum ſive Odarum XXII. ad Juliam, editus antea ſub falſo nomine Franciſci Octavii. Antonii Codri Urcei Bononienſis Rhythmus die S. Martini pronunciatus. Denique claudit hanc collectionem Goldaſtinam elegia Bapti-

(a) De hoc Nigello exſtat erudita diſſertatio Jacobi Thomaſii Lipſ. 1679. qua inter alia obſervat cum claruiſſe circa A. C. 1200.

(b) Vide Barthium ad Guil. Britonem p. 62. & 349.

(c) Hujus Mauriliani meminit Guermundus commentario in artem Priſciani. Ejus vero elegias & libros de Vetula quos ipſos quoque à Mauriliano ſcriptos Barthius conjiciebat, cum MSto contulit in eodem Codice Lindebrogius.

Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ contra Poetas impudice loquentes.
* Vir Clariſſ. Chriſtianus Daumius in Epiſtola ad Joach. Fellerum (*a*): *Vetulam* Pſeudo Ovidii, *Pamphilium* & alia opuſcula *Goldaſtus ſe primum ex membranis edere ratus eſt, at ego habui editiones recenter inventa typographia natas, membranis illis longe meliores & locupletiores. Ideo cum Voſſius & alii exinde quæ in rem ſuam eſſe vident allegent, cur non & horum rationem habeamus? Iis quæ Goldaſtus omiſit, Aldus autem in Ovidii vita meminit, à clauſtralibus mopſis Ovidio ſtupide attributa, adjungo olim à me collecta carmina* de ventre, de tribus puellis &c. Eſt mihi hæc ſcribenti in manibus editio vetus ſine loci & anni nota in 4. ubi Pamphilo præmittitur Pſeudo Ovidii *liber trium puellarum*, ſive elegia de tribus puellis cantu inter ſe certantibus judice poëta, qui tertiam, Jovis amores canentem cæteris duabus præfert, ſibique adjungit: & *liber de nuncio ſagaci*, verſibus hexametris homœoteleutis ſive leoninis, & *de pulice*. Elegiæ de tribus puellis hoc eſt initium:

Ibam forte viam quandam nullo comitante,
Solus amor mecum, qui ſolet eſſe, fuit.
Dumque meos verſus facio, meditorque puellam
Cui poſſim verſus mittere quos facio.
Ecce procul video quaſi tres nymphas venientes,
E quibus ut memini longior una fuit.
Hæc medium ſortita locum, currebat, & omnes
Currebant pariter, ſed tamen illa magis.
Sed ſi forte manu jaculum ſumſiſſet & arcum,
Illa mihi certe viſa Diana fuit.
Sic etenim ſolet illa feras agitare per altas
Silvas, cumque ſuis currere virginibus.
Tunc ego noſſe volens formas & nomen earum
Incepi ſubito currere poſt ſolio &c.

Liber de nuncio ſagaci, in quo colloquium eſt puellæ cum nuncio qui dona à poeta ipſi affert, ita orditur:

Summi victoris fierem cum victor amoris
Sperabam curis finem poſuiſſe futuris,
Rurſus ad arma vocat me quærit & ecce Cupido,
Dic, amor, unde venis pharetris ſic undique plenis?
Cujus caſtra petis, vel cujus vulnera tendis?
Hinc procul hinc abſis, quia mecum nulla videbis,
Tot tibi ſunt Parides, & tot tibi ſunt Ganymedes &c.

Bedæ venerabilis (an Milonis potius, Monachi Elnonenſis A. 870. defuncti) elegia una de conflictu veris & hiemis, atque altera

(a) Jo. Frid. Felleri monumenta varia inedita, trimeſtri XI. pag. 614.

ra (*a*) de morte cuculi. Benigni Floriacenſis elegia de excidio Trojæ, Bernardini Cilænii &c. Librorum *de vetula* auctorem eſſe fortaſſe ipſum illum Leonem Protonotarium, qui præfationem præmiſit, ſuſpicatur vir Clariſſ. Polycarpus Lyſerus in hiſtoria poëtarum medii ævi p. 2089. ubi porro multis poſt Ovidium ſæculis libros illos Ovidio eſſe ſuppoſitos ex hiſce docet floſculis: Scilicet L. I. n. XXX. v. 3. edit. Goldaſti p. 127. legitur vocabulum *treuga*, pro armiſtitio, quod ævi eſt recentioris. Lib I. n. XXXVII. ed. cit. p. 133. l. ult. vox *AlKimia*, quæ itidem ſerius ab Arabibus ad Latinos venit. Idem dicendum de *Algebra* & *Almucgrabala*, quæ ocurrunt n. XLI. v. 5. pag. 135. *Algebraque* iterum L. III. n. II. v. 5. pag. 163. *Cognoſcere amicam* Lib. 2. n. I. v. 5. & 7. p. 136. eſt hebraiſmus, ex lectione S. Codicis hauſtus. *Paſtorum* & *prælaturarum* meminit L. II. n. XIV. v. 3. & 8. p. 143. quæ voces Eccleſiaſticæ ſunt. *Camiſia* item, quæ affertur L. II. n. XXIV. p. 150. l. 1. non eſt ævi Ovidiani. *Sibi* loco *ipſi* nonnunquam uſurpat auctor L. II. n. XXXIII. v. 5. p. 155. n. XXXVI. v. penult. p. 157. *Dei unitatem* ubi ſtabilit auctor L. III. n. IV. pag. 164. & 165. vocabula *principium* & *principiatum* adhibet, & Manichæorum ſententiæ, de *duobus principiis* mundi ſibi contrariis & coæternis, meminit. Vocabulo *glorificare* nonnunquam utitur, quod eſt eccleſiaſtico-Chriſtianum, ut L. III. n. V. v. ult. p. 166. Mundum ex nihilo *creatum* eſſe probat L. III. n. VI. p. 166. n. XVIII. p. 273. *Reſurrectionem mortuorum* credit futuram L. III. n. XX. p. 175. Locum de incommodis ſenectutis ex Eccleſiaſtico profert. L. III. n. XXIII. p. 176. De *religione Chriſtiana* multa habet L. III. n. XXXII. ſeqq. ubi vaticinatus talia inducitur Ovidius & ex foliis Sybillæ hæc hauſiſſe v. L. III. n. XLI. v. antep. pag. 186. de quibus tamen conſtat, ea ignorata prorſus fuiſſe ante Commodi Imperatoris tempora. *Trinitatem* admittit iis loquendi formulis, quibus ne Chriſtiani quidem primis ſeculis utebantur, L. III. n. XLII. XLIII. *Mariam* mediatricem appellat L. III. n. XLV. v. pen. pag. 188. eamque in cœlos ſumtam eſſe docet n. XLV. *Hæc loco laudato Lyſerus: qui pag. 2071 -- 2076. etiam veterem editionem* Pamphili *confert cum editione Goldaſtina, ejuſque varias & pleraſque meliores lectiones annotat, atque integra, quæ Goldaſtus omiſit, ſupplet diſticha.*

V. Reliquum eſt, ut editiones Ovidii paucis referam. Antiquiſſima ſine anni notatione. * Ovidii opera, Metamorphoſeos opus

(a) Incipit: *Plangamus cuculum, Dophnis dulciſſime noſtrum*; eadem, quam ſub vero Alcuini nomine edidit Mabillonius T. 1. Analect. p. 360.

opus & elegiarum omnium volumina (*a*) Rom. 1471. fol. 2. Volum. per Conradum Svveinheim & Arnoldum Pannartz: deinde Venet. 1472. (*b*) fol. per Jacobum Rubeum, natione Gallicum, quæ editio cum notis MSS. fuit Neapoli in Bibl. Joſephi Vallettæ. Memorat & Maittairius (*c*) Ovidium A. 1474. fol. Venetiis excuſum cum hac ſubſcriptione: *Ovidii opera omnia, Medea excepta & triumpho Cæſaris, & libello illo Pontica lingua compoſito, quæ incuria temporum perierunt, Jacobus Rubeus natione Gallicus, boneſtiſſimo loco natus impreſſit, Nicol. Marcello duce Venetiarum M. CCCC. LXXIIII.* Idem Rubeus poſtea Metamorphoſin excudit Pinerolii 1480. fol. (*d*) quæ eodem anno quoque lucem vidit Parmæ fol. opera & impenſa Andreæ Portiliæ. Ovidii opera per Baldaſarem de Azzogridis, civem Bononienſem, Bononiæ 1480. fol. quæ fuit apud Nicolaum Heinſium, & emendata à *Barnaba Celſano* Vicentino, Vicentiæ 1480. fol. apud Hermannum Colonienſem Lichtenſtein. Et cum præfatione *Boni Accurſii*, Venet. 1486. fol. Florentiæ A. 1489. fol. & Venet. charta & characteribus typorum nitidis A. 1498. fol. in Bibl. Bigotiana. De remedio amoris, in Ibin, faſtorum, triſtium, de Ponto, de pulice, philomela, de medicamine faciei, de nuce, Conſolatio ad Liviam & Metamorphoſis, Venet. 1486. fol. Heroides & libri de arte amandi, ac de remedio amor. cum notis Barthol. Merulæ, Venet. 1487. 1492. fol. Faſtorum libri cum commentar. Antonii Fanenſis & Pauli Marſi ibid. Metamorphoſis, Mediolan. 1509. fol. & cum commentario Pauli Marſi Venet. 1492 fol. & cum Raph. Regii notis ibid. 1497. fol. *Aldina* editio A. 1503. 8. tribus Vol. è præclaris exemplaribus deſcripta. Hæc laudatur ab H. Stephano in Pſeudo-Cicerone p. 71. Editio Ovidii Aldina altera 1515. tertia 1533. 8. tribus vol. cujus editionis exempla quædam in pergameno excuſa: Addidit quoque Aldus A. Naugerii in Ovidium caſtigationes. * Ovidii opera, excepta Metamorphoſi, Venet. 1516. 12. apud Alex. Paganium. Editio Baſileenſis 1532. apud H. Petri, & edente Jo. Sichardo 1527. 8. & 1548. 8. Veneta A. 1530. 12. Lugdunenſis apud Gryph. 1546. 12. tribus vol. Baſileenſis cum commentariis Antonii Conſtantii Fanenſis, Pauli Marſi, Barthol. Merulæ, Domitii Calderini & aliorum, ac notis Jacobi Micylli Baſileæ 1549. 1550. duobus voluminibus fol. Plantiniana 1566. & 1578. 12. tribus vol. & cum ſcholiis Victoris Giſelini 1595. forma minore.

(*a*) Mich. Maittaire Annal. typograph. p. 92.
(*b*) Giornale de' Letterati d'Italia Tom. XXIV. p. 101. 102.
(*c*) Pag. 108.
(*d*) Id. pag. 157.

minore. Cum notis *Greg. Berſmanni* ex recognitione Jacobi Micylli 1582.8. tribus vol. & 1596.Lipſ.& Heidelberg. 1604. & Lipſ.1607. & 1620.8. *Herculis Ciofani* eruditæ in omnia Ovidii notæ, Venet.1578.8. apud Ald. & A.1582. 8. apud Plantin. Ovidius cum notis variorum Francof.1601.fol.apud Wechel.tribus partibus,uno volumine,in qua editione præter Berſmanni, Micylli & Ciofani obſervationes integras in Ovidium occurrunt in *Heroides* Antonius Volſcus, Hubertinus Clericus, Janus Parrhaſius, Jo. Scopa, Aaron Battaleus, Gaudentius Merula, Domitius Calderinus, Greorg. Merula & Baptiſta Egnatius & Guid. Morilloni argumenta. In *libros amorum* Dominicus Marius Niger, in *artem & remedia amoris* Barthol. Merulæ, in *Nucem* Niger & Eraſmus, in *poema de medicamine faciei*, iterum Niger: in *libros faſtorum* Antonius Conſtantius Fanenſis, Paulus Marſus, Phil. Melanchthon & Vitus Amerbachius. In *Triſtium libros* & *de Ponto* Barthol. Merula & Amerbachius. In *Metamorphoſin* Raph. Regius. In *Ibin* Zarottus. Confer de hac editione Tho. Chrenium parte VIII. animadverſ. ſub init. Lugd. 1603. 4. in corpore Poetarum latinorum. Ex recenſione *Dan. Heinſii*, cum caſtigationibus Scaligeri, & Gruteri Lugd. Bat. apud Elzivir 1629. & Amſt. 1630. forma minore, 1649. & 1653. Cum notis variorum ex editione *Cornelii Schrevelii*, Lugd. Bat. 1661. 8. * *Nicol. Heinſii* editionem Anni 1652. memorat Marolleſius: atque in Schreveliana cum notis Variorum A.1661. 8. Ovidius ipſe ex Nic. Heinſii recenſione exhibetur. Hic ſecundas ſuas in Naſonem curas promittit notis ad Petronium p. 294. edit. *Petri Burmanni*, qui pag. 514. eaſdem aliquando in lucem ſe prolaturum pollicetur.

:• Editio ſcriptorum Ovidii præſtantiſſima eſt, quæ ex *Nic. Heinſii* caſtigatione accuratiſſime facta ad codices plurimos MSS. cum ejuſdem notis prodiit Amſtelod. 1661. 12. tribus vol. quamvis vir doctiſſimus affirmabat ſe præ feſtinatione non pauca omiſiſſe & ſecundis curis longe melius eſſe de hoc poëta promeriturum. Heinſium in textu Ovidii reddendo ſecutus eſt *Burchardus Cnippingius*, qui cum integris ejuſdem Heinſii & ſelectis variorum notis vulgavit ex officina Hackiana, Lugd. Bat. 1670. 8. tribus vol. recuſum Amſtelodami A.1683. in officina Blaviana, *Daniel* etiam *Criſpinus*, qui in uſum Delphini Naſonem edidit cum interpretatione & notis, Lugd. 1689. 4. quatuor voluminibus. Indicem omnium vocabulorum, qui eſt in hac editione, non accuratiſſime confectum eſſe notat Tho. Crenius III. animadverſ. p. 1. ſeq. * *Criſpinus* à Socini hæreſi, cujus inſimulatus fuerat, alienum ſe eſſe graviter & ſancte teſtatur T. 3. pag. 21. ad lib. I. Triſtium, Eleg. V. Cum notis variorum recuſus Ovidius eſt Amſtelod. 1702. 8. tribus Vol.

Vol. Sine notis Lipſ. 1703. 12. & ex recenſione *Michaelis Maittaire* (*a*) Lond. 1718. 12. tribus Vol. Burmannus A. 1714. minori forma & minoribus typis vulgavit Ovidium ad fidem veterum exemplarium caſtigatum (*b*), atque hoc labore prælufit majori & luculentæ, quam parat Naſonis editioni (*c*) proxime ut optamus vulgandæ cum locupletioribus Nic. Heinſii & novis ſuis obſervationibus. A. 1620. lucem vidit *Greg. Breſmanni* Calligraphia Ovidiana, ſive ſententiæ ex Ovidio ſub titulis alphabetico ordine digeſtis collectæ, addita Germanica interpretatione. Habeo etiam libellum non magnæ rei A. 1505. 4. excuſum (Daventriæ ut ſuſpicor) hoc titulo: Orationes familiares & elegantiſſimæ ex omnibus P. Ovidii libris formatæ cum expoſitione vocabulorum difficilium per Hermannum Torrentinum. Similes ſilvæ ſententiarum ex Ovidio ſelectarum Lipſ. 1520. 4. Jo. Murmelii flores Tibulli, Propertii & Ovidii. Colon. 1516. 4. Salmaſii obſervationes & emendationes in Ovidium, Almeloovenio in Bibl. latente p. 49. memoratæ non videtunt lucem. Loca quædam Ovidii, audacius quandoque, ut ſolet, emendat Vir clariſſimus Chriſtoph. Auguſtus Heumannus in parergis Criticis, & in Actis Erud. A. 1716. pag. 452. ſeq & T. VI. ſupplem. pag. 77. &c.

Cum interpretatione Gallica & notis *Michaelis de Marolles* prodiit Ovidius excepta Metamorphoſi Pariſ. 1661. 8. ſeptem volum. * *Ovide en belle humeur, traveſty pas Mr. Daſſoucy*, Pariſ. 1664. 12. Metamorphoſin verſibus ludicris Gallicis expreſſam complectitur, de qua ad pag. 317.

Belgice *Vondello* interprete Amſt. 1671. 4. & *per Abrahamum Valentinum*, Lugd. Bat. 1678. 12. tribus vol. * & cum Ludovici Smidii obſervationibus. Amſtelod. 1701. 4. Libri Triſtium ex Metaphraſi Belgica Danielis Havart, Med. D. Ultraj. 1691. & conſolatio ad Liviam 1696. 4. Libri Triſtium atque ex Ponto (& Locmanni fabulæ) carmine Belgico, Metaphraſte Salomone van Ruſting, Medicinæ D. Amſt. 1701. 8.

Jacobi Pontani Ethicorum Ovidianorum libri IV. Ingolſtad. 1617. 8. Wolfgangi Seberi Index in Ovidium, cujus meminit in litteris ad Jungermannum, non vidit lucem, uti nec præclara quam nuper moliebatur Petrus Francius Poetæ ſuaviſſimo haud impar, Naſonis editio. Uſum præpoſitionum ex toto Ovidio demonſtrat locupletiſſimus Index Georgii Meyvvaldi, Scholæ Lignicenſis Pro-

recto-

(a) Bibl. ancienne & moderne Tom. V. p. 168. Never Ducher Baal LII. p. 319.
(b) Acta Erud. A. 1715. p. 175. Journal des Savans 1716. p. 183.
(c) Ovidii Opera omnia cum integris notis Micylli, Ciofani, Heinſii, aliorumque ſuis edidit Burmannus Amſtel. 4 vol. in 4. An. 1727.

rectoris, Budiſſæ 1691. 8. cujus utinam & reliqui Indices Ovidiani in uſus latinæ linguæ ſtudioſorum lucem videant. Jo. Guilelmi Capoferrei conjecturas in quædam Ovidii, Lipſiæ A. 1658. editas laudat J. Andreas Boſius in litteris ad Gudium p. 41.

CAPUT XVI.

DE GRATIO, & de Laberio ac Publio Syro Mimis.

Gratii ætas. 1. *Editiones*. 2. *De Laberio, ejuſque fragmentis*. 3. *De Mimis Publii Syri*. 4.

I. GRATIUS patria Faliſcus (*a*) Poeta vix cuiquam veterum memoratus niſi uni Ovidio æquali ſuo, qui lib. IV. ex Ponto Epiſt. ult. eum laudat his verbis:

Aptaque venanti Gratius arma (*b*) *daret*.

Utrum Manilius quoque ad eum reſpexerit lib. II. v. 44. ut in notis ad hunc locum conjiciebat Joſephus Scaliger, vide ſis diſputantem Barthium LVII. 17. Adverſar. Certe Nemeſianus præter rem ſe gloriatur primum de venatione latinum poema condidiſſe, quod canit:

Caſtaliuſque mihi nova pocula fontis alumno
Ingerit, -- ducitque per avia qua ſola nunquam
Trita votis ---------

II. Exſtat ejus *Cynegeticon* ſive de Venatione carmen Epicum pure & eleganter ſcriptum, ſed extrema parte mutilum. Prodiit primum cum (*c*) Ovidii Halieutico, Nemeſiano & Calpurnio Venetiis apud Paulum Manutium 1534. 8. quæ editio manu Ulitii notata fuit apud Marquardum Gudium. Eodem anno eademque forma recuſam habeo Auguſtæ Vindelicorum. *Gorgio* autem *Logo* Sileſio Gratium, Ovidii Halieutica & Nemeſianum nos debere, ex præfixa illius ad Antonium Fuggerum Epiſtola appa-

(a) Gratius v. 40.

At contra noſtris imbellia lina Faliſcis
Hiſpanique alio ſpectantur Satabes uſu.

Ad nomen ſuum alludit v. 74. & 216.

(b) Gratius v. 23.

Carmine & arma dabo venanti, & perſequar artem
Armorum caſſeſque plagarumque ordiar aſtus.

Ita enim potius videtur legendus hic locus, pro eo quod Ulitius edidit, *& arma dabo venandi*.

(c) Halieuticon hoc quoque Gratio tribuit Ulitius, ſed perperam omnino, ut ſuperiore capite è Plinio annotavi.

apparet, qua edendos refert accepiſſe ſe illos Romæ à Joanne Lucretio Æſiandro Germano, qui illos deſcripſit è vetuſtiſſimo Codice, quem *Sannazarius* Longobardicis ſcriptum litteris è Gallia aliquando in Italiam ſecum attulerat. Ab eo tempore poſt editionem Lugdunenſem 1573. 8. Gratium cum Nemeſiano & Calpurnio notis illuſtratum ediderunt *P. Pithœus* inter poemata vetera Pariſ. 1590. 12. recuſa Genev. 1596. 8. *Robertus Titius* Florent. 1590. 4. *Caſpar Barthius* (*a*) Hanov. 1613. 8. & *Janus Ulitius* Archigrammateus Bredanus, Lugd. Bat. 1645. 12. qui poſtremus utinam Barthio non ita aſpere inſultaſſet, neque Matthæo Lago anſam dediſſet vindicias nominis Barthiani ſcribendi, in quibus notæ ac præfatio Ulitii ad examen revocantur, Lipſiæ 1659. 4. Ediderat etiàm idem Ulitius in ſcriptores Venaticos diligenter à ſe recenſitos neque indocte illuſtratos curas ſecundas circa A. 1655. excuſas. Gratium è latino Anglum fecit & cum eruditis notis edidit *Chriſtophorus Waſius*, (idem cujus ſenarius ſive liber de legibus & licentia veterum latinorum Poetarum (*b*) extat) Lond. 1654. 12. cujus metaphraſin laudat ejus diſcipulus Henricus Nevvton Epiſt. 53. ad Gisber. Cuperum. Denique Gratium & Nemeſianum ad MSS. Codices recenſuit, & cum variis lect. & notis perpetuis in lucem emiſit Thomas Johnſon. A. M. Lond. 1699. 8. * *Gratius* (*c*) cum Nemeſiano & Calpurnio recuſus Lugd. 1527. 8. apud Sebaſtianum Gryphium. Sed & Tigurinam illius anni à Froſchovero excuſam editionem laudat Barthius, qui juvenis admodum ſcriptoribus illius illuſtrandis animum applicuit. Janus Ulitius in præclaris ſuis curis ſecundis ad Gratium laudat præter Codicem Thuanæum ſchedas vetuſtiſſimi exemplaris Mediolanenſis. Ad nomen ſuum alludit Poeta verſ. 74.

Exige ſi qua meis reſpondet ab artibus ergo
Gratia, *quæ vires fallat collata ferinas.*

Et verſ. 216.

-- -- -- *quem plurima ſemper*
Gratia *per noſtros unum teſtabitur uſus:*

III. D. LABERIUS eques Romanus ob aſperam libertatem à Julio Cæſare, qui eum ſenem in theatro comparere & quos ſcri-

(a) Tribus illis Poetis Barthius adjecit fragmenta *Veſtricii Spurinnæ*, quæ ait ſe primum edere e Codice MSto, diſtinxiſſeque in Odas IV. quarum prima utcunque conſtituta inſcribitur *de contemtu ſæculi ad Martium*. Unde Chriſtiani Scriptoris eſſe ſuſpicatur, vel teſtatur ſe ſuſpicari. Ceteras tres breviſſimas valdeque hiulcas ac laceras exhibet ibidem Barthius. Verum conferenti apparet hæc Spurinnæ univerſa depromta eſſe ex Plinii junioris lib. III. Epiſtola 1.

(b) Oxonii 1687. 4. è theatro Sheldoniano.

(c) Gratium cum Nemeſiano comparat Julius Cæſar Scaliger VI. 7. Poetices,

ſcriptitabat mimos (*a*) ipſum agere juſſerat (*b*) Publio Syro poſtpoſitus, obiit, ut teſtatur Euſebius, decem menſibus poſt Cæſarem interfectum. Nihil ex ejus Mimis Horatio etiam laudatis exſtat præter pauca quædam fragmenta à Rob. Stephano collecta in fragmentis Poetarum latinorum p. 138. - 144. & prologum quem ſervavit Macrobius lib. II. Saturnal. c. VII. * Obiit *Laberius* (*c*) Puteolis major ſexagenario, quem ob mordaces nimium lepores Cæſar Publio Syro liberto poſtpoſuerat. Mimi Laberii à veteribus citantur hi, quos obſervavit idem Chriſtophorus Waſe Exercitatione tertia Animadverſionum Nonianarum: *Alexandria*, Gell. *Anna Perenna*, id. & Non. *Aquæ calidæ*, id. *Aries* Tertull. de Pallio, Chariſ. *Augur*, id. *Aulularia*, Non. *Beloniſtria* ſeu *Frugio* (*Phrygio*) id. *Cacomnemon* Gell. *Cæculi* Chariſ. *Cancer* Priſc. Tertull. Apologetico. *Carcer* Non. *Catularius* vel *Scylax* Gell. Non. *Centonarius* Non. *Colax* id. *Colorator* Gell. *Compitalia* Non. Gell. *Cophinus* iid. *Creuntes* (*d*) Chariſ. *Ephebus* Macrob. *Fullones* Gell. Non. *Galli* iid. *Gemelli* Gell. *Imago* Non. *Lacus Avernus* Gell. Non. *Marcus* Non. *Natal.* (*e*) Gell. *Necyomantia* id. *Nuptiæ* Non. *Panilici* id. *Paupertas* id. *Piſcator* Chariſ. *Reſtio* Gell. Non. *Salinator* Gell. *Saturnalia* id. *Scriptura* id. *Sedigitus* id. *Sorores* Gell. Non. *Staminariæ* Gell. *Taurus* Diomed. Prælicenter verba latina Laberium finxiſſe notat Gellius XVI. 7. De mimis confer Voſſium in Etymologico, de pantomimis Caſſiodorum etiam lib. I. Epiſt. 20. & Benedictinos notis ad S. Ambroſium Tom. 1. p. 1026. De utriſque, Octavii Ferrarii & Nic. Calliachii diſſertationes & Ferd. Mendozam ad Concil. Illiberitanum T. 1. Labbei pag. 1321. ſeq.

IV. PUBLIUS Mimographus natione *Syrus* ob ingenii ſolertiam

(a) De mimis apud Græcos conſulendus H. Valeſius ad Ammiani lib. XXIII. 5. & Salmaſius ad Solin. p. 76. 77. edit. Traject. De Romanis Tho. Gatakerus ad Marci Antonini XI. 6. & Voſſius lib. 2. Inſtitut. Poetic. 2. 32. ſeq. qui de Pantomimis per geſtus omnia exponentibus diſſerit c. 36. ſeq. & de origine mimorum ac mimis apud Græcos c. 30. &c. Mimi celebres Romæ præter Laberium & Publ. Syrum fuerunt Æſopus hiſtrio, Roſcius, Cn. Mattius, M. Marullus, L. Acilius, & (cujus Catinenſes laudantur a Tertulliano c. 4. de pallio) Lentulus. Neque Judæos à mimis obſcœna jocantibus abhorruiſſe patet è Flavii Joſephi vita, qui narrat Alityrum μιμολόγον Neroni chariſſimum Judæum genere fuiſſe, p. 999. Iidem quoniam ſeveras paſſim ſententias admiſcebant, vocantur interdum Aretalogi, Paradoxologi, etiam Neaniſcologi apud Scholiaſten Juvenal. Sat. VIII.

(b) Gell. III. 18. X. 17. & XVII. 14. Sveton. in Cæſare c. 39. & ibi Pitiſcus Macrob. II. 7. Saturnal.

(c) De Laberio mimo adenndus etiam Petrus Bælius in Dictionario hiſtorico, quod noviſſime longe locupletius exiit prælis Roterodamenſibus. Alius Q Laberius Durus, cujus mentio apud Cæſarem lib. V. de bello Gallico cap. 15. Hujus tumulum oſtentant in Anglia Cantiani, licet certa parum fide, ut videtur Joanni Battely in Antiquitatibus Rutupinis (Richburrough) Oxon. 1711. 8. p. 73.

(d) an *Creon*? (e) an *Natta*?

tiam à Patrono ſuo manumiſſus, Juliique Cæſaris Imp. qui laberianam ut jam dixi dicacitatem fere nequibat, favorem expertus obiit incertum quo anno Auguſti Imp. * Ejus præter Hieronymum in Chronico ad Olympiad. 184. ſæpius meminit cum laude Seneca Philoſ. Plinius 8. 51. Hiſt. Gellius 17. 14. Macrobius 2. Saturnal. 2. & 7. & Petronius *Ciceronem diſertiorem*, *Publium honeſtiorem* ait fuiſſe, ad quem locum conferendus Douſa lib. I. præcidan. in Petronium cap. 17. Pueris ediſcendos olim traditos fuiſſe Publii Syri verſus colligas ex Hieronymi ad Lætam Epiſtola. Ex *Mimis* ejus ſive *ſententiis* lepidis & ad communem uſum accommodatiſſimis pervenerunt ad nos non paucæ, ſive ſervatæ ab antiquis Seneca, Gellio, Macrobio, ſive ſeparatim in codicibus antiquis deſcriptæ. Sane leguntur ſub Publii nomine, legendæ ſæpius pueris ac totæ ediſcendæ ſententiæ ejuſmodi DCCCCLXXXII. ſingulis verſibus Jambicis expreſſæ vel trochaicis, licet in his ſunt fortaſſis aliquæ, quæ ipſum non habent auctorem. Inter editiones præſtare putem illam, quæ ſecundum litterarum ſeriem digeſta, & à *M. Velſero* A. 1608. ex MS. Friſingenſi locupletata cum notis ab *Adamo Sartorio* curatis ſubjicitur M. Antonii Mureti Orationibus & Epiſtolis, Ingolſtadii, ac noviſſime Lipſiæ ex editione Cl. Jacobi Thomaſii, iterum iterumque recuſis. Edidere eosdem Mimos, ſed nec numero eodem, nec ordine *Deſiderius Eraſmus*, qui è codice Cantabrigienſi recenſitos ac caſtigatos paraphraſi etiam explicavit Baſil. 1502. 4. *Georgius Fabricius* * viginti antea ineditas P. Pyri ſententias primus vulgavit in ſua ſententiarum collectione excuſa Lipſiæ 1550. & cum aliis ſententiis à ſe collectis Lipſiæ 1567. 8. *H. Stephanus* ad calcem ſententiarum è Comicis græcis & latinis A. 1563. forma minore; *Janus Gruterus* una cum tragœdiis Senecæ A. 1604. 8. apud Commelin. & in Florilegio Ethico Politico ſententiarum ac proverbiorum cum Gruteri notis edito Francof. 1610. 8. tribus volum. in quo opere T. 1. pag. 159. ſeq. occurunt P. Syri ac Senecæ ſententiæ aureæ recognitæ ad MSS. Palatina & Friſigenſe, additis p. 793. ſeq. Gruteri notis; *Dionyſius Gothofredus* ad calcem Senecæ, *Tan. Faber* ad calcem Phædri, *P. Pithœus* inter Poematia antiqua, & *Joſephus Scaliger*, qui Græcis etiam verſibus ſelectas ſententias CCCLXXV. reddidit. Vide ejus Poemata Græca à Petro Scriverio edita Lugd. Bat. 1615. 12. p. 115. ſeq. * Occurunt etiam P. Syri ſententiæ, ne de Morelliana editione memorem, Pariſ. 1611. 8. in *Theodori Zuvingeri* morum Philoſophia 2. Tomis edita Baſil. 1575. 8. Ex MSto Friſigenſi easdem recenſuit poſt Gruterum *Huppertus Faber* Ubius Agrip-

pinas Venet. 1618. Denique ſententiæ P. Syri CCCLII. cum notis & commentario copioſiore poſtumo *Jani Gruteri*, antea inedito, atque ad calcem rejecta *Græca* Metaphraſi *Joſephi Scaligeri*, centum aliquot verſibus ex autographo ipſius locupletata prodierunt nitide excuſæ Lugd. Bat. 1708. 8. curantibus Sigeberto Haverkamp & Abrahamo Preyger. Cum verſione Græca Scaligeri, notiſque Eraſmi & *Emanuelis Svvedbergii*. Upſal. 1709. 8. *Gerbardi Voſſii* filii notæ & caſtigationes, quas cum *H. Ernſtii* variantibus lectionibus circa Annum 1637. edere voluit, haud viderunt lucem. Vide Voſſii Patris Epiſtolam 299. ad Salmaſ. *Gallicam* Caroli Montani, qui circa A.C. 1500. floruit, Metaphraſin memorat in Bibliotheca Gallica Crucimannius.

CAPUT XVII.

DE M. VITRUVIO POLLIONE.

Vitruvii nomen & ætas. 1. *Libri* X. *de architectura*. 2. *Cardani de Vitruvii ingenio judicium*. 3. *Editiones*. 4. *Epitome*. 5. *Index Scriptorum, & Artificum à Vitruvio memoratorum*. 6.

I. M. VITRUVIUS (*a*) POLLIO ſcriptor non artis ſuæ tantummodo apprime peritus, ſed quod ipſe in architecto requirit, alias quoque ſcientias & diſciplinas doctus, & in Græcis ſcriptoribus diligenter verſatus, etſi in dictione ejus plebitatem notant eruditi. Julio Cæſari ſe architecturæ ſcientia innotuiſſe teſtatur præfatione libri I. * Militavit Vitruvius in caſtris Julii Cæſaris, machinis bellicis præfectus, ut ex lib. 7. c. 4. & lib. 10. c. 16. colligit in Almageſto ſuo Ricciolus. Alius fuit Vitruvius Vaccius Fundanus, cujus mentio apud Livium 8. 19. ſeq. Alius Vitruvius Secundus apud Lampridium in Commodo, ubi male Caſaubonus Victorini nomen reponit. Vide Reineſium p. 340. Var. Lect. Alciatus

(a) Meminit Vitruvii, ſive ut in lapidibus hoc nomen ſcribitur *Vitruvii*, è veteribus Plinius, Servius, Sidonius Apollinaris, ac ſi vera eſt Reineſii emendatio p. 118. Var. Lect. Iſaacius Tzetza ad Lycophronem pag. 164. Videtur etiam illo uſus fuiſſe Palladius in uno itemque altero loco librorum de re ruſtica. *Lucius Vitruvius* appellatur in editione Florentina A. 1496. quem alii conſenſu communi Marcum appellant. Alciati enim *L. Vitruvius Pollio* recte a Philandro exploditur. Dicitur etiam M. Vitruvii Epitaphium à Rege Alphonſo inſpectum prope Formium, ad quem locum lætus ille accurrerat, quod Ciceronis ibi ſepulchrum extare audiiſſet. Vide Antonium Panormitanum de dictis & factis Alphonſi n. 47. In arcus triumphalis poſt victoriam Auguſti de Dalmatis Carnunte exſtructi dextræ baſis angulari lapide littera M. conſpicitur, quam Lambecius lib. 2. Commentar. p. 1090. putabat architecti M. Vitruvii nomen denotare.

ciatus 8. 5. parergon juris, profert ex Veronenſi lapide hanc inſcriptionem: L. VICTRUVIUS L. L. CERDO ARCHITECTUS. Idem autem, inquit, eſt Cerdo quod Pellio. Sed ille Vitruvius Pellio, quem pro Pollione Alciatus obtrudit, recte à Philandro exploditur. De M. Vitruvii Epitaphio, quod prope Formium inſpexit, ut ajunt, Alphonſus Rex, mentio etiam è Panormitano apud Æneam *Sylvium* pag. 476. Opp. Ex ſacris litteris Vitruvium profeciſſe, atque ex Moyſe architecturæ præcepta, licet diſſimulet, hauſiſſe (quod velit Villalpandus T. 2. in Ezechielem pag. 45.) non magis veriſimile mihi videtur, quam ex Vitruvii præceptionibus veram templi Hieroſolymitani imaginem, pulcherrima licet ac ſplendidiſſima illa ſit, à Villalpando nobis explicari, quam aliam longe exhibent nobis Hebræorum filii. De plebitate ſermonis latini, quem in Vitruvio viri eruditi obſervant, notata nonnulla exſtant in Philmanni Romano bilingui ſive diſſ. edita Upſaliæ in 8. de differentia linguæ plebejæ & ruſticæ tempore Auguſti à ſermone honeſtiore hominum urbanorum. Vide Memorias Trevoltinas A. 1711. p. 914.

II. Exſtant ejus *de architectura* ad Imp. Auguſtum *libri X.* ab ætate jam provecto (*a*) ſcripti, quorum primis ſeptem agit de ædificatione tum publicarum tum privatarum ædium, octavo de aquæductibus, nono de Gnomonice, decimo de Mechanice. Formæ ſive σχήματα, quæ ſubinde ad calcem ſingulorum librorum ſubjeciſſe ſe Vitruvius innuit, ut VIII. 6. cum magna Lectorum jactura interciderunt, etſi ab editoribus & Philandro partem ex ingenio utcunque reſtituta. Diſtributionem vero capitum in editione Florentina, quam aliæ ſequuntur, multis in locis ineptiſſimam eſſe, & Vitruvium perpetua oratione libros ſuos ſcripſiſſe, probe notavit idem Philander. E latinis veteribus ante Vitruvium de eodem argumento ſcripſerant Fuſſitius, Terentius Varro, & Publius Septimius. In Labbei Bibl. nova MSS. p. 384. memorantur è Catalogo auctiore Scipionis Tettii *Vitruvii Rufi & Epaphroditi Architectonica*. * Non integrum nos Vitruvium, ſed tantummodo librorum ejus Epitomen habere putabat Barthius XXX. 7. Adverſar. ſed neſcio quomodo vir ille doctus pronus fuit ad Epitomas in veterum monumentis ſine magna cauſa ſubodorandas. * In præf. libri I. ait ſe Vitruvius M. Aurelio & P. Minidio (MS. Numidio) & Cn. Cornelio ad apparitionem baliſtarum & ſcorpionum, reliquorumque tormentorum perfectionem præſto fuiſſe. Ædilitatem Varro-

(a) Vitruvius lib. 2. præf. *Mihi autem, Imperator, ſtaturam non tribuit natura, faciem deformavit ætas, valetudo detraxit vires*. Libro VIII. c. 4. refert hoſpitio ſuo uſum C. Julium Maſiniſſæ F. qui cum Patre Cæſare Julio militavit.

nis & Murænæ memorat II. 8. Divum Cæſarem II. 9. *C. Julius Maſiniſſæ filius cum patre Cæſare militavit, is hoſpitio meo eſt uſus* VIII. 4. Cum obſervaſſet plures de architectura præcepta voluminaque non ordinata ſed incepta uti particulas errabundas reliquiſſe, præf. 4. *Corpus Architecturæ* ſcribere ſe profeſſus lib. 2. cap. 1. primo volumine de artis officio tradit, ſecundo de naturalibus materiæ rebus, quem habeant uſum: tertio & quarto de ædibus ſacris, & de Doricis columnis Corinthiiſque & Tuſcanis atque Joniis. Quinto de locis publicis foro, ærario, carcere, curia, theatro, porticibus, balneis, palæſtris, Xyſtis, portubus. Sexto de privatis ædificiis urbanis ruſticiſque, ex more & uſu tum Romanorum tum Græcorum. Septimo de expolitionibus ad firmitatem & ornatum, ubi multa etiam de coloribus. Octavo de aquis & aquæ ductibus. Nono de gnomonicis rationibus, cujus libri præfatio in editis juſto citius abrumpitur, ejus enim pars ſunt adhuc integra tria capita priora. Decimo denique de machinationibus.

III. Hieronymus Cardanus lib. 16. de ſubtilitate Vitruvium annumerat duodecim viris, quos præ ceteris ingenii & inveniendi facultate valuiſſe exiſtimat, qui ſunt Archimedes, Ariſtoteles, Euclides. Scotus, Johannes Suiſſet cognomento Calculator, Apollonius Pergæus, Archytas Tarentius, Mahometus Ibn Moſes Algebraicæ inventor, Alchindus, Heber Hiſpanus, Galenus, & Vitruvius. Hunc vero poſtremum ait non ultimo, ſed primo loco ponendum, ſi propria, non aliena inventa conſcripſiſſet. Idem Cardanus in libro de ſcriptis propriis affimat ſe commentarium ſcribere cœpiſſe in Vitruvium, poſtea res potius ſectatum non pauca Vitruviana explicaſſe in libris de rerum varietate & ſubtilitate.

IV. Prodiit Vitruvius primum Florentiæ, A. 1496. * tum Venet. A. 1497. fol. quæ editio fuit in Bibl. Menerſiana p. 52. Deinde caſtigatus à *Jucundo Veronenſi*, additis figurarum imaginibus, Venet. 1511. fol. Hinc iterum Florentiæ 1513. & 1522. 8. * In Jucundi Veronenſis iconibus Vitruvio adjunctis quædam deſiderari notavit Claudius Ptolemæus ſcriptor Italus in Epiſtolis editis Venet. 1547. 4. Epiſtola ad Comitem Auguſtinum de Landi p. 81. b. Cum Frontino de aquæductibus urbis Romæ, & fragmento Nic. Cuſani de ſtaticis experimentis, Argentor. 1543. 4. Cum commentariis *Guil. Philandri* & Frontino de aquæductibus Romanorum, Argentorat. 1550 4. Cum Philandri commentariis auctioribus, & Vitruvii vita, Lugdun. 1522. 4. & 1586. 4. apud Tornæſ. * Philandri notæ in Vitruvium ſeparatim primum editæ Pariſ. apud

apud Jacobum Kerver. 1545. 8. dicatæque Franciſco Valleſio Galliarum Regi, quas auctor profitetur ſe abſolviſſe Romæ A. 1541. ſuadente impellenteque & adjuvante Mecœnate ſuo Georgio Armagnacio, ſive Armeniaco, Ruthenorum Epiſcopo, tum regio ad Paulum III. Pont. Max. legato. Poſt Regis obitum auctiores notas haſce ſuas eidem Georgio Cardinali Philander inſcripſit in edit. Vitruvii Tornæſiana Lugd. 1552. 4. Editionem Venetam cum latinis Dan. Barbari commentariis, quæ A. 1567. fol. prodiit collatam cum MS. Arundeliano vidi in Bibl. Marquardi Gudii. Lectiones illius Codicis habes annotatas in editione, de qua mox, Amſtelodamenſi.

De Raphaele Urbinate ſic Cœlius Calcagninus in Epiſtola ad Jac. Zieglerum: *Prætermitto Vitruvium, quem ille non enarrat ſolum, ſed certiſſimis rationibus aut defendit, aut accuſat, tam lepide ut omnis livor abſit ab accuſatione*. De Merula Antonius Majoragius in Apologia: *Sed hoc apud te* (Gaudentium Merulam alloquitur) *novum non eſt: in hac arte latrocinandi vetus es ac nobilis gladiator: nam & ea, quæ vir ſatis eruditus Bernardinus Merula in Vitruvium commentatus erat, tibi adſcripſiſti, multiſque nugis additis, jactabas te juſta in Vitruvium commentaria conſcripſiſſe*. * De Bernardini Merulæ commentariis in Vitruvium, quos per plagium ſibi vindicare voluit Gaudentius Merula, meminit Antonius Majoragius in Apologia edita Ultrajecti 1666. 4. pag. 29. & 44. De Adriani Auzuti ſive Azovii commentariis in Vitruvium & Frontinum, vulgandis à Franciſco Nazario jam ſpes facta fuit in Tentzelii dialogis menſtruis A. 1692. pag. 825. 1010. & in Muſeo Minervæ Venetæ (Galleria di Minerva) A. 1695. pag. 236.

Denique editio Vitruvii præſtantiſſima eſt, quam cum *Gvil. Philandri* Caſtilionii integris & quantivis pretii commentariis, excerptis notis Dan. Barbari, & Lexico utiliſſimo Vitruviano, (*a*) ac ſcamillorum imparium expoſitione *Bernardi Baldi* Urbinatis, tum Jo. Buteonis, Nic. Goldmanni, Claudii Salmaſii & Marci Meibomii ad loca quædam Vitruvii obſervationibus addita ejus vita vulgavit Johannes de Laet Amſterd. 1649. fol.

Spes quoque fuit, ut *Adriani Auzuti* in Vitruvium commentaria poſt autoris mortem Romæ ederentur obſtetricante Franciſco Nazario. *Cæſaris Cæſariani* in Vitruvium commentarios laudat Kircherus in Phonurgia p. 73. ubi diſſerit de Echæis theatri Corinthiaci à Vitruvio deſcriptis. Prodierunt cum Cæſariani verſione Itali-

(a) Baldi liber de verborum Vitruvianorum ſignificatione, una cum vita Vitruvii, & ſcamillis imparibus Vitruvianis nova ratione explicatis lucem vidit Auguſtæ Vindel. 1612. 4.

ce, Comi 1521. fol. Præterea Vitruvium Italice vertit & commentario figurarumque imaginibus illuſtravit *Daniel Barbarus*, Mediolan. 1521. fol. Venet. 1567. 4.

* Vir clariſſimus & juvandis bonis litteris natus Chriſtianus Falſterus pro ſingulari ſua in me benevolentia Ripis Cimbrorum non ita pridem ad me miſit emendationes Vitruvianas, quarum ſpecimen, cum pleræque mihi videantur bonæ & vulgatis meliores, hoc loco cum lectore communicare non dubitavi, integras daturus alias, quam primum occaſio ſe obtulerit. Ut autem conſtet unde petitæ illæ lectiones ſint, apponam, quæ hac de re in humaniſſima ad me Epiſtola laudatus vir præfatur: *Recognoſcere non ita pridem cœperam Bibliothecam à nobiliſſimo civitatis noſtræ præſide CASTANO WORM, ſcholæ noſtræ Cathedrali (Ripenſi) legatam, cum in manus incideret rara & perantiqua editio Florentina Vitruvii impreſſa A. 1523. in forma quam vocant octava. Excuſſeram porro unam alteramve paginam, cum lætum in oculos ſpectaculum incurreret, antiqua eruditi viri manus, qui Vitruvium partim (uti conjicio) ex ingenio, partim ex vetuſtis Codicibus ad oram emendaverat. Eſt autem liber ex Italia per JOANNEM POUCHIUM allatus. Inſpexi lectiones ſingulas penitius. Contuli cum editione præſtantiſſima de Laet, Amſtelodamenſi cIↃ IↃc XLIX. in fol. exſcripſi fideliter & quam potui curatiſſime.*

Pag. I. edit. Amſtelod. 1649. fol. legitur: *Cum vero attenderem, te non ſolum de vita communi omnium curam publicæque rei conſtitutionem habere*) noſter emendatius: -- *te non ſolum de vita communi omnium publicæque rei conſtitutione curam habere*.

Metuens ne non apto tempore interpellans) Noſter m. n. n. a *tempore te interpellans*.

Pub. Minidio) *Numidio*, quod magis placet. Eſt enim *Minidii* obſcurum in hiſtoria Romana nomen

Tormentorum refectionem) *perfectionem*.

Commoda accepi) *commoda ſemper accepi*.

Conſcripſi perſcriptiones) noſter diſtinguit: *per ſcriptiones*.

Cap. I. Pag. 2. *Solertia ac ratione proportionis*) *ſolertia ac rationis proportione*, quam lectionem in notis jam dudum ex Codice Arundeliano obſervavit V. C. *Joannes de Laet* Antvverpianus.

Rem perſecuti) *conſecuti*, quod præferendum.

Et ut litteratus ſit, peritus Graphidos, eruditus Geometriæ & Optices non ignarus) *quare literarum oportet ut ſit peritus, non ignarus Graphidos, eruditus Geometriæ & non ignarus*.

De quibus argumentis rationem) noſter *ornamentis* habet pro *argumentis*, fortaſſe non male.

Carya-

Caryatides)*Carratides*, quod vitioſum eſſe videtur: *Carya* enim civitas erat Peloponneſi (vide *Vitruvium* lib. 1. cap. 1.) *Carra* vero Meſopotamiæ (vide *Iſidorum* Lib. 15. Orig. c. 1.) de qua verſus eſt *Lucani*:

miſerando funere Craſſus
Aſſyrias Latio maculavit ſanguine Charras.

Pag. 3. *Hæc enim Philoſophia præſcribit*) noſter, *& hæc enim ph. pr.* forte per tmeſin, pro *etenim*.

Cap. II. Pag. 5. *effectus operis cum qualitate.*) *cum quantitate*.

Species diſpoſitionis) *compoſitionis*.

Pag. 6. *ceteriſque partibus ſymmetros eſt, ſic eſt*-) *cet. part. ſymmetriæ eſt eurythmiæ qualitas, ſicuti*- confer notas *Joannis de Laet* ex Philandro & Codice Arundeliano.

Ut e columnarum craſſitudinibus aut e triglypho) *aut è columnarum*--

Pag. 7. *temperabitur earum inſtitutio*-) *temp. eorum inſt.*-

Si enim interiora perfectus habuerint-) leg. *proſpectus*.

Cap. III. Pag. 8. *& ex quaque materia*) *atque e materia*.

Et ſine impeditione, uſu locorum, diſpoſitio, quæ diſtincta lectio mihi magis probatur.

Cap. IV. Ibi. *non pruinoſus*) noſter legit *pluvioſus*.

Aeribus firmitatem eripit, & vaporibus fervidis exugendo-) leg. *a rebus firmitatem & vaporibus fervidis eripit exugendo*-

Si refrigeretur tinctum-) *refrigeratur*.

Pag. 9. *non minus etiam quod quæ*-) *non minus etiam quæ*-

Nam ex principiis) *namque*- Veteres editiones habent *nam quia*.

Omnia corpora ſunt compoſita) noſter *ut omnia* c. ſ. c.

Et his mixtionibus-) *ita mixtionibus*-

Ergo in quibus corporibus cum-) *Ergo in quibuſque* &c. quod rectius eſt.

Diſſolvit que cætera fervore.) *diſſolvitque a cæteris fervore*.

Non minus aeris etiamque terreni-) *n. m. a. e. terræ*-

Et aeris multum) *aeris multum*, quod elegantius.

Qui ſunt circa Pothereum flumen,) --- *Catarbactum flumen*, ſive *Cataractum*. Confer Lib. VIII. cap. 2. p. 155. & notas ibidem.

Pag. 10. *quatuor millibus paſſibus*) *quatuor millia paſſ.*

Cap. V. Ibid. in lemmate: *De fundamentis murorum & turrium.*) *De fund. mur. & turrium conſtitutionibus*.

In mœnium collocandorum-) *in mœnibus collocandis*, quam lectionem ſe in Codice MSto inveniſſe teſtatur *Jo. de Laet* in notis ad hunc locum.

Pag. 11. *ad loca præcipitia.*)--*præcipua*-

Perpetuæ taleæ oleagineæ-) noſter difficultatem, quam interpre-

tes ſubeunt, tollere prorſus videtur legendo *tabulæ* pro *taleæ*.

Nec tempeſtas, nec caries.) *nec tempeſtates*.

Sagittæ emiſſione,) .. *emiſſionis*, ſc. intervallo ſpatio.

Interior turrium) *interiora*.

In rotundationibus autem.) *in rotunditatibus autem*.

Quod neque arietes neque ſuffoſiones) ... *neque ſuffoſſores*, ὀρυγὰς *Vitruvius* noſter vocat Lib. X. cap. 21. pag. 234.

Pag. 12. *poterit ulla ratione.*) *non poterit* .. quæ lectio omnino genuina eſt.

Seu locorum proprietates) *ſed loc. propr.*

Cap. VI. Ibid. *Simul ac autem fervere cœperint*,) .. *cœperunt*.

Pag. 14. *quæ fiunt paſſus ſemel & tricies millies mille, & quingenties mille*,) noſter, *quæ faciunt paſſus trecentos* & *decies quinquaginta millia*.

Ter millies mille & noningenties trigeſies ſepties mille) *tricies nongenta triginta ſeptem millia*.

Supernas & Boreas.) *Supernas & Cæcias*.

Pag. 15. *& impetu ſcandendo trudens*) *& imp. ſcan. procedens*.

Adverſis directionibus vicorum & platearum) *averſis vicis & platearum directionibus*.

Et ab centro ubi eſt A) adde ex noſtro, *& B*.

Faciatque iterum creſcendo parem antemeridianæ umbræ poſtmeridianam,) noſter pro *creſcendo parem* legit *decreſcendo partem*.

Cap. VII. Pag. 16. *Sin autem mediterranea*) ſ. a. *mediterraneo*.

Et Jovi & Junoni & Minervæ) *Jovi, Junoni & Minervæ*.

Sed ab hoſtibus ea defenſa & belli periculo conſervabit.) *Sed ab hoſtibus defenſio a belli periculo conſ.*

Italice cum verſione & commentariis Danielis Barbari, Patriarchæ Aquilejenſis prodiit etiam Vitruvius Venetiis 1629. 4. *Gallice* Vitruvium vertit Abel Foullonius (A. C. 1563 ætat. 50. defunctus) ſed teſte Crucimanio pag. 1. Bibliothecæ Gallicæ, amici Foullonii minime amici verſionem, quam cum iis communicaverat, ſuo ipſorum nomine ediderunt, Foullonii diſſimularunt. Meminit iterum Crucimanius p. 530. & de Johannis Martinii Vitruvio Gallice Pariſ. 1572. & poſtea Genev. 1618. 4. vulgato differit pag. 230. ſeq. & 243. Noviſſime illuſtris Golberti juſſu Vitruvium Gallica verſione donavit adjunctis egregiis commentariis & delineationibus accuratis vir non minus cætera eruditione, quam Architecturæ inſigni peritia clarus *Claudius Peraultus*, Caroli frater. Pariſ. 1673. fol. & ex ſecunda recognitione 1684. fol. Idem præterea Epitomen Vitruvii edidit, quam ſua etiam lingua ex Gallico donarunt Angli: & librum cui titulus: *ordonance de cinq eſpeces de colomnes ſelon la*

metho-

methode des anciens. *Germanice* per Gualterum Henricum Rivium prodiit Vitruvius Norimb. & Baſil. 1548. & Baſil. 1575. fol. atque aliorum nova cura perpolitus 1614. fol.

V. *Epitome Vitruvii* alia latine Pariſiis edita jam pridem eſt curante Guil. Poſtello, incerti ſed fortaſſe antiqui ſcriptoris, ut ait Voſſius p. 463. libri de ſcientiis Mathematicis. *. Videndum ſitne *Epitome* Vitruvii à Poſtello edita eadem cum illa *Petri Diaconi*, de qua in continuatione Chronici Caſinenſis lib. IV. c. 68. *Petrus Diaconus Solinum de mundi mirabilibus abbreviavit. Notarum librum ex parvo ampliavit, & Conrado Imp. dedicavit. Vitruvium de Architectura breviavit. Itinerarium ex omnibus veteribus libris collegit.* Vitruvii Epitome Gallice per Jo. Gardetum, & Dominicum Bertinum. Toloſ. 1556. & Pariſ. 1567. 4. Peraultus quoque Epitomen Vitruvii dedit, quæ in Anglicam linguâ è Gallico tranſlata vidit lucem Lond. 1705. Chriſtiani Gueintzii σκιαγραφία Vitruvii. Halæ Sax. 1648. Vitruvius Britannicus, Londini nuper 1716. fol. duobus Voluminibus editus continet icones & deſcriptionem ædificiorum inſignium palatiorumque magnæ Britanniæ.

VI. INDEX SCRIPTORUM & Artificum à VITRUVIO memoratorum.

Accii carmina. IX. 3.
Achinapolus Aſtrologus. IX. 7
Ægyptii Sacerdotes præf. 8.
Æſchylus præf. 7.
Agatharchus (*a*) Athenis Æſchyli tempore tragicam ſcenam fecit & de ea commentarium reliquit. præf. 7.
Ageſiſtratus de machinationibus. præf. 7.
Agetor Byzantius. X. 21.
Alexis Comicus. præf. 6.
Anaxagoras præf. 7. IX. de perſpectiva & ſcenographice ſcripſit præf 7.
Andreas gnomonis repertor. IX. 9
Andronicus Cyrrhoſtes I. 6. (Varroni Cypreſtes.)
Antimachides, architectus Athenienſis. præf. 7. Antipater Aſtrologus. IX. 7.
Antipater architectus Athenienſis. præf. 7.
Apaturius Alabandeus Architectus VII. 5. Apelles pictor. I. 1.
Apollonius Pergæus. I. 1. idem fortaſſe IX. 9. Aratus. IX. 7.
Archimedes I. 1. bis. de machinationibus. præf. de aquæ figura ſphæroide VIII. inventum de arguenda fraude admiſti auro argenti IX. 3.
Archytas de machinationibus, præf. 7. Tarentinus I. 1. de cubi duplicatione IX. 3.
Argelius de ſymmetriis Corinthiis & Jonico Trallibus Æſculapeio. præf. 7.

Ari-

(*a*) Pictor. Vide Franciſcum Junium in Catalogo Architectorum, Mechanicorum, Pictorum, aliorumque artificum, libris de pictura veterum ſubjectum Roterod. 1694. fol.

Ariſtarchus Samius I. 1. IX. 9. de Luna IX. 4. Ariſtarchus Grammaticus I. r.
Ariſtides VIII. 4.
Ariſtippus Socraticus philoſophus in geometricis ſchematibus hominum agnoſcens veſtigia præf. 6.
Ariſtomenes Thaſius, pictor. præf. 3.
Ariſtophanes Comicus. præf. 6.
Ariſtophanes Grammaticus. præf. 7.
Ariſtoteles præf. 7. & 9.
Ariſtoxenus Muſicus. I. 1. V. 4. 5.
Aſtrologi. V. 6. IX. 7.
Atlas primus Aſtrologus. VI. 10. filiæ ejus Atlantides, Virgiliæ ſive Plejades id.
Bedas Byzantins ſtatuarius. præf 3
Beroſi Chaldæi de luna IX. 4 in inſula Coo genethliologiæ aperuit diſciplinam. IX. 7. ejus gnomon. IX. 9.
Bryanes architectus præf. 7.
Callæſchrus Architectus Athenienſis. præf. 7 Callias Architectus ab Arado X. 22.
Callimachus καὶ ἐτεχνος, architectus IV. 1. Calliſtus Aſtrologus IX. 7. fortaſſe Callippus.
Carpion de æde Minervæ Dorica Athenis in arce, præf. 7.
Cetras Chalcedonius X. 19.
Chæreas de machinis X. 19. cum Alexandro militavit. id.
Chaldæorum genethliologæ ratiocinationes IX. 7.
Charides de machinationibus præf. 7.
Chion Corinthius ſtatuarius præf. 3.
Chionides Comicus præf. 6.
Chorographiis pictus orbis terrarum XIII. 2.
Cicero de arte Rhetorica IX. 3.
Cliades de machinationibus præf. 7. lege Diades. ut X. 19.
Comici Græci poëtæ, præf. 5. & 6.
Comici & tragici actores V. 8.
Coſſutius Romanus architectus præf. 7.
Cretenſes I. 4.
Cteſibius I. 1. de machinationibus præf. 7. Alexandrinus IX. 9. ubi de hydraulicis ejus machinis & horologio admirando: adde X. 12. & 13. ubi de organo hydraulico.
Cteſiphon architectus III. 1. de æde Jonica, Dianæ Epheſi, præf. 7. Gnoſius, Metagenis pater id. inventum transferendis oneribus X. 6.
Daphnis Mileſius, Architectus præf. 7.
Demetrius architectus Epheſi Dianæ ſervus præf. 7.
Democritus II. 2. IX. 7. præf. 7. & 9. de perſpectiva & ſcenographice ſcripſit. præf. 7. de rerum natura volumina. IX. 3. commentarium χειρόκμητον id. de ſideribus IX. 7.
Demophili præcepta ſymmetriarum, præf. 7.
Diades de machinis X. 19. cum Alexandro militavit id. malè Cliades, præf. 7.
Dinocrates Alexandri M. Architectus, præf. 2.
Diognetus Rhodius Architectus X. 22.
Diomedes Salapiæ conditor. I. 4.

Diony-

Dionyſiodorus IX. 9.
Diphilus Architectus de machinationibus præf.7.
De Doro Achajæ & Peloponneſi rege IV. 1.
Elphias Rhodius I. 4.
Empedocles, præf. 8.
Ennius Poeta IX. 3.
Epicharmus, præf. 8.
Epicurus præf.6, & 7, Democritum ſecutus II. 2.
Epigrammata tria Græca inſcripta fontibus VIII. 3.
Epimachus Athenienſis Architectus ſub Demetrio Poliorcete X. 22.
Eratoſthenes Cyrenæus I.1,6,de cubi duplicatione IX.3.
Eucrates Comicus præf. 6.
Eudæmon Aſtrologus (lege Euctemon) IX. 7.
Eudoxus IX 7,9, ex ejus Phaetonte, verſus IX. 4.
Euphranoris præcepta ſymmetriarum præf. 7.
Euripides auditor Anaxagoræ, Philoſophus ſcenicus Præf.8. ejus ſepulchrum VIII. 13.
Faberius ſcriba. VII. 9.
Fuſſitius primus Latinorum de Architectura ſcripſit præf. 7.
Hegeſias VIII. 4.
Hellas Athenienſis ſtatuarius præf. 3.
Heraclitus præf. 8, Epheſius σκοτεινὸς II. 2.
Hermogenes Alabandeus Architectus III 1, 2, IV. 3, de æde Dianæ & Liberi Patris præf.7.
Herodotus VIII. 4.
Hipparchus IX. 7.
Hippocrates Medicus I. 1.
Homerus poetarum parens, Philologiæ omnis dux, perpetuo multa millia hominum paſcens. præf. 7.
Jctinus de æde Minervæ Dorica Athenis, præf. 7.
Leges Romanæ de ædificando II. 8, Epheſiorum præf. 9, Athenienſium de parentibus per liberos alendis ſi eos artibus erudiiſſent præf. 6.
Leochares præf. 7.
Leonidis præcepta ſymmetriarum præf. 3.
Licinius Mathematicus VII. 5.
Lucretius IX. 3.
Lyſippus ſtatuarius, præf. 3.
Magorum ſacerdotes præf. 8.
Mathematici III. 1, V. 3, VI. 1. IX. 8.
De Mauſolo rege & Artemiſiæ geſtis plura II. 8.
Medici I. 4.
Melo Aſtrologus IX. 7, lege Meto.
Melampi præcepta ſymmetriarum præf. 7.
Metagenes Cteſiphontis F. X.6. de æde Jonica Dianæ Epheſi, præf. 7.
Metrodorus VIII. 4.
De L. Mummio Corinthi everſore V. 5.
Mutius Architectus præf. 7.
Myagrus Phocæus ſtatuarius præf 3.
Myron plaſtes I. 1, præf. 3.
Nexaris præcepta ſymmetriarum præf. 7.
Nicomachus pictor præf. 3.
Nymphodorus de machinationibus, præf. 7.

Oracu-

Oracula, de Socrate præf. 3. de coloniis Græcorum in Aſiam deducendis IV. 1.
Paconius Architectus X. 6.
Pæonius Epheſius Architectus præf. 7.
Parmenion repertor gnomonis IX. 9.
Patrocles IX. 9,
Pephaſmenus Tyrius faber X. 19.
Periclis Odeum V. 9.
Pharax Epheſius, ſtatuarius, præf. 3.
Phidias ſtatuarius, præf. 3.
Phileas de fano Jonico Minervæ quod eſt Prienæ præf. 7.
Philippus Aſtrologus IX. 7.
Philo de ædium ſacrarum ſymmetriis & de armamentario quod fuerat Piræi portu. præf. 7.
Philo Byzantius de machinationibus, præf. 7.
Philolaus Tarentinus I. 1.
Phyros de machinationibus præf. 7.
Phyſici II. 1, VI. 2. præf. 7, & 8, VIII. 1.
Pitheus Architectus I. 1. IV. 3, de mauſoleo, præf. 7.
Plato III. 1. præf. 7. & 9. ejus quadrati duplicatio IX. 1.
Polletis præcepta ſymmetriarum præf. 7.
Polycles Adramytenus pictor, præf. 3.
Polycletus plaſtes I. 1. præf. 3.
Polyidus de machinationibus, præf. 7. Theſſalus Philippi Maced. tempore X. 19.
Porinos Architectus Athenienſis, præf. 7.
Poſidonius VIII. 4.
Praxiteles, præf. 7.
Ptolemæus Rex Attalicorum (Pergamenorum) regum æmulatione Bibliothecam inſtruens Alexandriæ, præf. 7, ludos Muſis & Apollini, agones & præmia eruditis conſtituit, id.
Pythagoræ & his qui ejus hæreſin fuerint ſecuti, placuit cubicis rationibus præcepta in voluminibus ſcribere, conſtitueruntque cubum CCX. VII. verſuum, eoſque non plus quam tres in una conſcriptione oportere eſſe putaverunt, præf. 5.
Pythagoras IX. 7. præf. 8, & 9, inventum ejus geometricum IX. 2, X. 11.
Pythagoreorum diſciplina II. 2.
Pythii Architecti Prienenſis commentarii I. 1.
Pyxodorus, Evangelus dictus ob repertam lapicidinam marmoris X. 7.
Sarnaci præcepta ſymmetriarum præf. 7.
Satyrus de Mauſoleo, præf. 7.
Scena tragica, comica, ſatyrica V. 8, VII. 5.
Scopas, præf. 7, Syracuſius IX. 9.
Scopinus Syracuſius I. 1.
P. Septimii duo volumina de architectura, præf. 7.
Silanionis præcepta ſymmetriarum, præf. 7.
Sileni de ſymmetriis Doricorum volumen, præf. 7.
Socrates, præf. 3, bis; præf. 7.

Tarche-

Tarcheſius Architectus IV. 3.
Telochares ſtatuarius II. 8.
Thales II.2, præf. 7, & 8, IX. 7.
Theocydis præcepta ſymmetriarum, præf. 7.
Theodorus de vite Junonis Samia, præf. 7.
Theodorus Phocæus de tholo qui eſt Delphis, præf. 7.
Theodoſius gnomonis cuivis climati aptandi inventor IX. 9,
Theophraſtus, præf. 6, VIII. 4.
Thucydides.
Timæus VIII. 4.
Timotheus ſtatuarius II. 8.
Tryphon Alexandrinus Architectus Apolloniatarum X. 22.
Ter. Varro de novem diſciplinis, uno de architectura, præf. 7, de lingua Latina IX. 3.
Veſtorius cæruleum colorem temperare docuit Puteolis VII. 11.
Xenophanes Colophonius, præf. 7, IX. 7.
Zeno, præf. 7,
Zoilus Macedo, Homeromaſtix ſua ſcripta contra Iliadem & Odyſſeam Ptolemæo recitavit præf. 7.

CAPUT XVIII.

DE M. MANILIO.

Manilii ætas, & alii hoc nomine. 1. *Editiones.* 2. *MStus Codex Lipſienſis.* 3. *Theodorus Manlius Claudiano celebratus diverſus à Manilio* 4.

I. M. (*a*) MANILIUS, gente Romanus, non diverſus forte à Manlio Mathematico, quem Plinius lib. 36. c. 10. ait au-

(a) Sunt qui MSti auctoritate quod ab Antonio Panormita accepit Bonincontrius, nummorumque, in quibus C. Manlii effigies habitu peregrino cum ſphæra Aſtronomica cernitur, Manilium prænomine Cajum appellant, non Marcum. Sed vide Scal. ſub initium notarum, & Barthium p. 112. ad Claudian. ubi obſervat Marcum Manilium de Aſtrologia etiam appellari à Gerberto Epiſt. 130. Porro diverſus eſt ab hoc Manilio T. Manilius ſenator, Syllanis temporibus, quem diligentiſſimum togatorum vocat Plinius lib. 10. c. 11. & laudat Cicero Orat. pro Roſcio, Varro lib. 4 de lingua lat. Arnobius lib. 3. vide Voſſium p. 40. de Hiſt. latinis. Hic Marcus Manilius perperam dicitur à Glandorpio p. 567. Onomaſtici, à P. Victorio Mamilius. Confer Tho. Crenium in limine partis XII. animadverſionum philolog. Eadem quoque Syllæ tempora Manlius Antiochenus attigiſſe videtur, quem Aſtrologiæ conditorem vocat, & cum Publio mimographo conſobrino ſuo, & Staberio Erote Grammatico eadem navi vectum refert idem Plinius lib. 35. c. 17. quare & hic diverſus à noſtro Manilio, qui ſcripſit poſtremis annis Auguſti Imp. Licet Blancanus in Chronologia Mathematicorum utrumque confundens, noſtrum vocat C. Manilium Antiochenum Aſtrologum, qui primus latinis carminibus quamvis Græcus Aſtronomica cecinerit. * Manlium Antiochenum Plinio 35. 17. memoratum cum Manilio poeta confundit Ricciolus in Almageſto. Sed hic non minus ab eo diverſus

ait auratam pilam apici obeliſci addidiſſe in campo Martio ad deprehendendas ſolis umbras inſtituti ab Imp. Auguſto. Scripſit Romæ poſt Varianam cladem ad eundem Auguſtum Epico carminis genere *Aſtronomicon*, Poema eruditum & jucundum pluribus *(a)* ut videtur libris, ſed quorum quinque tantum, neque quintus integer ad nos pervenit. * Gerbertus ſive Silveſter II. Papa Epiſt. 130. *Noſti quanto ſtudio librorum exemplaria undique conquiram, noſti quot ſcriptores in urbibus aut in agris Italiæ paſſim habeantur. Age ergo & te ſolo conſcio ex tuis ſumtibus fac. ut mibi ſcribantur M. Manilius de Aſtrologia, Victorinus de Rhetorica, & Demoſthenes Ophthalmicus.* Cum Gevartio ad Statii ſilvas lib. 3. cap. 8. p. 186. aliiſque Manilium perperam ad Theodoſiana tempora retulit Voſſius lib. 3. de Analogia f. 300. edit. novæ: qui tamen ipſe rectius ſentit alibi, ut lib. de poetis latinis, & de ſcientiis Mathematicis. Rectius etiam Triſtanus, qui ad Auguſti ætatem refert Tom. 1. Imperator. pag. 71. ſeq. & 113. -- 119. Barthius ad Claudian. p. 112. ſeq. Crenius animadverſ. parte 12. cap. 1. &c. Cornelium Severum Manilii imitatorem fuiſſe notat Theodorus Gorallus ſive Jo. Clericus ad Ætnam pag. 90. 91.

II. Primus Manilium circa A. 1416. reperit Poggius, *(b)* quo jam anno 1459. Florentiæ 30. Octobr. æt. 78. defuncto, lucem demum viderunt Manilii Aſtronomica Bononiæ A. 1474. fol. Deinde Laurentius Bonincontrius Miniatenſis commentarium etiam qualem-

diverſus eſt quam T. Manilius Senator Syllanis temporibus Anno U. C. 656. P. Licinio & Cn. Cornelio COSS. quem diligentiſſimum togatorum vocat, & maximis nobilem doctrinis doctore nullo fuiſſe teſtatur idem Plinius X. 2. Hiſt. Andreas Schottus Manlium appellat indice ſcriptorum à Plinio laudatorum. Alius etiam Manilius Colinus in veteri marmore Patavino apud Urſatum lib. 1. ſect. V. & Camillum Silveſtrum p. 352. ad Juvenalem, a quo Manilia memoratur VI. 242. Fuit & Manilius Chreſtus, quem de Deorum hymnis laudat Fulgentius in *injuges boves.*

(a) Scaliger ad librum V. pag. 348. notat periiſſe librum ſecundum ſphæræ Barbaricæ & ſuffragia Planetarum, h. e. librum ſextum & ſeptimum. Sane de occaſu ſiderum & de planetarum viribus dicturum ſe plus ſimplici vice recepit. Eidem Scaligero in præf. Manilius eſt *Poeta ingenioſiſſimus, nitidiſſimus ſcriptor, qui obſcuras res tam luculento ſermone, materiam moroſiſſimam tam jucundo charactere exornare potuerit, Ovidio ſuavitate par, majeſtate ſuperior. Inprimis omnia ejus proœmia & παρεκβάσεις extra omnem aleam poſita ſunt. Nihil illis divinius, copioſius, gravius & jucundius dici poteſt. Audiamus itaque olorem canentem.* Alibi affirmat Matheſeos non valde conſultum fuiſſe, quod de Arato quoque notatum eſt & Firmico. Fati Aſtrologici aſſertor ſtrenuus fuit Manilius, ita ut etiam fato ſe exiſtimarit impulſum ad hoc componendum poema. *Hòc quoque fatale eſt, ſic ipſum expendere fatum* IV. 118.

(b) Vide elegantiſſimum & eruditiſſ. Virum Jo. Baptiſtam Recanatum in Poggii Vita p. X. & Poggiana a viro itidem eruditiſſimo & humaniſſimo Jacobo Lenfant edita Gallice p. 22. nec non Michaelis Maittaire Annales typographicos pag. 108. qui p. 176. Manilium cum Bonincontrii commentariis ſcribit prodiiſſe Romæ 1484. fol.

qualemcunque addidit Florent 1484.* De *Bonincontrii* in Manilium commentario Scaliger ad lib. V. pag. 406. *Quibus Bonincontrius in Manilium poteſt ſatisfacere, illis ego nunquam mirabor noſtra diſplicere: quia ab illis neque confeſſionem ab ingenuitate, neque ſenſum literarum à genio eorum exigimus*. Ab eo tempore prodiit Manilius Norimb. ex officina Jo. de Regiomonte ſine anni nota in 4. & apud Aldum 1492. fol. quæ editio collata cum Codice Gemblacenſi fuit in Bibl. Jo. Mori Epiſcopi Elienſis, & in Germania cum Firmico fol. Baſil. 1551. tum Lugduni forma minore A. 1566. Quæ editio lucem vidit * apud Jo. Tornæſium, ac debetur *Antonio Molinio* Matiſconenſi, qui ex antiquo Codice Manilium emendaſſe ſe profitetur. Poſtea una cum Joſephi Scaligeri notis, qui primus præ ceteris inſigniter de hoc Poeta meritus eſt Pariſ. 1579. 8. & ap. Commelinum 1590. 8. cum variantibus Lectionibus, notatiſque Franciſci Junii, qui multa itidem præclare obſervavit, *quod cum Scaliger in ſuis ad Manilium diſſimulavit, candorem in eo requiro*, inquit Voſſius Epiſt. ad Grotium p. 24. * Editio Commeliniana A. 1590. 8. collata cum MS. Collegii Corporis CHriſti Oxon. fuit apud Clariſſ. Virum Jacobum Perizonium, qui eam legavit Bibl. Leidenſi. Cum ſecundis Scaligeri curis Manilius iterum recuſus Lugd. Bat. 1600. 4. cum iisdem Scaligeri notis ex auctoris MS. tertium auctis & emendatis, adjectiſque etiam Thomæ Reineſii & Iſmaelis Bullialdi ad quædam loca animadverſionibus cura Jo. Henr. Bœcleri Argentorat. 1655. 4. Denique in uſum Delphini cum paraphraſi & notis Mich. Fayi & Obſervationibus illuſtris viri Petri Danielis Huetii adjectis imaginibus ære deſcriptis, omniumque vocabulorum indice Pariſ. 1679. 4. Prodiit etiam hic ſcriptor ex officina Sebaſtiani Cramoiſii, Typographi Regii Pariſ. ut ex ejus Catalogo p. 69. didici. Audio præterea extare Sphæram Manilianam Anglico carmine redditam & obſervationibus illuſtratam à Nobiliſſimo viro Eduardo Sherburne. * Non alio opere magis ſe jactavit magnus *Scaliger*, quam notis in Manilium, nec in alio ſæpius eſt hallucinatus, judice Huetio, quem vide lib. V. commentariorum de rebus ad ſe pertinentibus pag. 291. Credas notas illas à primo ætatis fervore extruſas, adeo ſcatent caſtigationum facilitate, ut monet Jo. Conradus Dietericus in vita Auguſti Imp. p. 9. Trajectiones in Manilio & aliis ſcriptoribus antiquis ſine neceſſitate horiolantem perſtringit Salmaſius ad jus Atticum pag 408. qui ſæpius etiam ab Scaligeri ſententia in interpretando Manilio diſceſſionem facit commentario ad Solinum & libro de annis climactericis. Non raro præterea Scaligerum reprehendit Huetius in ſuis ad Manilium notis pridem

dem editis, quem novas etiam notas & varias lectiones Codici ſuo adſcripſiſſe teſtantur Jeſuitæ Pariſienſes in Memoriis Trevoltinis 1709. menſe Auguſto pag. 1426. Ex iisdem didici Manilium laudato Huetio videri patria Carthaginienſem. *Scaligeri Manilium Rex Gallorum grate accepit*, inquit in Epiſtola quadam Andreas Schottus, *& annuam penſionem bis mille francorum dedit. Bene res babet ſi ſolvitur* &c. Commentarios in Manilium ſuos memorat *Jo. Crojus* Obſervatt. in Nov. Teſt. cap. 35. p. 273. ſed nec dum in lucem prodierunt, uti nec *Gevartiani*, de quibus vide Colomeſii Opuſcula pag. 101. nec quos ab præſtantiſſimo *Bentlejo*, vel noviſſime à Clariſſ. *Ruggero Coteſio* juſſi ſumus exſpectare. Varias Lectiones ex Codice MS. Lipſienſis Paulinæ Bibliothecæ diligenter excerptas ad celeberrimum Bentlejum ante multos annos miſit Nobiliſſ. Vir Jo. Fridericus Fellerus: Lectiones libri primi ipſe ſervo adnotatas ad margines editionis Argentoratenſis. Capitum argumenta è MS. edidit Barthius X. 26. Adverſar.

III. MStum Manilii antiquiſſimum membranaceum vidi Lipſiæ in Bibl. Paulina, ubique fere exhibens lectiones, quas ex Gemblacenſi codice paſſim laudat Scaliger, etſi illud oculis nunquam uſurpavit, ſed tantum uſus eſt variis Lect. quas ex eo deſcriptas acceperat. Novam editionem Manilii meditatus pridem eſt apud Anglos vir doctiſſimus Rich. Bentlei. Anglicæ Thomæ Creech Metaphraſi fata, triſtia fata interceſſerunt. Loca quædam hujus Poetæ feliciter caſtigavit Salmaſius ad Solin. & de annis Climactericis. If. Voſſius ad Catullum: Nonnulla etiam Gevartius in electis, Barthius in Adverſar. &c. Idem Salmaſius affert verſus quoſdam ex apoteleſmaticis *Dorothei Sidonii* Græci poetæ, quem in ſuis Aſtrologicis ſecutus eſſe fertur Manilius. Legiſſe etiam videtur & in quibusdam verbotenus pæne reddidiſſe *Manethonem*, de cujus Apoteleſmaticis dixi lib. III. Bibl. Græcæ c. 20. Firmicus autem latinus ſcriptor non creditur Manilium oculis uſurpaſſe, quod pluribus ſe argumentis docere poſſe ait Salmaſius p. 587. de annis Climactericis, etſi Scaliger contendit multis in locis ipſiſſima eum verba Manilii exſcripſiſſe. Vide inprimis notas ad librum Poetæ quintum p. 348. & Reineſii Epiſtolas ad Boſium p. 176. ubi non dubitat librum octavum Firmici è quinto Manilii eſſe compilatum, uti alii caput tertium libri primi Firmicum contendunt petiiſſe è Manilii proœmio libri IV. Saltem non per omnia Manilium ſecutum, neque ubi eum ſecutus videri poſſit, in Manilii verba juraſſe, probe obſervat Huetius in notis ad Manil. p. 65: & 68. Et licet multos Græcos laudat Firmicus, innuit tamen excepto Figulo neminem

ſe noſſe

ſe noſſe ex latinis, qui apoteleſmaticem litteris prodiderit. Multo minus autem Firmicum Manilius carmine expreſſit, quod Voſſio Patri aliquando in mentem venit lib. 2. de arte Grammatica c. 26. quoque ipſe retractat libro de Poetis latinis. Nam profecto falluntur, qui Manilium Conſtantini M. ætate tradunt vixiſſe, ut ab eruditis neſcio quibus fieri ſcribit Harduinus ad Plin. vel qui ad Theodoſiana tempora referunt cum Caſpare Gevartio ad Statii Silvas lib. 3. c. 8. p. 186. atque Jacobo Gothofredo notis da veterem expoſitionem mundi p. 25. Paganinoque Gaudentio in diſp. Hetruſco ſermone conſcripta, qua Poetarum à Platone è rep. ejectorum cauſam agit.

IV. Anſa erroris doctiſſimis viris fuit, quod præeunte Gevartio Manilium eundem eſſe conjicerent cum Manlio Theodoro, quem à ſiderali ſcientia celebrat Claudianus. At quæ Manlius iſte de aſtris ſcripta reliquit, non carmine ſed ſoluto ſermone exarata ſunt, ut ex ipſis Claudiani verbis licet colligere, qui in panegyrico Manlii v. 251. ipſius *ſermonis mella politi* præfert blandis Orphei cantibus. Clariſſime autem apparet ex Salmaſii præfatione ad Ampelium, in qua de Manlii libro hæc habet: *Non diſſimile genio quo Ampelius etſi diſſimili argumento ſcriptus Theodori Manlii liber (a) de rerum natura cauſiſque naturalibus, de aſtris & aliis ejuſmodi qui adhuc in Bibliothecis extat manu exaratus & pedeſtri ſermone compoſitus. Is eſt Theodorus Manlius, cujus conſulatum (b) celebravit carmine Claudianus, ut & opus ipſum. Inde occaſionem arripuit vir quidam doctiſſimus tranſcribere illud Manilii ſive Manlius ſit, cujus hodie Aſtronomicon habemus, ut idem ſit Manlius ille Claudiano laudatus. Nos alibi pluribus pugnavimus rationibus & quidem invictiſſimis, non poſſe, cum tot argumenta ſint quibus probari poſſit eum Manilium vixiſſe ſub Auguſto.* Hæc Salmaſius dicta præfatione: quibus adde Huetium ad Manil. p. 84. ſeq. Ruperti Epiſtolas ad Reineſ. pag. 660. ſeq. & Albertum Rubenium in diſſertatione de vita Fl. Manlii Theodori, quam à præſtantiſſimo Bentlejo, qui illam à Nobiliſſ. Eduardo Sherburno curandam acceperat, tranſmiſſam Cl. Grævius non ita pridem Ultrajecti in lucem emiſit p. 27. & Jo. Clericum V. C. T. 2. Bibl. ſelectæ p. 240. Idem Bentlejus in litteris ad J. G. 4. Jul. 1692. *Eſt apud nos* Eduardus Sherburnus *eques auratus, qui librum primum Manilii Anglice vertit, & commentario doctiſſimo auxit.*

Z

(a) Hujus libri editionem quondam molitus fuit vir doctus Phil. Jacobus Mauſſacus.

(b) Bis conſul fuit Manlius ſive Mallius iſte A. C. 399. & 405. Priorem conſulatum Claudianus celebrat.

auxit. Is abhinc annis aliquot apparatum Caſp. Gevartii *ad Manilium ab ejus herede emit Antvverpiæ, mihique non ita pridem, quem novam ejus ſcriptoris editionem parare inaudiverat, ſchedas Gevartianas perlegendi copiam fecit. Comperi autem Virum Clariſſimum omnem operam in eo poſuiſſe, non qui Manilii textum corrigeret, vel illuſtraret, ſed qui infelicem ſuam (mea quidem ſententia) conjecturam de Theodoro Mallio Cos. quem Aſtronomici auctorem eſſe voluit, adverſus Barthios & Salmaſios & Triſtanos* (*a*) *& Poſſinos defenderet: Nihil tamen in medium profert, quod momenti habeat quicquam ad opinionem ſuam ſtabiliendam, præterquam quæ dudum in lucem ediderat in Pampinianis & Variis Lectionibus. Itaque cum toties repetita crambe mihi faſtidium moveret, mirifice tamen recreatus ſum aureolis duabus Epiſtolis, quæ in iſto chartarum faſce latitabant, quæque celeberrimum Grævii nomen ferebant inſcriptum. Illud vero me perculiſſe fateor, quod ad Gevarti* (*b*) *ſententiam de ætate Manilii videris accedere.*

CAPUT XIX.

DE CÆSARE GERMANICO.

Germanici ætas. 1. *Ejus Metaphraſis Arati.* 2. *Editiones & antiquus in illam qui fertur ſcholiaſtes.* 3. *Epigrammata Germanico tributa, & ſcripta deperdita.* 4. *Index Scriptorum à Scholiaſte Germanici laudatorum.* 5.

I. CÆSAR GERMANICUS, Auguſti Imp. Nepos, Druſi F. præter alias virtutes, quæ Imperium (*c*) illi, ni ſæpius recuſaſſet, conciliare potuiſſent, ingenium in utroque eloquentiæ (*d*) genere excellens nactus, veneno periit Antiochiæ, quod

(a) Triſtan. T. 1. Imperator, p. 183. 189.

(b) Alienum ſe à Gevartii ſententia eſſe innuit Grævius in Epiſtola ad Bentlejum vitæ Manilii præmiſſa.

(c) Vide Dionem lib. 57. p. 604. ſeq. & 615. Suetonium in Cajo Caligula c. 3. ſeq.

(d) De Poetica Germanici facultate Ovidius 1. faſtor. v. 13.

Scimus & ad noſtras cum ſe tulit impetus artes
Ingenii currant flumina quanta Tui.
Scilicet & fas eſt. vates rege vatis habenas.

Idem IV. 8. è Ponto v. 67.

Non potes officium vatis contemnere vates,
Judicio pretium res habet iſta Tuo.
Quod niſi Te nomen tantum ad majora vocaſſet,
Gloria Pieridum ſumma futurus eras.

quod licet omnia alia præ ſe ferens Tiberius (*a*) qui ex Auguſti voluntate adoptaverat, juſſit illi præberi à Cn. Piſone Anno U. C. 772. ætatis 35. CHRISTI 19.

II. Extant (*b*.) *Aratea Phænomena* latinis verſibus Hexametris, non infeliciter etſi liberius pauló expreſſa ad Auguſtum Imp, jam ſenem.

Dioſemeion ſive prognoſticorum fragmentum; at quæ non tam ex Arateis petita Dioſemeiis, quam ex aliis Græcis Aſtrologis depromta videntur, & ſingulorum ſiderum in quovis dodecatemorio apoteleſmata exponebant.

Equidem Poemata hæc non Germanici Cæſaris, cui Ovidius ingenioſi vatis laudem tribuit Faſtoſque dicavit, ſed *Domitiani* Imp. eſſe, quem Germanici (*c*) nomen velut à victa gente adſciviſſe conſtat, vix dubitant Gerh. Joh. Voſſius de ſcientiis Mathematicis p. 169. de Poetis latinis p. 48. & Janus Rutgerſius lib. 2. c. 9. Var. Lect. quem liquido hoc oſtendiſſe ait Colomeſius ad Gyraldum p. 271. ac demum Nic. Heinſius ad Val. Flaccum p. 165. Sed non inficiandis argumentis Auguſti nepoti vindicantur à Caſp. Barthio lib. 10. cap. 21. Adverſar.

III Prodierunt Bononiæ A. 1474. quam editionem innuebat idem Barthius cum Bononienſes membranas allegaret lib. 47. c. 18. Inde Venetiis ex Aldi officina, & plus vice ſimplici Baſileæ, & Pariſiis 1559. 4. ap. Guil. Morellum, cum caſtigationibus. Etiam cum Proclo, Leontii ſphæra, Arato ipſo, Metaphraſeos à Cicerone compoſitæ reliquiis, Rufi Feſti Avieni Metaphraſi, & *antiquo* qui vulgo appellatur Germanici *Scholiaſte* (*d*) in Sicilia reperto,

Z 2 quem

(a) Tacitus III. Annal. 14.

(b) Etiam C. Julium Cæſarem Dictatorem præter libros de ortu & occaſu ſiderum Arati poema latino carmine reddidiſſe Autor eſt Julius Firmicus lib. 2. procem & lib. 8. c. 5. Priſcianus & Svidas: Sed forte Germanicum Cæſarem confuderunt cum Julio. Ceterum Metaphraſeos Germanici meminit etiam S. Hieronymus ad T. 1. *In phænomenis Arati legitur quem Cicero in latinum ſermonem tranſtulit, & Germanicus Cæſar, & nuper Avienus & multi, quos enumerare perlongum eſt.* Ante Hieronymum Lactantius V. 5. *Ut Germanicus Cæſar in Arateo loquitur carmine.* Cæſarem in Arato laudat plus ſimplici vice etiam Priſcianus, verſiculos noſtri repetens.

(c) Vide quæ viri docti ad Martial. VIII. 65. ad Svetonii Domitianum cap. 13. Barthium ad Statium tom. 1. p. 352. Silium lib. 3. 607. *At tu tranſcendens Germanice facta tuorum.*

(d) Aldus edidit hoc titulo: *Fragmenta Arati phænomenon per Germanicum in latinum verſa cum commento in Sicilia reperto.* Propric vero hoc quod vocat commentum non eſt commentarius in Arati Metaphraſin, unde H. Grotius illud tanquam alienum in Arateis ſuis prætermiſit: Sed ut Jo. Fellus Oxonienſis Epiſcopus in ſua Eratoſthenis editione pulchre obſervavit, *latina verſio cataſteriſmorum Eratoſthenis*, additis quibuſdam excerptis è *Nigidii Figuli* ſphæra Græcanica, & recentioribus quibuſdam è Plinio, Fulgentio Planciade, & Iſidoro de natura rerum aſſumentis. Perſuaſit ſibi nempe Fellus commen-

quem Aldus & Guil. Morellus ante ediderant, lucem adſpexerunt A. 1589. 8. ex officina Sanct. Andreana. Denique elegantiſſime ſed ſcholiaſte illo antiquo omiſſo in Syntagmate Arateorum, quod Joſ. Scaligeri ductu adornavit notiſque illuſtravit Hugo Grotius tum admodum adoleſcens. Lugd. Bat. 1600. 4. In hac editione præter verſus aliquos hactenus ineditos Dioſemeion ex veteri MSto codice (*a*) literis Romanis capitalibus exarato, quem à Jac. Suſio Grotius acceperat, quique poſtea in Bibliothecam Iſ. Voſſii pervenit, acceſſerunt formis æneis expreſſæ imagines XLIV. ſignorum cœleſtium, etſi toto cœlo eas ſæpius aberrare ipſe, qui vulgandas curavit, Grotius non diffitetur. Has imagines ab inſigni artifice Jacobo de Geynæri luculenter inciſas ſeorſim poſtea luci expoſuiſſe comperi Joh. Janſonium Amſt. 1621. fol. Eaſdem minoribus formis expreſſas in Mythographis ſuis exhibuit, & Poeticon Aſtronomicon Hyginianum exornare juſſit Tho. Munckerus, ibid. 1681. 8. * Germanici Aratea cum integris Hugonis Grotii notis, ſuiſque & variorum animadverſionibus, & una cum Epigrammatis Græcis & Latinis Germanico Druſi F. tributis, carminibuſque ſive fragmentis carminum perpaucis Julii Cæſaris, Auguſti, & Neronis vulgavit vir egregius *Jo. Conradus Julius Schwartz*, (*b*) Coburgi 1715. 8. addita explicatione nummorum, miſcellaneorumque Theologicorum appendice. Non ingratam opinor rem feciſſet eruditis, ſi Germanico veterem etiam quem vocant ſcholiaſtem recenſitum à ſe emendatumque adjunxiſſet. Epigramma in Thracem puerum illuſtrat Angelus Decembrius lib. VI. de politia literaria c. 69. *Scholiaſtes* quem vulgo vocant Germanici, ipſe ille qui Metaphraſin

mentarium iſtum (quicquid Scaliger aliique viri docti aliter ſenſerint) Germanici ipſius eſſe (quod & Politiano c. 38. Miſc. & Barthio pridem viſum) ab eoque non Aratum modo, ſed & Eratoſthenem tranſlatum eſſe latine. Neque hanc ſententiam tantum conjecturis niti, quod in veteri MS. exemplari, quod olim in Sicilia traditur repertum, nec non altero veteri exemplo Collegii Etonenſis Regii utrique ſimul compareant, aut quod reſtrictior ſtellarum in ſingulis aſteriſmis numerus ævum proferetur ſaltem Claudio Ptolemæo antiquius: ſed Lactantium Firmianum hoc ſtatuere affirmato lib. I. cap. XI. ubi Cæſaris Aratum laudans illa ipſa refert verba, quæ in commentario iſto pariter & in Græco Eratoſthene reperiuntur. M. Antonio Delrioni auctor commentarii præſentis, vocatur *Calpurnius Baſſus*, aliis *Caſius Baſſus* incerta plane conjectura. Thomas Munckerus in diſſertatione de auctore Mythologiæ, quæ ſub Hygini nomine ambulat, refert ſe in pervetuſtis Puteaneæ Bibliothecæ membranis Arateorum Germanici ſcholiaſten deprehendiſſe latinum ab edito ſatis diverſum, ſed cum jam deſcribendum eum ſibi propoſuiſſet, deprehendiſſe paulò poſt, eſſe Græca in Aratum ſcholia latinitate donata. Idem Vir Clariſſ. loca complura ſcholiaſtæ quem vocant Germanici ſanavit non infeliciter in notis ad Mythographos latinos. Indicem auctorum in hoc commentario allegatorum dedi in Bibliotheca Græca lib. III. cap. 18.

(a) Mentio hujus Codicis ap. Joſeph. Scaligerum Epiſt. 29.

(b) Acta Erudit. 1715. pag. 397. Journal des Savans 1717. Auguſt p. 223.

ſin Arati condidit, Germanicus eſt, ſi Barthio credimus T. I. ad Statium pag. 465. & ad Claudianum pag. 123. ubi eum in Grotii Arato prætermiſſum dolet. Aliud videtur Hadriano Junio, quem vide lib. VI. cap. 20. animadverſionum. Sane Barthius ipſe alibi obſervavit verſus, qui ſine nomine p. 143. à ſcholiaſte Germanici afferuntur, eſſe Prudentii, tot ſæculis Germanico junioris. Nonnulla etiam cum iis, quæ ſcholiaſtes Germanici habet pag. 141. 143. eadem leguntur in mythologicis Fulgentii ut lib. 1. pag 780. & lib. 2. p. 822. nec non apud Plinium XVIII. 26. Fulvius Urſinus p. 114. Virgilii cum Græcis ſcriptoribus collati, ſcriptorem commentarii illius *Calpurnium Baſſum* vocat. Nonnulla ejus loca tentat aut illuſtrat Meurſius Critici Arnobiani IV. 3.

IV. *Epigrammata* quædam ſub Germanici nomine occurrunt in appendice Virgilii & inter Poemata vetera collecta à P. Pithœo, ut Græca in præſenti prætercam, quæ leguntur in Anthologia Epigrammatum Græcorum. Oravit cauſas Germanicus, etiam triumphalis, atque inter cætera ſtudiorum monumenta reliquerat, & Comœdias Græcas teſte Sveton. Calig. c. III. Sed horum omnium nihil quicquam ad nos pervenit.

INDEX SCRIPTORUM

à SCHOLIASTE GERMANICI laudatorum ad paginas edit. Guil. Morelli Pariſ. 1559. 8.

ÆSchylus. 123.
Agatoſthenes in Aſiaticis carminibus 106. lege Aglaoſthenes.
Aglaoſthenes 127.
Amphianus tragœdiarum ſcriptor 130.
Amphis Comicus 106. 143.
Anaximander 145.
Antiſthenes 136.
Aratus 103. 109. 112. 119. 123. 133. 143.
Archibius ad Antiochum Syriæ Regem 147.
Ariſtomachus 129.
Ariſtoteles de animalibus 131. libro qui de beſtiis ſcribitur 136.
Artemidorus 128.
Cæſar. 143. 144. 145.
Callimachus accuſat eum (lege Orpheum) quod cum Dianæ ſcriberet laudes, eam leporino ſanguine gaudere & eos venari dixit. 131.
Crates Comicus 103.
Crates Tragœdiarum ſcriptor 124.
Crates ſchol. Arati 104.
Creticorum actor. (a) 107.
Diodorus 104.
Epimenides 125.
Eratoſthenes 116.

 Eu-

(a) Epimenedis. Confer indicem in ſcholiaſtas Arati quem dedi lib. 3. Bibl. Græcæ capite 18.

Euctemon 145.
Eripides de Cepheo, Andromeda, Melanippe 117. 118. 119.
Heſiodus 109. 112. 120. 128. 133. 145.
Homerus 103. 104 110.
Iſidorus in naturalibus ſive Phyſicis. 135
Mnaſeas primo libro de Europa. 143.
Muſæus 115. 116. 123.
Myrtilus 116.
Nigidius 109. 112. 114. 116. 120. 121. 125. 127. 129. 141. 143.
Numa Rubigalia inſtituit. 146.
Ovidius 109.
Panyaſis 107. 113.
Periandrus Rhodius 114.
Pherecydes 107, 120. 133. Athenæus 116. 123.
Philiſcus 113.
Philon Comicus 104. fortaſſe Philemon.
Philoſophi 104.
Prudentii verſus ſunt (I. in Symmachum 365.) quæ pag. 143. ſine nomine auctoris citantur: luna *de qua quidam:* Denique cum luna eſt ſubluſtri ſplendet amictu &c.
Sibyllæ oracula 146.
Sophocles carminum vates: 118.
Sophron 103.
Soſitheus tragœdiarum ſcriptor 127.
Stoici 104.
Syri piſces non edunt. 121. *argenteos in templo conſecraverunt*. 134.
Thales 145.
Tubero 143.
Varro 141. 146. 147.
Virgilius 141. 142.
Zenodotus Ætolus 104.

LIBER

LIBER II.

De Scriptoribus Argenteæ ætatis ab Imperii Tiberiani temporibus ad ætatem uſque Antoninorum.

CAPUT I.

DE C. JULIO HYGINO.

Hygini ætas. 1. *Scripta deperdita.* 2. *Tributus ei fabularum liber* 3. *Poeticon Aſtronomicum.* 4. *Obiter de Fulgentii Planciadis Mythologico & libello de Priſco ſermone, ibid. Hyginus Gromaticus.* 5. * *Index Scriptorum ab Hygino laudatorum.* 6. *Fulgentii Mythologicon.* 7. *Albricus de Origine Deorum.* 8.

I. C. JULIUS (*a*) HYGINUS Hiſpanus (ſive Alexandrinus potius) Auguſti Imp. Libertus & Ovidii Poetæ familiaris, Polyhiſtorem (*b*) & Grammaticum Græcum Cornelium Alexandrum reddere Latinis conatus, præfectus fuit Palatinæ Bibliothecæ, atque plurima ſcripſit. * Laudat Hyginum cum Arato, Marciano Hiſpano, Julio Firmico & Ptolemæo Honorius Auguſtodunenſis lib. 2. cap. 5. de Philoſophia Mundi.

II. Genuina illius Hygini ſcripta, quæ veteribus memorantur, ad unum omnia periere, qualia (*c*) ſunt: *De ſitu urbium Italicarum*, Servius in 3. & 7. Æneid. *Liber ſecundus urbium*, Macrob. V. 18. Reſpicit & Hyginum laudans lib. 1. c. 7. item Plinius lib. 4. Hiſt. Nat.

(a) Equidem hoc quod è Svetonio c. 20. de Grammaticis poſui pronomen Caji Julii tam in MSS. libris fabularum quam Poetici Aſtronomici non occurrit, teſte Jac. Micyllo & Guil. Morello: Unde Scheferus colligit ea eſſe alterius & Junioris Hygini, qui ſcripſerit ætatem circiter Antoninorum. * De Hygino qui poſt captam Anno U. C. 707. Alexandriam à Julio Cæſare Romam dicitur advectus fuiſſe, videndus inprimis Nic. Antonius Bibl. veteris Hiſpanæ libro & capite primo.

(b) Polyhiſtores dicti præter Hyginum Cornelius Alexander Grammaticus atque Apion Alexandrinus. Etiam Solinus Collectanea ſua Polyhiſtorem inſcripſit, & noſtra ætate eruditum ſuum de notitia librorum opus (cujus poſterior pars poſtuma hoc ipſo anno 1708. vidit lucem) Dan. Georgius Morhofius.

(c) Notata ſunt Hygini ſcripta deperdita ab Elia Vineto ad Sveton. c. 20. de Grammat. Voſſio lib. 1. de Hiſt. latin. c. 20. & Harduino in elencho auctorum à Plinio majore llegatorum.

Liber ſecundus de agricultura, Chariſius 1. Gram. p. 115. licet Columellæ codices quidam pro Julio Hygino habent Græcinum lib. 1. cap. 2. Sed Hygini nomen recurrit lib. 9. c. 2. & 13. ubi de apibus eum diligenter ſcripſiſſe Columella ſignificat. *De arte militari*, Sariſber. VI. Policratici c. 19. *De proprietatibus Deorum*, Macrob. III. 8. *De Diis Penatibus* liber. Macrob. III. 4. *Libri de vita rebuſque illuſtrium virorum*, quorum *ſextus* laudatur à Gellio lib. 1. c. 14. & Jo. Sariſberienſis V. 7. policratici: Ex hoc opere videntur quæ de Africano habet idem lib. VII. c. 1. * Laudantur etiam ab Aſconio Pediano in Piſonianam, & S. Hieronymo præf. libri de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Eoſdem, an *exemplorum* librum idem in Chron. Euſeb. *quod & in libro Hygini hiſtoriæ ſingulæ conſcriptæ declarant. Exempla* Gellius X. 18. *Commentarii in Virgilium*. Servius & Gell. Neque aliud fortaſſe opus è quo Gellius XVI. 6. illa de bidentibus refert ex Hygino Julio *in quarto librorum quos de Virgilio fecit*. Intelligo enim quartum ſive ut in Macrobii codicibus VI. 9. legitur quintum commentariorum in Virgilii librum. Ita ſæpe in Græcis ſcriptoribus τὰ περὶ Ὁμήρου τὰ περὶ Ὀδυσσείας, τὰ περὶ Ἀλκαίου notant commentaria in illos poetas, ut alibi notavi. *Cinnæ Propempticon*, Chariſius 1. Grammat. p. 108. ſeq. *De familiis Trojanis* Serv. ad V. Æneid.

III. Exſtant ſub Hygini nomine ſtylo humili & plebejo ſermone deſcripta ac vix cuiquam antiquorum laudata: *Liber fabularum* 277. quibus præmiſſæ *genealogiæ* breves *Mythicæ* ad Heſiodi Theogonia & Apollodoro paſſim diſſidentes. Hinc *Genealogiarum* titulum libro præfixum in MS. Friſingenſi reperit Micyllus. Etiam auctor ipſe ſcripſiſſe ſe Genealogias teſtatur lib. 2. Poët. Aſtronom. c. 12. de Perſeo. *Græcæ fuerunt Gorgonum cuſtodes, de quo in primo libro Genealogiarum ſcripſimus*. Opuſculum hoc ipſum ad Poetas & totam veterem Mythologiam intelligendam haud inutile, videtur longe plenius olim fuiſſe & ab auctore diviſum in duos libros (a) ſed ad nos mutilum turbatumque pervenit. Plura quam nos hodie

(a) Epitomen nos tantum habere putabat Barthius, confectam à neſcio quo *Aviano* vel *Ammiano*, cujus nomen reperit in MS. Idem viſum Gerh. Jo. Voſſio lib. III de vitiis ſermonis c. 12. & viro Cl. Thomæ Galeo in diſſ. de ſcriptoribus Mythologicis p. 40. ubi ait Grammaticum quendam in MS. penes II. Voſſium teſtari ſe eam feciſſe Maximo & Apro Coss. Reineſius affirmat centonem eſſe è variis auctoribus conſtipatum l. 3. Var. lect. cap. 2. p. 373. & c. 8. p. 480. *Thom. Munkerus* in diſſ. de autore Mythol. Hyginianæ, cui etiam *Petri Scriverii* de Hyginis commentatiunculam inſeruit, ſuſpicatur à terrigena quodam Aviano tempore prope modum rei Romanæ jam emorientis, undique ex Servio, Scholiaſte Germanici aliiſque veteribus Scholiaſtis, & mythologis confarcinatam. Lib. 4. Poetici Aſtronomici c. 13. adducuntur verſus petiti ex Prudentii lib. 2. contra Symmachum. Sed utique verſus illi adjecti videntur ab aliena manu, nec in prioribus exſtant editio-

die in illo pridem legiſſe ſe innuit S. Paulinus, cujus hæc ſunt Poem. ult. adverſus gentes v. 131.

Iſta quidem mulier (Veſta) ſicut commendat Hyginus
Stamine primo nova veſtem contexuit olim
Nomine de proprio dictam quam tradidit ipſa
Vulcano, qui tunc illi monſtrarat opertos
Cuſtodire focos. Hic rurſum munere lætus
Obtulit banc ſoli per quem deprenderat ante
Martis adulterium. Hunc omnis credula turba
Suſpendunt Soli per Vulcanalia veſtes.

Fabulas Hygini primus edidit *Jacobus Mycillus* Baſil. 1535. fol. præmiſſis (*a*) Poetico Aſtronomico. Separatim quoque prodierunt Lugd. Bat. & Amſtelodami apud Gaasbekios 1670. 12. cum emendationibus notiſque ex Caſp. Barthii Adverſariorum opere collectis. * *Fabulæ* Hygini recenſitæ ab Hieron. Commelino prodierunt una cum Fulgentii Mythologicis, & Allegoria Virgilii, Albrico, atque Firmici libello de errore profanarum religionum, Heibelberg. 1599. 8. *Si credere famæ licet*, inquit Tho. Munckerus, *emendaverat jam olim Hygini fabulas ex veteribus libris, & Hamburgum uti ibi publicarentur miſerat Jo. Pricæus*. Fabulis Hygini, *genealogiarum* titulum in quibuſdam Codicibus præfixum non mirabitur qui primum caput leget, licet longe plura in cæteris ſint opido à genealogiarum argumento aliena. Multa Hyginum ad verbum pæne, ordine in multis præpoſtero tranſtuliſſe ex *Apollodoro* Græco ſcriptore, neque nominaſſe, obſervat Scipio Tertius commentario de Apollodoris, idque voluit patefacere in prægrandi volumine, quo ſcripſit de his, quæ Latini de Græcis Scriptoribus patefecerunt.

IV. *Poeticon Aſtronomicum*, ſive ut mavult Scheferus, *Poetica Aſtro-*

tionibus. Scaliger ad Euſeb. p. 10. non invitum ſe concedere ait hunc mythologum converſum fuiſſe ex Græco, quod ita verum eſſe poteſt, ut ex Græcis auctoribus ſua hauſerit. Quam in ſententiam Munkerus quoque, *ut credamus*, inquit, *bonam partem harum fabularum ex Hygino eſſe deſumtam, negari tamen non poteſt, cum non pauca illis eſſe aliunde adſuta, tum nonnulla ab homine Græce non valde docto in latinum ſermonem verſa.* Poeticon Aſtronomicum ex Eratoſthene & antiquioribus concinnatum eſſe notat idem Scaliger ad Manilii lib. 1. p. 34. Sane Eratoſthenis Cataſteriſmos fere integros libro ſuo inſeruiſſe collatio oſtendit & notavit præſtantiſſimus Oxonienſis Epiſcopus in ſua ad illos præfatione, etſi Salmaſius lib. de annis Climactericis p. 594. exiſtimavit ab Hygino tranſcriptam Sphæram Græcanicam Nigidii Figuli.

(a) In eodem volumine quod iterum Baſil. ex officina Hervagiana prodiit A. 1549. fol. junctim excuſa ſunt Palæphatus & Phornutus latine, Fulgentii Mythol. & de vocibus antiquis, Albricuſque, tum Aratus & Procli Sphæra græce & latine, & Metaphraſis Latina Arati Germanico auctore.

Aſtronomica ad M. Fabium (*a*) *Libris IV.* (* prout in recentioribus Codicibus diſtinguitur) quorum (1.) de mundi ac ſphæræ ac utriuſque partium declaratione (2.) de ſignorum cœleſtium hiſtoriis (3.) de deſcriptionibus formarum cœleſtium (4.) de quinque circulorum inter corpora cœleſtia notatione & planetis. Prodiit primum Venetiis An. 1482. & 1485. curante Erhardo Ratholt Germano, deinde ibidem apud Aldum Anno 1497. poſtea Coloniæ Agripp. 1535. emendante ad Codices MSS Sotere, & eodem anno Baſileæ cura Micylli, qui præter fabulas Hygini etiam annotatiunculas quaſdam in ora libri adjecit. Ratholti editionem ſecuta eſt illa Ludovici Vivis Pariſ. 1536. Micyllianam Jacobus Parantius ibid. 1578. Joannes de Gabiano, Lugd. 1608. & Joannes Scheferus qui notas & indices addidit Hamb. 1674. 8. Soteris ἔκδοσιν expreſſit in pleriſque Guil. Morellus Pariſ. 1559. Morellum Commelinus ex officina Sanctandrena Anno 1589. 8. & Thomas Munckerus, qui præterea uſus excerptis quinque Codicum MSS. (*b*) & cum Hygino diligenter contulit quicquid è Scholiaſtis veteribus, Mythologis, Poetis, aliiſque ſcriptis ad eum caſtigandum illuſtrandumque facere poteſt. Editionum itaque præſtantiſſima eſt, quæ Mythographis Latinis à Thoma Munckero illuſtratis præfixa, prodiit una cum *Fabii Planciadii Fulgentii* (*c*) Mythologiis, in tres libros diſtinctis, & *Cato* preſbytero

(a) *M. Fabium Quintilianum* Volaterrano: Equidem negat Scheferus, quia nullam Eloquentiæ laudem diſerte tribuit Hyginus huic Fabio. At equidem, ni tempus repugnet, dubito utrum tanti momenti ſit hoc argumentum. * Quin ait Hyginus ex ſcriptis hujus Fabii perſpici poſſe, quod Grammaticus non verſuum moderatione tantum, ſed hiſtoriarum quoque varietate præſtare debet. Id quod traditum à Quintiliano VIII. 1. Inſtit. ut pulchre obſervavit Nicolaus Antonius. Ad hoc opus reſpiciens Joannes Sarisberienſis Hyginum laudat II. 18. Policratici, & Iſidorus de natura rerum c. 17. 19. & 47. ante hos Marcianus Capella.

(b) * Aſtronomici Hyginiani Editionem molitus fuerat Janus Ulitius, ut ex Saravii Epiſtolis p. 95. apparet, & hujus Ulitii collatione quatuor Cod. MSS. cum Editione Parrantii Munckerus in expoliendo Hygino uſus eſt.

(c) *Mythologicon Fulgentii* lucem primum adſpexit Mediolani An. 1487. cum commentariis Jo. Baptiſtæ Pii, ſed quos levioris momenti eſſe Munckerus affirmat. Tum Auguſtæ Vindel. cum Jacobi Locheri commentariis Anno 1521. Hinc Baſileæ apud Hervag. 1535. 1549. cum Hygino & aliis & annotatiunculis Micylli. Prodiit etiam An. 1536. & 1566. 8. ibid. ex officina H. Petri cum Fulgentii Epiſcopi operibus, quæ recuſa ſunt A. 1587. ibid. apud Sebaſt. Petrum filium cura Henrici Juſti. Micyllianam editionem fere ſecuta Pariſienſis eſt A. 1578. & Lugdunenſis A. 1608. Imprimis vero laudata eſt Commeliniana A. 1589. 8. cum Hygino aliiſque duobus Fulgentii opuſculis & libello Albrici. Hujus præcipue veſtigiis inſtitit Munckerus, uſus præterea duobus MSS. Leidenſis Bibl. Idem in prolegomenis exhibet ſuppoſititiam *Fulgentii Mythologicon præfationem*, quam Jacobus Faber Daventrienſis in veteri MS. reperit, & ex Fabri idiographo, quod exſtat Lovanii in Bibl. Auguſtinenſium, edidit Jacobus Revius in Hiſtoria Daventriæ p. 141. Editionem Fulgentii Munckerianam nimis ut ſolet acerbe perſtringit Jac. Gronovius ad fragmentum Stephani Byz. de Dodone p. 33. ſeq.

bytero Carthaginienſi inſcriptis, libello de continentia Virgiliana (*a*) ad Chalcidium Grammaticum, & altero (ad eundem) de priſco (*b*) ſermone: *Lactantii Placidi* argumentis (*c*) Metamorphoſeon Naſonianarum, & *Albrici* (*d*) Philoſophi commentariolo de imaginibus Deorum Amſt. 1681. 8. 2. Volum. Johannes quoque Scheferus utrumque Hygini ſcriptum cum ſuis commentariis & præclaris indicibus, ac Thomæ MuncKeri notis atque emendationibus in Mythologiam, ſed quas ipſe deinde auctor nimium feſtinatas confeſſus eſt, edidit Hamburgi 1674. 8. In MuncKeri editione Poeticon Aſtronomicum imaginibus æri inciſis eſt exornatum, quas ex Grotii Arateis editor depromſerat, uti Soter in ſuo Hygino illas exhibuit, & Micyllus deinde ac Commelinus ſervavit ex Ptolemaica διαγραφῇ. Equidem hoc genus ornamenti omiſiſſe ſeait Scheferus, quod ſciret illas, quæ in antiquis editt. occurrunt, nec veteres eſſe, nec aſteriſmos rectè exhibere diſpoſitos, quod idem etiam de Grotianis paulo ante in Germanico obſervare memini. * Scripta Hygini, quæ exſtant, prodiere etiam Baſil. ex Officina Epiſcopii 1570. fol. una cum Palephato, & aliis.

V. *Liber Gromaticus* ſive *de limitibus conſtituendis*, qui ſub Hygini nomine exſtat, ſed junior eſt, & Trajan. Imp. meminit, commemorabitur nobis infra libro IV. inter ſcriptores Agrimenſorios.

VI. In-

(a) De hoc dixi ſupra lib. I. c. 12.

(b) Hunc librum cum Fulgentii Mythologico ediderant Pius, Micyllus & Commelinus: cum Nonio Macello Hadr. Junius nimium ſibi quandoque licere ratus Anno 1565. 8. Juniumque ſecuti Pariſienſes A. 1585. 8. ac denique Joſias Mercerus ibid. 1614. 8. Præterea cum Iſidori Hiſp. Originibus Bonaventura Vulcanius A. 1575. fol. optimo codice uſus, & in Auctoribus latinæ linguæ Dionyſius Gothofredus Genev. 1602. 1622. 4. Ceterum neſcio, an fidem apud cordatos lectores inventurus ſit, præſidens Munckeri ſuſpicio, qua conjicit *Fulgentium in hoc libello licere ſibi arbitratum ut auctoritatem advocaret complurium ſcriptorum qui nunquam videntur exſtitiſſe, certe aliis incomperti ſunt, quod ejus ætate magna ſui parte non à Gothis tantum, ſed ab ipſis Chriſtianis prepoſtero religionis Zelo ſpoliatæ eſſent Bibliothecæ.* Rectius notarunt viri docti Fulgentium, quando Græcos ſcriptores allegat, uſum veteribus latinis Græcorum illorum auctorum verſionibus.

(c) De his dictum ſupra lib. I. c. 15.

(d) *Albricus* ſive *Alfricus* Londinenſis floruit circa A. CHRISTI 1217. & librum iſtum de imaginibus Deorum ſive *Poetriam* ut vocat Bradvvardinus in cauſa Dei contra Pelagium p. 157. fere collegit ex Fulgentio. *Poetarium* vocatur in Cod. MS. Regio Pariſ. de quo Labbeus Bibl. nova MS. p. 272. Non integrum autem ediderant Micyllus & Commelinus, quali in ædibus Voſſianis uſum fuiſſe ſe teſtatur Cornelius Tollius ad Palæphatum p. 165. Sed nec Munckerus integrum dare potuit, quoniam Voſſius ea de re appellatus reſpondit ſe vel donaſſe Tollio vel certe commodaſſe, nec poſtea cum diem ſuum obiiſſet Tollius reſciſſe quid eo libro factum ſit, & hæredes quoque Tollii negarunt in ſupellectile ejus libraria ullum à ſe Albricum inventum. Idem Tollius p. 242. ex eadem If. Voſſii Bibl. meminit mythologi antiqui inediti Albrico Boccatioque longe antiquioris, qui ex eo multa deſumſerint, etſi recentioris Servio & Fulgentio, à quo ipſe viciſſim non pauca fuerit mutuatus.

VI. Indicem ſcriptorum ab Hygino & interpretibus Græci Poetæ Arati laudatorum junctim dedi lib. 3. Bibliothecæ Græcæ cap. 18. Sed placet à ſolo Hygino memoratos hic referre ſeparatim:

INDEX SCRIPTORUM

ab HYGINO laudatorum ad paginas editionis Munckerianæ.

p. 343. Poeticon Aſtronomicon (a) *liber incipit.*

Æſchylus p. 376. 384. 411. in Phorcyſin 376. Prometheo ſoluto 371.
Aglaoſthenes. 358. 387.
Alexander (Ætolus) 395.
Amphis Comicus 356.
Anacreontis verſus. 370.
Aratus. 359. 370. 389. 401. 431. 449. 461. 465. 466.
Qui Argolica conſcripſerunt. 367.
Ariethus (Α'ἐαῖθος aliis Α'ραῖθος) Tegeates, hiſtoriarum ſcriptor 358. 370.
Ariſtomachus 407.
Aſclepiades (Myrleanus) 395.
Auctor verſuum quibus dicta ſeptem Sapientum comprehenduntur 278.
Callimachus. 390. 400. 406. 408.
Cicero 467. in Phænomenis. 49.
Cleoſtratus Tenedius. 379.
Conon Samius. 400.
Qui Cretica conſcripſit. 367. infra in Epimenide.
Diogenes Erythræus. 405. male al. *Diogenetes*.
Ennius 24.
Epimenides 248. 367.
Eratoſthenes. 361. 363. (ubi ejus verſus) 369. 371. bis. 377. 382. 386. 392. 400. 403. 415. 417. 424.
Eubulus. 404.
Evhemerus. 377. 379. 417.
Eumelus Corinthius. 256.
Euripides 20. 24. 374. 375. 376. 377. 394. in Andromeda 374. 376. Menalippa 390.
Hegeſianax 370. 381. 404. (phænomenon ſcriptor.)
Hegeſias 415.
Heraclides Ponticus 415.
Hermippus de ſideribus. 366. 399.
Herodotus Mileſius 360.
Heſiodus 356. 391. 401. 407.
Homerus 256. 360. 366. 397. 411. Iliad. B. 378. Odyſſea 467.
Iſter 409. 403.
Leo qui de rebus Ægyptiacis ſcripſit. 304.
Muſæus 379.
Orphei *lyra*. 372. carmen quo Deorum progeniem apud inferos laudavit. 371.
Ovidius 256.
Panyaſis 369.
Parmeniſcus. 360. 378.
Petellides Gnoſſius, Hiſtoriarum ſcriptor. 366.
Pherecydes 361. 391. 395.

Phi-

(a) Præter ſcriptorem ſphæræ, obſcurius ab Arato dicta planius ſe proſecutum profitetur Hyginus pag. 346.

Philarchus 413.
Pindarus 408. 411.
Piſander 390.
Polyzelus Rhodins 381.
Sophocles 375.
Soſitheus 402.
Thales primus de rebus Aſtrologicis diſquiſivit & primus arcton appellavit, natione Phœnix. 360.
Thamyris à Muſis excæcatus. 370.
Theſeus eruditus omni genere artium. 370.

VII. In libros tres *Mythologicon Fulgentii*, commentarium Joannis Guallenſis memorat Joannes Lelandus pag. 307. de Scriptoribus Britannicis. Chriſtianum eſſe ſcriptorem illum Fulgentium, haud dubium eſt: num autem Ruſpenſi tribuendi ſint hi libri, recte jam olim dubitavit Sigebertus. Itaque Bollandus in Actis Sanctor. 14. Januar. T. I. p. 972. mavult illos tribuere Fulgentio Aſtigitano & Neocarthaginenſi Epiſcopo, qui ſæculo VII. claruit. Verum & illud parum veriſimile videtur Nic. Antonio, quem vide ſis IV. 1. Bibl. veteris Hiſpanæ pag. 237. ſeq. In Codice Gottorpienſi 600. annorum, cujus lectiones à Gudio editioni Baſileenſi Henrici Petri 1543. 8. adſcriptas poſſideo, hic præfigitur titulus: *Fabii Planciadis Fulgentii V. C. Mythologiarum Fabularum lib. incip. primus*. Planciadi tribuit etiam Joannes Wovverus, cujus manu emendatos, & illuſtratos à capite ad calcem hoſce libros itidem nactus ſum ex auctione Gudiana.

THO. MUNCKERI Index Scriptorum à FULGENTIO laudatorum

ad paginas editionis Mythographorum Latinor. Amſt. 1608. 8.

continentia Virgil. pag. 137. & de priſco ſermone p. 167. incipit.

Anacreon antiquiſſimus auctor. 57.
Anaximander. 45.
Anaximenes qui de picturis diſſeruit. 107.
Antidamas in moralibus 182.
Antidamas Heracleopolites in Hiſtoria Alexandri Macedonis 168.
Antiphon. 45.
Aphricanus Jatroſophiſtes. 122.
Apollophanes in Epico carmine. 35.
Apulejus in libris Metamorphoſeon. 113. 179.
-- In Aſino aureo. 175. 180.
-- In libro de Republica. 180.
Ariſtophontes Athenæus in libris, qui Dyſareſtia nuncupantur. 116.
Ariſtoxenus in Lindoſecemiarum libro 81.
Artemon. 46.
Battiades. 132.
-- In Paredris. 142. *Bacis* dicitur pag. 169. Et videtur ita

etiam

etiam locis duobus prioribus ſcribendum.
Beatinius augur. 96.
Bebius Macer. 171.
Callimachus in Cæcia. 180.
Callimorphus in Piſæis. 180.
Calphurnius in Phroneſi comœdia. 177.
Campeſter in Catabolicis. 142.
Carneades in Teleſiaco libro 145.
Chryſippus de Fato 28. *Fortaſſe is liber eſt quem περὶ 3εόπτος ab eo ſcriptum laudat Antimachus in præfatione in Sibyllas*. ita Munckerus.
Cincius Alimentus in Hiſtoria de Gorgia Leontino. 172.
Cornelius Tacitus in libro Facetiarum. 183.
Criſpinus in Heraclea. 178.
Dardanus in Dinameris. 142.
David Propheta. 66. 146.
Democritus in Phyſiologumenon. 120.
Demoſthenes pro Philippo. 174.
Dionyſius in Græcis articulationibus. 154.
Diophantus Lacedæmonum auctor. 28.
Diophantus Lacedæmonius de Sacris Deorum. 170.
Dromocrides in Theogonia. 96.
Ennius in Alceſtide comœdia. 175.
Epicharmus Comicus 104. 111.
-- In Diphilo comœdia. 48.
Euxemenes (*a*) in libro 3εολογεμένω τ. 47.
Euripides in Tragœdia Electræ 112.
-- In Tragœdia Iphigeniæ 149.
Felix Capella in Nuptiis Mercurii & Philologiæ 181.
Feneſtella 183.
-- In Archaicis 106. al. *Martialis*.
Flaccus Tibullus (*b*) in Helenæ comœdia. 177.
Fontejus in oratione pro Nucerinis. 169.
Fulgentii liber Phyſiologicus de medicinalibus cauſis, & de ſeptenario ac novenario numero 149.
Gabius Baſſus. 179.
Hellanicus in Dios Polytychia; 36.
Heraclius. 36.
Hermes Triſmegiſtus. 127.
-- In Pimandro libro. 48.
Heſiodus in Bucolico carmine. 102.
Homerus 41. 103. 107. 111. 120. 146. 148. 164.
Juba in Phyſiologis. 72.
Juvenalis 81.
Labeo, interpres Tagetis & Bacidis. 169.
Livius poeta. 59.
Lucanus 59. 183.
Lucilius. 177.
Lucretius comicus. 184. leg. Lucilius.
Manilius de Deorum Hymnis. 172.
Marcus Cornutus in Satyra. 175.
Memor in Tragœdia Herculis 177.
Menander in diſexapaton comœdia. 102.

(a) Voſſ. *Echemenes*; (b) *Statius Cæcilius in Mel.* Godofr.

Mintanor Muſicus κρεματεποιῶν libro. 32.
Mnaſeas. 168.
Nævius in Philemporo comœdia. 176.
-- In Diobolaria. 180.
Nicagoras in Diſthemiſtea libro. 80.
Numa de Pontificalibus. 174.
Orpheus in Theogonia 126.
Ovidius In metamorphoſeon. 83.
Pacuvius 179. In Pſeudone comœdia 173.
-- In Tragędia Thyeſtis. 183.
Pammachius. 178.
Petronius Arbiter. 32. 80. 124. 126. 180. 181. 182. 183.
-- In Euſtion. 156. Barthius leg. *in Satyrico*.
Philocorus. 45.
Plato 147.
-- In Moralibus. 76.
Plautus. 178. 180. 182.
-- In Trinummo. 68.
-- In Ciſtellaria. 162.
-- In Bacchide. 178. 179.
-- In Aſinaria. 177.
-- In Curculione. *ibid.*
-- In Mercatoris comędia. 173.
-- In Caciſto. 174.
-- In Caſina. 175. 182.
-- In Milite glorioſo. 181.
-- In Vidularia. 182.
Porphyrius in Epigrammatis. 72. 158.
Propertius. 176. 179.
Quintus Fabius Lucullus in Epico carmine. 178.
Rabirius in Satyra. 183.
Rutilius Geminus in Aſtyanactis Tragœdia. 171.
-- In libris Pontificalibus. 172.
Salomon. 69.
Salluſtius. 147.
Serapion Aſcalonites. 46.
Soſicles Atticus in libro Theologumenon. 111.
Soſicrates Cizicenus in libris Hiſtoriæ 87.
Steſimbrotus Thraſius de morte Polycratis. 168.
Sutrius Comœdiarum ſcriptor. 124.
Succius in Comœdia Piſcatoria. 181.
Tages in Aruſpicinis. 182.
Terentius. 18. 70. 86.
Tertullianus de Fato. 174.
Thales Mileſius. 89.
Theocritus Antiquitatum hiſtoriographus. 59.
Theophilus Philoſophus. 96.
Theophraſtus in Moralibus 69.
Theopompus in Cypriaco carmine. 36.
Tiberianus. 62. 183.
-- In Prometheo. 120.
-- In Libro de Socrate. 154.
Varro 170.
-- In Myſticorum libro. 172.
-- In Pontificalibus. 173.
Varro in Corollaria. 180.
Virgilius 8. 90. 105. 173. 178.
-- In Georgicis & Bucolicis. 104.
-- In Sexto Æneid. 128.
Zenophanes Heracleopolites. 47.

VIII. *Albricum* urbis Londinenſis alumnum temporibus Joannis & Henrici III. Regum Angliæ celebrem (Henricus III. Joanni A. C. 1216. ſucceſſit) laudat, & librum ejus de origine Deorum vidiſ-

ſe

ſe ſe teſtatur Jo. Lelandus pag. 301. de Scriptoribus Britannicis. Alius itaque Albricus Remenſis, quem citat Jo. Saresberienſis lib. 1. Metalogici cap. 5. & quo præceptore uſum ſe fuiſſe refert. 11. 10. qui ſcripſit non diu poſt A. 1159.

CAPUT II.

DE M. VELLEJO PATERCULO.

Vellejí ætas & libri duo Hiſtoriarum. 1. *Editiones* . 2. *Fragmentum ei tributum de victoria Svevorum à Romanis reportata* 3. *Franciſci Aſulani ſententia libros duos Hiſtoriarum habentis pro ſuppoſititiis* . 4.

I. P. (*a*) VELLEJUS PATERCULUS ex equeſtri familia Romanus, variis muneribus functus, denique cum fratre ſuo à Tiberio Imperium auſpicato factus prætor, annoque 17. ejus Imperii, Urbis 783. qui erat CHRISTI 30. condidit ſuccinctam *Hiſtoriam* inſcriptam (*b*) M. Vinicio Cos. *libris II.* qui extant, ſed ita, ut *prioris* partem majorem deſideremus, quæ in perſtringendis breviter variarum gentium ante Romam conditam rebus verſata fuiſſe videtur. Liber *poſterior*, hiſtoriam Romanam ab Urbis Origine libro priore cœptam perſequitur ad exceſſum Liviæ Auguſti conjugis matrisque Tiberii. Anno poſt, ut præſtantiſſimo Dodvvello viſum, quinquagenarius cæſus eſt à Tiberio ob amicitiam Sejani: itaque quod toties promittit *juſtum opus* ſive *juſta* Hiſtoriæ *volumina II.* 48. 99. 103. 114. 115. nunquam fortaſſis à Vellejo elaboratum, certe lectum (quod conſtet) memini fuit. * Vellejum capite & calce, in medio vero (lib. 1. cap. 8.) ſexcentorum annorum ſpatio deminutum ad nos perve-

(a) *Publium* Vellejo prænomen dant Taciti Codices III. 39. Annal. & Aventinus, & prima editio B. Rhenani, & Vellejus Burerianus MS. teſte Valente Acidalio & Jacobo Schegkio. Itaque hoc jam magis probo, licet alibi Codices Priſciani ſecutus *Marcum* prætuli, & video in editionibus quibusdam *Cajum* appellari. Sed Cajum Vellejum avum ſuum noſter appellat II. 76. Fuit is forte C. Vellejus Senator, ſecta Epicureus, cui Cicero collocutoris partes tribuit in libris de natura Deorum. Alius C. Vellejus in veteri inſcriptione apud Sponium p. 89. Miſc. & M. Vellejus apud Ciceronem 3. Philippica c. 10. pro quo alii codices Vehilium exhibent. Vitam noſtri ex ipſius ſcriptis diligenter & ingenioſe ut ſolet colligit eruditiſſimus Vir H. Dodvvellus in Annalibus Vellejanis, qui cum Annalibus Quintilianeis, & Statianis prodierunt Oxon. 1698. 8.

(b) De Vinicio Conſule vidi Meurſium ad Phlegontem p. 157. & Sam. Baſnage V. C. Annales ad A. C. 30. n. 1.

perveniſſe, merito dolet Chriſtophorus Schraderus part. 2. programmate 19. Ex libri prioris parte perdita Priſcianus lib. 6. pag. 706. *nec minus clarus ea tempeſtate fuit Miltiadis filius Cimon*. De Vinicii, cui Vellejus librum ſuum inſcripſit, fratribus P. Vinicio & L. Vinicio videndus Nicolaus Faber ad Senecæ Controverſ. 13. pag. 206. Adulandi ſtudium in Vellejo ita reprehendit Jac. Perizonius, ut primas facile in contaminanda utcunque per iſtiuſmodi blanditias hiſtoria eum tenere affirmet, animadverſ. Hiſt. cap. 6. pag. 211. Compendium plenum adulationum & digreſſionum appellat Philippus Caroli in Bibliotheca Romana MS. (a) quo judice Vellejus ſæpe caſtitatem ſtyli affectationibus caſtrenſibus frangere videtur. Idem viſum viro docto, qui *ſtilum* Velleji *atrocem* appellat, quod indignans alius (b) & improbans, argutam potius & vivam brevitatem in eo laudandam eſſe duxit. Jo. Marii Marcæ Tilladeti diſſertatio de locis Taciti & Velleji inter ſe pugnantibus legitur inſerta Memoriis Academiæ inſcriptionum Pariſienſis Gallice editis T. 3. p. 437. ſeq. *Supplementum* Velleji accepi editum eſſe in 12. à M. *Petro Brincbio*, Paſtore primario Arendalenſi in Norvvagia, aliis etiam ſcriptis celebri.

II. Primos Velleji duos, quos dixi libros, è MSto Murbacenſi qui unicus hactenus antiquus Velleji Codex innotuit, additis in ora libri caſtigationibus ac notis brevibus edidit, & Friderico Saxoniæ Electori inſcripſit *Beatus Rhenanus* Baſil. 1520. fol. apud Frobenium, teſtatus Mediolanenſem ſe codicem à Georgio Merula repertum per plures annos fruſtra exſpectaſſe. Ad calcem ſubjiciuntur variæ lectiones è Codice vetuſto collectæ à *Joanne Alberto Burerio*, incertum an fide & accuratione debita annotatæ. Ab eo tempore Vellejum ediderunt * Antonius Bonhommæus, Avenione 1532. & Vaſcoſanus 1538. fol. cum Appiano. Baſileenſem editionem Anni 1542. deſerta prima Rhenani, alios deinceps ſecutos editores notat Gerhardus Voſſius in notis ad lib. 2. cap. 75. Illa quemadmodum & 1548. Eraſmi nomen præfert, licet Eraſmus vivus Vellejum nunquam edidit, defunctus A. 1536. Hinc enumerantur editiones, Baſileenſis A. 1546. fol. cum Svetonio,

(a) Never Ducher Baal XXXII. pag. 545.

(b) Memoires de Trevoux 1712. pag. 1475. *Je ne dois pas laiſſer paſſer cette occaſion de vous demander juſtice d'un Ecrivain de votre connoiſſance, qui traite le ſtile ingenieux de Vellejus de ſtile atroce,* ſtilus atrox. *Que veut il dire? A't'il une idée bien nette de la pretendue atrocité de ſtile? Ne prend il point l'atrocité pour la vivacité, la fineſſe des expreſſions, pour cette delicate brieveté qui peint d'un trait les objets les plus etendus, & qui donne tant de force & tant de beauté aux penſées, pour une elegance pure, mais ſerrée, qui ne ſente point le declamateur, mais l'homme & de qualité & d'eſprit? Si c'eſt là un ſtile atroce, l'epithete convient à Vellejus.*

nio, ſcriptoribus Hiſt. Auguſtæ, Ammiano &c. Seb. Gryphii Lugd. 1552. 8. Pariſienſis Anni 1560. 12. cum Floro & aliis; H. Stephani Pariſ. 1568. 8. inter Hiſtoriæ Romanæ ſcriptores Latinos, quibus Græcos Xiphilinum & Herodianum, & è recentioribus Pomponium Lætum & Bapt. Egnatium, Sigoniique faſtos adjunxit, quatuor Volum. Vellejum deinde ediderint *Aldus Manutius* Pauli F. una cum ſcholiis, Venet. 1571. 8. * quem temere plura in Vellejo mutaſſe, & *Claudiani Puteani* notas tunc adhuc ineditas compilaſſe arguit Petrus Burmannus. (Illæ *Puteani* notæ poſtumæ primum viderunt lucem in Vellejo notis variorum illuſtrato per Carolum Aubertum Pariſ. 1608. fol.) *Frid. Sylburgius* tomo primo Romanæ Hiſt. ſcriptorum minorum, cum variis lect. Francof. ap. Wechel. 1588. fol. *Valens Acidalius* cum lectionibus Vellejanis, Patav. 1590. 8. * quas, cum ingenio in illis ſubinde indulſiſſet ſuo, vix deinde pro ſuis agnovit, de ſecundis etiam curis cogitare ſe profeſſus. Vide ejus Epiſt. LVII. ad Monavium. *Juſtus Lipſius*, cujus commentariis illuſtratus prodiit Antuerpiæ ad calcem Taciti An 1607. & 1648. fol. ut minores editiones v. g. Raphelengianam 1591. 8. aliaſque jam omittam. * In editione Raphelengiana Anni 1591. 8. ſubjunguntur Variæ lectiones ex Aldo, Schegkio & Lipſii prælectionibus excerptæ. Prodiit etiam Vellejus * ex Aldi editione expreſſus cum notis ejus, Schegkiique & Acidalii, atque Lipſii non ante editis modo, ſed & ex ejus docentis ore exceptis & à Raphelengio annotatis. Lugd. 1594. 8. Francof. 1602. 12. & cum notis eorundem & Rhenani atque Burerii, Fulviique Urſini, Pariſ. 1608. fol. una cum Tacito Variorum notis illuſtrato. Vellejum præterea ediderunt *Janus Gruterus*, cum notis inter Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores latinos minores Genevę 1609. 1653. fol. & Hanov. 1611. fol & cum caſtigationibus & notis Rhenani, Burerii, Manutii, Fulvii Urſini, Lipſii, Schegkii, Acidalii, Raphelengi, & Gruteri, Francof. 1607. forma minore. Auſonius Popma cum ſuis notis Franekeræ 1620. forma minore. *Gerbardus Voſſius* (*a*) G. Joannis F. cum notis Lugd. Bat. A. 1639. 12. recuſus deinde ſæpius ut Amſt. 1664. 12. Francof. 1687. 12. *Marcus Zuerius Boxbornius*, Lugd. Bat. 1632. 12. cum brevibus animadverſionibus, in tomo primo Hiſtoriæ Auguſtæ, quos 4. Vol. edidit. *Ægidius Lacarrus* cum annotationibus, (*b*) Pariſ. 1644. 12. * *Nic. Blancardus* in hiſt. Rom. epitome Lugd. Bat. 1648. 12. cum Floro, Victore, Eutropio, &c. *Jo. Henricus Bœclerus*, notis, characteribus

(a) Hujus obſervationes quaſdam caſtigat Colomeſius p. 395. ad Gyraldum.
(b) * Ut Laccari annotationes non magnæ rei videntur eruditis, ita Scioppii, quas nonnulli memorant, in Vellejum obſervationes, lucem necdum viderunt.

ribus politicis & indice Vellejum auxit Argentorat. 1642. 1663. 8. *Antonius Thyſius* cum ſuis ſelectiſque variorum notis edidit Lugd. Batav. 1653 & 1667. 8. Hiſce accedunt, *Robertus Riguez* Jeſuita, qui in uſum Delphini paraphraſi notiſque & omnium indice vocabulorum ornavit Pariſ. 1675. 4;

Jo. Hudſonus V. C. qui præmiſſis *Henrici Dodvvelli* Annalibus Vellejanis (a) noviſſime Paterculum accurate recenſitum cum variis lectionibus ſelectis Variorum notis additis ad voluminis calcem & indice locutionum Vellejanorum vulgavit Oxonii 1693. & 1711. 8. *Chriſtophorus Cellarius* V. C. paulo poſt defunctus, qui Vellejum cum notis & indicibus edidit Lipſ. 1707. 12. præmiſſa annalium Dodvvellianor. tabella.

Prodiit etiam Vellejus ſine notis è Lipſii recenſione apud Commelin. forma minore Anno 1596. & ex recenſione Gruteri, Helmſt. 1649. 12. & inter ſcriptores veteres Hiſt. Romanæ Ebrodun. 1621. fol. & inter ſcriptores Hiſt. Romanæ minores, Amſt. 1625. forma minore; & ex Muſæo Nic. Blancardi 1648. 12. tum ex *Nic. Heinſii* recenſione, Amſt. 1678. 12. Caſtigationes Heinſii ineditas memorat Jo. Clericus V. C. T. 3. Bibl. ſelectæ p. 366. Denique locis parallelis notiſque perſpicuis Grammaticis atque indicibus in uſum ſcholarum illuſtratus eſt ab amico noſtro *Chriſtiano JuncKero* Hiſtoriographo Ducali Saxo-Hennebergico, Francof. 1707. 8. * Cum notis *Jo. Georgii Walchii* (b) Meinungenſis, qui hodie litteras humaniores cum laude docet in Academia Jenenſi, Lipſ. 1712. 12. præmiſſis H. Dodvvelli Annalibus Vellejanis. Londini 1713. 12. nitidis typis, ex recenſione *Michaelis Maittaire* (c) cum locuplete indice. Pariſ. 1714. 12. Cum notis integris Rhenani, Burerii, Manutii, Puteani, Acidalii, Schegkii, Lipſii, Gruteri, Raphelengii, Pompæ, Gerardi Voſſii (qui admodum juvenis licet, præclaram tamen lucem Vellejo attulit) Bœcleri, Cellarii, *Nicolai* vero *Heinſii* auctioribus, *Andreæ Schotti* antea ineditis, (d) noviſque ſuis, Vellejum noviſſime illuſtratum dedit eruditiſſ. Vir *Petrus Burmannus* Lugd. Bat. 1719. 8. adjunctis de Vellejo Lipſii, Voſſiique diſſertationibus & Dodvvelli annalibus Vellejanis, præmiſſaque præfatione, in qua de interpretibus Velleji fert judicium, & Clariſſ. Clerici emendationes duas Vellejanas, quas Tomo V. Bibl. novantiquæ ille prodidit, ad examen revocat.

Chriſtophori Adami Ruperti obſervationes in Vellejum & Valerium

 Maxi-

(a) Confer Acta Erud Lipſienſ. A. 1695. p. 114.
(b) Memoires de Trevoux 1716. pag. 1666. Never Bucher Baal XXXII. pag. 545.
(c) Bibl. ancienne & moderne de Mr. le Clerc Tomo V. pag. 141.
(d) Adjunctæ etiam ſunt ejusdem Schotti notæ antea ineditæ ad Frontinum de Coloniis.

Maximum prodiere Norimb. 1663. 8. *Fulvii Urſini* notæ in Vellejum, Salluſtium, aliosque una cum fragmentis latinorum Hiſtoricorum, Antuerp. 1595. 8. Bonam partem libri poſterioris Vellejanæ Hiſtoricæ cum notis quibusdam *Philippus Ludovicus HanneKenius* inſeruit exercitationibus fundamentorum latinitatis, quas cum Jano Juris edidit A. 1668. 4.

Gallice Vellejum vertit pridem Julianus du Thier, cujus interpretationem ſed ineditam memorat Franciſcus Crucimanius in Bibl. Gallica pag. 279. Recentior Jo. Doujatii verſio ſæpius lucem vidit Pariſ. 1672. & 1679. & noviſſime 1709. 12. (a) Titulus eſt: *abregé de l'Hiſtoire Romaine & Grecque, en partie traduit de Vellejus Paterculus, & en partie tireé des meilleurs auteurs de l'antiquité.* Denique cum nova Gallica verſione Lemovici 1710. 12. *Hiſpanice* vertit Vellejum Emanuel Sveiro, Antvverp. 1630. 8.

III. Fragmentum, quod tanquam ex *Velleji Gallica Hiſtoria* excerptum vulgavit Wolfgangus Lazius commentar. de Rep. Romana Lib. 1. c. 8. non eſt ejus Scriptoris, quemadmodum oſtendunt Marcus Velſerus lib. 3. rer. Auguſtanarum, & Voſſius de Hiſt. Latinis lib. 1. cap. 24. & lib. IX. de Theologia Gentili cap. ult. qui obſervat integrum paucis inſertis legi in Chronico Conradi à Lichtenau Abbatis Urſpergenſis ad A. C. 1167. * De *fragmento*, quod ſub Velleji nomine vulgavit Lazius, Goldaſtus vero inter Svevicarum rerum ſcriptores Francof. 1605. 4. recudi fecit ſub titulo *Velleji Galli de victoria Svevorum contra Romanos*, vide etiam Velſeri opera pag. 219. 817. & 840. Non ab re Lipſius: *quod Geſnerus in Bibl. annotat Wolffgangum Lazium habuiſſe Vellejum de bello in Svevos, nugas arbitramur, ſicut & Georgii Merulæ, qui de integro apud ſe Vellejo ſcripſit, vanitatem ridemus ambitioſam.* Vide Lipſii Centuriam ad Germanos & Gallos Epiſt. 7.

IV. Porro nimis acutum vidit Franciſcus Aſulanus, qui duobus etiam Hiſtoriarum libris ſuaviſſimis notam ſuppoſitionis impegit, & in præf. ad Livium queſtus eſt Baſileenſes aliud ſcelus commiſiſſe, hiſtoriam rerum Romanarum edentes ſub nomine Paterculi, in qua nihil fere latinum legatur, quod Auguſti tempora redoleat, quibus eum floruiſſe velint.

CAPUT

(a) Acta Erud. Tom. IV. ſupplem. p. 262.

CAPUT III.

DE PHÆDRO, Fabularum Scriptore.

Phædri ætas & fabularum libri 1. *Falli eos qui Phædri has eſſe negant.* 2. *De Perotto & Faerno qui ante Pithœi editionem fabulis Phædri dicuntur uſi fuiſſe, ibid. Editiones.* 3. *Obiter de Anonymo latino fabularum ſcriptore & Laur. Abſtemio, ibid. Fabulæ Phædri e Gudiano primum Codice prolatæ in lucem.* 4.

I. PHÆDRUS (*a*) Thrax, Auguſti Imperatoris libertus, ſub Tiberio Imperatore, atque ipſo fortaſſis jam defuncto (*b*) verſibus ſenariis ſuaviſſimis expreſſit

Libros quinque fabularum (*c*) *Æſopiarum*, quorum quatuor priores Eutycho (*d*), poſtremum Phileto Urſo Particuloni inſcripſit, non vane illi ominatus chartis nomen victurum ſuis, latinis dum manebit pretium litteris. Quanquam inter veteres vix quiſquam Phædri meminit præter Martialem III. 20. & Avienum præfat. ad ſuas fabulas. * Vincentius Gravina V. C. lib. I. de ratione poetica pag. 92. *picciol ritratto di Terenzio ſon le favole di Fedro per la purità, ſemplicità, e grazia.* *Phædrus* dicas, an quod Gudio magis placet, *Phæder*, circum non interduim: uſus tamen & aurium convicium magis fert, ut Phædrus dicatur: neque id veterum conſuetudini adverſum, ſicut *Periandrus* apud ſcholiaſtem Germanici pag. 114. & apud Propertium *docte Menandre*, & *Menandrus* apud

 Phi-

(a) Marquardus Gudius malebat *Phader*, licet non latebat virum doctiſſ. quod veteres etiam dixere *Teucrus*, *Iſtrus*, *Evandrus* & ſexcenta alia, quæ vide ſis apud Claud. Dauſqium T. I. Orthographiæ p. 72. Tho. Munckerum diſſ. de Hygino p. 31. & Jac. Gronovium pag. 59. ad Arrian. Idem Gudius p. 257. malit ſcribere *Threx* quam *Thrax*, quod tamen uſus & Græcorum Θρᾷξ mihi ſuaſerunt retinendum eſſe.

(b) Ita viſum Rigaltio, & Gudio, qui fab. 2. libri 1. per hydrum putant ferum Caligulæ ingenium denotari.

(c) Æſopias vocat, non Æſopi, quia ipſe materiam quarundam reperit. *Uſus vetuſto genere, ſed rebus novis*, ut ait in limine libri V. At mirantur viri docti, quod Æſopios logos intentatum Romanis ingeniis opus vocat Seneca c. 27. conſolat. ad Polybium. *Non audeo te uſque eo producere, ut fabellas quoque, & Æſopios logos intentatum Romanis ingeniis opus ſolita tibi venuſtate connectas.* Num igitur Phædrus Senecæ ignotus erat, aut noluit ille Thracem, ut Lipſio videbatur, ingeniis Romanis annumerare? Vel quæ Baelii eſt conjectura, Phædri libelli adhuc verſabantur in manibus paucorum duntaxat privatorum, vel certe illorum Seneca cum ſcriberet haud meminit. Poteſt etiam aliter ad illum locum reſponderi. Nam cum trigeſimum caput ejuſdem libri Senecæ conſulo, video eum loqui de Æſopiis logis non verſu latino, ut Phædrus fecerat, ſed latina proſa digerendis, atque ut ipſe loquitur connectendis.

(d) De hoc Eutycho, qui apud Caligulam Imp. gratioſus fuit, mentio apud Joſephum XIX. 3. Antiq.

Philaſtrium c. 30. ne afferam alia notata Iſaaco Verburgio ad Ovidii 2. Triſt. 369. De aliis Phædris & illo Platonis & altero Athenienſi Epicureo dixi lib. 3. Bibl. Græcæ c. 1. §. 12. & c. 33 pag. 814. De Thoma Phædro, recentiore ſcriptore, Bælius in Lexico. Thracem fuiſſe Phædrum negat Deniſeus(*a*) qui Gallicis verſibus ejus fabulas reddidit; ſed negat ſine cauſſa, nam Phædrus ipſe diſerte ſcribit in Piero ſe natum jugo eſſe, & turpe ducit Threiſſæ gentis patriæ decus inerti ſomno deſerere, cum auctores illa numeret Apolline & Muſa parentibus editos, Linum atque Orpheum. Pro Thrace in antiquis inſcriptionibus, & Codicibus quandoque occurrit *Thres*, veluti *Threx* Θρῆξ, ut apud Gruterum p. 955. 4. nec minus *Thræx*. Vide Burmannum ad Petronium p. 225. Uſu tamen & aurium conſuetudine Thrax magis probatur. Phædrum autem inter captivos Romam fuiſſe adductum (*b*) tunc, cum Thraces magno prælio fuſi eſſent, de quibus Sveton. c. 3. Auguſt. non eſt opido veriſimile, quoniam inter Caligulæ imperium & illud tempus, quo non Auguſtus, ſed ante ejus principatum Octavius Auguſti pater Thraces fudit, intercedunt plus quam ſeptuaginta anni. Per hydrum à Phædro notari Cajum Caligulam, de quo Tiberius apud Sveton. c. XI. Calig. prædicavit *ſenatricem populo Romano*, *Phaetontem orbi terrarum educare*, Gudio & Triſtano (*c*) adſentitur idem Burmannus ad Petron. p. 384. Apud hunc Caligulam gratioſus fuit Eutychus, cui libellos ſuos Phædrus inſcripſit, ut notavit etiam Chriſtianus Waſe libro de ſenario pag. 32. Nic. Perottum videtur auctorem fabularum Phædri facere Petrus Scriverius. Certe ſcriptori antiquo Tiberiani ævi illas prorſus eripit & abjudicat ad Martialis III. 20. Ac Perottum ſane ſi audimus, (*d*) is cum teſtatus eſſet ſe adoleſcentem ex Avieno fabulas jambico carmine tranſtuliſſe, mox iiſdem verbis deinde recitat integram fabulam, qualis de arboribus in Deorum tutela apud Phædrum III. 17. legitur, niſi quod rectius in Phædri hodie extat Codice *pinus Cybelæ*, quam quod Perottus: *pinus Neptuno*, & Faernus: *Pinum humidi tridentifer rector ſali*. Cæterum nec fabulæ cæteræ Perotti editæ uſquam ſunt: neque in Avieno fabula illius argumenti reperitur, quam carmine exprimere Perottus potuerit. Igitur Barthius lib. XXXV. Adverſar. c. 35. & p. 827.

ad

(a) Memoires de Trevoux 1708. p. 790.

(b) Placet hoc viro erudito, M. Gabrieli Schumanno, qui diſſertationem de vita & ſcriptis Phædri Germanice edidit in nova Acerra Philologica Hallenſi 1715. 8. pag. 170. 171.

(c) Hiſtoria Imperatorum è nummis, Gallice expoſita T. 2. p. 303.

(d) In Cornu Copiæ p. 999. Confer Leonhardi Nicodemi additiones ad Bibl. Neapolitanam Nic. Toppi p. 184. & Bernh. Monetam ad Menagiana Tom. IV. p. 118. ſeq.

ad Claudian. Phædrum *citra omnem exceptionem Tiberiani ſcriptorem ævi* profeſſus, Scriverium refellit, Perottum autem imponere lectoribus ſuis voluiſſe non dubitat, ratum apud ſe ſolummodo Phædrum exſtare; itaque verſus illius pro ſuis audacter venditari à ſe poſſe.

II. Lucem debent Phædri libelli viro optimo, & juvandis literis nato *Petro Pithæo*, qui primus è fratris Franc. Pithœi Codice MS. vulgavit Auguſtoduni Tricaſſium Anno 1596. 12. * Laudatur eo nomine Pithœus à Thuano ad Annum 1596. libro 117. Hiſt. Ad calcem primæ hujus editionis ſubjectæ ſunt lectiones vetuſtiſſimi, quem conſuluit, Codicis: diligentius hoc deinde fecit Rigaltius in editione Anni 1599. uſus etiam Remenſi Codice, quem à Sirmondo accepit, lectiones tamen nonnullas Pithœo notatas prætermiſiſſe mireris. Habeo primam Pithœi editionem notatam manu Clariſſimi Gudii. Ante Pithœum in illos incidiſſe oportet Nicolaum Perottum, qui ſuppreſſo Phædri nomine nonnullos ejus verſus pro ſuis in copiæ cornu recitat. Etiam *Gabrieli Faerno* hoc datum vitio eſt, quaſi in ſuis fabulis elegantiſſimis ſane illis Phædrum imitatus vel æmulatus ſcripta ejus, ut ait lib. 28. Thuanus, *quæ legerat & penes ſe habebat ſuppreſſiſſet*. Sed Perraultus, qui Faerni fabulas carmine Gallico reddidit, inficiatur Phædrum Faerno unquam viſum fuiſſe. Fabulas vero à Pithœo editas antiqui illius Phædri eſſe negarunt Voſſius in Ariſtarcho II. 16. & Petrus Scriverius ad Martial. III. 20. Sed negarunt præter rationem, cum nihil illis fabulis ſit terſius, ac venuſtius, & Tiberii ſe temporibus perſpicue vindicet Phædrus ipſe de Sejano actore teſte ac judice ſuo conquerens prologo libri tertii.

III. Prodierunt ab eo tempore cum notis *Conradi Rittershuſii* (*a*) (qui eodem anno 1596. Altdorffii Phædrum recenſuit illuſtravitque) & ſpicilegio *Caſparis Scioppii* Lugd. Bat. 1598. 8. In hac editione habentur etiam *Cælii Sympoſii* ænigmata cum notis Joſephi Caſtalionis, fabulæ Græcæ Babrii & Ænigmata veterum Poetarum Græcorum Latinorumque. Repetita editio eſt Antuerp. 1610. 8. additis animadverſionibus *Joannis Meurſii*, parum felicis in hoc ſcriptore, ut jam obſervatum viris doctiſſimis, Ariſtarchi. Eodem anno *Iſaacus Neveletus*, Phædrum cum notis ſuis recudi curavit inter fabulas variorum auctorum Græcas 297. Æſopi, (*b*) 40. Aphthonii, 54. Gabriæ S. Babriæ, & Latinas 60. *Anonymi* veteris

 in

(a) *Operam à Rittershuſio in Phædri fabulis præſtitam laudat, & à Rigaltio contemptam ægre fert atque indignatur doctiſſimus, & de Phædro ſingillatim præclare prometitus Petrus Burmannus ad Petronium p. 512.

(b) De Æſopo & aliis Græcis fabularum ſcriptoribus dictum à me eſt lib. II. Bibl. græcæ cap. 9.

(*a*) in Bibl. Palatina reperti, verſibus elegis, tum fabulas 42. *Avieni* (*b*) eodem carminis genere ſcriptas, denique *Laurentii Abſtemii*, Maceratenſis, (qui circa A. C. 1522. ſcripſit, & cujus annotationes quaſdam in varia auctorum loca Gruterus inſeruit tomo primo Lampadis Artium) fabulas 199. ſermone ſoluto. ap. Commelinum 1610. 8. Repetita hæc editio Francof. 1660. 8.
* Aphthonius, Gabrias, & cum Rigaltii notis Phędrus Hanovię apud Wechel. 8. Phædrus ſeparatim cum *Neveleti* notis Lubecæ 1622. 8. apud Samuelem Jauchium. *Anonymi* veteris Chriſtiani fabulæ 60. verſibus elegis non inſcitè deſcriptæ, in Ulmenſi editione diſtinguuntur in libros duos, alia in tres. Sed Neveletus illas diſtinctiones, quarum in Palatino MS. & Veneta editione nullum veſtigium reperit, recte prætermiſit, conjiciens illam confictam eſſe à *Rimicio*, qui Æſopi fabulas nonnullas ſoluto ſermone latino, & Germanico circa A. C. 1452. expreſſit, inſcripſitque Antonio tituli S. Chryſogoni presbytero Cardinali A. 1459. defuncto, Prodiere Mediolani 1480. 4. & ſæpius deinde una cum Anonymo illo alibi. Idem Neveletus notat Anonymum paſſim Phædri veſtigiis inſiſtere, ita ut Phædri ſimia dici mereatur. Qualis autem fuerit, vel quando vixerit, incertum eſt, etſi conſtat eum jam à ſcriptoribus ſæculi XIV. allegari. Apud Jul. Cæſarem Scaligerum lib. IV. Poetices pag. 728. *Accius* vocatur, & laudibus effertur in cœlum. Alii *Romulum* (*c*) appellant, vel *Salonem* Parmenſem teſte Gyraldo & Daumio. Vide & Barthium III. 22. Adverſar. ubi *Romalii* vel *Bernardi* venit nomine. Diverſæ ſunt tamen licet itidem 60. quæ ſub *Romuli* nomine ad Tibertinum ſive Tiberinum filium à Rimicio & aliis editæ ſunt, proſa non verſu ſcriptæ ante annos circiter quingen-

(a) Nonnullas ex his fabulis Rigaltius è MS. Victoriano inſeruit notis ad Phædrum, & ad lib. 1. fab. 2. ſcriptorem vocat fabularum ante centum annos Venetiis excuſum, & in Bibl. Pauli Petavii V. C. & in Victoriana Pariſienſi MStum. Editus eſt plus ſimplici vice non tantum Venetiis, ſed Ulmæ quoque in Germania & in Galliis. In Ulmenſi editione diſtinguuntur fabulæ hujus Anonymi in libros *duos* (non *tres*, ut legas in Menagianis p. 72.) ita ut liber ſecundus incipiat à fabula 21. Sed Neveletus illam *diſtinctionem*, cujus in Palatino MS. & altera editione nullum veſtigium reperit, recte prætermiſit, conjiciens illam confictam eſſe à *Rimuncio* quodam, qui has fabulas ſoluta oratione latina & Germanica convertit. Idem Neveletus notat hunc ſcriptorem paſſim Phædri veſtigiis inſiſtere, ita ut *Phadri ſimia* dici mereatur. Qualis autem fuerit, vel quando vixerit, incertum eſt, etſi conſtat eum jam à ſcriptoribus ſæculi XIV. allegari. Apud Jul. Cæſarem Scaligerum lib. IV. Poetices p. 728. *Accius* vocatur, & laudibus effertur in cœlum. Alii *Romulum* appellant, vel *Salonem* teſte Daumio. Vide & Barthium III. 22. Adverſar. ubi *Romalii* vel *Bernardi* venit nomine. In Codice Regis Galliæ 893. inſcribuntur hæ fabulæ *liber Hiſopi* (Æſopi) teſte Labbeo Bibl. nova MSS. p. 66.

(b) De hoc infra lib. III.

(c) Romulus junior, Petri Moſellani æqualis, vir doctus & Julii Pflugii in Italia præceptor. Vide Petri Albini Chronicon Miſnenſe p. 357.

gentos. Ex his fabulæ quinque & quadraginta reſpondent totidem fabulis apud Anonymum. Cætera quindecim, extravagantes à Rimicio vocantur, quod nempe Anonymus illas non habet, habet tamen pleraſque Phædrus, cujus etiam verba ipſe ſæpe ſervavit iſte Romulus, perinde ut alter *Auctor Antiquus*, cujus fabulas 67. ex Phædro fere deſumtas & ſoluta oratione expreſſas è Codice MS. Iſ. Voſſii, quem abavunculo ſuo Jacobo Gronovio utendum acceperat, primus edidit notaſque ſuas & Romuli fabulas addidit *Jo. Fridericus Nilant*, Lugdun. Bat. 1709. 8. (*a*) Ejuſcemodi fabulas in proſam leviter è Phædro ſolutas in codice Divionenſi quoque Gudius reperit, à quo reſtitutas primus Clariſſ. Burmannus dedit quinque, in prioribus Phædri editionibus haud obvias. *Laur. Abſtemii*, Hecatomythium utrumque, (*b*) quorum prius A. 1498. alterum 1505. primum edidit, prodiit etiam Tiguri in 8. ſine anni nota cum Æſopi fabulis, quas Hermannus Canonicus S. Auguſtini ait ex oratione ligata ſe in ſolutam vertiſſe, nec non fabulis Aniani, quas Hadr. Barlandus & idem Guilelmus in proſam tranſtulit, fabuliſque Æſopi, quas verterunt Laur. Valla & Rimicius: nec non fabulis excerptis è variis ſcriptoribus. Phædrus Pariſ. 1629. apud Sebaſt. Chapeletum, forma minore. Cum *Gallica* verſione proſaria *Albini* (D. de Saint Aubin, ejuſdem qui Terentium quoque Gallice tranſtulit) Pariſ. 1647. 12. Hanc verſionem cum animadverſionibus in eam ſuis, etiam Phædro ſecundum à ſe recenſito atque illuſtrato adjunxit *Tan. Faber* Salmur. 1665. 12. quæ editio recuſa Anno 1673. 1689. &c. *Jo. Scheferus* Phædrum primum cum notis ſuis perquam eruditis & *Franciſci Gujeti* Andegavenſis caſtigationibus edidit Upſal. 1663. 8. quam editionem habeo notatam paſſim manu Gudii. Deinde iterum recenſuit Anno 1666. & tertio 1673. Hamburg. 8. in quibus duabus poſterioribus editionibus non raro Tan. Fabrum caſtigat, & in tertia addidit Freinshemii indicem ex editione Argentoratenſi, de qua ſtatim dicam. Recuſus eſt Scheferi Phædrus Hamburg. Anno 1686. 1693. 1706. 8. habetque ſubinde adjunctam Gallicam Albini verſionem; & addita Belgica Jo. Hilaridis Metaphraſi Franequeræ 1694. 8. In editione Ratisbonenſi 1657. 8. quam notis & indice illuſtravit *Jo. Henricus Urſinus*, nonnulla reſciſſa ſunt, quæ adoleſcentum pudori obeſſe vir præſtantiſſimus exiſtimavit. *Jo. Lud. Praſchii* notæ ad Phædrum Gieſſæ 1660. 8. Cum notis *Alexandri Arnoldi Pagenſtecheri* Duisburg. 1662. 8. Cum notis *Nic. Rigaltii* prioribus & poſterioribus, (ex edit.

(a) Memoires de Trevoux A. 1712. Jul. p. 1369.
(b) Vid. Menagiana T. 4. p. 203.

edit. Pariſ. 1599. & altera perquam nitida 1617. tertia (a) Anno 1630.) *Petrique Axenii* in librum 1. vulgata Hamburgi eſt 1671. 8. Cum P. Syri mimis, notiſque, & animadverſionibus *Tan. Fabri*, Salmur. 1657. 4. & addita verſione Gallica *Albini*, & in illam animadverſionibus ibid. 1665. 12. * Phædrus cum hiſtoria congruente ad ſingulas fabulas ex veterum ſcriptis annotata, poſtumiſque *Jo. Freinshemii* animadverſionibus, quibus inſertæ notæ Rittershuſii, Rigaltii, *Buchneri*, & copioſiſſimo indice, Argentorati 1664. 8. lucem vidit, cura Henrici Holſtii, Dani. Phædrus ex recenſione *Jo. Friderici Kœberi* Jen. 1685. 12. Cum notis Variorum, & verborum phraſiumque indice, additis iconibus in æs incisis Phædrus eleganter excuſus eſt Amſt. 1667. 8. cura *Jo. Laurentii* JCti.

In uſum Delphini eundem ſcriptorem paraphraſi notis & indice omnium verborum ornavit *Petrus Danetus* Pariſ. 1675. 4. Londini 8. Cujus Daneti paraphraſin etiam Phædro ſuo notis Hiſtoricis, ritualibus, moralibus, & Philologicis in uſum ſcholarum illuſtrato ſubjunxit *Dan. Hartnaccius*, Rudolphiſtadii Anno 1696. 8. Hic Hartnaccius Anno 1708. deſunctus eodem anno 1696. Francof. 8. vulgavit Phædrum cum Germanica ſua expoſitione, & imitationibus ad elaborandum tironi proponendis. Ceterum dolendum eſt inſignibus Petri Axenii nuper A. 1706. apud Sleſvicenſes denati & Marquardi Gudii in Phædrum annotationibus fata præmatura Virorum clariſſ. interceſſiſſe. Licet quod ad Gudium attinet magnam jacturæ partem levavit elegantiſſimi vir ingenii *Petrus Burmannus*, curata præclara Phædri editione, cui præter integros commentarios Rittershuſii, Rigaltii, Scheferi, Praſchiique, & excerptas aliorum, ineditaſque *Nicolai Heinſii*, *Gudiique* animadverſiones non mediocri ſtudio ex ipſius ſchedis, quas ab hæredibus Clariſſ. Grævius acceperat, collectas adjunxit, Amſtelod. 1698. 8. apud H. Wetſtenium; & rurſum non ſine auctario Amſtel. 1718. 8. Vide Maſſonii Hiſt. Criticam Reip. Litter. t. 15. p. 398. Phædrus cum P. Syri mimis & Tan. Fabri, Neveleti & Praſchii notis Franeq. 1700. 12. Cum notis eruditis & perſpicuis *Davidis Hoogſtratani*, V. C. & indice omnium verborum accuratiore quam Danetus dederat, & tabulis æneis Amſt. 1701. editio luculenta, in uſum Principis Naſſovii Johannis Guilielmi adornata. Idem Hoogſtratanus Belgicam Phædri Metaphraſin iiſdem typis, & eadem forma excuſam & iconibus illuſtratam edidit, & præterea minorem

hujus

(a) Hanc editionem, quam deinde ſecutus eſt T. Faber, tanquam minus accuratam perſtringit Marquardus Gudius Epiſtola 7. ad Nic. Heinſium. * Rigaltinæ editiones exſtant; una Pariſ. 1599. 12. altera perquam nitida typis Stephani deſcripta majoribus, literiſque miniatis diſtincta 1617. 4. utramque habeo Salmaſii manu notatam. Tertia ex Cramoiſii officina 1630. 12.

hujus ſcriptoris editionem in 12. cum notis ſuis in lucem emiſit, recuſam quoque Londini. Cum eruditis notis *Jo. Frid. Gronovii*, Amſtel. 1703. 12. edente Jac. Gronovo fil. qui & ipſe caſtigationes ſuas adjunxit, quibus Gudius paſſim laceſſitur. Commendant hanc editionem quoque collectanea *Nicolai Diſpontini*, quibus indicis more dictionem Phædri egregie illuſtravit.

* In Anglia primus Phædrum recenſuit & Lond. 1668. edidit *Chriſtophorus Waſe*, idem cujus eximium de ſenario librum habemus. Poſtea Londini 1701. & 1708. 8. *Thomas Johnſon* Phædrum vulgavit notis ſelectis eruditorum illuſtratum, ſubjecto omnium verborum indice & 1714. 8. adjuncta perpetua paraphraſi. Sed & *Samuel Hondly*, ſcholæ Norvicenſis magiſter jam A. 1703. 8. Londini ſecundum fabulas Phædri notis ſuis illuſtratas emiſit. Et noviſſime ex recenſione *Michaelis Maittaire* non modo in corpore Poetarum Latinorum Lond. 1713. fol. ſed & ſeparatim Phædri & Avieni fabulæ excuſæ Lond. 1713. 12. Elegantiſſimi quoque Viri *Davidis Hoogſtratani* Phædrum minori forma iteratis curis recenſitum & illuſtratum Londinenſes recuderunt, à quo tempore idem vir doctus tertium fabulas Phædri Anno 1706. 12. Amſtelodami edidit cum novis notis, in quibus præcipue, quæ ad leges carminis jambici intelligendas faciunt erudite obſervavit vulgo neglecta.

Phædrus cum Sympoſii aliorumque ænigmatis, *Chriſtiani Junckeri* notis brevibus & perſpicuis ad modum Minellii illuſtratus Lipſiæ 1700. 12. Cum notis *Jo. Georgii Walchii*, & diſſ. ejus de ſtylo Phædri 1712. 12. additis Græce & Latine Antonio Liberali fabuliſque Gabriæ: Latine vero P. Sympoſii ænigmatis. Ex recenſione *Gotfridi Richteri* cum præfatione de locis quibuſdam Phædri per Criticos ſollicitatis, locuplete indice, judiciis de Phædro & editionum ſyllabo. Jen. 1718. 12. Phædri editio ſine notis ex *Petri Burmanni* recenſione, cum locuplete indice Hagæ Com. 1719. Verſiculos, quos hinc inde excidiſſe, lectores aſteriſcis appoſitis monentur, Chriſtophorus Hauptius, Rector Scholæ Grimmenſis ſupplere inſtituit ex ingenio, ſed eos Phædrus ſi reviviſceret pro ſuis, opinor, non agnoſceret. Vide Miſcellanea Lipſienſia A. 1716. 8. edita Tom. 1. p. 259. ſeq. Aliud ſupplementum fabulæ primæ ſecundæque libri quinti, & ad Phædri colorem proplus accedens addidit interpolator verſionis Gallicæ, quam mox referam excuſam Amſt. 1712. 8. Parum quoque probabiles mihi viſæ ſunt emendationes ſive interpolationes locorum Phædri, quas vir doctus ſed ingenio indulgens ſuo inſeruit Diario, literario Hallenſi, parte pag. 603. ſeq. Phædrus cum verſione *Gallica* (a) & animadverſionibus, ordine-

(a) Journal des Sav. 1702. Jul. p. 29. ſeq.

dineque conſtructionis in puerorum uſum per numeros ſingulis vocabulis impoſitos notatis. Pariſ. 1702. 12. Huic editioni additæ octo fabulæ è Gallicis *Fontani*, qui inter plurimas, quas ingenioſe vel excogitavit vel expreſſit Gallico carmine, quadraginta amplius fabulas è Phædro mutuatus aut imitatus eſt. Phædrus cum notis ſelectis variorum, Diſpontini, Gronoviorum, Kœberi, Hoogſtratani &c. Tiguri 1713. 8.

Fabulæ Phædri LVIII. *Gallica* & *Germanica* proſa Hamburg. 1707. 12. cum fabulis politicis Pilpæi & aliorum. *Belgica* verſio Joannis Hilaridis prodiit Doccomii Anno 1695. Belgico carmine præter Davidem Hoogſtratanum Amſt. 1704. 4. donavit Jo. Jacobus Slaterus A. 1718. *Germanico* (*a*) Salomo Francke, Secretarius Vinarienſis Jen. 1716. 8. *Anglica* proſa, Thomas Dyche, Lond. 1715. In fabularum AEſopiarum delectu, quem Oxoniæ Anno 1698. nitidis typidis excudi curavit A. Alſop, fabulæ *Græca* Planudis proſa quotquot reſpondentes reperiri potuerunt tabulis ſingulis Phædri præmittuntur, utili adoleſcentibus & jucundo ad comparandum utriuſque linguæ uſum conſilio. Cum notis Germanicis *M. Gabrielis Schumanni*, laudabili ſtudio in tironum uſus concinnatis Halæ Sax. 1715. 12. Diſſertationem de Phædro, quam huic editioni præmittere voluit, deinde vulgavit in nova Acerra Philologica p. 167. ſeq. Hall. 1715. 8. Phædrus cum Metaphraſi *Gallicis verſibus* non infeliciter compoſita à Deniſo, (*b*) additis notis Pariſ. 1708. 8. Cum proſaria verſione Gallica tota propemodum nova ſive refiсta & Tan. Fabri notis emendatius excuſis, atque P. Syri mimis Amſt. 1712. 8 Cum brevibus notis *Jo. Chriſtophori Wolfii*, vindiciiſque Gudianis adverſus Jac. Gronovium, Flensburg. 1709. 8. Cæterum norit lector, fabulam quæ incipit:

Ranæ paludis incolæ, ambiguum genus,

non eſſe antiqui auctoris, nedum Phædri, ut perſuaſum Tho. Crenio T. 2. methodor pag. 403. ſed ſuperbam vanamque ſatyram hominis Jeſuitæ Galli, (*c*) compoſitam circa An. 1670. cum Rex Galliæ bellum in Batavos inſtrueret. Vide artem metricam ab uno è Societate JESU jam quattum editam Viennæ Auſtriæ 1703. 8. in quo libro pag. 274. fabula illa ſub titulo *appendicis ad fabulas Phædri ex Bibliotebca Leidenſi* tanquam exemplum deſcriptionis Poeticæ bellum contra Batavos à Gallis initum A. 1670. allegorico mytho

(a) Neve Bibliothec LVII. p. 390. ſeq.

(b) Mem. de Trev. A. 1707. p. 184. & A. 1708. p. 785. Journal des Sav. p. 1708. Maj. p. 238.

(c) Jo. Commirii, in cujus poematis poſtumis exſtat pag. 134. Et verſa Gallice in libro: recueil de vers choiſies par le Bouhours p. 17. nec non in alio, fables choiſies V. partie pag. 28.

mytho exponentis integra legitur. Jac. Tollii editio fabularum Phædri, cujus ſpem facit in dedicatione fortuitorum, non vidit lucem. Fontanus Phædro ſe inferiorem in fabulis ſcribendis eſſe confeſſus eſt: Fontenellus ait eum tam ſiniſtre de ſe judicaſſe *par beſtiſe*; præjudicio occœcatum. Aſſentitur non inferior Fontano ne quidem familiari jocandi ſuavitate Mottæus. Dubitabunt alii, modeſtius ita de ſe Fontanus an verius judicaverit.

IV. In editione Burmanniana p. 205. & p. 325. & iis, quæ deinceps eam ſecutæ ſunt acceſſere fabulæ quinque à Gudio è MS. Divionenſi deſcriptæ, & numeris ſuis redditæ, quæ in prioribus deſiderantur. *Crediderim eum plures*, inquit Burmannus, *ex eodem Codice deſcripſiſſe, nam ejus autographum, ex quo nos eas exhibemus, ut omnibus fere partibus, ita maxime in fine lacerum & mutilum erat, & plura folia, quibus fabulas adhuc quaſdam præſcripſerat (ut ipſius manus in capite primæ hujus fabulæ teſtatur, quæ, ſi bene memini, triginta novas & nunquam editas in has chartas ab ipſo conjectas indicabat) deſiderabantur & abſciſſa eſſe videbantur. Forte & hæ aliquando clauſtra quibus continentur perrumpent.* Phædrus ipſe in limine libri primi innuit arbores etiam, non modo feras loquentes à ſe inductas. At in fabulis quæ exſtant, nullæ arbores loquuntur excepta unica illa fabula à Gudio eruta.

CAPUT. IV.

DE AUR. (a) CORN. CELSO.

*Celſi nomen & ætas. 1. Alii hoc nomine, ibid. Ejus ſcripta deperdita & libri de re Medica qui exſtant. 2. Editiones. 3. Epiſtola ad Calliſtum Celſo tributa. 4. Liber de herbis: 5. * Index Scriptorum, & Medicorum à Celſo laudatorum. 6.*

I. AU-

(a) Apud Caſſiodorum c. 31. divinar. lect. pro *Cœlii Aurelii de Medicina* legendum *Celſi Aurelii*, ſuadente Reineſio p. 656. Var. lect. Quæ ſi vera eſt emendatio, falluntur qui Aulum pro Aurelio vocant, Aldum ſecuti: licet fateor duo nomina familiarum illa ætate vix usquam conjuncta reperiri. Conf. Jo. Rhodium ad Seribon pag. 156. & in Celſi vita, ac Dan. Clericum V. C. in Hiſtoria Medicinæ Gallice edita part 2. p. 218. Fuere & alii Celſi, ut ille ad quem Horatius lib. 1. Epiſt. 8. tum alter Epicureus, contra quem ſcripſit Origenes, & cui Lucianus ſuum inſcripſit Pſeudomantem. Hunc Celſum cum noſtro male confundit Jo. Jacobus à Ryſſel in continuatione Voſſii de Philoſophor. ſectis pag. 158. Alius quoque Cornelius Celſus Imperator, de quo Trebellius Pollio: Alius Julius Celſus ſcriptorum Julii Cæſaris *Inſtaurator*. Alius Juventius Celſus JCtus, alius denique Aruntius Celſus Grammaticus, de quibus infra libro IV. Fuit etiam Juventius Celſus Medicus pater & filius cognominis, & M. Livius Celſus tabularius ſcholæ Medicorum in Inſcriptione

I. AURELIUS CORNELIUS CELSUS, Romanus (*a*), Vir doctiſſimus, nec ipſe Medicus aut Medicinam exercendo quæſtum faciens, ſed qui putaret accuratam ejus artis cognitionem ad virum univerſæ (*b*) naturæ prudentem pertinere. Floruit ſub Tiberio Imp.

II. E variis ſcriptis quibus & jus civile & philoſophiam monumentis illuſtravit teſte Quintiliano, reique militaris & ruſticæ quoque & medicinæ præcepta reliquit, ſoli ad nos pervenerunt ejus *de re Medica libri VIII.* operis ab eo ſcripti *de artibus pars Sexta* (*c*), ut in codice ſuo Henr. Stephanus reperit. His, cum ſint puro facilique ſermone nitide contexti, meruit auctor, ut Medicus Cicero, vel latinus Hippocrates diceretur, etſi Nic. Leonicenus, Joh. Heurnius, aliique profeſſi ſunt, pluris ſe ejus dictionem quàm Medicinam facere, cum tamen ſit plerumque in Medicis etiam ac præcipue Chirurgicis optimos auctores (*d*) ſecutus, adeoque minime contemnendus. * De Celſo ne veteri Romæ reperta apud Hieron. Mercurialem IV. 1. Var. lect. His adde Apulejum Celſum Scribonii Largi præceptorem Centuripis ortum, de quo infra in Apulejo: tum diſcipulum Libanii Celſum Cilicem, de quo Valeſius ad Ammian. XXII. 9. Celſum genere, eruditione, voluntate laudabilem, quem à Theodoſio Imp. cum prærogativa conſulari nobilibus adjudicari optat Symmachus X. 25. Epiſt. * Celſum, cujus obitum luget Ovidius I. de Ponto, elegia 8. Celſum eloquentiæ ſtudioſum, ad quem Libanii lib. 1. Epiſt. 41. & cujus Epiſt. 87. & alibi meminit. Celſum puerum in quem S. Paulini Nolani panegyricus, carm. 15. Celſum Mediolanenſem ad quem Ennodii Epiſtola decima libri IX. S. Celſum, Archiepiſcopum Armachanum, defunctum A. 1128. de quo Bernardus Clarævallenſis in vita S. Malachiæ c. 10. & Papebrochius in Actis Sanctor. 6. April. T. 1. p. 619. ſeq. De noſtro, opinor, Celſo Sidonius carm. 23.

Quid Celſos, Senecas, loquar, vel illum
Quem dat Bilbilis alta Martialem.

(a) Sequor communem ſententiam, licet Cœlius Rhodiginus XIV. 5. Antiqu. lect. refert Veronenſes ſibi civem vendicare Celſum, perinde ut Macrobium, Vitruvium, Pliniumque.

(b) Hoc encomio Celſus mactatur à Columella lib. 2. de re ruſtica p. 185. edit. Commelin. Idem lib. 1. cap. 1. *Noſtrorum temporum Cornelius Celſus totum corpus diſciplinæ* (ruſticæ) *quinque libris complexus eſt*. Quintilianus XII. 11. *Cornelius Celſus mediocri vir ingenio, non ſolum de his omnibus conſcripſit artibus* (Philoſophia & eloquentia) *ſed amplius etiam rei militaris & ruſticæ etiam & medicinæ præcepta reliquit: dignus vel ipſo propoſito, ut eum ſciſſe omnia illa credamus*. Græcinum Celſi transſcriptorem memorat Plinius XIV. 2. Hunc Julii Attici diſcipulum vocat Columella lib. 1. c. 1. illius inquam Attici de quo idem lib. 3. c. 17. *Julius Atticus & Corn. Celſus celeberrimi ætatis noſtræ auctores.*

(c) De hoc noſtro videtur accipiendum, quod S Auguſtinus præf. libri de hæreſibus ait opiniones omnium Philoſophorum, qui varias ſectas condiderunt uſque ad tempora ſua, *ſex* non parvis voluminibus Celſum quendam abſolviſſe.

(d) Salmaſius ad Hippocratis Aphoriſm. LXXIX. pag. 43. *Quæ ab antiquioribus ſumpſit quæ habet omnia Celſus, & ab Hippocrate pleraque, non eſt minimi faciendum.* Idem p. 65. *Credo ſaltem Celſo, qui hoc non divinavit, ſed ex auctoribus præſtantiſſimis, qui & medicinam olim exercuerunt, id mutuatus eſt.*

ſo videndus Jo. Rhodius in Celſi vita, quæ iteratæ editioni diſſertationis ejus de acia (*a*) (Hafniæ A. 1672. 4.) à Thoma Bartholino adnexa, atque exinde etiam Celſo Almeloveenii præmiſſa legitur, & Daniel Clericus in Hiſtoria Medicinæ edita Gallice Amſtelod. 1702. 4. part. 2. pag. 217. ſeq. Præcipuos auctores Celſus Hippocratem & Aſclepiadem Methodicum ſecutus eſt, & libris duobus poſtremis Chirurgica præcepta præclare tradit. Methodicæ ſectæ non per omnia fuiſſe addictum, uti nec dogmaticæ, probat J. Conr. Barchuſen in Hiſtoria Medicinæ, Amſt. 1710. 8. p. 265. Ex eo autem quod *Cornelium. Medicum* appellat Galenus 9. 5. κατὰ τόπ., non ſequitur *Medicam artem* exercuiſſe, ſed ita vocare potuit, tantummodo quod *Medicam artem* ſcripſit, ſicut *artem Militarem*, quam memorat Jo. Sariſberienſis VI. 19. policratici, vel *Rhetoricam*, in qua ſæpe citatur à Quintiliano, aliiſque. Idem Quintilianus X. 1. *Scripſit non parum multa Cornelius Celſus Scepticos ſecutus, non ſine cultu ac nitore*. Sed & *quædam Rhetoricæ Celſi*, inquit Jo. Rhodius, *noſtra ætate, Sixti Popmæ ſtudio feruntur emiſſa*. Atque in Valerii Andreæ Bibliotheca Belgica Sixtus Popma eruiſſe in lucem & illuſtraſſe traditur Cornelii Celſi *librum de arte dicendi*, Coloniæ 1569. Illum fateor me nunquam vidiſſe, neque in Rhetoribus antiquis Pithœi occurit. Daniel Clericus p. 219. vocat *fragmenta Rhetoricæ*, ex Rhodii ut ſuſpicor verbis, neque enim ipſe illa videtur oculis uſurpaſſe. *Libros ad Herennium* Celſo tribuendos non eſſe, jam ſupra annotatum a me memini. In Codicibus MSS. ut Gudiano, ante librum primum Celſi de arte Medica ſcriptum eſt: *Artium liber ſextus, idemque Medicinæ primus*. Cæterum ex primis Celſi verbis colligas libros proxime præcedentes fuiſſe de agricultura.

III. Inter editiones uſui accomodatiſſima eſt, quam Medicus ac Philologus inſignis optimeque de litteris meritus *Theodorus Janſonius ab Almeloveen* Academiæ Hardervicianæ decus hodie ſingulare emendate recudi curavit præmiſſa Celſi effigie ex iconibus Jo. Sambuci deprompta, Amſt. A. 1687. 12. præmiſſa vita Celſi à Joanne Rhodio ſcripta, & indicatis paſſim per totum librum Hippocratis & aliorum veterum quandoque locis parallelis, ſubjectiſque *Joh. Cæſarii*, *Roberti Conſtantini*, & ineditis *Iſaaci Caſauboni* brevibus ſcholiis, aliorum itidem undecunque conquiſitis in Celſum caſtigationibus atque utiliſſimo indice. Idem Almeloveenius elenchum editionum Celſi adjecit, & hunc ſcriptorem juſtis commentariis indiceque locupletiſſimo ad penſandam lucubrationum Joannis Rhodii jacturam, illuſtraturum ſe eſt

(*a*) Recuſa etiam Lundini Scanorum 1691. 4. ut me monuit Clariſſ. Schwergenius.

ſe eſt pollicitus. Cujus laudatiſſimi conatus, ne idem fatum experiantur, quo *Joſ.* (*a*) *Scaligeri*, *Joannis Walæi*, *Æl. Everbardi Vorſtii*, *Jacobi Holſtii* (*b*) & *Jacobi Mentelli* (*c*) promiſſa intercepta dolet, ex animo optant bonarum litterarum ſtudioſi. Porro ad locum Celſi lib.V. c.26. de fibula & acia extat Jo. Rhodii erudita diſſertatio edita Patavii 1639. 4. cujus capite 15. Alphonſi Nunneſii ſententiam, & Johannis Jacobi Chifletii pro ea libellum Antuerp 1633.4. editum refellit. Rhodium reprehendit Salmaſius lib. de modo uſurarum. Ejuſdem Rhodii de ponderibus & menſuris veterum Medicorum (Celſi imprimis) diſſertationem poſthumam, cum vita Celſi, ab hoc ipſo Rhodio ſcripta edidit Thomas Bartholinus Hafniæ 1672. 4. qui notas ejus indicemque, quales in Scribonium Largum ediderat, ferali flamma periiſſe queritur p.56. ſeq. libelli de Bibliothecæ ſuæ incendio.

Prodiit primum Celſus Florentiæ An. 1478. fol. * Tum Mediolani A. 1481. fol. per Leonhardum Pachel & Uldericum Sinczenzeler, quam video memorari in Bibl. celeberrimi Almeloveenii, quæ A. 1713. Amſtelodami diſtracta fuit. Eandem quoque annotare non prætermiſit vir præſtantiſſimus Mich. Maittaire in Analibus typograph. p.161. Deinde Venetiis 1493. fol. per Johannem Rubenam Vercellenſem, & 1497. fol. apud Philippum Pinzi. Hinc Lugd. 1516. 4. Venetiis apud Aldum ex *Jo. Baptiſtæ Egnatii* emendatione A. 1524. fol. Iterum apud Aldum & Aſulanum 1528.4. adjuncto Q. Sereno. * Aldinæ editionis perquam nitidæ Anni 1528. 4. exemplum in membrana impreſſum veniebat in auctione Gudiana ſedecim marcis Lubecenſibus. Medicos vero antiquos atque in his Celſum ex eadem Aldi officina editos Anno 1549. fol. & à *Nic. Nancelio* collatos cum aliis codicibus, & propriis ejusdem conjecturis emendatos Schurtzfleiſchius ex eadem Bibliotheca marcis amplius quinquaginta comparavit pro ſereniſſimo Duce Gothano, in cujus Bibliotheca hodie conſpicitur. In Bibl. Menarſiana pag. 36. Celſus MS. in membrana nuper Hagæ veniit. In Almeloveeniana, celſus excuſus Haganoæ 1528. 8. cum notis variis MSS. Cum *Joannis Cæſarii* caſtigationibus Haganoæ 1528. & Saligniaci 1538. 8. apud Johannem Soterem.

Pariſ:

(a) Voſſ. de Philoſophia p. 95. Colomeſ. Gall. Oriental. p. 116. Almeloveen. Bibl. promiſſa & latens p. 51. &c. *Jul. Caſ. Scaligeri* pro *Joſ. Scaligeri* excuſum eſt in Actis Erud. A. 88. p. 146.

(b) Vide Epiſtolas ad Marq. Gudium p. 58.

(c) Patinus T. I. Epiſt. p. 445. *Nous avons ici Mr. Mentel, qui en promet un Celſe pareillement en vertu de pleuſieurs Manuſcrits & reviſions qu'il a devers ſoy. Pour ce dernier quoy qu'il diſe & promette beaucoup, il ne fait jamais rien & dit toujours qu'il fera merveilles.*

Pariſ. 1529. fol. apud Chriſt. Wechelum. Pariſ. 1533. 8. Tiguri 1540. 8. Lugd. 1542. 8. Venetiis apud Aldum cum aliis Medicis antiquis A. 1547. fol. Lugd. 1549. forma minore. Lugduni 1554. 12. apud Joh. Tornæſium, * cujus editionis exemplum, qui liber ejusdem Gudii fuit, habeo cum adſcriptis notis & emendationibus ex codice *Joſephi Scaligeri* & excerptis *Joannis Walæi* ex Codice Regis Galliæ: Et Scaligerum quidem Celſi editionem molitum teſtatur Franciſcus Vertunianus in Epiſtola Hippocrati de capitis vulneribus præmiſſa, Walæum vero Colomeſius in Gallia Orientali p. 116. Celſus cum commentariis *Guil. Pantini* uberioribus in primores duos libros & in quinque reliquos brevioribus annotationibus, Baſil. 1552. fol. apud Oporin. Liber primus Celſi qui eſt de ſanitate tuenda cum commentario *Jodoci Lommii*, Lovan. 1558. 8. Celſus cum Sereno & Rhemnio Fannio, Patav. 1563. 8. Cum eodem Sereno & Rhemnio annotationibuſque & emendationibus Rob. Conſtantini, Lugd. 1566. 8. apud Rovillium. Venet 1566. 8. Inter Medicos principes H. Stephani A. 1567. fol. Lugd. 1587. 12. Lugd. 1592. & 1608. 12. Cum commentario *Jeremiæ Thriveri Brachelii* in lib. 1. & in libros ſeptem reliquos enarrationibus *Balduini Ronſſei* Gandenſis, Reip. Goudanæ Medici Lugd. Bat. 1592. 4. apud Franciſcum Raphelengium. *Hieron. Rubei* annotationes in Celſum, Venet. 1616. 4. *Petri Pavv* commentarius in IV. prima capita libri octavi adjunctis ejusdem Commentariis in Hippocratem de vulneribus capitis, Lugd. Bat. 1616. 4. Celſus Genev. 1626. forma minore, cum Sereni, Rhemnii & Vindiciani carmine. Ex recognitione *Jo. Antonide van der Linden* (*a*). una cum iisdem Sereno, Rhemnio, Fannio, & Vindiciano, Lugd. Bat. 1657. 12. 1665. 12. Denique Lindenium ſecutus eſt Clariſſ. Almeloveenius, cujus editio recuſa eſt Amſtelod. 1713. 8. Hanc ubi referunt Diarii Pariſienſis auctores, (*b*) argumenta librorum Celſi ſuccincte & eleganter exponunt. Eodem anno 1713. 8. Celſus editus eſt Jenæ cum *D. Georgii Wolfgangi Wedelii* præfatione, qui Celſum Medicum fuiſſe, & artem Medicam feciſſe non dubitat. Elegantias latini ſermonis ex Celſo collegit & ordine litterarum digeſſit *Iacobus Pontanus* S. J. Tom. 4. progymnaſmatum p. 409 ſeq. Loca è Celſo excerpta in Opere Veneto de febribus & altero de balneis, & quæ de oſſibus cum Galeni libri hujus argumenti Joannes van Horne vulgavit, de induſtria prætereo.

 * Sunt

(a) Lindenium in Celſo caſtigando uti in Hippocrate audacius verſatum eſſe judicat Th. Bartholinus diſſ. IV. de legendis libris p. 118. Ad adornandam hanc editionem plura ſubſidia habuit à Patino, varias nimirum Celſi editiones emendatas manu Fernelii, Capellani, Carpentarii, Scaligeri, & Nancelii.

(b) Journal des Savans 1715. Januar. p. 16.

* Sunt qui Celſum & Salluſtium *Græce* verſos commemorant à *Benedicto Averano* Florentino, qui A. 1707. diem obiit. Qui librum primum Celſi de ſanitate tuenda commentario illuſtravit, *Iodocus Lommius* Medicus Bruxellenſis, ſimilia etiam in cæteros Celſi libros paraverat, quæ lucem non viderunt. Dolendum eſt non Jo. Rhodii modo, ſed & Tho Bartholini editionibus fata interceſſiſſe. *Rhodius* quidem, cui *Hippocrates Romanus* nuncupatur Celſus c. 16. libri de acia, optimos Codices conſuluiſſe ſe teſtatur, ut Florentinum Mediceum, & alios Venetos Tolentinorum Clericorum Regularium & B. Antonii, Ambroſianum quoque Mediolanenſem, & Salisburgenſem, itemque Codices Jo. Vincentii Pinelli, Caroli Moroni, Caroli Sponii, Lazari Bonamici,& emendationes Jo. Caji celebris Britanniæ Medici. *Bartholinus* lectionibus à Rhodio collectis & indice ejus in Celſum locupletiſſimo, qualis in Scribonium Largum exſtat, adjutus Celſum commentariis Medicis & Philologicis illuſtraverat, qui in incendio Hageſtadano perierunt. *Nicolaus* quoque *Blancardus* dedicationi Arriani ſui notas in Celſum ſcripſiſſe ſe teſtatur, quas in turbis Zeelandiæ ſurreptas ſibi queritur. Lexicon denique in Celſum, commentariumque exſpectamus à *D. Io. Iacobo Baiero* Medico Altorfino clariſſimo. Quod Celſi *veterinariam* (*a*) nonnulli memorant, fortaſſe nonnihil ejus argumenti, perinde ut Columella, Vegetio de mulomedicina ideo laudatus, attigerat in libris de agricultura, ſed jampridem deperditis.

IV *Epiſtola ad Cajum Iulium Calliſtum*, quæ ſub Cornelii Celſi nomine præfigitur Marcelli Empirici libro de Medicamentis, Scribonium Largum habet autorem, qui ſcriptum ſuum de compoſitione medicamentorum hac ipſa Epiſtola Calliſto dicavit. Apud eundem Marcellum etiam alia brevior *Epiſtola ad Pullium Natalem* Celſo tributa legitur, in qua ſe ait illius rogatu duos compoſitionum libros de Græco in latinum ſermonem convertiſſe. Sed & hanc Largo potius adſcripſerim, qui in prioribus litteris promittit, ſe plures compoſitiones collecturum. Utraque Epiſtola exſtat in calce editionis Celſi Plantinianæ A. 1592. 4. & in Medicis antiquis Aldi & H. Stephani.

V. *Librum de herbis* conſtat non eſſe hujus Celſi, ut infra in Apulejo dicemus.

VI. IN-

(*a*) Vide Hieron. Mercurialem IV. 4. Var. Lect.

VI. INDEX SCRIPTORUM
& Medicorum à CELSO laudatorum.

Æſculapius I. præf.
Ammonius Alexandrinus Chirurgus. VII. præf. λιθοτόμος dictus VII. 26.
Andreas V. præf. & 18. bis, & VI. 6. VIII. 22.
Andron V. 20. VI. 18. Andronium medicamentum VI. 14.
Apollonius Empiricus I. præf. qui Mus cognominatus eſt. V. præf.
Apollonij duo chirurgi VII. præf.
Apollophanes. V. 18.
Arabis cujuſdam malagma V. 18.
Archagathus V. 19.
Ariſton. V. 18.
Ariſtogenes V. 18.
Aſclerias collyrium VI. 6.
Aſclepiades I. præf. bis. I. 3. II. 6. 12. 14. 15. 17. III. 4. ſæpius 14. 18. bis. IV. 3. 4. 19. V. præf. VI. 7. Ejus volumen quod de tuenda ſanitate compoſuit I. 3. Antiqui Medici timidius balneo utebantur, Aſclepiades audacius. II. 17.
Athenion V. 25.
Attalum emplaſtrum V. 19.
Boethus V. 21.
Cæſarianum collyrium VI. 6.
Caſſius Medicus IV. 14. V. 25.
Chironium ulcus V. 28.
Chryſippus medicus I. præf. V. 18.
Chryſippi diſcipulus non ignobilis medicus apud Antigonum Regem. III. 21.
Cleon VI. 6.
Cleophantus ex antiquioribus Medicis III. 14. Crato VI. 7. 18.
Cteſiphon V. 18.
Democritus I. præf. II. 6.
Dexius V. 18.
Diocles III. 24. VII. 5. VIII. 20. Caryſtius I. præf. IV. 13. ferramentum Διοκλέους γραφισκον VII. 5.
Diogenes V. 19. 27.
Dionyſius VI. 18.
Empedocles I. præf.
Empirici I. præf. V. præf.
Eraſiſtratus I. præf. quater. III 4. 9. 10. 21. IV. 11. 13. 24. V. præf. VI. 18.
Evelpis VI. 6. ſæpius. Ocularius Medicus maximus Celſi tempore id.
Evelpiſtus Phlegetis F. chirurgus VII. præf.
Euthycleus. V. 18.
Faber quidam VIII. 20.
Fabulæ de Ajace & Oreſte. III. 18.
Glaucias Empiricus I. præf.
Gorgias chirurgus VII. præf. & 14.
Hecatæus VI. 19. 26.
Heraclides Tarentinus Empiricus I. præf. citatur III. 6. 15. V. 25. VII. 7. VIII. 20.
Heras V. 22.
Hermon VI. 6.
Heron chirurg. VII. 14.
Herophilus I. præf. bis, & III. 9. V. præf. VII. 7.
Hierax VI. 6.
Hieron, vid. Heron.

Hippocrates Cous vir & arte & facundia inſignis Democriti ut quidam crediderunt diſcipulus I. præf. recentiores medici licet in curationibus mutarunt, tamen optime illum præſagiſſe fatentur. II. præf. citatur I. præf. II. 14. III. 4. 9. 24. IV. 4. IV. 16. VI. 6. VIII. 6. 8. 14. 15. 20. 25. more magnorum virorum, confeſſus eſt ſe erraſſe VIII. 6.

Hippocratis ſucceſſores III. 9.

Hirenæus, v. Irenæus.

Homerus I. præf.

Jollas V. 22.

Irenæus V. ult.

Judæus Medicus V. 19. 22.

Lyſias V. 18.

Machaon I. præf.

Medus V. 18.

Meges, ut ex ſcriptis ejus intelligi poteſt chirurgorum eruditiſſimus VII. præf. citatur VII. 2. 7. 14. 26. VIII. 21.

Menemachus VI. 9.

Menophilus VI. 7.

Methodici I. præf. infra, Themiſon.

Metrodorus Epicuri diſcipulus III. 21.

Micon V. 18. bis, 28.

Mithridatis antidotum V. 23.

Moſchus V. 18.

Myron, vide Micon.

Nileus V. 18. VI. 6. clarus admodum au&or VII. 20.

Numenius V. 18. 21.

Nymphodorus VIII. 20.

Panthemus V, 18.

Petron III. 9.

Philes VI. 6.

Philetas V. 19.

Philippus Epirotes, Medicus apud Antigonum Regem III. 21.

Philonis collyrium. VI. 6.

Philocrates V. 19. 26.

Philotimus, clarus admodum au&or VIII 20.

Philoxeni Ægyptii plura de chirurgia volumina VII. præf.

Pliſtonicus Praxagoræ diſcipulus I. præf.

Podalirius I. præf.

Polyarchus VIII. 9.

Polybius V. 26. VI. 7.

Polyidas V. 20.

Praxagoras I. præf.

Protarchus V. 18. 28. bis, & VIII. 20.

Ptolemæus chirurgus. VI. 7.

Pythagoras I. præf.

Pythagorici numeri III. 4

Serapion V. 28. Empiricus Medicus I. præf.

Soſagoras V. 18.

Soſtratus chirurgus VII. præf. & 4. 14.

Tharrias. III. 20. 21.

Themiſon I. præf. Methodicorum poſt Aſclepiadem au&or. id. III. 4. IV. 15. VI. 7.

Theodotus VI. 6.

Theoxenus V. 18.

Timæus V. 22.

Tryphon pater VI. 5. chirurgus Romæ (non diu ante Celſum) VII. præf.

Zeno. V. præf.

Zopyrus qui Ptolemæo Regi antidotum compoſuit. V. 23.

C A.

CAPUT V.

DE VALERIO MAXIMO:

Valerii Maximi ætas & libri IX. Memorabilium. 1. Utrum Epitome illius operis hodie tantum ſuperſit. 2. De nominum Rom. ratione fragmentum. 3. Editiones Valerii Maximi. 4. Exneri Valerius Max. Chriſtianus, & alia hujuſcemodi ſcripta. 5. Valerii Epiſtola ad Rufinum ne ducat uxorem. 6.

1. VALERIUS MAXIMUS, (*a*) Romanus, cum per aliquod tempus petita cum Sexto Pomponio Aſia (*b*) militaſſet, reverſus in patriam extremis Tiberii Imp. temporibus (*c*): poſt cædem Sejani ſcripſit ad eundem Imperatorem *libros IX. dictorum, factorumque memorabilium*, digeſtorum in certas claſſes; opus jucundum, varium, utile, lectumque Gellio lib. 1. cap. 7. Plinio lib. 7. & Plutarcho in Marcello; ut Jo. Sarisberienſem & alios juniores prætercam, Saxonem præcipue Grammaticum, qui eum plurimis Hiſtoriæ ſuæ Danicæ locis eſt imitatus. * Publici prænomen Valerio vindicandum non dubitabat Marquardus Gudius auctoritate Codicis Medicei. Igitur ad alium ſpectat inſcriptio vetus, ſi vetus, quam affert Gaudentius Merula lib. 1. de Gallorum Ciſalpinorum antiquitate c. 4.

M. VALERIUS MAXIMUS
SACERDOS
D. S. I. M. STUD
ASTROLOGIÆ
SIBI ET SEVERIÆ APR
UXORI
H. M H. N. S.

In Codice Leidenſi tamen Valerium Maximum Marci prænomine inſigniri video. Maximi cognomen commune apud Romanos Valeriæ genti & Fabiæ & Calviſiæ aliiſque. Vide Ez. Spanhemium de uſu numiſmat. T. 2. edit. novæ p. 46. 65. 72. &c. Sub Sexto Pompejo in Aſia militavit Valerius, hinc & Pompejum extinctum vehementer dolet, laudatque IV. 7. ult. Laudatur à Petro Bleſenſi & aliis junioribus. Saxonem Grammaticum diligentem ejus imi-

 tato-

(a) Alius & longe antiquior, gentis Valeriæ Princeps *M. Valerius* dictator, quem primum revocatæ prudenti oratione è ſacro monte plebis cauſa *Maximi* nomine appellatum tradit Cicero in Bruto c. 14.

(b) Valerius Max. lib. 2 c. 6. n. 8.

(c) Lib. 9. c. 4. extern. 4.

tatorem fuiſſe obſervavit Jo. Iſaacius Pontanus Epiſtolis ad Stephanum Stephanium in ſylloge Epiſtolarum Lugd. Bat. Anno 1708. 8. editarum ab Antonio Matthæo p. 374. ſeq. 433. ſeq. & à Stephanio in prolegomenis ad Saxonem cap. 18. & in notis paſſim. Ineptum verborum & ſententiarum affectatorem dixit Valerium Joſephus Scaliger, quod ejus dictum probat Janus Rutgerſius, quem ſi placet vide VI. 16. Var. Lect. pag. 597. ſeq. In hiſtoria quandoque lapſum obſervavit Car. Sigonius lib. I. emendationum contra Robertellum pag. 65. Quoniam omnium manibus terebatur hic ſcriptor, ideo prodigioſiſſime corruptum & gloſſematis interpolatum ad nos perveniſſe notat Franciſcus Modius Epiſt. 54. & 96. novantiqu. lect. *Paſſim*, inquit vir doctus, *in Valerio obſervavimus pronominum ellipſin, Græcis quoque uſitatam. At imperiti homines de ſuo illa intruſerunt fulciendis ſententiis, quod ſemel dictum volumus de hoc ſcriptore*. Fulbertus Carnotenſis. (*a*) Epiſt. XCVI. ad Robertum Francorum Regem affert ex *Valerio Rufo* in libro memorabilium capitulo quarto de prodigiis, quæ apud Valerium Maximum lib. I. memorabilium cap. 6. de prodigiis n. 5. leguntur.

II. Quos vero hodie ſub eo nomine legimus, cum dictionem aliquando prodant illa (*b*) fere ætate indignam, viri docti habent pro epitoma ex majore Valerii opere concinnata, vel à *Julio Paride*, ut Voſſius conjicit de Hiſtor. Lat. lib. 1. c. 24. confer Lambecium 2. de Bibl. Vindob. p. 934. vel à *Januario* (*c*) *Nepotiano*, quæ juſtior

(a) Tom. XVIII. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 16.

(b) Eraſmus in Ciceroniano: *Valerius Maximus tam ſimilis eſt Ciceroni, quam mulus homini, adeo ut vix credas vel Italum fuiſſe qui ſcripſit, vel hoc ætatis quod præ ſe fert vixiſſe, tam diverſum eſt totum dictionis genus. Afrum quempiam eſſe dicas, nec ullum carmen elaboratius*. Caſtrenſe genus dicendi in Valerio ac Vellejo notat Chriſtianus Daumius in libro de cauſis amiſſarum latinæ linguæ radicum p. 39.

(c) Hunc addes aliis Januariis collectis a Giſb. Cupero in ἀποθεώσει Homeri p. 271. Ceterum quod Epitomam tantum Valerii ſupereſſe nobis, audacter affirmant viri eruditi, non adeo certum eſſe vel ex Plinio Majore, qui plus ſimplici vice verbis ejus utitur, colligi poſſit. Imo contrarium dilucide è Plinio apparere ait Joh. Harduinus, cujus tamen judicio non ipſius Valerii, ſed epitomatoris ſunt, quæ à Cuſpiniano primum (quo nomine ipſi Aldus gratulatur) è MS. Vindobonenſi reſtituta & 2. MSS. Regiis tertioque Remenſi S. Dionyſii Canonicorum Regularium, & in Petri Danielis Codice aliiſque quibuſdam haud obvia, leguntur à num. 5. extern. cap. 1. libri 1. ad cap. 5. ejuſdem libri 1. quod de ominibus eſt, præfationibuſque & egreſſibus Valerio uſitatis ſunt deſtituta. Gloſſematis peſſime laborare hunc ſcriptorem notavit Jacobus Schegkius Epiſt. 4. præmeſſ. Non eſſe porro auctorem Valerium Maximum inſcriptionum cujuſcunque capitis, vel illud argumento notat eſſe Franciſcus Vavaſſor libro de vi & uſu verborum quorundam latinorum, quod lib. 5. caput 2. de gratitudine inſcribitur, & caput 3. de ingratitudine, quas voces neque uſquam illo ſenſu apud probum ſcriptorem reperias, (apud Apicium enim *gratitudo ciborum* notat gratum & jucundum illorum ſaporem) nec ipſe Valerius toto duplici capite uſurpavit, cum occaſio uſurpandi, imo prope neceſſitas non deeſſet. Idem tamen Vavaſſor teſtatur ſe habuiſſe ſcriptum manu Valerium, in quo non

juſtior forte Cantelii ſuſpicio eſt in ſua Valerii editione. Fundus hujus poſterioris opinionis eſt Epiſtola, quam ex veteri codice edidit Philippus Labbeus T. 1. Bibliothecæ Mss. p. 669. & quia brevior eſt, hic integram apponere non gravabor.

Ianuarius Nepotianus Victori ſuo ſalutem.

Impenſius quam cæteri adoleſcentes literis ſtudes, quotantum proficis, ut exigas Scripta Veterum coerceri; mi Victor, quod judicium etiam in ſenibus rarum eſt. Igitur de Valerio Maximo mecum ſentis opera ejus utilia eſſe, ſi ſint brevia. Digna enim cogitatione componit, ſed colligenda producit, dum ſe oſtentat ſententiis, locis jactat, fundit exceſſibus, & eo fortaſſe ſit paucioribus notus, quod legentium aviditati mora ipſa faſtidio eſt. Recidam itaque, ut vis, ejus redundantia & pleraque tranſgrediar, nonnulla prætermiſſa connectam. Sed hoc meum nec vim antiquorum habebit, nec fucum novorum. Et cum integra fere in occulto ſint, præter nos (a) *duos profecto nemo Epitomata cognoſcat. Hoc tutius abutor otio, cave hic aliud quam brevitatem requiras, quam ſolam popoſciſti. Cura mi Victor ut valeas.*

Epitomen Valerii compoſuit etiam *Io. Honorius* Bohemus, qui Lipſiæ A. 1497. claruit. Vide Jo. Hallervodii ſpicilegium de Hiſt. Lat. p. 110. * Brevitati ſtuduiſſe ſe Valerius innuit lib. IV. cap. 1. 12. *Sentio quos cives queque facta eorum ac dicta quam anguſto ambitu orationis amplectar. Sed tum magna & multa breviter dicenda ſint de claritate excellentibus viris, ſermo infinitis perſonis rebuſque circumfuſus utrumque præſtare non poteſt. Itaque propoſiti quoque noſtri ratio non laudanda ſibi omnia, ſed recordanda ſumpſit. Iulium Paridem* non epitomatoris nomen eſſe, ſed librarii, bene mihi videntur annotaſſe Memoriarum Trevoltinarum auctores A. 1714. pag. 51. *Iulii Henorii* (*b*) epitomata ſuper novem libros Valerii Maximi, impreſſa eſſe Lipſiæ, ubi tunc Honorius vivebat 1503. 4. monuit me Clariſſ. Schœtgenius.

III. In paucis quibuſdam MSS. Pighius teſtatur pro *decimo libro* occurrere fragmentum epitomes *de nominum Romanorum ratione*, quam ex Valerio (forte non *Maximo* ſed *Antiate*) *Iulius Paris* confeciſſe dicitur. Hoc inſigniter illuſtrat & erudite caſtigat *Claudius Salmaſius* in commentario inchoato ad Arnobium; quem ineditum evolvi in Bibl. Gudiana. *C. Titi Probi* (*c*) nomen, quod eidem

non jam de gratitudine & ingratitudine, ſed de gratis & ingratis capita inſcripta fuerint.

(a) Ita leg. pro *nos duo*.

(b) Alii hunc M. *Jo. Honorium* Bohemum appellant. Vide Cren. Tom. 6. animadverſ. pag. 38.

(c) In Autographis Rudolphinis T. 1. p. 401. male excuſum eſt *C. Titi Probi in X. libros Epitome* pro *in decimum librum*.

fragmento præfigitur in editione Baſileenſi A. 1540. 8. niſi plane alienum ſit, librarii eſſe exiſtimem. Quamvis exſtitit *Probus* quidam, de quo Lupus Ferrarienſis, qui circa annum DCCCXXX. à Chriſto nato ſcripſit, Epiſtola XX. & XXXIV. ubi de variis argumentis eum eſſe commentatum teſtatur. *Probum autem*, inquit, *nontam aliquid edidiſſe admiror, quam nonomnibus jam ſcribendi materiam abſtuliſſe.* Illud vero fragmentum prorſus remotum eſt à novem librorum Valerii Maximi argumento, & propterea in pluribus editionibus prætermiſſum. In quibuſdam quoque MStis codicibus ſeparatim ſine reliquis Valerii libris occurrit. Vide Lambecium lib. 2. de Bibl. Vindob. p. 934. Alciatum IV. 1. diſpunction. * In Codice Heinſiano A. 1421. ſcripto Gudius obſervavit poſt librum nonum ſequi: *Libri X. capitulum 1. de prænomine*. Illud de nominum ratione fragmentum Pighius recenſuit ex editione Philippi Nucii Antvverp. 1566. quam cum veteribus codicibus commiſit. Salmaſii commentarium inchoatum in Arnobium, quo fragmentum illud inſigniter illuſtravit, edidi in tomo ſecundo operum S. Hippolyti Martyris, Hamb. 1718. fol. Cum Salmaſio conferendus Ez. Spanhemius diſſ. X. de uſu numiſmatum Tom. 2. edit. novæ, qui hoc fragmentum hoc *T. Probo* tribuit pag: 40. 41. 77. &c. *Dionyſii de Burgo* expoſitiones MSS. in Valerium exſtant in Bibliotheca Remenſi, in Monaſterio S. Remigii, & Uratislaviæ in Bibl. Rhedigeriana. Fuerunt etiam in Menarſiana pag. 64. ubi auctor male vocatur *Franciſcus de Burgos*.

IV. Lucem vidit Valerius Maximus Moguntiæ primum * per Petrum Schoyffer de Gernshem, Anno 1471. fol. quæ editio princeps ex Perizonii legato ſervatur in Bibl. Leidenſi. Eodem anno recuſus per Vindelinum Spirenſem Venetiis 1471. fol. (a) atque iterum Venetiis 1474. fol. per Johannem de Colonia ac Joh. Manthem, & in nobiliſſima Pariſ. 1475. fol. ſine nomine typographi, & hæc editio cum priori An. 1471. fuit in Bibl. Marquardi Gudii; præterea Venet. 1475. fol. & Bononiæ 1476. fol. ad petitionem Sigiſmundi de Libris. Ex emendatione *Boni Accurſii* Piſani, Venet. 1478. fol. & Mediolani 1480. fol. per Leonardum Pachel, & Uldericum Scinczenzeller. Cum *Omniboni Leoniceni* Vicentini, qui medio ſæculo XV. claruit, expoſitione Venet. 1482. fol. per Joannem de Forlivio & ſocios ejus, & Mediolan. 1487. fol. per Leonh. Pachel & Uld. Scinczenzeller Theutonicos. Ex recenſione *M. Antonii Sabellici*, cum *Oliverii Arzignanenſis* Vicentini commentario Venet. 1487. fol. arte & impenſis Joannis Forlivienſis, Gregoriique fratrum, atque deinde ſæpius, ut 1488. 1491. 1494. 1497. 1500. 1503.

(a) Mich. Maittaire Annal. typograph. p. 91. 107. 115. 120. 132. 156. 168. 203.

1503. 1505. fol. Cum commentario Oliverii Arzignanenſis, & *Theophili*, Mediolan. 1508. 1510. & additis *Iacobi Badii Aſcenſii* familiaribus interpretationibus ibid. 1513. fol. *Sub Theophili nomine Arcadicus latet*, ajunt in titulo Mediolanenſes, *cujus rabiem hac in editione coercuit Antonius Lenas*. Prodiit iterum Valerius cum commentariis Oliverii, Badii &c. Venet. 1518. Pariſ. 1522. Venet. 1548. 1558. 1565. 1575. fol. & ſine illis ab Aldo 1502. & 1508. & ab Aſulono A. 1514. 8. & Lipſiæ 1514. fol. per Melch. Lottherum, & Pariſ. 1517. tum Seleſtadii 1520. 4. apud Lazarum Schurerium, quam editionem à Johanne Kukio, ſive Cauchio Trajectenſi cum veteri Codice Batavo collatam, qua Pighius uſus olim eſt, accepi ex auctione Gudiana. Valerius Maximus ex ædibus hæredum Aſulani Venet. 1534. 8. & cum præfatione Pauli Manutii apud Juntam 1534. 8. vidit etiam lucem Moguntiæ A. 1538. 8. & Baſil. 1540. 8. & ex recenſione *Sebaſt. Corradi* (a) atque cum ejus notis, Venet. 1545. 1564. 8. & 1605. 8. quam poſtremam editionem Clariſſ. Perizonius collatam cum Codice MS. Bibl. ſecretæ Julii II. Pontificis, legavit Bibl. Leidenſi. Ab eodem etiam legata eſt Pariſienſis A. 1545. 12. collata cum MS. chartaceo Cornelii Tollii, nec non Duacenſis A. 1619. 4. collata cum duobus MSS. & cum variis Lect. è codice MS. Lipſienſi & Jani Douſæ conjecturis. Eidem additæ plures Perizonii ipſius notæ, atque index rerum, & verborum. Prodiit etiam Argentinæ 1521. 8. & ex *Rob. Stephani* officina cum indice & variis Lect. Pariſ. 1543. 8. tum Antvverpiæ 1545. 8. & Lugdun. 1534. 8. 1541. 8. 1560. 8. 1566. & 1576. 12. Genevæ 1550. 12. & cum *Henrici Glareani* annotationibus Baſil. 1553. 8. apud Henr. Petri, & A. 1577. 8. *Lucæ* quoque *de Penna* (ejuſdem qui in Codicem Juſtinianeum ſcripſit) Obſervationes manu exaratæ in Valerium Maximum fuere in Bibl. Iſ. Voſſii. * Præterea lucem vidit Valerius Baſileæ, 1556. fol. cum ſcriptoribus aliis, qui exempla virtutum & vitiorum edidere: ſunt autem hi: 1) *Nicolai Hanapi* (b) Patriarchæ Hieroſol. exempla virtutum, & vitiorum ex utroque Teſt. 2) Valerius Max. 3) *Æliani* variæ Hiſtoriæ Græce cum Herm. Vulteji verſione. 4) *M. Antonii Coccii Sabellici* exemplorum libri decem. 5) *Baptiſtæ Campofulgoſi* dictorum factorumque memorabilium (c) libri novem. 6) *Parthenii* Erotica Græce cum Jani Cornarii verſione. 7) *Guidonis de Fonte Nayo* Bituricenſis liber variorum exemplorum, ſcriptus A. 1516. 8) *M. Ma-*

ruli

(a) Catalogus Bibl. Nic. Heinſii part. 1. p. 336.
(b) Lucem viderant ſeparatim Lugd. 1554. 12.
(c) Prodierant ſeparatim Mediolan. 1509. & plus ſimplici vice poſtea Coloniæ, Pariſ, Antuerpiæ.

ruli (*a*) Spalatenſis de vita religioſe per exempla inſtituenda libri ſex. 9) *Heraclides* de politiis, Græce & Latine è Jo. Stobæi florilegio. 10) *Iulii Frontini* ſtratagematon libri IV. Valerius cum *Claudii Mitallerii* notis Lugd. 1576. 12.

Præ ceteris poſt Aldinam, & Pariſienſem Rob. Stephani, memoranda eſt editio, quæ cum *Steph. Pighii* plus quam octingentis locis Valerium emendaſſe ſe profeſſi, & brevibus notis *Iuſti Lipſii*, qui duobus MStis codicibus & antiquis editionibus uſus eſt, prodiit Antvv. A. 1585. 1594. &c. 8. in qua etiam fragmentum illud *de nominibus* reperies Pighii notis illuſtratum, quod Joh. Vorſtius, Joh. Minellius, aliique, ut dixi, prorſus abjecerunt. Prodiit Valerius etiam cum Mitallerii notis Lugd. 1576. 12. Pighii & *Claudii Mitallerii* notis, Lugduni A. 1587. 12. apud Gryphium, quemadmodum cum ſolis Pighii annotationibus lucem viderat Antvverp. 1567. & 1574. 8. cum notis Pighii & Lipſii Lugd. 1612. 12. Nec *Chriſtophori Coleri* prætereunda editio, qui Valerium ad exemplar Petri Danielis pridem Ravennæ emendatum à Ruſticio Helpidio Domnulo V. C. contulit, & animadverſionibus atque indicibus auxit, Pighiique & Lipſiæ notas addidit Hanov. 1614. 8. * Auctior eſt editio Wecheliana Francof. 1627. 8. cui & annotationum ſuarum novam appendicem, atque Seb. Corradi ſelectas animadverſiones Colerus adjunxit. Hanc poſſideo collatam à Viro Clariſſimo Marquardo Gudio cum Codicibus viginti amplius, quorum notiam his verbis præfixit: B. 1. *ſcriptus in folio, exſtat Avarici Biturigum apud Nicolaum Catharinum, Advocatum Regium. In fine libri notatur deſcriptoris nomen & ætas his verbis:* Anno Domini noſtri JEſu Chriſti milleſimo cccc. octavo Ego frater Johannes de Barrio Ordinis Minorum, conventus Mirandæ in Vaſconia, oriundus de Galano, iſtum Valerium Maximum Pariſius ſcripſi. Et inceptum in vigilia Pentecoſtes, in vigilia S. Laurentii conſummavi in honore ſanctæ Trinitatis & totius curiæ cœleſtis. Amen. B. 2. *Secundus Bituricenſis codex litera majori & eleganti ſed corruptiſſime ſcriptus, volumen vaſtum, tamen non magni pretii: manus ipſa valde recens: deerat initio unum folium. Deſinebat ſtatim libro nono, neque ibi reperiebatur capitulum de prænomine ex libro decimo. Habuimus.*

(a) Lucem viderunt Latine Baſil. 1513. 4. & Italice verſi à Remigio Florentino, Ord. Prædicator. Venetiis 1603. 4. Valerii Max. veſtigiis etiam inſiſtunt *Richardus Dinothus* Normannus Conſtantinus in libris VIII. locorum communium hiſtoricorum de rebus, & factis memorabilibus, Baſil. 1580. 8. *L. Demetius Bruſenius* Conturſinus Lucanus rerum memorabilium libris VII. Francof. 1608. 8. *Andreas Eborenſis* Luſitanus in exemplis memorabilibus, Colon. 1593. 12. *Nicolaus Vernulæus* virtutum Auſtriacarum libri III. Lovan. 1640. 4. *Jo. Conradus Dietericus* in Ethica paradigmatica Jen. 1670. 8. Alios retuli infra.

buimus hunc librum ex Bibliotheca S. Sacelli Bituricenſis, ſed tantum inſpeximus. C. *Remis extat in Bibliotheca Canonicorum Eccleſiæ Cathedralis. Volumen in membrana, fol. manu recenti ſcriptum. Erant in hoc etiam tantam quatuor primi libri cum eodem commentario, & plane conveniebat cum illo altero Codice Bibliothecæ Remigianæ, ut alterum ex altero deſcriptum appareret, fortaſſe eadem manu, nam litera nihil differebat.* D. *Hunc habuimus ex Bibliotheca S. Dionyſii Remenſis, quæ eſt Canonicorum Regularium. Ejus copiam nobis fecit Joannes Bragælonne, juvenis domo & eruditione conſpicuus. Codicem Valerii neque dum facile meliorem vidi, ſed temporis inopia totum conferre non licuit. Scriptus erat in membrana 4. manu ſatis bona, quæ trecentorum annorum ætatem præ ſe ferebat.* F. 1. *Codex in folio membranaceus ex Bibliotheca Eminentiſſimi Cardinalis Franciſci Barberini ſub num.* 1956. *Scriptus erat litera craſſiori, & ſatis clara, ætatemque videbatur præ ſe ferre trecentorum annorum. Habebat in margine explicationes & gloſſas, ubi quædam non prorſus contemnenda.* F. 2. *Codex membranaceus in fol. ex eadem Bibliotheca Eminentiſſimi Cardinalis Franciſci Barberini ſub num.* 1955. *Scriptus litera mediocri & rotundiori, ejus propemodum ætatis cum ſuperiori. Gloſſulas habebat interlineares, ſed nullas marginales.* G. *Codex Eccleſiæ Cathedralis Harlemenſis, quem deſignamus litera G. quia uſum ejus nobis procuravit V. CL. Joannes Fredericus Gronovius. Scriptus in fol. pergamen. literis æqualibus & nitidis. Præ ſe ferebat annos prope quingentos. Latebat Valerius inter varia opuſcula iſtius voluminis, videlicet iſta:* 1. Liber de vitis Philoſophorum cujus hæc inſcriptio: Liber de vita ac moribus Philoſophorum Poetarumque veterum ex multis libris tractus, nec non breviter & compendioſe per venerabilem virum M. Walterum Burley compilatus incipit feliciter. 2. Euſebii Chronicon Hieronymian. 3. Hieronymi liber de Viris illuſtribus. 4. Valerius Maximus. 5. Senecæ Epiſtolæ ad Paulum, Ejuſdem de IV. virtutibus ad Paulum. Ejuſdem de copia verborum. Ejuſdem de morte Claudii Cæſaris. Ejuſdem proverbia ad ordinem Alphabeti. 6. Alani quædam opuſcula. De vita Curialium Dialogus ſuper deploratione Galliæ calamitatt. &c. *In fine libri ſcriptum erat:* Hos libros comparavit Raphael de Marcatellis, Abbas Sti Bunonis & Baccalaureus S. Theologiæ formatus. Pariſ. A. 1463. *H.* 1. *Eſt primus codex quem habuimus à V. C. Nicolao Heinſio. Erat forma in fol. membranaceus, litera ſatis aperta. Ex veſtigiis quibuſdam ſubobſcuris apparebat fuiſſe olim hunc librum ex Bibliotheca Marchionis Eſtenſis.* H. 2. *Debemus ſimiliter hunc Codicem Heinſio ſcriptum in membrana, forma quarta, litera per librariorum compendia difficiliori & fugienti. In frontiſpicio libri*

bri grandis erat index foliorum circiter triginta in Valerium, ſecundum literas Alphabeti. Hunc ſequebatur Gens Cornelia & explicatio aliorum quorundam nominum & dignitatum Romanarum. Exaratus erat, ut annotabatur, Anno MCCCCXXI. à die 21. April. uſque ad diem 4. Jul. J. Codex membranaceus in fol. qui videbatur ſcriptus annis abhinc trecentis. Extat in collegio Romano Jeſuitarum. Fuit olim ex Bibliotheca Mureti. Inſcribitur: Valerii Maximi factorum & dictorum memorabilium Urbis Romæ externarumque gentium. Incipit liber primus ad Octavianum Imp. L. 1. *Ex Bibliotheca Regia Pariſienſi, fol. in membrana.* L. 2. *Ex eadem Bibliotheca Regia: uterque recens.* L. 3. *Ex eadem Bibliotheca: melioris notæ & vetuſtior.* L. 4. *Ejuſdem Bibl. Regiæ: bonæ fidei, annorum circiter* 350. *Cum duobus his poſterioribus libros aliquot Valerii contuli.* M. 1. *Mediceus primus, forte* 400. *annorum.* M. 6. *Mediceus ſecundus in fol. ante ducentos annos ex Codice antiquo ſcriptus in cujus fine legitur:* Liber Poggii ſecretarii ſummi Pontificis, quem vendidit Joanni Coſmæ. *Hic Codex habet prænomen Valerii Publius.* M. 3. *Mediceus tertius, in folio, trecentorum annorum. Habet in fine aliquid ex Epitoma illa libri ut ajunt X.* M. 4. *Mediceus quartus, fere ejuſdem cum antecedentis ætatis in fol.* M. 5. *Mediceus quintus, codex recens & vix ducentorum annorum.* M. 6. *Mediceus ſextus, in fol. paulum excedit ducentos annos. In fine legitur:* Liber Petri de Medicis Cos. Fil. P. 1. *Primus Codex Vaticanus S. Petri ſcriptus in fol pergamen. annorum circiter* 400. *Continetur in Bibliotheca veteri Vaticana ſub num.* 1928. P. 2. *Secundus Vaticanus longe recentiori ſed multo etiam elegantiori manu in membrana ſcriptus. Reperitur num.* 5209. R. *Codex Remenſis in monaſterio S. Remigii. Continebat tantum quatuor libros Valerii cum commentario neſcio cujus, nam certe erat* Dionyſii de Burgo, *qui ſtatim citatur initio:* Incipit primi libri Valerii Maximi proœmium quod ſecundum Magiſtrum Dionyſium de Burgo hujus libri expoſitorem pro æmulis ponitur, qui conſueti ſunt librorum auctoribus detrahere: ad eos reprimendos &c. *Sed quiſquis ille commentator aut nugator eſt, certe Dionyſio nihil ſe meliorem oſtendit. Liber in folio pergamen. manu valde recenti ſcriptus eſt. Servabantur in eadem Bibliotheca* commentarii Dionyſii de Burgo, *duobus permagnis voluminibus in membrana, manu ſimiliter admodum recenti. Explicat novem libros Valerii, ſed textum ipſum omiſit. Non præmittuntur commentario niſi prima verba paragraphorum Valerii, cujus textum deinde mire laceratum & corruptum Dionyſius inter gloſſarum ſuarum ſpinas interſerit. Incipit:* Reverende in Chriſto patri ſuo & ſuo Domino ſpecialiſſimo Dom. Joanni de

Colu-

Columna, divina providentia St. Angeli Diacono Cardinali Fr. M. Dionyſius de Burgo St. Sepulchri Ordinis Fratrum Heremitarum Sti Auguſtini cum omni ſubjectione & reverentia filiali ſe totum &c. V. 1. *Codex Iſaaci Voſſii in membrana, fol. annorum circiter treeentorum*. V. 2. *Codex optimæ notæ, forma quadratus in membranis, ſed mutilus, olim Petri Puteani, nunc ejusdem Voſſii, excedebat ætatem annorum* 500. *Erant antiqua manu ad marginem adſcriptæ variæ lectiones ex alio Codice*. Hactenus Gudius.

Chriſtophori vero *Adami Ruperti* ad Valerium Maximum & Vellejum obſervationes excuſæ ſunt Norimbergæ 1663. 8. Ex horum plerisque ſelectas notas excerpſit, ſuisque addidit *Antonius Thyſius* Lugd. Bat. 1651. 1660. 1670. 8. Biennio poſt *Johannes Vorſtius* Valerium ad editionem Aldinam & binos Codices Bibliothecæ Electoralis Brandenburg. caſtigatum, notisque eruditis illuſtratum edidit Berolini 1672. 8. *Johannes* quoque *Minellius* in tironum gratiam Valerium ſuccinctis ſcholiis explicatum vulgavit Roterdami 1662. 12. recuſum 1671. 12. ut omittam Valerium ad duos MSS. codices Anglicanos recenſitum à *Johanne Iſaaco Pontano* Amſt. apud Dan. Elzivirium minori forma 1632. 1671. & cum Lipſii notis nitide & emendate editum Lugd. Batav. 1640. 12. Amſt. 1660. 12. cum notis Variorum ex editione Thyſii Lugd. Batav. 1655. 8. Denique in uſum Delphini Valerius illuſtratus eſt à *Petro Joſepho Cantelio* Pariſ. 1679 4. qui præter alia ſingulis narrationibus, temporis quoque notationem, quo ſingula geſta ſunt Pighio præeunte adjecit. (*a*)

Marquardii Gudii Valerium Maximum ad plures MSS. caſtigatum codices, quem cum ejuſdem notis exſpectare pridem juſſit Menagius c. 19. amœnitatum juris, mors Viri Clariſſimi interveniit. Neque lucem vidit *Caſp. Barthii* gloſſarium in Valerium, cujus meminit Chriſtianus Daumius præfat. ad Statium Barthii. Utinam vero doctiſſimus Vir *Jacobus Perizonius* præclara ſua in hunc ſcriptorem obſervata non diutius premat, quorum ſpem fecit, & eximium ſpecimen edidit in animadverſionibus Hiſtoricis c. 3. * *Jac. Perizonii* Valerio Maximo fata interceſſiſſe dolendum eſt. *Cornelius Tollius* quoque Valerium cum MSS. pluribus commiſſum edere voluit circa A. 1654. ut ex Daumii Epiſtolis ad Jo. Andream Boſium pag. 16. didici, ſed conſilium ejus mors prævertit.

Germanice lucem vidit Valerius Everhardo Guernero Happelio interprete, cum præf D. Rudolfi Cappelli Hamburgi A. 1676. 8. *Gallice* translatus eſt Valerius per *Johannem le Blon* Pariſ. 1572. 12. Exſtat & altera recentior Gallica translatio auctore *Clavereto* (le Sieur de

(a) Optima Valerii editio noviſſime prodiit Leidæ 4. 1726. curante Abrahamo Torrenio, cum notis integris Glareani, Pighii, Lipſii, Coleri, Vorſtii, ſelectis variorum, ac ineditis Barthii, Gvyeti, Gudii, Perizonii, atque demum ſuis.

de Claveret) Pariſ. 1647. 8. 1659. 12. cujus locum reprehendit Mottanus Vayerus in Hexaemero ruſtico p. 28. * In Bibliotheca Rhedigeriana, Uratislaviæ Valerii Codex MS. exſtat pulcherrimis imaginibus ſingulari artificio pictis, quibus cujuſvis libri exordium ornatur, & verſione liberiore veteri *Gallica* conſpicuus. Vide Ephemerides litterarias Germanice editas Lipſiæ A. 1710. ſect. IX. pag. 894. Geminus Codex fuit in Bibl. Menarſiana pag. 64. Et geminum plane ejuſdem operis codicem elegantiſſimum vidi Altonæ apud Rev. *Danielem Saſſium* (*a*) Eccleſiaſtem diſſertiſſimum, & bonorum librorum curioſum ruſpatorem. Habebat is enim Valerium Maximum ſcriptum in membrana duobus majoribus, & craſſiuſculis Voluminibus in folio, ſicut latinis Valerii capitibus Gallica reſponderent, & librorum ſingulorum auſpicia imaginibus elegantiſſimis illuſtrata oblectarent nova amœnitate lectorem. Hujus in operis, quod ære ſuo ſibi Brugis Flandriæ Saſſius comparavit, tomo altero ad calcem leguntur hæc verba: *Par l'aide divine ſans laquelle nulle choſe n'eſt droittement continuee, ne menee a fin, eſt la translation de* Valerius le Grant *terminee, la quelle commencea tres reverend Maiſtre* Simon de Hesdin (*b*) *Maiſtre en Theologie, religieux des Hoſpitaliers de Saint Jehan de Iheruſalem, qui pourſuivy juſques au* ſeptieme livre *au chapitre des ſtrategemes, & la laiſſa. De la en avant juſques a la fin du livre je* Nicolas de Gonneſſe, *Maiſtre es ars & en Theologie ay pourſuivy la ditte translation au moins mal que jay peu, du commandement & ordonnance de tres excellent, & puiſſant Prince Monſeigneur* le Duc de Berry & Dauvergne, *a la requeſte de* Jacquenin Couran *ſon treſorier, & ne doutenne que mon ſtyle de translater ſoit ſi parfait comme eſt celui de davant. Mais je prie à ceusx qui le liront, quils le me pardonnent, car je ne ſuynne ſi expert es hiſtoires comme il eſtoit. Et fut finee lan mil CCCC. & uny, la veille Mon-*

(*a*) Obiit A. 1718. menſe Dec. Notitia Codicis MS. Valerii extat etiam in Catalogo Bibl. Saſſianæ p. 346.

(*b*) Genebrardus in Chronolog. ad A. C. 1404. memorat Johannem de Hisdinio, Hoſpitalarium. Cæterum Simonis Hesdini verſionem Gallicam librorum Valerii Max. laudat etiam Lud. à S. Carolo pag. 443. de Bibliothecis, & typis etiam exſcriptam conſtat ex Bibliothecarum Gallicarum ſcriptoribus. Franciſcus Crucimanius pag. 458. *Simon de Hesdin Docteur en Theologie, religieux des Hoſpitaliers de S. Jean de Hieruſalem, du temps de Charles V. Roi de France, l'an 1364. ou environ. Il a traduit les ſept premiers livres des exemples memorables de Valere le Grand, & les annotez & augmentez de pluſieurs choſes de ſon invention, le reſte de œuvres du dit Valere a eſté chhevè de traduire par Nicolas de Gonneſſe, Maiſtre ès arts & en Theologie. Le tout a imprime à Lyon ſur le Roſne l'an 1485. par Matthieu Huſſ in fol. de grand papier & contient 220. fueilles, de caracteres baſtards.* Idem p. 345. *le dit Nicola de Goneſſe acheva de traduire le dit livre en l'an 1401. per le commendement de Monſieur le Duc de Berry, & de Auvergne Conte de Poiſtou &c. à la requeſte de Jaquemin Coureaux ſon treſorier.* Gloſſas ab interprete additas teſtatur etiam Antonius Verderius Bibl. Gallicæ p. 1137.

Monſeigneur ſaint Michael larchangele. MS. Gallicam verſionem Valerii Maximi in membrana ſervat quoque Jenæ Bibl. publica Academia, ut à Clariſſ. Struvio p. 182. introductionis in Hiſt. literariam fuit annotatum. Noviſſime Pariſiis 1713. 12. lucem vidit (*a*) Valerius Maximus Gallice verſus & notis illuſtratus à Tarboichero. *Belgicam* verſionem Abrahamo Bogaarto debemus Amſt. 1721. 8. *Italice* per *Georgium Dati* Florentinum, Romæ 1539. 8. prodiit & Venetiis A. 1573. 8.

V. Balthaſaris Exneri (*b*) *Valerius Maximus Chriſtianus* Hanov. 1641. 8. exhibet libros IX. dictorum factorumque memorabilium. Valerii exemplo collectos digeſtoſque ex Chriſtianis hiſtoriis, cui labori præluſere, qui in editione Valerii Max. Baſil. 1577. 8. cum Glareani notis vulgata ſubjecerunt ſarraginem exemplorum Chriſtianorum. Scripſit & Valerii noſtri imitatione *Baptiſta Fulgoſus* libros IX. factorum dictorumque memorabilium ex omni hiſtoria veteri ac recente collectos Antuerp. 1565. 8. & *M. Antonius Coccius Sabellicus* X. libris Exemplorum, quod opus poſtumum ſæpius prodiit ut Baſil. 1541. 8. & Germanice per Leonardum Brunnerum Argent. 1535. fol. *Jo. Baptiſta Egnatius* libros IX. de exemplis illuſtrium virorum Venetæ civitatis atque aliarum gentium, qui poſt auctoris A. 1553. defuncti obitum prodiere anno proximo. *Jo. Schefferus* in libro memorabilium exemplorum Svecicæ gentis Hamb. 1671. 8. Similiter Exempla gentis Danicæ ſive Valerium Maximum Danicum libris XIX. congeſſit Vir Cl. *Otto Sperlingius*, ut refertur in novis litterariis Maris Baltici A. 1698. p. 22. * Exempla Gallicæ Gentis, Valerii imitatione ſcripſit Guielmus de Bellay, teſte Franciſco à Cruce pag. 139. Bibl. Gallicæ. Joannes vero Franciſcus Lauredanus in gloria Academiæ incognitorum p. 247. recepit ſe ad Valerii exemplum editurum dicta & facta Venetorum illuſtria, *i detti e fatti de' Venetiani*.

VI. Philippus Labbæus in Bibl. nova MSS. p. 45. memorat *Valerii Maximi diſſuaſiones ad Rufinum ne ducat uxorem*. Sed intelligitur Epiſtola, quæ Chriſtiano utique ſcriptore ſub Valerii neſcio cujus nomine legitur inter ſcripta S. Hieronymo ſuppoſita, atque incipit: *Loqui prohibeor, & tacere non poſſum*. * In *diſſuaſionem ad Rufinum ne ducat uxorem*, quod ſcriptum ſub neſcio cujus Valerii nomine legitur inter S. Hieronymi Opera T. 5 edit. Joannis Marcianæi pag. 337. commentarios Joannis Guallenſis & Nic. Triveti memorat Joannes Lelandus de ſcriptoribus Britannicis p. 307. 327.

CA-

(a) Memoires de Trevoux 1714. p. 49. Journal des Savans 1714. p. 398.
(b) * De Exnero, qui A. 1624. diem obiit, videnda Jo. Henelii Silesiographia t. I. c. 7. p. 208.

CAPUT VI.

DE ASCONIO PEDIANO.

Aſconii patria & ætas. 1. *Commentaria in Orationes Ciceronis*. 2. *Editiones*. 3. *Scripta deperdita*. 4. *Liber de origine gentis Romanæ & liber de Viris illuſtribus perperam ipſi adſcripti*. 5. * *Index Scriptorum ab Aſconio laudatorum*. 6.

I. ASCONIUS (*a*) PEDIANUS Patavinus (*b*) cum Virgilio familiariter verſatus, ſi Servium, & Philargyrum in Eclogam IV. audiamus, tamen ab Hieronymo in Chron. dictus adhuc ſub Veſpaſianis floruiſſe. Quanquam vero addit Hieronymus, eum anno ætatis 73. oculis captum ſupervixiſſe 12. annos, majus tamen eſt intervallum temporis ad Virgilium uſque, quam ut de uno homine dici poſſit, eundem ſeptimo Domitiani anno obiiſſe. Itaque duos Aſconios commentus eſt Scaliger ad Euſebium p. 184. prioris edit. cum longe rectius Hieronymum metachroniſmi arguiſſet, quod etiam facere non dubitavit Joh. Haduinus ad Plinium, & pridem Scaliger ipſe in ſecunda Euſebii editione p. 200. Quintilianus quidem videtur Pediani fuiſſe auditor. Ita enim ille lib. 1. Inſtit. Orat. cap. 7. *Sive & quaſi ſcriptum in multorum libris eſt, ſed an hoc voluerint auctores, neſcio, T. Livium ita bis uſum ex Pediano comperi, qui & ipſe eum ſequebatur*.

II. Exſtant Aſconii *commentarii* ſuccincti, & præſtantiſſimi, quamvis *mutili, in Orationes quaſdam Ciceronis* ſupra p. 109. ſeq. à me recenſitas. Filiis ſuis dicaſſe præſentes commentarios Aſconium, Hottomannus probe obſervavit ex his ejus verbis ad Orat. pro Milone: *Quid ſit dividere ſententiam, ut enarrandum ſit, veſtra ætas, filii, facit*. Videntur autem ſcripti ſub Claudio Imp. uti Lipſius in Satyra Menippea & poſt eum alii colligunt ex eo loco (*c*) commentarii in Orationem pro M. Scauro, ubi meminit Longi Cæcinæ, qui cum Claudio Cos. fuit. Hujus Longi (*d*) nomen à Voſſio,

(a) Auſonius Pædianus vocatur in Rameſii pentecontarcho, male.

(b) Hinc Livium *ſuum* vocat Aſconius in Orat. pro C. Cornelio, non tantum quod eo familiariter uſus fuiſſet, ut Scaligero viſum. Patavinum fuiſſe ex Silio quoque qui amici ſui & familiaris elogium libro XII. v. 212. ſeq. inſeruit, probat Voſſius contra Scaligerum p. 143. de Hiſt. latinis. Confer Bernardinum Scardeonium de antiquitate Urbis Patavii & claris civibus Patavinis p. 44. ſeq. Lipſium lib. 1. Elect. c. 17. p. 563.

(c) P. 195. edit. Colon. cum T. Popmæ notis.

(d) Largum videtur vocare Dio lib. 60.

ſio, & Joanne Rualdo fruſtra ſollicitatum Claudio adjungitur in faſtis Conſularibus (*a*) optimis ante paucos annos editis ab Henrico Noriſio poſt commentarium inſignem de Epochis Syro Macedonum, Anno U. C. 795. qui reſpondet anno CRISTI 42.

III. Aſconii commentarii Poggio (*b*) lucem debent, ut infra in Valerio Flacco obſervo, excuſi Venetiis 1477. fol. cum Antonii Luſci commentariis in quaſdam Ciceronis Oratt. * Item Patavii 1493. fol. cum Georgii Trapezuntii de artificio Orationis Ciceronianæ pro Q. Ligario, Anton. Luſci Vicenrini ſuper XI. & Xichonis Polentoni ſuper X. Tullii Orationes argumentis, & ſuper IV. invectivas in Catilinam, & ſuper invectivas in Salluſtium & Cæſarem. Deinde ut commentarios variorum in Orationes Ciceronis prætercam, junctim ſæpius editus Baſileæ, Venetiis, & Lugduni, ut ſupra p. 117. dixi, prodiere Venet. 1522. 8. & 1563. 8. apud Aldum. E recenſione *Philippi Melanchthonis*, Haganoiæ per Joannem Secerium, fol. ſine temporis notatione. Argent. 1535. 8. * Pariſ. 1536. 4. cum Antonii Luſci commentariis in Orationes XI. Ciceronis, cum quibus primum prodierant Venet. 1477. fol. per Joannem de Colonia & Manthen de Gheretzem. Cum ſcholiis Pauli Manutii, qui à Petro Daneſio fere omnia accepiſſe ſe fatetur, quæ in Verrinarum accuſationum commentariis emendavit, Venet. 1545. 8. Cum *Franciſci Hottomanni* notis Lugd. 1551. 8. Lugd. 1554. 4. apud Tornæſium. Cum notis *Titi Popmæ*, Friſii, Colon. 1578. 8. Cum notis *Pauli Manutii* (qui in Cicerone ſuo Aſconium ſimul recenſuit illuſtravitque) Hottomanni & Popmæ in Aſconium, & notis ſelectis Franciſci Fabricii, Caroli Sigonii, Petri Nannii, Andreæ Patricii, & Jacobi Cruquii in loca quædam Orationum Cic. ab Aſconio illuſtratarum, Lugd. Bat. 1675. 12. *Tho. Crenii* V. C. Lugd. Bat. 1693. 12. His editionibus, in quibus ſeorſim Aſconius vulgatus eſt, propter uſum præferendæ Manutiana, Gronoviana, & Græviana, in quibus ſubjecta Ciceronis verbis Aſconii commentaria commodius jucundiuſque leguntur, uti in Cicerone ſupra dixi. Nonnulla minus latina & Aſconio indigna inſerta eſſe à ſequiore manu queritur Hadrianus Cardinalis libro de modis latine loquendi p. 131. *Aſconius Pedianus quitametſi ſub Auguſto Cæſare floruit, bonaque multa atque elegantia ſcripſit, ſicuti libello ſive potius fragmento, quod ante hos an-*

(*a*) Hos una cum Noriſii diſſertatione ad illos faſtos iterum edidit Grævius T. XI. Antiq. Rom.

(*b*) Naudæus de inſtituenda Bibl. p. 118. *Novimus quod Poggius invenit Quintilianum ſub menſa cujuſdam ſalſamentarii, cum in Concilio Conſtantienſi ageret. Sic & Papirius Maſſonus incidit in* Agobardum *apud Bibliopolam quendam, qui jamjam dorſa librorum eo conveſtire volebat. Pariter* Aſconius *ſimili fato ad manus noſtras pervenit.*

nos repertum eſt, colligi poteſt, multa fluit ac ſcatet barbarie. Quam tamen barbariem non ab illo certe qui bono etiam tunc tempore eruditus eſt provenire puto: ſed potius ab aliquo inſulſo atque ineleganti Grammatico, qui interpretis vice functus inepta multa conſeruit, quæ poſtea unacum bonis auctoris verbis deſcripta ſunt. Ex hiſce Aſconii Pediani commentariis excerpta *de proprietatibus & differentiis ſermonis latini* ediderunt Bonav. Vulcanius ad calcem gloſſarii Græco-latini, & Dionyſius Gothofredus in ſcriptoribus linguæ latinæ, de quibus infra libro IV. Quæ Budæus, Alvarus, & Petrus Daneſius ad illuſtrandum Aſconium contulerunt, non memini me videre. * Aldus Manutius Pater in Epiſtola ad Marcum Muſurum, quæ Orthographiæ Statii An. 1502. editæ præfigitur: *Quapropter ex Germania Valerii Maximi quædam, quæ in Italia non habentur* (intelligit libri primi capita a Cuſpiniano primum reſtituta, de quibus ſupra) *ex Gallia vero duodecim Aſconii Pediani elegantiarum libros percupidi exſpectamus, quos exſtare eſſeque M. Fabii Quintiliani, ac inde bonam partem elegantiarum ſuarum accepiſſe Laurentium Vallam, vel puer Romæ cum audirem Domitium, intelligebam.* Iniqua hæc & falſa fuit de Valla ſuſpicio, unde Barthius in literis ad Daumium: (*a*) *Tantum Vallæ elegantiis ſuperior ætas tribuit, ut non defuerint qui aſſerere licet ſtolidè & ἀλόγως non dubitarint, Aſconii opus eſſe à Valla inventum, ſuoque nomine divulgatum, ut ſcribit Mariangelus Accurſius in teſtudine Diatribis ſuis Auſonianis, Ovidianis & Solinianis adnexa.*

IV. Scripſit Aſconius etiam alia, ut in Virgilium, & vitam C. Salluſtii Criſpi, cujus meminit Acron ad Horatii Sat. 2. libri 1. ſed jam pridem illa perinde ut major pars commentariorum in Ciceronis orationes interciderunt. Quia vero aliquid horum ætatem tulit, hinc felicior Criticus quam Hiſtoricus vocatur Aſconius à Joanne Rual. in Plutarchi vita cap. IV.

V. Auſonius Popma ad Salluſtii Catilinar. Aſconio tribuit librum *de Origine gentis Romanæ*, qui Sexto Aurelio Victori ex eruditorum communi hodie ſententia addicitur. Tribus quibus Popma utitur argumentis fidem detrahit Burchardus Gothelf. Struvius V. C. in Obſervationibus Hallenſibus T. 3. p. 63. Etiam à Joanne Metello in litteris ad Pighium liber *de viris illuſtribus* ad Aſconium refertur, ut notavi infra libro III. in Victore.

VI. Index Scriptorum laudatorum ab Aſconio Pediano.
ad paginas edit. Franc. Hotomanni, Lugd. 1551. 8.

A Ccius pag. 129. 151. 152. 153. 155.
Acta diurna, publica 131. 141. Annales. 140.

(*a*) Struv. faſcic. VI. p. 62.

Val. Antias. 127.
Antonius Orator. 12. C. Antonii nomine Oratio. 118.
Appius Claudius Milonem ambitus accuſans. 159.
Aſpendius cithariſta. 60.
P. Atticus 105. in annalibus. 127.
Brutus in ea oratione quam pro Milone compoſuit. 149.
Cæſar in Cn. Dolabellam. 137. Cæſar Poeta tragicus & Orator. 136. 17. Tragœdia Julii. id.
Calvus 118.
Catilinæ nomine ratio. 118.
Cato 22.
Cicero 1. 2 9. 10. 11. 19. 20. 30. 32. 34. 36. 38. 39. 45. 46. 50. 122. 128. 140. ejus commentarii. 133.
Craſſus Orator. 12. 98.
Feneſtella 98. 111. 112. 119. 112. 141.
L. Hyginus libro priore de viris claris. 127.
Hortenſius 1. 11. 12. 16. 152.
Librariorum menda. 105.
Livius. 98. 105.
Lucejus in Catilinam. 116.
Lucilius 25. 127.
T. Munatii Planci verba ad populum. 151.
Novii verſus: *fato Metelli Romæ fiunt Conſules*, cui Metellus Conſul reſpondit verſu ſenario hypercatalecto ſive Saturnio: *Dabunt malum Metelli Nævio Poetæ.* 34.
Philodemus Ciceronis ætate Epicureus nobiliſſimus, autor poematum laſcivorum. 129.
Plautus Aulularia 31. Perſa 15. Milite glorioſo. 37.
Salluſtius 62. 86. 98.
Scævola 98.
M. Scaurus ipſe pro ſe dixit, quem præter Ciceronem defenderunt P. Clodius Pulcher, M. Marcellus, M. Claudius, M. Meſſala Niger, & Q. Hortenſius. 132. M. Scaurus Cn. Dolabellam accuſavit & damnavit. 137.
Terentius 4. 5. 18. 35. 38. 47. 70. 71. 90. bis.
Tiro libro quarto de vita Ciceronis. 155.
Tuditanus 105.
Varro libro tertio de vita populi Romani. 127.
Verrius Flaccus notatur :4.
Virgilius 8. 16. 17. 25. 27. 30. 35. 36. 40. 46. 47. 50. 58. 59. 66.

CAPUT VII.

DE L. COLUMELLA.

Columellæ ætas & ſcripta quæ exſtant. 1. *Editiones.* 2. *Scripta deperdita.* 3.

I. L. JUNIUS MODERATUS COLUMELLA, Gaditanus, Patruum laudans (*a*) M. Columellam *illuſtribus diſciplinis eruditum, ac diligentiſſimum agricolam Bœticæ Provinciæ*, ipſe Plinio, Palladio, Iſidoro Hiſpalenſi (*b*) aliiſque ſæpius laudatus ſub eodem Claudio Imp. ſcripſit. * Iſidorus Hiſp. XVII. Origg. *Rerum ruſticarum ſcribendi ſollertiam apud Græcos primus* Heſiodus *Bœotius humanis ſtudiis contulit, deinde* Democritus: Magnus (*c*) *quoque Carthaginienſis in XVII. voluminibus ſtudium agricolationis conſcripſit. Apud Românos autem de agricultura primus* Cato *inſtituit, quam inde* Marcus Terentius *expolivit: mox* Virgilius *laude carminum extulit. Nec minus ſtudium habuerunt poſtmodum* Cornelius Celſus & Julius Atticus, Æmilianus, (*d*) *ſive* Columella *inſignis orator, qui totum corpus ejuſdem diſciplinæ complexus eſt*. Diverſus, ut videtur, à Moderato Gaditano Pythagorico ejuſdem ætatis Græco ſcriptore fuit, Gaditanus & ipſe L. Junius Moderatus Columella, licet hoc in dubio relinquit Nic. Antonius, qui de Columella videndus lib. 1. Bibl. veteris Hiſpanæ cap. 5. Sane Pythagoricum illum quando appellant ſive Latini ſcriptores ſive Græci, Moderatum ſemper vocant, Columellam nunquam. Et difficulter ab Oratore latino Philoſophum Græcum, & tam prolixum opus Philoſophici argumenti Græco ſtylo traditum exſpectaveris. Gaditanum ſe innuit noſter V. 5. VII. 2. VIII. 16. & X. verſu 185. Meminit & III. 3. Senecæ ejuſque vinearum, & ſæpius Cornelii Celſi æqualis ſui, ut cognoſces ex indice ſcriptorum à ſcriptoribus rei ruſticæ laudatorum, quem dedi ſupra in Catone. Columellam laudavit Theodorus Beza hoc Epigrammate:

Orphea mirata eſt Rhodope ſua fata canentem,
Si modo Virgilii carmina pondus habent.
Tu vero, Juni, ſilveſtria rura canendo
Poſt te ipſas urbes in tua rura trahis;

O ſu-

(a) Lib 5. cap. 5. p 296. edit. Commelinianæ.
(b) Iſidorus XVII. 1. Orig. *ſive Columella, inſignis Orator, qui totum corpus ejuſdem diſciplinæ* (rerum ruſticarum) *complexus eſt.*
(c) Lege *Mago*.
(d) Palladius de re ruſtica.

O ſuperi, quales habuit tunc Roma Quirites,
Quum tam jucundum cerneret agricolam.

De re ruſtica libros XII. (*a*) ad Publium Silvinum, quorum decimus *de cultu hortorum*, carmine Epico non infelici ſupplet Virgilii Georgica,

Siderei Vatis referens præcepta Maronis.

Reliqui proſa oratione ſcripti ſunt expetente hoc Claudio Auguſtali adoleſcente, qui etiam hortorum cultum ſimili ſermone expoſitum à Columella maluiſſet. * *Librum de cultu hortorum* ſcriptum verſu Heroico, *Andreas Rivinus* recenſuit recudique curavit Lipſiæ 1654. in 8. una cum Palladii carmine de arte inſitionis, Walafridi Strabi hortulo, Moreto Septimii Sereni, & aliis variis poematis & Epigrammatibus antiquis. Illo libello cum Virgilii Georgica ſupplere ſe indicet ipſe Columella, mirum eſt Nicolaum Rapinum S. I. nullam ejus mentionem facere in præfatione ad quatuor libros hortorum (*b*) perquam certe elegantes: *quæ vero temeritas tentare rem, quam partim propter difficultatem eorum quæ prætermiſerat Virgilius, partim propter eorum quæ cœperat excellentiam, perſequi nullus poſterorum auſus ſit.* Exſtat præterea *liber arborum*, qui in primis editionibus, inter libros de re Ruſtica perperam tertium occupabat locum, ſed à Jucundo Veronenſi obſervatus eſt, ad hos non pertinere, ſeorſim quoque vulgatus à Rob. Stephano Pariſ. 1543. 8. Confer ſi placet Tho. Crenium parte X. animadverſ. Philolog. p. 7. ſeq. ubi quædam Columellæ illuſtrat. * *Liber arborum* jam in editione Aldi A. 1514. non libri tertii de ruſtica locum occupat, ſed recte eſt ad calcem rejectus. In extrema pagina 343. pro Martial. II. 90. ſcribendum XI. 91. ut in nonnullis jam eſt emendatum.

II. Inter editiones horum librorum, quos ſimiliter Poggii ſolertiæ debemus, emendatiſſima eſt, quæ inter rei ruſticæ auctores

(a) Ex ipſo Columella conſtat opus illud 12. libris ab auctore fuiſſe abſolutum etſi in Caſſiodori divinis lectionibus cap 28. legas Columellam *ſedecim libris per diverſas agriculturæ ſpecies, eloquentem ac facundum illabi diſertis potius, quam imperitis accommodum.* Itaque alios libros tres Columellam ad hoc argumentum ſpectantes, & librum de arboribus uno computavit Caſſiodorus, vel numerum apud eum corruptum eſſe ſuſpicemur. Obiter de Columellæ nomine notabis Donatum, qui ad Phormion. II. 2. ſcripſit Columellas à veteribus dictos ſervos majores domus. *Columen, columna: Unde apud veteres columellæ dicti ſervi majores domus. Lucilius* XXII.

Servus neque infidus Domino, neque inutilis cuiquam
Lucili columella hic ſitus Metrophanes.

Salmaſio ad Solinum pag. 1220. alius ſenſus verborum Lucilii eſſe videtur, hic nempe: ſub hac Columella, ſive ςήλῃ ſitum eſſe Metrophanem Lucilii ſervum. Gatakerus tamen II. 20. Cinni expoſitionem Donati probat. Confer quæ viri docti ad Martial. II. 90.

(b) Pariſ. 1665. 4.

res latinos veteres prodiit ex typographio Hieron. Commelini 1595. 8. cum indicibus à Frid. Sylburgio adornatis. Alias editiones memoravi ſupra lib. I. cap. 2. p. 21. ubi & de *Georgii Alex.* enarratione vocum ſive lexico in Caton. Varron. & Columellam, de *Philippi Beroaldi* notis & *Fulvii Urſini* atque *Petri Victorii*. * Prodiit Columella ſeparatim Regii, excudente Barthol. (a) Bottono ſive Bruſchio 1482. fol. Lugd. 1548. 8. apud Sebaſt. Gryphium.

Gallice Columellam non vertit Joannes Theodoricus Bellovacenſis, ut legas in Pithœanis, ſed Claudius Cotterellus, notas addente Theodorico, Pariſ. 1555. 4. * *Italice*, Venetiis 1554. 1564. 8. Petro Lauro Mutinenſi interprete. *Germanice* Columella & Palladius à Theodoro Majo, Magdeb. 1613. fol.

Liber *de cultu hortorum* cum annotationibns Julii Pomponii Fortunati, Baptiſtæ Pii, Philippi Beroaldi & aliorum ſeparatim prodiit Pariſiis 1543. 4. & cum Catone, Varrone, Palladio, ac reliquis Columellæ libris ibid. 1533. fol. Notas in Columellam pollicitus eſt Ægidius Menagius p. 54. ad Laertium. * Lancilloti expoſitio MS. in hortum Columellæ, Florentiæ in Bibl. Medicea, pluteo LII. Menagius pag. 54. ad Laertium laudat Codicem MS. Columellæ Monaſterii Corbejenſis, qui hodie in Bibliotheca S. Germani de Pratis aſſervatur. Alii tres MSS. exſtant in Bibl. Medicea, quartus Venetiis in Bibl. S. Marci, quintus Florentiæ in Bibl. Auguſtinianorum S. Galli, quibus duobus poſtremis uſus eſt Petrus Victorius. Codice MS. Lipſienſi è Bibl. ampliſſimi Senatus utetur Clariſſ. Vir Joannes Conradus Schvvartzius, à quo novam editionem ſcriptorum rei ruſticæ parari dixi ſupra in Catone. Nonnulla Columellæ loca illuſtrat Barthius Adverſ. 37. 7.

Libri de generibus ſurculorum libro & capite ſecundo Columellæ memorati, haud diverſi eſſe videntur à libro tertio, quarto & quinto hujus ipſius de agricultura operis, ex quo etiam nonnulla ad veterinariam pertinentia ad verbum mutuatus eſt Vegetius in digeſtis artis mulomedicinæ, Columellam nominetenus laudans in præf. his verbis: *Licet proxima ætate & Pelagonio non defuerit, & Columellæ abundaverit dicendi facultas, verum alius eorum cum ruſticæ rei præcepta conſcriberet, curas animalium levi admonitione perſtrinxit, alius omiſſis ſignis cauſiſque morborum, quaſi ad doctiſſimos ſcriberet, tam magnæ rei fundamenta neglexit*. Confer Hieron. Mercurialem IV. 18. Var. Lect.

III. Cetera Columellæ ſcripta, uti quod adverſus Aſtrologos compoſuiſſe ſe ait lib. XI. c. 1. una cum alio opere, in quo agere con-

(a) Idem eodem anno Catonem, & Varronem de re ruſtica excudit ac Rutilium.

conſtituerat de luſtrationum ceterorumque ſacrificiorum, quæ pro frugibus fiunt more priſci uſurpato, ad nos non pervenerunt. Neque certum eſt, an hoc alterum à Columella unquam editum fuerit. Vide lib. 2. capite ultimo extremo.

CAPUT VIII.

DE POMPONIO MELA.

Melæ ætas & libri III. de ſitu Orbis. 1. Editiones. 2. Obiter de Æthico, Julio Oratore, & Geographo Ravennate. ibid. Catalogus ſcriptorum à Geographo Ravennate allegatorum. 3.

I. POMPONIUS MELA è Bætica provincia Hiſpanus (*a*) Vadiani, Vineti, Schotti, aliorumque pæne communi ſuffragio Claudii temporibus floruit, at ſub Tiberio utique ſcripſiſſe dicetur, ſi de hoc locutus eſt Plinius, cum lib. 19. cap. 6. dixit *famam eſſe, Melam Equeſtris Ordinis, reum ex procuratione à Tiberio* (*b*) *Principe arceſſitum in ſumma deſperatione ſucco porri ad trium denariorum argenteorum pondus hauſto confeſtim exſpiraſſe ſine cruciatu.* * Hic filius L. Annæi Senecæ Philoſophi, idem Senecæ nepotis ac Novati frater, qui III. 6. reſpicit ad Claudii de Britannia triumphum, de quo Sveton. cap. 17. unde apparet falſos eſſe, qui ſub Julio Cæſare ſcripſiſſe Melam ſibi perſuaſerunt, de quibus meminit Crenius IX. animadverſ. p. 19. Alius Annæus Mela, Philoſophi Senecæ frater, cujus animum à civilibus officiis abhorrere, & tantum ſtudere eloquentiæ, ſcripſerat Seneca pater Rhetor præf. ad librum 2. Controverſiar. ubi majus ei quam fratribus ipſius Gallioni & Senecæ Philoſopho ingenium tribuit. Fuit hic Mela pater Annæi Lucani Poetæ, de quo Tacitus XVI. 17. Annal. & fortaſſe Plinius XIX. 6. Tiberium

(a) Quæ de Patria Melæ diſputantur vide ap. Voſſium patrem lib. 1. cap. 25. de Hiſt. Latinis If. Voſſius pag. 198. ad Melæ cap. 6. lib. 2. Cætrarienſem natione, genere vero Pœnum fuiſſe contendit. Nempe pro *Cincenteratum* legit *Tingi Cetraria* pro quo Salmaſius & Bochartus lib. 1. Chanaan c. 24. p. 520. reponebat *Tingi altera*: Nic. Antonius lib. 2. Bibl. Hiſpaniæ veteris c. 11. p. 50. *Tingi ibera*, ubi & Hermolai Barbari mentio, legentis *cingente freto*, vel *attingens fretum*.

(b) Fortaſſis lapſus eſt Plinius memoria, Tiberiumque nominavit pro Nerone. Annæum Melam equitem Romanum M. Annæi Senecæ filium procuratione Imperatoris negotia adminiſtraſſe, & conjurationis reum actum ſemet interfeciſſe ſolutis venis refert Tacitus lib. 16. Annal. Itaque locus ille Plinii nihil ad noſtrum Melam, quod non obſervatum Harduino doctiſſimo Plinii interpreti. Forte etiam Mela noſter latet ſub illo Melone, quem laudat Servius ad Æneid. IX.

pro Nerone appellans: niſi fuit etiam tertius Mela, qui utroſque ætate anteceſſit & ſub Tiberio procurationem geſſit. Alius denique Fabius Mela JCtus l. 1. ſ. 12. D. de cloacis. Primus è Latinis Mela, ante Plinium & Solinum, qui eo uſos ſe fatentur, terrarum ſitum exſecutus eſt brevi cultoque ſermone. In calce MS. Leidenſis legitur hoc diſtichon:

Europam, Libyam, atque Aſiam Pomponius edit
Orbis deſcribens ordine Mela ſitum.

In MS. Bibliothecæ S. Victoris Pariſ. inſcribitur *de chorogaphia*. Minus bene. Pompejum videtur vocare Philargyrius in IV. Georgic. 387. niſi ibi Pomponius legendum, vel alius ſcriptor innuitur, quo Carpathus Rhodiorum inſula celebrata fuit. Apud Servium in Æneid. IX. 30. an ſub Melone Mela noſter lateat incertum eſt, quoniam quæ ex illo profert apud noſtrum haud occurrunt.

Exſtant ejus *Coſmographiæ* ſive *de ſitu orbis libri III.* quibus, ceu vere ait Harduinus, nihil eſt elegantius.

II. Editio Mediolanenſis An. 1472. 4. à Crucejo emendata fuit in Bibl. Iſ. Voſſii, qui eam principem vocat p. 11. appendicis ad Melam. Hanc inſecutæ ſunt, Veneta Anno 1477. in 8. (*a*) & 4. per Bernardum Pictorem & Ethardum Ratdolt de Auguſta, una cum Petro Loslein de Langencen eorum correctore ac ſocio. Atque iterum Venet. 1478. 4. per Franciſcum Renner de Hailbrun, & 1482. 4. cum Priſciani metaphraſi periegeſeos Dionyſianæ, per Erardum Ratdolt Auguſtenſem. Hæc & altera 1477. memorantur a Phil. Labbeo p. 357. Bibl. novæ Mſs. & Beughemio p. III. incunabul. typographiæ, ubi & editiones Venetas 1473. & 1488. cum commento *Cocchi* refert. * Ex Hermolai Barbari recenſione, ad Alexandrum VI. ſine loco & tempore. 4. Pariſina 1507. 4. quam editionem Jac. Perizonius legavit Bibl. Leidenſi. Viennenſis 1512. 4. Florentina 1517. 8. & Veneta ap. Ald. 1518. 8. & 1521. forma minore cum Solino, itinerario Antonini &c. * eodemque anno forma minore, ſine loci notatione: fortaſſe Venetiis apud Alexandrum Paganinum. Cum notis Hermolai Barbari, qui lucubrationes ſuas Alexandro VI. Pontifici dicavit, in Plinio 5000. & in Mela 300. mendas ſuſtuliſſe ſe gloriatus, Baſil. 8. Cum annotationibus *Joach. Vadiani* (*a*) Helvetii, Viennæ Auſtriæ 1518. Baſil.

(a) Mich. Maittaire Annal. Typograph. p. 92. 125. 152. 167.

(b) Hujus annotationes *rus & ſtivam olere* ait Iſ. Voſſius, quod judicium iniquius viſum Colomeſio, qui Vadianum potiore jure magnis Germaniæ viris à J. Scaligero annumeratum eſſe exiſtimat notis ad poſteriora Scaligerana. De eodem ita Olivarius: *Vadianus vir omnium judicio eruditiſſimus præterea quæ ex variis auctoribus*

ſil. 1522. Pariſ. 1530. 1540. Baſil. 1543. 1555. 1577. omnes in fol. * De hoc Vadiano plura Goldaſtus tomo tertio rerum Alemannicarum. Cum notis Petri *Joannis Olivarii* ad Carolum Cardinalem Lotharingum, & *Hermolai Barbari* Pariſ. 1536. 8. 1557. 4. Etiam Lugd. 1551. 8. & Pariſ. 1538. 8. cum ejuſdem Olivarii annotationibus, quæ poſterior editio cum MS. Vaticano collata ſervatur in Bibl. Leidenſi, & iterum Pariſ. 1556. 4. Cum Solino, & Floridi Sabini Apologia pro Plauto &c. Baſil. 1538. fol. Cum caſtigationibus *Pintiani*, paralipomeniſque & retractationibus, Salmanticæ 1543. 8. Cum *Eliæ Veneti* animadverſionibus Pariſ. 1572. 4. & Burdigalæ 1582. 4. Cum Solino & Æthico atque Dionyſio Alex. An. 1577. 4. apud H. Stephanum. * Editioni A. 1577. 4. cum notis Olivarii, quæ Solinum, Æthicumque & Dionyſii periegeſin cum Metaphraſi Priſciani & Euſtathii commentariis juncta habet, præmittitur H. Stephani Epiſtola, qua loca quædam Olivarinæ quam ſequitur editionis caſtigat è MSS. Editiones Baſileenſes 1564. 8. apud Seb. Henr. Petri cum *Chriſtiani Urſtiſii* præfatione, præter Solinum adjunctas habet in Melam ligno rudius deſcriptas tabulas Geographicas. Cum caſtigationibus *Ferdinandi Nonii Pintiani* (*a*) notis Hermol. Barbari & *Andreæ Schotti*, qui etiam loca nonnulla Herodoti quæ expreſſit Mela, cum ejus verbis contulit, Antvv. 1582. 4. Cum Æthico & Henr. Glareani compendiaria deſcriptione orbis terrarum, Pariſ. 1625. 12. E recenſione And. Schotti, Helmſt. 1635. 12. Cum Solino & Æthico, Lugd. Bat. 1646. 12.

Denique aliorum omnium induſtriam ingenio doctrinaque ſua longe vicit *Iſ. Voſſius*, qui Melam cum eruditiſſimis obſervationibus ſuis ad plures MSS. codices emendatum cum indice pleniſſimo vulgavit Hagæ Comitis 1658. 4. recuſum Franequeræ A. 1701. 8. commentario verbis Melæ per ſingulas paginas ſubſtrato & adjecta ad calcem obſervationum appendice. In commentario paſſim acerbius notantur quæ Salmaſius (*b*) ad Solinum commenta-

bus citat, unde facile colligere poſſis hominem multæ fuiſſe lectionis, raro adducit quo vel locos depravatos emendet vel deſideratos reſtituat, contentus illa doctiſſima oſtentatione; quamquam iis quæ ad Hiberiam ſpectant non minus valuerit ille quam digreſſionibus prolixiſſimis & moleſtiſſimis. Nonnulla Vadiani reprehendit Joh. Camers in commentario ad Solinum, cui Vadianus reſpondit in ſecunda Melæ ſui editione.

(a) Id. Voſſius præf. ad Melam: *Ex iis qui caſtigationes in hunc edidere auctorem, ſolus nobis profuit Pintianus. Vir iſte quantumvis nobili apud ſuos ortus loco, plus tamen litteris quam natalibus debet. Craſſiora ſunt illa menda quæ Hermolaus Barbarus, vir & ipſe inſignis, ſuſtulit. And. Schottus homo quidem bonus & eruditus, ſed quem ſucceſſus potius quam voluntas deſtituit. Olivarii neſcio cujus commentariolus, imi ſubſellii magiſtellum prodit.*

(b) De cauſa odii inter Iſ. Voſſium & Salmaſium vide Menagiana p. 350. & Epiſtolam Iſ. Voſſii ad Salmaſium ſcriptam poſt Gudianas p. 333. ſeq.

mentatus eſt, etſi notantur ſæpe non citra rationem, ut in litteris ad Voſſium fatetur vir inſignis (*a*) Samuel Bochartus: quandoque etiam temere nec ſatis bona fide, ut notatum doctiſſimo Perizonio ad Æliani varias Hiſt. p. 350. *Jacobo* autem *Gronovio* V. C. res indigna viſa eſt, Salmaſium in uno ſcripto toties reprehendi; itaque Melam (*b*) ipſe quoque ad MStos Codd. recenſitum cum indice & annotationibus vulgavit, in quibus Voſſii animadverſiones ad examen revocat Lugd. Bat. 1685. 8. additis excerptis ex libello Coſmographico *Julii Honorii Oratoris* (*c*) petitis ex MSS. Bibl. Thuaneæ, ſed & Coſmographia (*d*) *Æthico* ante hac temere tributa, & ex Julio Oratore majorem partem deſcripta cum variis lect. ex ejuſd. Bibl. MS. Ad has Gronovii notas, in quibus vehementer & acriter ſæpe caſtigari peſſimeque accipi ſe videbat, reſpondet Voſſius in appendice annotatio-

(a) Vide Colomeſ. Bibl. ſelect. p. 172. ſeq.

(b) In utraque ſua Melæ editione Gronovium vitia typographica editionis Voſſianæ non pauca retinere obſervavit Perizonius de ſuſpendio Judæ p. 60.

(c) Hujus Julii Oratoris meminit Caſſiodorus cap. 25. divin. lect.

(d) De Coſmographia latini & Chriſtiani ſcriptoris, Æthico communiter tributa dixi quædam lib. 1. c. 10. §. 10. Eam duplicem (poſterior integra fere etiam apud Oroſium lib. 1. c. 2. exſtat) primus è Codice P. Pithœi edidit illuſtravitque Joſias Simlerus, addito Itinerario provinciarum ſub nomine Antonini Auguſti, (quod & ipſum ſub Æthici nomine legiſſe videtur Flodoardus lib. 1. Hiſt. Remenſ. c. 1.) Rutilii itinerario, Vibio Sequeſtre de fluminibus & libello provinciarum ac metropoleon Galliæ. Baſil. 1575. 12. Simlerus in præfat. cum oſtendiſſet hujus libri auctorem eſſe non poſſe Iſtrum Callimachium ſcriptorem Græcum, cujus meminere Plutarchus, Athenæus, Hyginus, Schol. Pindari &c. notat Æthici antiquitatis Hiſtorias, quæ à S. Hieronymo latine è Græco verſæ credantur, memorari à Gyraldo lib. de navigiis. *Audit etiam*, inquit, *apud Cl. V. Petrum Danielem Aurelianenſem in codice vetuſto, in quo etiam Iſidori Aſtrologica, exſtare Æthici librum hac inſcriptione: Incipit liber Æthici Philoſophici editus oraculo, à Hieronymo presbytero translatus in latinum, ex Coſmographia & mundi ſcriptura. De eo etiam ſic ſcribitur in præfatione:* Hic Æthicus Iſtria regione Sophiſta claruit, primuſque codices ſuos Coſmographiam nuncupavit, alios quos non minora ſed majora dixiſſe cognovimus, ſophogrammios appellat. *Nobis librum illum videre non contigit, ſed in noſtro exemplari hoc de illo judicium à viro docto adnotatum fuit, librum eſſe barbare ſcriptum, nugis & fabulis refertum &c. omnia indigna Hieronymo tradere de creatione mundi, de elementis, de mirabilibus mundi, ac ne Æthici quidem eſſe quoniam in eo libro ipſe Æthicus Iſter Philoſophus ſæpe citatur, & Alchimus.* Hæc Simlerus poſt cujus editionem prodiit Æthici Coſmographia cum Mela An. 1577. 4. apud H. Steph. & Pariſ. 1625. 12. Lugd. Bat. 1646. 12. De Mſ. Oxonienſi vide Pauli Vindingii V. C. Epiſtolam ad Jo. Deckerum de ſcriptis adeſpotis p. 192. ſeq. Aethicum auctiorem & emendatiorem è codice Thuaneo dare voluit Salmaſius. *Ethicum* vocat Johannes Picus quem vide p. 184. Opp. Alii Hiſtricum Sophiſtam vel Aetichum Peripateticum. De eodem Rabanus Maurus de inventione linguar. *Litteras enim Aethici Philoſophi natione Scythica, nobili proſapia, invenimus, quas Hieronymus venerabilis presbyter ad nos uſque cum ſuis dictis explanande perduxit.* Coſmographiam Mariano Scoto tribuebat Naudæus in Bibliographia politica, & Scoti nomen in codice ſuo reperit Dempſterus. Confer Uſſerium Antiq. Britannic. p. 78.

tationum ad Melam Lond 1686. 4. Cui non modo ſtatim reſpondit Gronovius in Epiſt. ad J. Georg. Grævium ſuper argutationibus Iſ. Voſſii, ſed & in nova Melæ editione nummis illuſtrata Lugd. Bat. 1696. 8. viciſſim notas oppoſuit, è quibus apparet, illum non magis propitium manibus eſſe Voſſianis, quam vivo pepercerat Voſſio. Præter Æthicum autem & Julii Oratoris excerpta huic quoque editioni ſubjecta, addidit *libros quinque Coſmographiæ*, quos in fratris ſui gratiam ſæculo ſeptimo poſt Chriſtum natum, ſcripſit autor Gothus neſcio quis Chriſtianus, Jornande longe junior *Ravennas* (*a*), & à Voſſio ad Melam p. 29. 197. &c. pridem allegatus, quem primus, ex MS. Regio cum notis vulgavit *Placidus Porcheron*, Pariſ. 1688. 8. Gronovius vero ſupplevit ex MS. Lugdunenſi.

* *Franciſcus* quoque *Sanctius* Melam a ſe caſtigatum in lucem emiſit, cujus editionem cæteris omnibus anterioribus meliorem eſſe ait Andreas Schottus. Hanc nec Nic. Antonius vidit, nec Iſ. Voſſius. *Guil. Soonus* Britannus, Melam in ſcenam induxit de Geographia cum auditore dialogorum more differentem, pauca reddidit meliora, indicem ex Ortelii theatro mutuatus. *Petri Ciacconii* in Melam annotationes & *Petri Jo. Nunneſii* Valentini diatribam ad Andream Schottum de Melæ patria, (*b*) & in duo primora capita notas MSS. ſervat Bibl. publica Leidenſis inter libros Iſ. Voſſii. *Salmaſius* Melam à ſe illuſtratum, edere promiſit pag. 413. ad Solin. ſed & illius editionem & eam quam parabat non ita pridem *Chriſtophorus Cellarius*, mors doctiſſimi utriuſque & de veteri Geographia meritiſſimi Viri antevertit. Idem dolendum eſt interveniſſe conſilio eruditiſſimi *Perizonii*, qui Melam cum notis Barbari, Pintiani, Schotti, Ciacconii, Nunneſii, & ſuis in lucem dare voluit. Idem tamen morti vicinus provinciam hanc tradidit (*c*) Clariſſ. Viro *Carolo Andreæ DuKero*, a quo eam propediem & egregie ornatum iri non dubito. Caſpar Barthius poſt productum ſpecimen gloſſarii Gelliani, *habeo*, inquit lib. VIII. Adverſar. cap. 16. *aliud tale gloſſarium in Pomponium Melam, cujus itidem aliquid proponam, ubi capitum ordinem extricavero: viam ejus concinnator omnino aliam ſecutus eſt* &c. *Jacobi Sirmondi* ineditum ad Melam commentarium habuit Ludovicus Thomaſſinus. Prælectiones *Jo. Georgii Grævii* fuere in Bibl. Wittiana. * Novam Melæ editionem in Anglia

(*a*) Lib. IV. p. 75. *Ravenna*, inquit, *nobiliſſima, in qua licet Idiota ego, hujus Coſmographiæ expoſitor, CHRISTO adjuvante genitus ſum.*

(*b*) De hac idem Schottus in præfat.

(*c*) Vide Antonii Schultingii Orationem in Jac. Perizonii A. 1715. 6. April. defuncti funere p. 40.

Anglia jubemur expectare à *Reynoldo*. Memoriæ Trevoltinæ A. 1709. cap. 2045. *On prepare une nouvelle edition de Pomponius Mela & Solin, avec de nouveaux Commentaires & XXVI. Cartes, dreſsées ſelon la doctrine de ces Auteurs. Mr. Reynolds a ſoin de cette edition.*

Hiſpanice poſt antiquam Ludovici Tibaldi Toletani translationem, vertit Joſephus Antonius Gonſalez de Salas, additis in loca quædam obſcuriora obſervationibus. Madrit. 1644. 4.

* Anonymi libellum provinciarum ac Metropoleon Galliæ, Honorii Imp. temporibus longe recentiorem eſſe obſervat Salmaſius de primatu Papæ. 320. Chorographiam Britanniæ qualis in *Geographo Ravennate* (a) exſtat, MStum ad Codicem Regis Galliæ & alterum Vaticanum recenſuit *Thomas Galeus*, adſcriptis è conjectura ſua nominibus locorum recentioribus. Edidit poſt mortem parentis Rogerus Galeus ad calcem *Antonini* Itineris Britanniarum, ejuſdem Thomæ eruditis commentariis illuſtrati. Lond. 1709. 4. Non videtur vidiſſe, certe non commemorat, quæ in eandem partem Itinerarii Antoniniani commentatus fuerat *Wilhelmus Burtonus*. Titulus libri: *a commentary on* Antoninus *his Itinerary or Journies of the Romane Empire ſofar as it concerneth Britain -- by* William Borton, *Batchelor of Lavves, vvith a Chorographical map of the ſeveral ſtations, and Index to the vvhole vvorK. Lond.* 1658. *fol. pagg.* 266.

III. *Catalogus Scriptorum in Geographo Ravennate allegatorum ad paginas edit. Gronovianæ*:

A *Ithanarit* Gothorum Philoſophus 61. 64. 72. 82. 83. idem qui *Anaridus* 68. 69. 72. ſive *Hanaridus*. 81.

Liber *Alexandri* (in quo Alexandri Regis res narrantur) 12.

Arbitio 54. Romanor. Philoſophus, 56. 58. 59. 64. 70. 72. 83.

Ariſtarchus Gothorum Philoſophus, 62. Græcorum Philoſophus, 59. 60.

Arſacius & *Aphroditianus* Perſæ qui lingua Græca Orientem deſcripſerunt, 31.

Athanaſius Alexandriæ Epiſcopus ab Antiocho exquiſitus præſide, de paradiſo, 9.

Baſilius Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus in ſuo Hexaemero. 9.

Blantaſis. 41. *Ægypti patriæ deſcriptores multi fuerunt Philoſophi*

(a) Geographiam Longobardicam vocat Cangius gloſſario Græco, Appendice pag. 96. 109 &c. Auctorem non ſeptimo ſæculo circa A. C. 1300. ſcripſiſſe diſputat Caſimirus Oudinus in triade diſſ. II. pag. 113. & III. p. 48. & præcipue p. 53 ſeq. Sed profecto Athanaſium ab Antiocho præſide exquiſitum de paradiſo, quem Geographus Ravennas p. 9. laudat, ſcripſiſſe oportet ante ſæculum XIII, quoniam a Glyca p. 91. & 97. laudatur, & à Damaſceno de imaginibus p. 366. 383.

phi ex quibus legi Cynchrin & Blantaſin genere Ægyptios meridianæ partis deſcriptores, ſed & Lolianum Romanorum Coſmographum.

Caſtorius Philoſophus. 24. 25: 26. 27. ſeq. 31. 35. 46. 48. 50. 53. Romanorum Coſmographus. 54. Romanorum Philoſophus. 45. 56. 57. 59. 64. 70. 72. 83. Gothorum Philoſophus. 83. niſi nomen altera vice corruptum.

Cato, Liginius atque Jamblichus hujus mundi Philoſophi. 9.

Cyncbris: 41. Vide paulo ante in *Blantaſis*.

Eldebaldus Gothorum Philoſ. 61. 64. 68. 69. 72. 82. *Heldebaldus*. 81. 83.

S. Epiphanius Cypri Archiepiſcopus 40. in ſuo eloquio: 98.

Eutropius: 55.

S. Gregorius in ſua homilia de Getulia refert. 49.

Hylas Græcorum Philoſophus. 59. 60.

Jamblichus Græcorum Philoſophus. 9. 35. 54.

Jordanus ſapientiſſimus Chronographus (Jornandes) 17. 53. 56. 57. 62. 66. 107.

S. Iſidorus Yſpanienſis. 9.

Libanius Philoſophus. 54. 55. 56. 57. 58. 59.

Liginius. 9. 14.

Lolianus Romanorum Coſmographus. 41. 42. 48. 54. 56. 57. 59. 64. 70. 72. 83.

Marcuſmirus ſive *Marcomirus* Gothorum Philoſophus. 61. qui Saxoniam deſcribit. 64. 65. 66. 67. 68. 72. 83.

Marcellus. 62. *Illyricæ ſcriptores legi Probinum & Marcellum atque Maximum Romanorum Philoſophos.*

Marpeſius. 55. *de patria Amazonum ſubtilius agunt Penteſileus ac Marpeſius ac Ptolemæus Rex.*

Mantuanus (Virgil.) 111.

Maximus ſive Maximinus Romanor. Philoſophus Illyricæ deſcriptor. 62. 63.

Melitianus. 45. *Ex Africanæ patriæ deſcriptione legi Probinum atque Melitianum gente Afros, ſed & Caſtorium Romanorum Philoſophum*. 45.

Menelac Gothorum Philoſophus. 62.

Paulus Oroſius. 26. ſapientiſſimus Orientis perſcrutator. 26.

Penteſileus Philoſophus, de Colchia & patria Amazonum, 55.

Porphyrius Græcorum Philoſ. Orientis deſcriptor, 54. 55. 56. 57. ubi miſerum, nefandiſſimum, miſerrimum vocat, quia Chriſtiani nominis hoſtem.

Probinus. 45. Vide in *Melitiano* & *Marcello*.

Ptolemæus Rex Ægyptiorum ex ſtirpe Macedonum, Arctoæ partis deſcriptor. 14. 55. 60.

Pyrithos. 35. *Diverſas Meſogeon Græcorum patrias multas multi deſcripſerunt Philoſophi, ex quibus ego legi Jamblichum atque Pyrithon, & miſerum Porphyrium Græcorum Philoſophos, Orientis, deſcriptores.*

Rigilimus Philoſophus. 14.
Sardonius Græcorum Philoſophus. 60. 61. idem forte qui *Sardatius*. 62.

CAPUT IX.

DE UTROQVE SENECA, Patre & Filio.

*Senecæ patris, Rhetoris ætas. 1. Controverſiæ. 2. Svaſoriæ. 3. Utrarumque editiones. 4. * Index Rhetorum & ſcriptorum in Senecæ ſuaſoriis & Controverſiis memoratorum. 5. De Seneca filio Philoſopho. 6. Scripta ejus quæ exſtant. 7. Editiones. 8. Falſo tributa Senecæ. 9. Deperdita. 10. De ſtylo ejus ac Philoſophia. 11. * Index Scriptorum à Seneca Philoſopho laudatorum. 12. De Tragœdiis quæ ſub Senecæ nomine feruntur. 13. Illarum editiones. 14.*

I. M. ANNÆUS SENECA Cordubenſis Hiſpanus, inſignis Equeſtri ordine, ſed doctrina liberiſque longe nobilior, in quibus L. Annæus Seneca Philoſophus totum orbem nominis ſui celebritate implevit. Floruit Rhetor Seneca imperante Auguſto & Tiberio, ut docet Lipſius libro & capite primo Electorum, & Nic. Antonius lib. I. Bibliothecæ veteris Hiſpanæ cap. IV. Hoc autem loco à nobis recenſetur, quia noluimus eum à filio divellere, cum quo ejus ſcripta communiter eduntur, & quia ipſe innuit ætate profectum ſe fuiſſe, cum ea, quæ habemus, in litteras mitteret. * Seneca pater per ætatem audire etiam Ciceronem potuit, niſi bellorum Civilium furor intra Coloniam ipſum ſuam continuiſſet, ut ex præfat. lib. 1. Controverſ. conſtat. Idem tamen ſuaſoria 2. meminit Attali Stoici, à Sejano circumſcripti & ſolum vertere coacti, atque Controverſ. 12. Auguſtum Divum appellat.

II. Senecæ ipſius declamationibus deperditis, quarum unam memorat Quintilianus IX. 11. Inſt. Or. Exſtant *ex decem libris cauſarum* (a) judicialium ſive *controverſiarum*, quibus plus centum auctorum Græcorum Latinorumque, qui Auguſti ſæculum illuſtrarunt, acute in declamando inventa, & dicta, ſententias, diviſio-

(a) Nonnulli *libros decem Rhetorum majorum* inſcripſerunt, ut conſtat è codice, quo olim uſus Joh. Sarisberienſis, & Veteri MS. P. Pithœi. *Decem* refert ad libros, non ut plerique, ad *Rhetoras*. Qui *declamationes* inſcripſerunt, non minus falſi ſunt quam qui tribuerunt L. Annæo Philoſopho. Non enim in his libris occurrant declamationes, ſed ex declamationibus ſelecta excerpta ſive Chreſtomathiæ. Hoc opus etiam innuit Anonymus ſcriptor rerum Britanniæ, ubi allegat *Senecam de cauſis*.

viſiones, colores congeſſerat & inter ſe contulerat, vix hi quinque: *primus*, *ſecundus*, *ſeptimus* (*vulgo tertius*) *nonus* (*quartus vulgo*) *decimus* (*vulgo quintus*,) nec hi quidem integri, ſed corrupti paſſim mutilique. Porro *Excerpta ſive fragmenta ex iiſdem decem libris*, quos filiis ſuis L. Annæo & (qui poſtquam à Junio Gallione adoptatus eſſet Junius Annæus (*a*) Gallio dictus eſt) Annæo Novato, & Annæo Melæ, Lucani parenti Seneca inſcripſerat. * *Controverſias* collegit in filiorum ſuorum uſus; Pleraque autem ex memoria ſua, vel ex iis quæ ipſe ſibi cum declamantes audiret (*b*) notaverat, nam ut ait præf. libri 1. Controverſ. ubi memoriæ ſuæ felicitatem prædicat, tunc *aut nulli fere maximorum declamatorum commentarii exſtabant*, *aut quod pejus*, *falſi*. Et lib. 2. Controverſ. 10. p. 172. *Hæc Naſone apud Arellium Fuſcum dicente excepta memini*. Excerpta Declamationibus Trithemius male tribuit Senecæ Philoſopho.

III. *Suaſoriarum liber* (*c*) poſt controverſiarum opus à Seneca digeſtus, etſi in editionibus fere illi præmiſſus, quia ſuaſoriæ ut pote faciliores in Rhetorum ſcholis controverſias antecedebant. Vide ſi placet lib. 2. Controverſ. 12. & Lud. Creſollii theatrum Rhetorum IV. 7. Credibile autem eſt Suaſoriarum quoque librum primum tantum, nec hunc integrum ad nos perveniſſe, certe librum primum diſerte inſcribi in edit. antiquiſſ. Veneta teſtatur Joh. Schultingius. * *Suaſorias* Seneca controverſiis ſubjunxit, ut patet ex lib. 2. controverſ. 12. pag. 192. ubi de Meſſala: *quæ dixerit*, *ſuo loco reddam*, *cum ad ſuaſorias venero*. Sunt autem *ſuaſoriæ* quas deliberativas, ut *controverſiæ*, quas judiciales materias vocat Quintilianus lib. 2. c. 1. & 4. & 10. & lib. 3. c. 8.

IV.

(a) * Annæus ſcribas an Annæus, ut eſt in MSS. perinde eſt: vide Pontaeum ad Euſebii Chron. p. 571. 573. De hoc *Gallione* mentio Actor. XVIII. 12. ubi vide Grotium, & Nic. Antonii Bibliothecam veterem Hiſpanam lib. 1. c. 6. Barthium ad Statium T. 1. pag. 151. Fuit & *Seneca* Epiſcopus Hieroſol. de quo Euſebius IV. 5. Hiſt. & alius, qui Pelagianam hæreſin ſparſit circa A. C. 493. quem reprehendit Gelaſius Romanus in Epiſtola ad Piceos Epiſcopos. Etiam noſtra ætate notus Seneca ſcriptor Gallus libelli de Epigrammate. Europe Savante 1718. Jun. p. 274.

(b) Quintilianus lib. 2. c. 11. p. 167. *Similes commentariis puerorum*, *in quos ea*, *quæ aliis declamantibus laudata ſunt*, *regerunt*.

(c) Suaſoriarum Senecæ titulum qui non probant, & *laudabilia* inſcribi malunt, auctorem arguunt, qui ſuum ipſe librum ſic appellavit, ut recte notatum P. Pithœo Epiſt. ad Neveletum Dolſcium, quam declamationibus Quintiliani ſubnexuit pag. 459. Ibidem differit de diſtinctione declamationum in ſuaſorias & controverſias. His in utramque partem cauſæ diſceptabantur, unde ambigua laus adoleſcentis *ſine controverſia diſerti* apud Gellium IX. 15. Confer Senecam proœm. ſuaſoriar. Yvonem Villiomarum, ſive Joſephum Scaligerum in locos controverſos Rob. Titii p. 10. ſeq. Jo. Clericum V. C. Artis Criticæ lib. I. p. 481. ſeq. Suaſoriæ προτρεπτικοὶ λόγοι M. Antonino lib. I. ſect. 7. *Concionales* Fabio III. 4.

IV. (*a*) Controverſiarum libri è Vaticano Codice primum editi ſunt Venet. 1490. atque iterum 1503. græcis verbis, quæ paſſim à Seneca adſperſa erant omiſſis & latinis paſſim valde corruptis. Suaſoriæ primum adjunctæ in edit. Frobeniana Anno 1512. Hanc duplex Hervagiana editio ſecuta eſt, quarum prior Eraſmi, altera Cœlii Secundi Curionis induſtria fuit recenſita. Edidit quoque Gryphius Lugduni. * Quintiliani editionibus nonnullis, ut Pariſienſi Anno 1549. fol. ſubjicitur Senecæ declamationum liber, hoc eſt Controverſiarum primus, neque ille integer, cum commentariis inchoatis *Rudolphi Agricolæ*, qui pro auctore perperam habuit L. Annæum Senecam Philoſophum. Illa Agricolæ hypomnemata vulgata jam ante ſunt Baſileæ Ann. 1529. apud Bebelium, & in tomo poſteriore operum Agricolæ, editorum junctim, Colon. 1539. 4. *Ferd. Pintiani* in Controverſiarum libros caſtigationes prodierunt Venet. 1536. quæ recuſæ ſunt in editione Operum utriuſque Senecæ Pariſienſis Anno 1603. fol. in qua habes etiam in Senecam Rhetorem notas Jani Gruteri & Franciſci Jureti. Præterea elegantiſſimi Mureti lucubrationibus in has Senecæ reliquias fato interceptis optime de iis promeriti ſunt *Nicolaus Faber* & *Andreas Schottus*, à quo Græcorum hiatus ſuppleti ſunt è quatuor Codd. MSS. & Antonii Covarruviæ atque Antonii Auguſtini excerptis, in editione operum utriuſque Senecæ Commeliniana 1604. & Pariſienſi 1606. fol. in quibus & *Nic. Fabri*, *Franciſci Jureti* & *Jani Gruteri* notæ, & caſtigationes leguntur. Præclaram quoque in Rhetore hoc illuſtrando emendandoque induſtriam poſuit *Johann. Frid. Gronovius* (*b*) licet propter MStorum Codd. inemendatam negligentiam adhuc Augiæ ſtabulum ſe relinquere profeſſus, & *Johannes Schultingius*. Quare præferenda reliquis editio eſt, quæ cum integris horum quatuor virorum, & ſelectis Gruteri, Jureti, aliorumque notis prodiit Amſtelodami apud Elzevirum An. 1672. 8. & tomum tertium operum utriuſque Senecæ conſtituit. Vide etiam Dionyſii Gothofredi librum quintum Conjecturarum, ac variarum lectionum in Senecam, Baſil. 1590. 8. in quo toto Rhetor noſter illuſtratur, & index occurrit Rhetorum Græcorum latinorumque, quos Seneca memorat. * Hodie exſtant quoque *Controverſiæ Ennodii*, Chriſtiani ſcriptoris & Epiſcopi Ticinenſis, una cum ejuſdem *dictionibus*, ſive declamationibus. *Caſcellium* quoque in libro *bene dictorum* olim non modo electa juris ex JCtis, ſed etiam flores eloquentiæ ex Oratoribus ſelegiſſe

(a) * Declamationes annexæ operibus Senecæ Philoſophi jam prodierunt Tarviſii 1478. fol. per Bernardum de Colonia.

(b) Gronovii notæ in utrumque Senecam editæ ſeparatim Lugd. Bat. 1649. 12.

legiſſe notat Cornelius van Bynkershoek in opuſculis varii argumenti. Sed illa Caſcellii συναγωγὴ hodie deſideratur. Simili ſtudio ex controverſiis fori Pariſienſis electa (*a*) nuper Gallico ſermone dedit Franciſcus Petrus Gilletus. *Nicolai Triveti* Angli expoſitio declamationum Senecæ, completa A. 1358. fuit MSta in membrana, apud Marquardum Gudium V. C. *Joannis Petreii* Toletani progymnaſmata Rhetoricæ, etiam ſcholia in Senecæ declamationes juncta habent.

V. Index Rhetorum & Scriptorum, in SENECÆ Suaſoriis & Controverſiis memoratorum.

ABronius Silo, Porcii Latronis auditor, S. 2.
Actius Poſtumius C. 21.
Addeus. C. 25. Græcus, ex Aſianis, non projecti nominis. C. 24.
Æmilianus. C. 24.
Æſchines non ille orator, ſed hic ex declamatoribus novis *Græcus*. C. 8.
Agrotas Maſſilienſis C. 14.
Paſtor Ajetius, Ceſtii auditor, apud quem dixit jam Senator. C. 3.
C. Albucius Silo ſive Silius de eo præf. ad lib 3. Controv. & ibi Nic. Faber. S. 1. 6. C. 1, 2, 3, 4, 5, 7, 8, 9, 12, 13, 16, 21, 22. &c.
Alfius Flavus Ceſtii diſcip. C. 1. 7. 10. 14. Hic eſt cujus meminit Plinius indice libri IX. Hiſt ad eum audiendū fama Senecam perduxit: prætextatus tantæ opinionis fuit, ut Pop. Romano puer eloquentia notus eſſet. C. 1.
Allegius Flavius C. 7. an Alfius?
Amas. C. 4.
Andreas *Græcus* S. 2. C. 7.
Anticlides
Antonius Atticus. S. 2.
Apaturius, *Græcus*. S. 1. & 2. ubi male A. Patrius.
Apollodorus. *Græcus* C. 2. 9. 13. ejus diſcipuli Niger, & Vipſanius.
Apollodorus novus declamator qui reus veneficii fuit & à Pollione Aſino defenſus, damnatus Maſſiliæ docuit. C. 13.
Apollonius, *Græcus*. C. 19.
Arellius vide Fuſcus.
Argentarius. S. 1, 3, 5, 6, 8. C. 1, 2, 3, 4, 5, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 16, 21, 22. Ceſtii auditor & imitator. C. 26.
Artemon, *Græcus*. S. 1. C. 6, 7, 9, 11, 16, 25, 30, 33.
L. Aruntius præf. ad lib. 3. Controverſ. & ibi Nic. Faber.
Aſidius Sabinus, infra, Sabinus.
Aſinius Gallus Pollionis F.
Aſinius Pollio præf. ad lib. 3. Controverſ S. 2, 6, 7. C. 6, 11, 13. 16, 19, 21, 34. ejus Oratio pro Lamia. S. 7.
L. Aſpernas ſ. Aſprenas C. 1, 2. &c.
P. Aſpernas. S. 8. C. 1, 2, 4, 8, 10, 11, 14, 16, 25.

(a) Europe Savante 1719. Maj. p. 48.

Q. Aterius, infra, Haterius.
Attalus Stoicus qui ſolum vertit à Sejano circumſcriptus, magnæ vir eloquentiæ &c. S. 2.
Antonius Atticus, ſupra Antonius.
Atticus Vipſanius, infra Vipſanius.
Aufidius Baſſus S. 6.
Avitus. S. 1.
Auguſtus Cæſar. C. 12, 13.
Auguſti Cæſaris dictum de Gabio Silone, nunquam audivi patrem familias diſertiorem. præf. lib. 5. C.
Barbarus S. 1. C. 14.
Baro ſcurra. C. 7.
Baſilius. C. 2. fortaſſe Baſſus Julins.
Julius Baſſus Ceſtii auditor. C. 3, 4, 12, 13, 20, 21. præf. lib. 3. C. & præf. lib. 3. epit.
Junius Baſſus C. 6. & 7.
Sepullius Baſſus. C. 16, 17, 20, 21, 22.
Silius Baſſus C. 6, 7.
Batyllus Mæcenatis. præf. lib. 5. C.
Blandus S. 2, 5. C. 1, 2, 4, 7, 8, 9, 10, 11, 13, 14, 16, 21. eques Romanus Romæ docuit. præf. ad lib. 2. Controverſ.
Brocco quidam. C. 9. Plinio lib. IX. hiſt. Broccus.
Brutidius Niger, infra, Niger.
Bruteo Porcii Latronis diſcipulus, C. 1, 6, 19, 21. aridus declamator, ſed prudens diviſor controverſiarum. C. 13.
Cæcilius.
Callias C. 24.
Licinius Calvus C. 19, 29. diu cum Cicerone iniquiſſimam litem de principatu eloquentiæ habuit C. 19.
Vibius Calvus. C. 1.
Capito C. 25. & præf 5. C.
Caſſius Severus, vide Severus.
Cato. C. 19.
M. Cato. C. 30.
Catius Criſpus S. 2.
Catullus in hendecaſyllabis. C. 19.
Ceſtius S. 1. præf. lib. 3. epitom. Pius. S. 2, 3, 5, 6, 8. C. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14. (Pater, ibid. pag. 209.) 16, 21, 22, 26, 27. nullius ingenii, Ciceroni etiam infeſtus. S. 8. mordaciſſimus homo. præf. ad lib. 3. Controv. latinorum verborum inopia homo Græcus laboravit, ſenſibus abundavit C. 16. ejus diſcipulus Alfius.
M. Tullius Cicero S. 6. 7. C. 17. 30. præf. lib. 5. C.
M. Tullius Fil. S. 7.
Cineas 1. præf. C.
Claudius, vide Marcellus.
Clodius Sabinus. C. 26. 27.
Clodius Turrinus, præf. lib. 5. C.
Cremutius Cordus 5. 6.
Cornelius Hiſpanus. S. 2, 3, 6. C. 1, 2, 3, 4, 7, 8, 9, 11, 16, 21. &c.
Cornelius Severus. S. 2. & 6.
Cornelius Spartinus. S. 2.
Cornelius Viſpanius. C. 17.
Corvus S. 2. ubi ſtupor ejus perſtringitur.
Cremutius Cordus. S. 6.
Criſcus C. 19.
Catius Criſpus. S. 2.
Criſpus Paſſienus, infra Paſſ.
Cyrius Marillius, infra in Eſernino, Marcello & Merillio.

Da-

Damas Σκόμβρος, *Græcus* S 2. C. 14, 33. Straboni Δάμασος ὁ Σκόμβρος.
Damaſeticus S. 1.
Deillius S. 1.
Demoſthenis compoſitio rigida. C. 19.
Dento C. 31.
Diocles Caryſtius. *Græcus* S. 2. C. 1, 3, 5, 8, 11, 16.
Dionyſius, filius ejus Dionyſii qui Ciceronem docuit, elegans magis declamator quam vehemens C. 4.
Dorio ſive Durio, *Græcus* S. 1. 2. C. 8, 24, 34.
Marcellus Eſerninus C. 16, 17, 19, 28, 29. præf. l. 4. epit. S. 6. ubi legitur *Cyrus Marillius Æſerninus*. Nic. Faber legit Claudius Marcellus.
Euctemon levis declamator, ſed dulcis. C. 1, 19, 20, 25, 30, 34.
Fabianus C. 14. S. 1. Arellii Fuſci & Blandi diſcipulus tantæ opinionis in declamando quantæ poſtea (cum Philoſophiæ ſe dediſſet) in diſputando, præf. ad l. 2. Controv. Papirius C. 9. Philoſophus ibid. C. 13. & præf. ad lib. 3. Controverſ. *Memini Albucium Silum omnibus rebus omiſſis apud Fabianum Philoſ. tanto juniorem cum codicibus ſedere*. Papirius Fabianus C. 10, 11, 12, 14.
Fabius præf. lib. 5. C.
Fabius Maximus C. 12.
Alfius Flavus ſive Flavius Alfius, ſupra, Alfius.
Julius Florus C. 25.
Fulvius Sparſus, infra Sparſus.
Furius Saturninus C. 21.
Vibius Furius C. 1. lege Vibius Rufus.
Fuſcus Arellius. S. 1. (pater S. 2.) 2, 3, 4, 5, 6, 8. C. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 14, 16, 21, 22. Q. Fuſcus. C. 7. multa ex Virgilio trahere ſolitus ut Mæcenati probaretur. S. 3. dicebat ſuaſorias libentiſſime & frequentius Græcas quam Latinas S. 4. frequenter uſus colore religionis. C. 1. explicatio ejus ſplendida ſed operoſa & implicita &c. Vide præf. ad lib. 2. Controv.
Q. Fuſcus. C. 7.
Gabius Sabinus vide Sab.
Junius Gallio. S. 5. C. 1, 2, 5, 6, 7, 8, 10, 11. (ubi vide Nic. Fabri p. 177. ſeq.) 14, 16, 21, 22, 31.
Gallio noſter. S. 3. C. 9. 13. præf. lib. 3. Controv.
Gallus C. 8.
Aſinius Gallus ſupra, Aſinius.
Vibius Gallus C 3, 4, 9, 14, tam magnæ olim eloquentiæ, quàm poſtea inſanus imitando inſaniæ C. 9.
Gavius Sabinus, infra in Sabino.
Gavius Sylo, in Sylone.
Varius Geminus. S 6. C. 16, 19, 21, 22. ſcurrilia illi dicere mos. S. 6.
Glaucippus Cappadox C. 25.
Glyco, *Græcus* S. 1. 2. C. 5, 6, 7, 8, 11, 16. Spiridion C. 9. 14.
Gorgias (junior) C. 4. 33.
Gorgonius S. 8. C. 7. 24. Buteonis auditor, poſtea ſcholæ ſucceſſor. C. 7. amabiliſſimus. S. 7. ubi m le Gargonius.
Grandaus Aſianus, *Græcus* C. 2.

Q. Haterius. S. 2, 3, 6, 7, 8. C. 6, 16, 29 præf. lib. 4. epitom. Meminere Tacitus Annal. IV. Seneca filius Epiſt. 40. Hieron. ad Pammach. &c.
Herius Aſinii Pollionis nepos.
Hermagoras C. 1. (pag. 91. ubi videndus Nic. Faber.) C. 9, 11, 12, 14. &c. *Græcus* C. 30. admiratione ejus ſtupens Albucius Silius præf. ad l. 3. Controv.
Herodotus hiſtoricus S. 2.
Hexarida C. 34. niſi corruptum eſt nomen.
Cornelius Hiſpanus. Vide Cornelius, & C. 13. pro *Hiſponis Cornelii*, ſcribe *Hiſpani*.
Romanus Hiſpo. C. 1, 2, 3, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 21, 26,
Homeri verſus C. 8.
Hybreas, *Græcus* S. 4, 7. C. 2, 4, 13. diſertiſſimus. S. 7. ubi de ejus filio.
Hybreæ diſertiſſimi Viri filius apud M. Tullium Ciceronis filium male cauſam ἄτιμον πατέρων agens S. 8.
Iphicrates.
Julius Baſſus. ſupra Baſſus.
Julius Cæſar. C. 18. 21.
Junius. C. 12.
Junius Gallio Vide Gallio.
Junius Otho. Vide Otho.
Juſtus. C. 11. Nic. Faber legit Junium, Obſopœus Fuſcum.
Laberius mimorũ ſcriptor. C. 18.
Labienus. C. 31. præf. l. 5. C. & præf. l. 4. epit.
Porcius Latro. præf. lib. 1, 4. & 5. C. & epit. Declam. & S. 1, 2, 6. C. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, per tot. 16, 21, 22, &c, 29. ubi Labro, pro quo alii L. Abro. Hunc Latronem cariſſimum ſibi ſodalem multis laudat Seneca præf. libri 1. Controverſ. Ejus *Armorum judicium*, C. 10. *ſuaſoria de Theodoto*. C. 12. Meſſalæ de eo judiciũ: ſua lingua diſertus eſt. ib.
Lepidus Neronis præceptor. C. 11. & præf. l. 4. C.
Lesbocles C. 8. magni nominis declamator Mytilenis, & nomini reſpondentis ingenii *Græcus* S. 2.
Licinius Calvus. C. 19, 29.
Licinius Nepos. S. 2. C. 20, 21, 33, 34.
Ligarius
T. Livius hiſtoricus. S. 6. C. 25. IX. 2. ejus gener L. Magius Rhetor mediocris. præf. l. 5. C.
Lucius. C. 11. alii Fuſcum reponunt vel Vinicium.
L. Magius gener T. Livii. pręf 5. C.
Lyco, vide ſupra, Glyco.
Mæcenas. C. 26.
Mæcenas & Agrippa C. 12. ſed ibi in vet. lib. Marcus & C. 26.
Manulius Nepos. C. 21.
Mamercus Scaurus. S. 2. C. 2. 30, 31 & præf. l. 5. C. hic eſt quem Tacitus Annal. III. 31. Oratorem ſua ætate uberrimum appellat.
Marcellus. 2. 6. C. 13, 16, 28, 29.
Claudius Marcellus. S. 2.
Marcellus Eſerninus. Vide Eſerninus.
Marcellus Martius. C. 28.
Marillius. S. 1, 2, 3. C. 1, 2, 3, 4, 7, 8, 10, 11, 12. Senecæ & Latronis præceptor. præf. libri 1.
Con-

Controverſ. C. 10. 17.
Maximus Stertinius. C. 9.
Mela præf. lib. 2. & 5. C.
Meliſon.
Meneſtratus declamator non abjectus ſuis temporibus. S. 1.
Mento. C. 2, 5, 7, 8, 14, 27, 29.
Meſſala (Corvinus) S. 2, 3. præf. l. 3. epit. exactiſſimi ingenii in omnes quidem ſtudiorum partes, latini utique ſermonis obſervator diligentiſſimus. C. 12. pro Pythodoro oratio diſertiſſima. ibid.
Meſſius C. 19.
Metrodorus C. 34.
Militiades Rhetor. C. 25.
Mindius.
Moderatus. præf. l. 5. C.
Julius Montanus. C. 16. poeta egregius & comis.
Montanus Votienus. C. 20, 29, 31. & præf. l. 5. C.
Murrhedius S. 2. C. 2, 4, 17, 18, 20, 23, 25, 34. & præf. lib. 5. C. & IX. 2.
Muſa. S. 1. C. 16, 18, 20, 24, 25, 32, 34, 35. rhetor multi ingenii, nullius cordis, præf. libri 5. C.
Ovidius Naſo, Arellii Fuſci auditor, Latronis admirator, tunc cum ſtuderet bonus declamator erat. C. 10. declamabat raro controverſias, ſed non niſi Ethicas, libentius dicebat Suaſorias. ibid. C. 2, 10, 16, 33. S. 3. & lib. 3. epitom. declam. 6. lib. 2 decl. 2. neſcit, quod bene ceſſit, relinquere. C. 28. IX. 5.
Licinius Nepos. S. 2. C. 21
Manulius Nepos. C. 21.
Nicetes, *Græcus*. S. 2, 3. C. 4, 5, 7, 8, 25, 29, 31. ſuo impetu Græcis valde placuit. S. 3.
Nicocrates Lacedæmonius, *Græcus*. S. 2. C. 20.
Brutidius Niger. C. 9, 20, 24. Apollodori diſcipulus. C. 9.
Oſcus. S. 1. & præf. l. 5. C.
Junius Otho. C. 1, 14. Pater C. 3, 8, 9, 22, libros quatuor colorum edidit. C. 3. quos Gallio noſter Antiphontis libros vocabat C. 9. 22. tantum in illis ſomniorum eſt.
Ovidius. Vide Naſo.
Pammenes ex novis (al. *ex bonis*) declamatoribus. C. 4. Pammenem & pro Poſmo ſcribit Gronovius C. 13. p. 202. non ut Cælius Poſidonium.
Pantillus.
Fabianus Papyrius. Vide Fabianus.
Paſſienus C. 16. vir eloquentiſſimus & ſui temporis primus Orator. C. 13. præf. l. 5. C. & præf. lib 3. Epitom.
Paſtor Ajetius, ſupra in Ajetio.
Paternus. præf. l. 5. C.
A. Patrius. S. 2. ſupra Apaturius.
Paulus. C. 17.
Pedo Albinovanus. S. 1. fabulatorem elegantiſſimum vocat Seneca filius Epiſt. 122. ubi quædam ex narrante eo audiviſſe ſe narrat.
Philippus.
Ceſtius Pius. Vide Ceſtius.
Q. Pius. C. 7.
Plancus ſummus declamator. C. 8. L. Munatium Plancum intelli-

telligit ad quem liber X. Epiſtolarum Cic. & quem Oratorem inſignem laudat Euſebius ad A. 16. Auguſti. *Nic. Faber.*
Plotius primus omnium Latinus Rhetor Romæ, puero Cicerone præf. ad lib. 2. controverſ. Vide ibi Nic. Fabrum, & quæ viri docti ad Sveton. de claris Rhetoribus.
Plution, *Græcus* S. 1.
Aſinius Pollio, neſcio an ab illo diverſus C. 6.
Pompejus Silo præf. l. 3. Epitom. S. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 8. C. 1, 2, 3, 4, 5, 7, 8, 9, 10, 11, 14, 16, 21, 22, 25.
Pomponius ſcriptor Atellanarum. C. 18.
Popilius.
Porcellus Grammaticus. S. 2. Fortaſſe idem quem teſtamentum finxiſſe Grunii Corocottæ narrat Hieronymus ad Euſtachium.
Porcius Latro. ſupra Latro.
Poſmus vide ſupra Pammenes.
Actius Poſtumus, ſupra Actius.
Potamo, magnus declamator Mytilenis, *Græcus* S. 2. Hic eſt cujus Lucianus in Macrobiis mentionem facit.
Publius Syrus mimographus. C. 18.
Punitius C. 4.
Puton. *Græcus* C. 3. (an Plution.)
Pylades
Pythnicus
Pythodorus C. 12.
Quintilanus ſenex, (M. Fabii Pater) C. Præf. lib. 5. & C. 33.
Quintilius Varus Germanici gener, auditor Ceſtii C. 4.
Rabienus
Romanus Hiſpo. ſupra, Hiſpo.
Vibius Rufus. C. 2, 4, 5, 7, 8, 9, 11, 14.
Clodius Sabinus C. 27. eadem die Græce & Latine declamavit. 26.
Gabius Sabinus. S. 2. C. 16, 17, 21. Cajus Sabinus. C. 16, 21, 27.
Sabinus Aſidius venuſtiſſimus inter Rhetores ſcurra. S. 2.
Salluſtius Thucydidis brevitatem vicit. 24. Orationes ejus in honorem hiſtoriarum leguntur. præf. 3. epitom.
Sarconius. S. 2.
Saturnius Furius. C. 21.
Scaurus C. 9. diſertiſſimus homo & venuſtiſſimus, qui nullius unquam impunitam ſtultitiam tranſire paſſus eſt. C. 2. Supra Mamercus Scaurus.
Seleucus. C. 14.
Senecio, C. 25. grandium affectator, unde Grandio dictus S. 2.
Senianus. S. 2. C. 25. & l. V. epitom. declam.
Sepullius Baſſus, vide Baſſus.
Cornelius Severus S. 2. & 6.
Caſſius Severus. S. 6. C. 12. C. 18, 29. præf. l. 3. & 4. epitom. homo Labieno conjunctiſſimus. præf. l. 5. C.
Sextilius Hemina S. 6.
Abronus Silo, ſupra, Abronius.
Allutius Silius, ſupra Albutius.
Pompejus Silo, ſupra, Pompejus.
Victor Statorius infra, Victor.
Gabius Silo. C. 31, 32, 33, 34.
Cajus Silo præf. lib. 5. C.

Fulvius Sparſus, C. 2, 3, 4, 7, 13, 19, 21, 30. præf. lib. 5. C. & Epit. 1. declam. & 7. pro Perſio MS. Sparſus.
Silius Sparſus. C. 3.
Sparſus homo inter ſcholaſticos ſanus, inter ſanos ſcholaſticus. C. 7. declamator ſubtilis ſed aridus. præf. lib. 5. C.
Spiridion, ſupra in Glycone.
Maximus Stertinius. Vide Maximus.
Syllus Baſſus, vide Baſſus.
Sylo Gavius C. 31. Gabius Silo.
Surdinus C. 20. Ceſtii Rhetoris diſcipulus. S. 8. ingenioſus adoleſcens, à quo Græcæ fabulæ eleganter in latinum ſermonem converſæ ſunt. S. 7.
Vallius Syriacus C. 1, 9, 14, 21. Theodori diſcipulus. C. 9. homo diſertus. C. 27.
Theodorus. C. 9. Theodotus. C. 12.
Thedori diſcipuli Vallius & Tiberius.
Thucydidis virtus præcipua brevitatis. C. 24.
Thuſcus. S. 2. homo quam improbi animi tam infelicis ingenii.
Tiberius Theodoreus. S. 3.
Triarius. S. 2, 5, 6, 8. C. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 9, 11, 13, 16, 21.
Clodius Turrinus.
Tuſcus-Hiſtoricus. S. 2.
Vallius Syriacus, ſupra Syriacus,
Varius Geminus. Vide Geminus.
Quintilius Varus, ſupra in Quintilio.
Vetus quidam Rhetor. C. 19.
Vibius Calvus. leg. Gallus. C. 1.
Vibius Furius. lege Rufus. C. 1.
Vibius Gallus. ſupra Gallus.
Vibius Rufus, vide Rufus.
P. Vicitius. C. 2.
Victor Statorius, municeps Senecæ. S. 2.
P. Vinicius. C. 2, 4, 20, 23. Vide Nic. Fabrum p. 206.
L. Vinicius Vinicii frater. C. 13. 21. ex tempore cauſas optime agebat, de quo Auguſtus Imp. *Unus Vinicius ingenium in numerato habet*. id.
Vipſanius Agrippa, T. Pomponii Attici F. Apollodori diſcipulus. C. 12, 13. & ibi Nic. Faber. pag. 201.
Virgilius Maro. S. 3. C. 16. præf. l. 3. excerpt.
Montanus Votienus. Supra in Montano.
Zeno. C. 2.

Cum hoc indice confer *Dionyſii Gothofredi* Nomenclatorem ad Senecam, c. 8. & *Andreæ Schotti* libellum de claris apud Senecam Rhetoribus.

VI. L. ANNÆUS SENECA, M. Annæi Filius una cum Afranio Burro Rector Imperatoriæ juventæ, poſtquam Senatoria dignitate quæſtura præturaque & aliis honoribus functus eſſet, & Stoicis, licet negat, (*a*) addictus inter Philoſophos magnum ſibi nomen comparaſſet, ab eodem Nerone, quem inſtituerat, vita exce-

(a) Epiſt. 45. & de vita beata c. 3.

excedere juſſus, ferro ſibi ipſe venas exſolvit, balneumque ingreſſus obiit Anno CHRISTI 65. Neronis 12. triennio poſt Burri mortem. *Optimus excultor morum, mentiſque colonus*, ut bene vocatur ab Alano lib. 1. Anti-Claudiani. Ejus vitam præter Lipſium & A. Schottum non indiligenter perſecutus eſt M. Antonius Delrio, qui librum ſecundum prolegomenon ad Syntagma tragœdiæ latinæ vitę Senecæ deſcribendæ impendit. Mores ipſius & vitam dogmatibus haud reſpondiſſe innuit Dio lib. LXI. p. 694. qui mihi non videtur eſſe audiendus. Nam ut Tacitus, ſeverus & ipſe morum cenſor 14. 52. tradit, criminationes illæ fuerunt invidorum, poſt Burri mortem ad deteriores inclinante Nerone, & bona Senecæ conſilia non amplius audiente Senecam adorientium. * Senecæ Philoſophi veri *Magiſtri ſententiarum* (*a*) vitam ſcriptam à *Petrarcha* memorat Thomaſinus in Petrarcha redivivo p. 25. E recentioribus præter citatos, *Jo. Schildius* (*b*) in exercitationibus ad Taciti Anal. lib. XV. ubi extrema Senecæ deſcribuntur, Lugd. Bat. 1645. 12. *Franciſcus Salvator* (*c*) in libro edito Romæ 1674. 12. *il filoſofo corteggiano, o la vita di Seneca*. Aliis Chriſtianus plane Theologus viſus fuit Seneca, (*d*) Atheus aliis, ita ut nimias alii laudes in eum congerendo, alii conviciis onerando & maledictis incredibilibus (*e*) modum exceſſerunt, vitio ſolenni Ingenii humani, & fato haud infrequenti magnorum virorum, qui per encomiorum & detractionum ſeſe mutuo conficientium certamina famam ingentem ad poſteros propagant. Ut vero & doctrinæ copia, & ſcribendi elegantia longe multumque omnibus obtrectatoribus ſuis præſtitiſſe Senecam, vere mihi videtur affirmaſſe Muretus: ita non magis Atheum fuiſſe illum perſuadeo mihi quam Chriſtianum, nec magis contaminatum omnibus ſceleribus hypocritam, quam ex Sanctis aliquem aut Angelum: ſed non malæ indolis nec abſurdi judicii hominem, qui ex Philoſophia Stoica tantum profecit, ut in ſe deſcendere, & Providentiæ Divinæ conſideratione ſuſtinere animum, tum vanitatem ambitionis, avaritiæque & voluptatis ſtultitiam agnoſcere potuerit etiam in affluentia omnium rerum, in negotiorum mole & aulæ maximæ luxu ac magnificentia: qui denique res ſecundas non minus, quam adverſas & mortem ipſam dice-

(a) Petrus Petitus libro de lacrymis p. 139. *Seneca, verus, ut quidem arbitror, Magiſter ſententiarum.*

(b) Nic. Heinſii poemata pag. 263.

(c) Giornale de' letterati di Roma A. 1674. pag. 82.

(d) Criminationes variorum in Senecam Philoſophum collegit Jo. Henricus Meibomius in vita Mæcenatis cap. 22. Conſule etiam Sam. Baſnagium ad A. C. LVIII. nu. 4.

(e) Vide L. Annæum Senecam ab Amando Fabio atheum proclamatum & à Jacobo Petro Huntero defenſum. Regiomonte 1651. 4.

diceret ferre fortiter, quod non verbis, ſed factis demonſtavit; facile etiam præmii loco laturus vitæ & honorum prorogationem, ſi eam obſequio qualicunque in Neronis effrenes cupidines, & funeſta Reip. conſilia redimere voluiſſet. Juſtus Lipſius Centur. 1. ad Belgas Epiſt. 42. *Seneeam commentari incepi: pergo ſedulo & in ipſo labore fructum ejus capio, formari & emendari. Semper ille mihi magnus Vir apparuit: ſed ut ſolent vere magna, magis magiſque inſpectus & tractatus ſe approbat, & crebro. Poſt ſacras litteras nihil in ullo orbe, in ulla lingua ſcriptum utilius, meliuſque. DEus mihi det abſolvere. Hoc ſaltem brevi & operoſo commentariolo, (ita confido) aſſequar, ut quivis legere Seneeam, & capere, qui modo Latinæ Linguæ rudis non ſit, & ex illo campo meſſem legere poſſit ad vitæ ſuæ & morum tutelam. Me aut meam ambitionem hic non ſpecto &c.*

VII. Exſtant ejus 1. *de Ira libri III.* ad Novatum fratrem. Hoc opus non integrum ad nos perveniſſe ex eo colligas, quod Lactantius in Lib. de ira Dei ex eo profert definitiones iræ, quas fruſtra quæres in his libris. * *Libri III. de Ira*, imperante Caligula ſcripti, prodierunt ex recenſione Henr. Ernſtii, Soræ 1652. 12. Petrus Alcyonius de exilio lib. 2. pag. 200 *Seneca, ſi quid auctor iſte ad rem pertinet, ſuorum Stoicorum duritiam ſecutus, damnat in Ariſtotele iræ laudationem, & affectionis ejuſmodi patrocinium, quæ tamen utiliter à natura data nobis videtur, modo præſcriptio & moderatio ea retineatur quam idem ipſe Philoſophus retinendam cenſet, hoc eſt ut iraſcamur pro quibus debemus, & ut oportet, & cum debemus & quamdiu: ſin minus, fatui & ſtupidi eſſemus, qui & ſenſu & dolore videremur carere.*

2. *Ad Helviam* (*a*) *Matrem de conſolatione liber*, ſcriptus cum inſtinctu Meſſalinæ in Corſica inſula à Claudio Imperatore relegatus eſſet. Huic libro (qui ſeorſim prodiit ex recenſione *Auguſti Buchneri* Witteb. 1655. 8.) Juſtus Lipſius *XII. Epigrammata* præfigit, quæ ſub Senecæ nomine in vett. MSS. occurrunt. Sed Petro Scriverio judice rectius inſcribuntur *Epigrammata ſuper exilio L. Annæi Senecæ*, quam ut in Schedis Pithœanis, *L. Annæi Senecæ Epigrammata ſuper exilio*. * Apud Jacobum Magnum auctorem Sophologii pro *conſolationibus ad Helviam* ridicule laudatur Seneca *in comeſſationibus ad Elivam*, ut notavit Nic. Antonius. In Codice MS. Jacobi Durantii Caſellii hic libro titulus præfixus: *L. Annæi Senecæ liber ad Helbiam matrem ſuam de conſolatione filii ſui*. Vide ejus Varias lect. lib. 1. cap. 17.

3. *Liber de Conſolatione ad Polybium* Claudii, cui à ſtudiis fuit, libertum, & fratris morte afflictum. Scriptus anno circiter exſilii tertio,

(a) Albina hæc dicitur in quibuſdam editionibus.

tertio, ſed hodie magna ſui parte ab initio mutilus. * In libro *de conſolatione ad Polybium*, huic Claudii Imp. liberto fratris morte afflicto, ac per illum Imperatori blanditur. Unde Dio in excerptis Peireſc. pag. 685. ſcripſit Senecam Claudii libertis adulatum, ὥστε καὶ βιβλίον ἐν τῆς νήσου πέμψαι ἐπαίνους αὐτῶν ἔχον, *ut librum refertum eorum laudibus ex inſula* (in qua exulabat) *iis mitteret, quem tamen pudore poſtea ductus ſtylo verſo delevit*. Eodem ſpectat quod in Epitome Xiphilini p. 694. legas, quod Seneca τοὺς ἐξελευθέρους ἐθώπευε, καὶ τινων καὶ ἐγκώμια συνετίθει.

4. *Liber de Conſolatione ad Marciam* A. Cremutii Cordi *à Sejano circumventi filiam, nati ſui Metilii obitum lugentem. Editus & illuſtratus à *Davide Chytræo*, Roſtoch. 1571. 8. cum S. Cypriani libro de mortalitate.

5. *De Providentia liber* (*a*) extrema ut videtur parte mutilus, ad Lucilium procuratorem Siciliæ. Integer libri titulus fuiſſe videtur: *quare bonis viris multa mala accidant, cum ſit providentia*. Scriptus eſt Claudio Imp. jam defuncto. Prodiit ſeparatim Germanice redditus à Jac. Stolterfotho animadverſionibuſque illuſtratus. Lubec. 1642. 8. * *Liber de Providentia* cum Mureti Oratione, & notis Lipſii ac Jo. Frid. Gronovii, curante Jo. Henrico Ackero, (*b*) Rudolſtadii 1711. 8. Gallice interprete Angelo Capello, Pariſ. 1578. & Italice Florent. 1714. 4.

6. *De animi tranquillitate* ad præfectum vigilum Neronis Annæum (*c*) Serenum. In hunc librum notæ *Johannis CoKieri* viderunt lucem Leodii 1607. 8. Petri Mulleri Conſiliarii tunc Stolbergenſis Jenæ 1671. 12. * Liber de tranquillitate animi & quomodo in ſapientem non cadat injuria, cum Epiſtolis Senecæ ad Paulum, excuſus Lipſiæ 1499. 4. De tranquillitate animi acute diſputat Cardanus libro primo Theonoſton, T. 2. Operum, qui nec Senecam, nec Plutarchum putat rem acu tetigiſſe. Eſt autem illi tranquillitas mentis *voluptas, quæ percipitur ex cognitione poſſeſſionis bonorum omnium, quæ eripi non poſſunt manente vita & ſenſu, quæque quo magis augentur tanto plus juvant & mali nihil admixtum habent: ut ſunt virtus, ſcientia, conſcientia benefactorum & ſpes in DEum*. Vide pag. 301. 305. 308. Lectu dignus etiam Joſephi Halli liber hujus argumenti quem ſcripſit Anglice, titulo: *cœlum in terra*, heaven upon earth, or of true peace of Minde p. 73. ſeq. Opp.

7. *De Conſtantia ſapientis* ſive *quod in Sapientem non cadit injuria, ad eundem Serenum*. * In hunc librum exſtant diſſertationes morales

rales

(a) Confer Mureti Volum. 1. Orat. 3. & Eduardi Sherburne librum Anglice editum hoc titulo: *Anſvver to Lucilius his Quære: VVhy good men ſuffer mis fortunes?*

(b) Acta Erud. 1711. p. 430.

(c) De hoc Sereno Harduinus ad Plinii xx: 1. Tom. 4. p. 209.

rales *Juſti Reiffenbergii*, è Lipſio magnam partem collectæ, ut notatum Jacobo Thomaſio.

8. *De Clementia*, ad Neronem Cæſarem libros tres ſcripſiſſe videtur Seneca, ex quibus non exſtat niſi *primus & pars ſecundi*. Commentarius Joannis Calvini in hoc ſcriptum occurrit T. VII. ejus Operum Theologicorum, editionis luculentæ Amſtelodamenſis. * Libris *de Clementia* integris videtur uſus eſſe Hildebertus Cenomanenſis, qui eos laudat lib. 1. Epiſt. 3. ad Addam, ſententias ex eis inſeruit Morali ſuæ Philoſophiæ de honeſto & utili. Gallice ea, quæ ex illis libris ſuperſunt, pridem vertit Angelus Capellus Pariſ. 1578. Jo. Calvini commentarius primum vidit lucem A. 1532.

9. *De brevitate vitæ ad Paulinum*, Uxoris fortaſſis ſuæ Paulinæ fratrem, ut contendit Lipſius. Socerum Muretus mavult. Sed ad hunc non ſcripſiſſet c. XIX: *Nunc dum calet ſanguis, vigentibus ad meliora eundum eſt*. * Eum non diu poſt Caligulæ necem compoſuiſſe ſe innuit Seneca c. 18.

10. *De Vita beata* ad fratrem Gallionem ſive Novatum. Liber in fine mutilus. * *De vita beata* ad Senecæ exemplum ſcripſit etiam S. Ambroſius libris duobus, in quorum prioris capitibus duobus maxime poſtremis docet ea quæ de beatitate ſapientis diſputant Stoici, verius dici poſſe de homine Chriſtiano: Vide T. I. edit. Benedictinor. p. 454. ſeq.

11. Pars libri *de otio aut ſeceſſu ſapientis*, male olim annexa ſuperiori libro.

12. *De Beneficiis libri VII.* ad Æbucium Liberalem, Lugdunenſem, cujus mentio Epiſt. XCI. In quibuſdam editionibus *Eburtius* dicitur, ab auctore libri de vitis Philoſophorum *Euſebius*. Videtur illud opus reſpicere Seneca Epiſt. 81. Epitomen ejus latine concinnavit Jac. Sorgerus Jen. 1611. 8. * *Libros de beneficiis* Italice vertit Benedictus Varchius Florent. 1554. 1584. 4. Gallice poſt Salluerium Accuratum (Saulueur Accaurat) Narbonenſem Pariſ. 1561. 8. Franciſcus Malherbius, inter cujus opuſcula ſæpius prodierunt, ut Auguſtobonæ Tricaſſium 1635. 8. quæ tertia jam eſt editio. Librum primum etiam tranſtulerat Gallice Angelus Capellus, Pariſ. 1580. In Codice quodam manu exarato Sæculi XI. hi libri non abſurde inſcribuntur *de dandis & accipiendis beneficiis*. Vide Henrici Pompoſiano in Monaſterio Clerici Epiſt. ad Stephanum, datam A. 1093. quam edidit Bernhardus à Montfaucon in Diario Italico pag. 86. *Federici Morelli* Scholia in hos libros exſtant in editionibus Senecæ Pariſ. 1619. 1628. fol. cum Variorum notis.

13. *Epi-*

13. *Epiſtolæ CXXIV.* ad Lucilium (*a*) Siciliæ procuratorem, cui ex illis immortalitatem pollicetur Epiſt. 21. Eas olim per libros diſtinctas fuiſſe conſtat ex Gellio, qui librum (*b*) 22. Epiſtolarum moralium Senecæ citat lib. 12. cap. 2. unde etiam colliges non paucas hujus Philoſophi Epiſtolas periiſſe. * *Epiſtolæ* Senecæ in MS. Codice, qui in Rhedigeriana Bibliotheca Uratislaviæ aſſervatur, diſtinctæ ſunt in libros XX. ut notatur in Ephemeridibus literariis Lipſienſibus Germanice editis Anno 1710. ſect. IX. pag. 895. ſed non additur, an duo poſtremi libri deſiderentur, an vero diverſa ſit diviſio ab antiquis editionibus, quæ Epiſtolas Senecæ diſtinguunt in libros XXII. In editione Lipſ. 1497. 4. ſunt Epiſtolæ tantum LXXXIX. ut monuit me Clariſſ. Schœtgenius. Epiſtolam XLVIII. editiones quædam lacerant in binas, ut Mureto notatum & H. Stephano. Epiſtolam LXXXVIII. quæ in quibuſdam editionibus fertur ſub titulo *libri de ſtudiis liberalibus ad Liberalem*, Hiſpanice pridem juſſu Johannis II. Caſtellæ Regis verſam refert Nic. Antonius, lib. 1. Bibl. vet. Hiſpanæ §. 148.

14. *Naturalium Quæſtionum* ad eundem Lucilium *libri VII.* qui magnam partem verſantur circa Meteorologica. Illuſtrati primum emendatique à Matthęo Fortunato Pannonio, Venet. apud Aldum Anno 1522. 8. Lipſius cum vix in primum caput libri primi Scholia confeciſſet, morbo impeditus à ſcribendo abſtinuit, & hoc opus unà cum ſequenti aliis illuſtrandum reliquit.

15. Ἀποκολοκύντωσις, ſive ludus (*c*) in Claudium Imp. Satyra lepidiſſima (*d*) Menippea, notis illuſtrata à B. Rhenano, Adr. Junio, Jano

(a) Lucillum Balbum vocat auctor libri de Vitis Philoſophorum. Parthenopenſis forte fuit. Vide Lipſium ad Epiſt. 53. Epicuri ſectam ſecutum colligas ex Epiſtola 23. & aliis. Scriptorum Lucilii elegantiam celebrat Epiſt. 19 & 46. Sed ex Lucilii hujus ſcriptis nihil ad nos pervenit.

(b) In Veneta A. 1492. & aliis antiquis Operum Senecæ editionibus obſervo Epiſtolas ejus CXXIV. diſtingui in libros viginti duos hoc pacto, ut liber I. complectatur Epiſtolas primores 13. Liber II. 14. 19. III. 20-28. IV. 29 35. V. 36. 44. VI. 45.-50. VII. 51.-57. VIII. 58-66. IX. 67.-70. X. 71.-73. XI. 74.-82. XII. 83-85. XIII. 86. 88. XIV. 89.-94. XV. 95. XVI. 96.-100, XVII. 101.-103. XVIII. 104. 107 XIX. 108.-112. XX. 113. 114. XXI. 115. 119. XXII. 120.-124. Sed videtur hæc diſtinctio facta à quodam recentiore, qui vigeſimum ſecundum librum à Gellio laudari viderat. Sane quæ Gellius ex Epiſtolis Senecæ illo in loco adducit, in editis Philoſophi Epiſtolis non extant. Haud prætereundum quoque, in iiſdem antiquis editionibus Senecæ Epiſtolam duodenonageſimam inſerius recurrere ſub titulo: *Liber de ſtudiis liberalibus ad Liberalem.*

(c) Ludus, i. e. ſatyra. Vide Dan. Heinſium in libro de Satyra Horatiana.

(d) Satyram Menippeam vocamus, quo genere ſcribendi primum inter Latinos uſus eſt Terentius Varro, cum proſa oratio Satyrica paſſim verſibus brevibuſque velut carminibus tanquam interſectis gemmulis diſtinguitur. Porro titulus ſatyræ ἀποκολοκύντωσις exponitur à Dione lib. 60. extremo, innuitque ἀποθέωσιν Claudio partam per eſum boleti ſive μύκητος, in quo cibi genere venenum is acceperat, unde boletos *Deorum cibum* Græco proverbio collaudare ſolitum Neronem refert Svetonius c. 33.

Jano Grutero, Nic. Fabro, Liberto Fromondo, Caſpar. Barthio, Joh. Frid. Gronovio, &c. *Mihi Cæſar is unius propemodum Senecæ pluris eſt, quam cuncti Cæſares ipſius Cæſaris Juliani*, inquit Vavaſſor p. 246. de ludrica ſdictione. * Ἀποκολοκύντωσιν (*a*) primus in Germania (*b*) reperit, ediditque Beatus Rhenanus inter Senecæ opera ab Eraſmo recenſita Baſil. An. 1515. fol. & ſeparatim 1521. 8. De titulo illo vide ſis Hadrianum Junium lib. 1 animadverſor. cap. 17. Illuſtravit hunc Senecæ librum etiam *Jo. Scheferus* in Miſcellaneis ſuis, ſive libro Academicarum lectionum. Emendationes nonnullæ C. V. *Chriſtophori Auguſti Heumanni*, exhibentur in Actis Erud. Tom. 7. ſupplementi p. 296. ſeq. Noviſſime cum notis G. C. B. prodiit hic libellus Lipſiæ 1720. 8. addito Lipſii ſomnio & Sardis venalibus Petri Cunæi.

VIII. Editiones operum Senecæ Philoſophi diligenter recenſentur à Nic. Antonio in Bibliotheca veteri Hiſpana T. 1. p. 32. ſeq. cujus obſervatis mea adjungam. * Quorundam Senecę Operum Neapoli ſub Ferdinando Rege excuſorum A. 1475. fol. quæ exſtant in Bibl. Regis Galliarum & in Barberina, meminit Labbeus Bibl. nova MSS. pag. 338. & Mich. Maittaire pag. 115. Annal. typograph. Matthiam Moravum, qui hanc editionem excudit, Gabriel Carchanus Mediolanenſis hoc decoravit hexaſticho:

Jam pæne abſtulerat Senecæ monumenta vetuſtas,
Vixque erat hæc ullus cui bene nota forent
Tam bona: ſed docti Matthiæ *ſcripta* Moravi
Artificis non eſt paſſa perire manus.
Huic igitur meritas grates ſtudioſa juventus
Pro tam ſublimi munere ſemper habe.

Eodem Anno 1475. 4. Pariſiis excuſæ Senecæ Epiſtolæ, quas ſervat Bibl. Mazariniana, & memorat Chevillerius pag. 56. His adjectæ etiam Epiſtolæ ad Paulum Apoſtolum. Secuta Operum Senecæ Philoſophi Tarviſina editio, etiam Patris Senecæ declamationes junctas habens, per Bernardum de Colonia Anno 1478. fol. quam vidit Jo. Frid. Gronovius, uti & Venetam Bernardini de Coris de Cremona A. 1492. fol. Neapolitanam A. 1484. fol. habet Bibl. Barberiana. Inter hæc *Paullus Pompilius*, qui ſe unum ex ſodalitate literatorum S. Victoris in Quirinali vocat, Romæ 1480. 4. edidit inter alias ſuas lucubrationes Philologicas *L. Annæi Senecæ vitam*, ad Joannem Lopim, Decanum Valentinum, quæ in Vaticanæ Bibl. MS. Codice num. 2222. exſtat. Seneca prodiit iterum Venetiis A. 1503. fol. deinde Florentiæ A. 1513. 8. apud Juntam.

(a) Harduin. ad Plin. XXII. 22. T. 4. p. 207. ſeq.
(b) Vide Eraſmum in adagio I. 3. 1. *aut regem aut fatuum naſci oportere*,

Juntam: Baſileæ apud Frobenium cum adſcriptis margini notis *Eraſmi* A. 1515. fol. Dicavit hanc editionem Eraſmus Thomæ Ruthallo Epiſcopo Dunelmenſi, teſtatus ſe uſum duobus Codicibus MSS. licet non optimis, & ad quatuor millia mendarum ſuſtuliſſe. Præfatio Eraſmi in Senecam legitur inter ejus Epiſtolas 28. 12. Venetiis apud Aldum A. 1522. 4. ubi naturalium quæſtionum libri à *Matthęo Fortunato*, *Pannonio* caſtigati, & ἀποκολοκύντωσις à *Beato Rhenano* Anno 1515. illuſtrata, qui eodem Matthæo judice *primus aliquam lucem in Senecam aperuit*, *ſpemque dedit poſſe illum emendari*. Iterum Baſileæ apud Froben. ex ſecunda & accuratiore Eraſmi recognitione A. 1529. fol. cum *Rudolphi Agricolæ* & *Sigiſmundi Gelenii* caſtigationibus, & *Senecæ vita*, ſcripta à *Franciſco Petrarcha*. Illum enim auctorem eſſe, ex MSS. Codice qui fuit Pignorii, alioque penes ſe exiſtente Jo. Philippus Thomaſinus in Bibliothecis Patavinis MSS. pag. 86. & 138. affirmat: Incipit: *Cum permulta ſint vel ad mores vel ad inſtitutionem vitæ* &c. Fallitur Rich. Simon, qui hanc Eraſmi editionem primam eſſe putat T. 2. Bibl. ſelect. pag. 151. quod repetunt Memorię Trevoltinæ 1714. pag. 1135. Venetiis A. 1536. ex officina Jo. Auguſti à Burgo Franci, cum caſtigationibus *Ferdinandi Pintiani*, qui Codicibus quindecim uſus, ad quinquies mille maculas eluiſſe ſe profitetur. Baſileæ A. 1557. apud Hervagium, cum *Cœlii Secundi Curionis* caſtigationibus, Ferd. Pintiani luculento de Seneca teſtimonio, *Vita Senecæ* à *Xichone Polentono* ex Tacito & Svetonio decerpta, & Rodolphi Agricolæ in controverſias Senecæ Rhetoris commentario. Fere enim omnes editiones utrumque Senecam Philoſophum, & Rhetorem aut confundunt inter ſe, aut conjungunt. Sed H. Stephano judice Cœlius Secundus Curio, caſtigare profeſſus, multis fœdiſſimis mendis Senecam conſpurcavit. Romæ typis Barthol. Goraſſii, Anno 1585. fol. cum notis *M. Antonii Mureti*, & indice Julii Roſcii Hortini, curante poſt Mureti, eodem anno prid. Non. Jun. defuncti, obitum Franciſco Bencio S. J. Quanquam vero præclaræ ſunt Mureti in Senecam obſervationes, tamen non ab re illi vitio vertit Henricus Stephanus proodopeia ad Senecæ lectionem, edita A. 1586. 8. quod Eraſmi operam Senecæ impenſam contemnit, & Pintiani vix bis meminit, cum utriuſque ſæpe emendationibus uſus fuerit. Vide interim quæ pro Mureto reponit Rich. Simon T. 1. Bibl. ſelectæ c. 13. Iſta Senecæ editio manu Joſephi Scaligeri notata exſtat in Bibl. Academiæ Leidenſis. Baſileæ Anno 1590. 8. apud Epiſcopium & Coloniæ apud Johannem Gymnicum Anno 1593. 8. cum *Dionyſii Gothofredi* conjecturis,

Variis

Variis lect. & locis communibus in utrumque Senecam, quæ ſubjunctæ etiam editioni Senecæ Genevenſi A. 1628. 1638. fol. Reſponſio autem Gothofredi adverſus Gruteri ſuſpicionum libros edita ſeparatim Francof. 1591. 8. cui Gruterus (*a*) eodem anno oppoſuit confirmationem ſuarum ſuſpicionum. Heidelbergæ A. 1594. fol. apud Commelin. cum notis Mureti & *Jani Gruteri* caſtigationibus, qui MSS. Codices Palatinos conſuluit, addiditque diſputationem à Mureto habitam cum Senecæ de providentia librum Romæ interpretaretur, tum *Nic. Fabri* in apocolocyntoſin & Marci Senecæ Rhetoris libros eruditas notas. Repetita hæc editio Lugd. 1595. 8. Pariſiis 1587. fol. apud Jacobum du Puis.

Præſtantiſſimæ Senecæ editiones ſunt, *Pariſinæ* A. 1602. fol. cum notis *Eraſmi*, *M. Antonii Mureti*, ingenio ſubinde pluſculum indulgentis, & *Ferd. Pintiani* bonis codicibus MSS. uſi, & cum collectaneis, notiſque Jo. Obſopæi, & in ἀποκολοκύντωσιν B. Rhenani & A. Junii, in Senecam vero Rhetorem Nic. Fabri, & in utrumque Senecam animadverſionibus excerptis J. Gruteri & caſtigationibus Franciſci Jureti, & Anno 1607. fol. cum Mureti, Lipſii, Jureti, Gruteri, aliorumque notis & obſervationibus. *Commeliniana* Anno 1604. fol. in quo præter obſervata variorum jam memorata occurrunt *notæ* (*b*) ſive *ſiglæ*,

(*a*) quæ

(a) Dehortatus Gruterum ab illa litigatione fuit Lipſius Centur. ad Germanos Epiſt. 6. *quid opus in Liberum* (Dionyſium) *tam libere? Ego pro amico ſuadeo, deſiſte.*

(b) Poſt *Ennium*, qui vulgares notas 1100. invenit teſte Iſidoro, ſiglas iſtas, quarum mirabili compendio verba dicentis pari celeritate excipere, vel quævis alia citiſſime in litteras mittere poterant notarii, *Tullium Tironem* Ciceronis libertum primum reperiſſe narrat Euſebius in Chronicis. Hoc liberti ſui invento uſus Cicero, Catonis Uticenſis orationem in Cæſarem à notariis ſcribi juſſit, teſte Plutarcho in Catonis vita. Inde forte inductus Trithemius lib. 6. polygraphiæ p. 599. affirmavit Ciceronem volumen de notis edidiſſe, filioque ſuo inſcripſiſſe. Tironem deinde alii ſunt inſecuti, in his Aquila libertus Mæcenatis, unde Dio lib. 55. Mæcenatem γράμματα πρὸς τάχος ſive ſiglas quaſdam primum inveniſſe refert; & Perſanius Philargyrus, ut legere eſt apud Iſidorum Hiſpal. lib. 1. Originum cap. 21. Confer Sam. Petitum lib. 1. Obſ. cap. 1. p. 158. ſeq. Idem Iſidorus addit *Senecam* contracto omnium digeſtoque numero & aucto ad quinque millia notarum collegiſſe. At veriſimile eſt, quæ Lipſii lib. 1. Epiſt. 27. ad Belgas eſt ſuſpicio, Senecam ab Iſidoro innui non philoſophum, ſed M. Annæum patrem. Etſi Philoſophum malit Bernardus à Mallinkrot cap 24. de natura & uſu litterarum. Inter illas Senecæ & Tironis notas exſtant etiam *cifræ* ſive notæ numerorum, quas Arabibus vulgo imputant, ſed longe antiquiorem earum uſum fuiſſe ex his ipſis Senecæ ac Tironis notis & Boethii Geometricis obſervat If. Voſſius pag. 64. ſeq. ad Melam. Interjecto tempore *Cæcilius Cyprianus* Carthaginienſis Epiſc. notas tachygraphicas vocum Chriſtianorum uſibus neceſſariarum adjecit, ut idem Trithemius narrat, quas licet etiam inter illas à Grutero editas cognoſcere. Quanquam non me fugit eſſe qui cum Raynaudo putant illas Cypriano otioſe ſupponi, & ab editoribus Pamelio, Rigaltio, Joh. Fello &c. jure ne quidem inter quiſquilias Cypriani admiſſas eſſe judicant. Porro Hygini poeticon Aſtronomicum talibus ſiglis ſcriptum vidiſſe ſe teſtatur P.

Bembus

(*a*) quæ veteribus ταχυγράφοις apud Romanos in uſu fuerunt *Tironis ac Senecæ* nomine inſignitæ. Has (*b*) non mediocri labore ex MSS. eruit primusque in lucem è Jo. Trithemii maxime Codice emiſit *Janus Gruterus*, ſubjectas etiam vaſto & luculento inſcriptionum veterum operi, quod circa eadem tempora vulgatum, & anno 1707. perquam nitide cum Gudii Græviique notis in Belgio recuſum eſt. *Antuerpienſes* cum notis *Juſti Lipſii* An. 1605. 1614. 1632. 1637. 1652. fol. adjunctis *Liberti Fromondi* ad apocolocyntoſin & quæſtiones naturales obſervationibus.

Seneca ex recenſione Gruteri Anno 1604. 12. apud Commelinum,

Bembus in Epiſt. 8. lib. 5. ad Julium II. Pontificem, qua eum hortatur, ut Ciceronianam illam ceu appellat per notas ſcribendi rationem reſtituat. Etiam totum Pſalterium ejuſmodi notis conceptum inſpexit poſt Trithemium Joſ. Scaliger, ut refert Epiſtola 418. Vide Lipſii Centur. 1. ad Belgas epiſt. 27. Jul. Cæſarem Bulengerum lib. IV. de Imperio Romano cap. 3. & 5. Sam. Petitum lib. 2. Obſerv. cap. 1. p. 159. & Vvovverium cap. 5. Polymath. Hermannum Hugonem de prima ſcribendi Origine cap. 19. Lambecium T. 1. Bibl. Vindob. p. 18. Bæclerum de rebus ſec. IX. & X. p. 346. Bartholin. de libris legendis diſſ. 6. Balthaſ Frid. Saltzmannum diſſ. 2. de antiquæ ſcriptionis origine, &c. Noſtra ætate ſimile ſcribendi compendium apud Anglos excogitarunt Joannes Vvillis, Joanne Vvilkins, Jeremias Rich. & Thomas Shelton, qui etiam omnes Novi inſtrumenti libros Pſalmoſque ſiglis à ſe repertis exſcriptos publicæ luci expoſuit. Libellus autem, quo artem ſuam tradit, inſcribitur *Zeiglographia or a nevvart of Short vvriting*. Lond. 1672. 8. Huic adde Tacheographiam Caroli Aloyſii Ramſay, quam Sheltoni ut apparet veſtigiis inſiſtens, Germanis noſtris utendam obtulit Lipſiæ 1679. 8. Fundamenta hujus artis breviter indicat Vvagenſeilius in pera librorum juvenalium loculamento 2. p. 50. & in libro Germanice edito de educatione Principis adoleſcentis, qui à ſtudiis literarum abhorret p. 44.

(a) Notæ ſive ſiglæ σημειογράφων (ut vocat Plutarchus in Catonis vita p. 770.) quæ huic editioni adjunctæ ſunt, & quibus multa à junioribus addita eſſe notavit Voſſius IV. 2. de vitiis ſermonis latini, exſtant etiam ad calcem theſauri Inſcriptionum Gruteri, nuper nitide recuſi Amſtelod. 1707. fol. Explicationes quaſdam illarum ſiglarum non infeliciter emendavit in Codice ſuo Marquardus Gudius, quas ejus obſervationes in Amſtelodamenſi editione omiſſas excerpſit amicus noſter Chriſtophorus Vvolterecktius, inſerique curavit Actis Eruditorum Lipſ. Tomo V. ſupplementi pag. 31. ſeq. Liber *Petri Diaconi*, Monachi Caſinenſis, qui notas Tironianas ante annos amplius quingentos explicavit ad Conradum Imp. jam typis mandatus fuit antequam Gruterus ipſas proferret in lucem, ut notat Mabillonius de re diplomatica lib 1. c. XI. § 18. p. 52. De tachygraphis vide etiam Cangii gloſſar. in *curſores*, *nota*, *ſigla*, & Montfauconi palæographiam Græcam lib. V. p. 351. ſeq. ubi de ſiglis Græcorum tachygraphorum; Jo. Chokierium Centur. 1. facis artium cap. 93. Guil. Pancirollum lib. 1. Var. Lect. c. 30 & deperditor. tit. 14. atque ibi Henr. Salmuthum: Bernhardi Reinoldi obſervationes ad Joannis Merceri conciliatorem juris Civilis pag. 24. ſeq. Gaufridus in poetria nova, vulgata nuper à Clariſſ. viro Polycarpo Leyſero in Hiſtoria poematum medii ævi p. 973.

Tradit imaginibus peregrinis Tullius artem
Quam meminiſſe decet. Sed ſe docet & ſibi ſoli
Subtilis ſubtile ſuum quaſi ſolus adoret.

Negligentiam excipientium in quæſtum notariorum arguit Quintilianus VII. 2. p. 603.

(b) Salmaſius p. 101. Epiſt. illam ſiglarum collectionem qualis in præſenti exſtat, factam eſſe conjicit ab homine Chriſtiano circa tempora Gregorii Magni.

num, additis Syri mimi ſententiis ope codicum Palatinorum & Friſingenſis auctioribus. Genevæ 1613. cum caſtigationibus Andreæ Schotti in Senecam Rhetorem. Amſtelodami & Lugd. Bat. An. 1619. 8. 2. Vol. præmiſſa Dan. Heinſii Oratione de Stoica Philoſophia & ad Senecam Philoſophum additis notis Mureti, Lipſii, Petri Scriverii, Jo. Iſaaci Pontani, & Jo. Piſcatoris obſervationum ſpicilegio, inque apocolocyntoſin notis Rhenani, Nic. Fabri, & Hadr. Junii: ad Rhetorem Senecam vero notis Andreæ Schotti, & Jo. Iſaaci Pontani. Pariſiis A. 1619. fol. cum notis Gruteri, Jureti, Lipſii, Joh. Petreji, Pintiani, & Obſopœi, animadverſionibuſque in Senecam Rhetorem Nicolai Fabri & Andreæ Schotti, hujuſque libro de claris apud Senecam Rhetoribus, & Fred. Morelli ſcholiis ad libros de beneficiis & locis communibus Dionyſ. Gothofredi in utrumque Senecam. Pariſiis A. 1627. fol. in qua editione etiam accedunt notæ *Florentis Chriſtiani*, *Ludovici Dorleans*, *Petri Scriverii*, *Jo. Iſaaci Pontani* &c. uti in Genevenſi A. 1628. fol. animadverſiones *Jacobi Dalechampii*, Medici. Seneca ſine notis Lugd. Bat. 1609. forma minore & 1640. 12. atque circa idem tempus Pariſ. 12. Cum notis *Jo. Frid. Gronovii* ſeparato volumine excuſis Lugd. Bat. 1649. 12. & Amſtelodam. 1658. 12. apud Elzevir. typis nitidis.

Denique non prætereunda Senecæ editio *Elzeviriana* cum integris Juſti Lipſii, *Joannis Frid. Gronovii*, & ſelectis variorum commentariis, *Libertique Fromondi* in Quæſtionum naturalium libros & ἀποκολοκύντωσιν notis & emendationibus, Amſt. 1672. 8. duobus Voluminibus, tertium enim ut ſupra diximus, M. Annæi Senecæ Rhetoris ſcripta complectitur, quæ in Antuerpienſi editione plane ſunt omiſſa. Prodiit etiam Senecæ editio non contemnenda Lipſiæ A. 1702 8. apud Joannem Thomam Fritſch, cum notis brevibus, & è Lipſio, Gronovio, aliorumque doctorum virorum penu ſelectis. * Seneca ex Lipſii & Gronovii emendatione, Venet. 1695. 12 tribus Vol.

Dionyſii Gothofredi Conjecturæ (*a*), Variæ Lectiones & Loci Communes ſive libri aureorum in Seneca cum Nomenclatore vocum notabilium, nominumque propriorum ſeorſim prodiere Baſileæ 1590. 8. * *Andreæ Peccii* Eugubini ſcriptus circa Annum 1433. in Epiſtolas Senecæ Commentarius, & in eaſdem Commentaria *Caſparini Bergomenſis* ſervantur MSS. in Bibl. Vaticana in-

(a) Super hoc libro lites Gothofredo interceſſere cum Grutero, qui Vvittebergæ An. 1591. illi librum ſuſpicionum extraordinariarum oppoſuit, & eodem anno Francof. vulgavit Confirmationem ſuſpicionum extraordinariarum contra Dionyſ. Gotho fredi conjecturas & Varias Lect. in Senecam Philoſophum.

ter libros Ducis Urbini Cod. 1022. & 1026. Seneca cum aliis ſcriptoribus Ethico Politicis collatus à *Zach. Lundio* fuit MS Hafniæ in Bibl. Johannis Moth, Potentiſſ. Regis Daniæ à Conſiliis. Taciti vero & Senecæ atque Epiſtolarum Plinii editiones, quas cum notis Variorum parabat *Jo. Andreas Boſius*, viri doctiſſimi fato conſtat interceptas eſſe.

Senecæ verſionem *Gallicam* ab Antonio Verderio compoſitam excudi Lugduni A. 1584. ſcribit in ſua Bibl. Gallica Crucimanius, qui pag. 287. etiam memorat verſionem Laurentii Primi (le Premier) etiam Pariſ. A. 1500. aliam dedit Claudius Seyſſelius, Lugd. 1556. & Guilelmus de la Teyſſoniere, Sebuſianus. Epiſtolas pleraſque tranſtulit Godfredus de la Chaſſagne, Preſſaci Dominus, Rothomag. 1574. 12. Pariſ. 1582. Recentiores verſiones Gallicæ operum Senecæ exſtant auctore Matthia de Chalvet, Pariſ. 1607. 1638. 1647 fol. & Petro Ryero, Pariſ. 1659. fol. duobus Vol. & 1669. 12. XIV. volum. Seneca *Germanice*, Michaele Herr interprete Argentorat. 1540. 1545. fol. *Anglice* per Tho. Lodge. Lond. 1614. 1620. fol. Epiſtolæ, de vita beata, de ſeptem artibus liberalibus (ſive Epiſt. 88.) de providentia & de moribus *Hiſpanice* juſſu Joannis II. Caſtellæ Regis, Hiſpali 1491. & Antuerp. 1551. 8. De providentia, de vita beata, de tranquillitate animi, de conſtantia ſapientis, de brevitate vitæ, & conſolatio ad Polybium ac de paupertate, interprete Petro Diaz Navarrate, Ferdinando Hiſpaniæ Infanti & Iſabellæ Reginæ à ſecretis. Mimos etiam vertit & paraphraſi ſive gloſſis explanavit juſſu Joannis II. Petrus Diaz de Toledo, libros de clementia Alphonſus de Rebenga, eques Alcantaræ, libros 7 de beneficiis Gaſpar Ruiz Montianus, Benedictinus Monachus. *Italice* libros *de beneficiis* tranſtulit Benedictus Varchi, Florent. 1554 4. libros *de ira*, additis notis, Franciſcus Leſdonatus, Patav. 1559. & Sanctus Conti della Rocca Contrada Rom. 1659. ad Carolum Emanuelem II. Sabaudiæ Ducem. *Epiſtolas* Jo. Baptiſta Donus Florentinus, Venet. 1549. 4. In Bibl. Veneta Thomaſino de Bibliothecis Venetis p. 13. teſte MSS. viſuntur Epiſtolæ Senecæ, Etruſco idiomate eleganter ſcriptæ, nec non in Medicea tribus exemplaribus, ut Nic. Antonio notatum. Denique Epiſtolæ cum libro de providentia excuſæ Italice, (a) Florentiæ A. 1717. 4. *volgarizzamento dell' Epiſtole di Seneca, & del trattato della Providenza di Dio*. *Danicè* Seneca lucem vidit Soræ 1658. auctore Brigitta Trottia, fœmina erudita.

IX. *Sup-*

(a) Journal litteraire T. IX. p. 468.

IX. *Suppoſita* Senecæ ſunt *liber de virtutibus (a) cardinalibus*, *alius de moribus*, & tertius de *paupertate*, qui ſub ejus nomine cum *Epiſtola de aſſentatione vitanda*, *ad Lucilium*, prodierunt Colon. 1529. 8. & alibi. Senecæ etiam adſcripti à Vincentio Bellovacenſi libro IX. Spec. Hiſtorialis c. 102. ſeq. Hæc opuſcula excerpta ſunt ex Senecæ & aliorum ſcriptis, cujus generis etiam eſſe puta, quæ ſub nomine *Proverbiorum (b)* & *auctoritatum* Senecæ aliquoties vulgata ſunt, non diu poſt repertam typographiam. Lipſius quoque in calce ſuæ editionis duplicia Excerpta ſubjecit, quarum priora illa ipſa ſunt quæ edita diximus ſub titulo libri de paupertate. Poſterioribus remedia in omni genere afflictionum ex Senecæ Philoſophia deprompta continentur, quæ in editione Veneta Operum Senecæ A. 1492. fol. 64. leguntur ſub hac inſcriptione: *Seneca ad Gallionem de remediis fortuitorum. Eſt oratio per dialogum ſenſus & rationis.* Prodiit etiam Lipſiæ A. 1500. 4. * Libellus Senecæ ſuppoſitus de *quatuor virtutibus Cardinalibus* qui incipit: *Quatuor virtutum ſpecies multorum ſapientum ſententiis definitæ ſunt*. Prodiit Daventriæ 1512. 4. cum libro de moribus, & Lipſiæ A. 1515. 4. cum commentariis latinis, & rhythmis metaphraſticis Germanicis, & ſine illis Venet. 1586. 12. & in variis Codd. MS. ſub Senecæ nomine obvius eſt, ſed verum auctorem habet *Martinum* Abbatem *Dumienſem*, & hinc Epiſcopum *Braecarenſem*, qui circa A. C. 560. claruit. Germanicam Metaphraſin ſcriptam in membrana ſervat Norimbergæ V. C. Godfridus Thomaſius. Impreſſa Lipſiæ, incipit ſic:

Vier ſind der Angel Eugent
Domit getzirt vvirt die Jugent
Die uns vil naturlicher Leuthe
In vren Sprucben bedeutben.

Gallice vertit Angelus Capellus, Pariſ. 1582. Cæterum apud

(a) Hujus libelli Lipſiæ A. 1516. cum commentariis latinis & rhythmis Germanicis ſub Senecæ nomine editi verus auctor eſt *Martinus Braccarenſis* circa A. C. 560. clarus. Vide Iſidorum Hiſpalenſem cap. 22. de ſcriptoribus Eccleſ. & Vincentii Placcii catalogum Pſeudonymorum p. 256. Sub hujus Martini nomine prodiit in Bibliotheca PP. T. X. p. 382. & Helmſtadii 1691. 8. cum Dominici Mancini libello de quatuor virtutibus Cardinalibus, edente V. C. Hermanno ab Hardt, ubi inſcribitur *formula honeſtæ vitæ*. Præfationem ad Mironem Svevorum Regem, quam huic libro Martinus præfixerat, edidit Lucas Dacherius T. X. Spicilegii. Doctiſſimus vero Baluzius ad Epiſt. 154. Lupi Ferrarienſis exiſtimabat librum de quatuor virtutibus Seneca auctore ſcriptum, ſed à Martino abbreviatum eſſe.

(b) Proverbia Senecæ verſibus reddita ſunt ab Eberhardo Bethunienſi circa A. C. 1120. Sed quæ in editionibus antiquis feruntur ſub proverbiorum Senecæ titulo, parum differunt à Publii Syri mimis ſive ſententiis.

Clariſſ. Montfauconum p. 86. ſeq. Diarii Italici pro verbis: *à quodam Martyrio Epiſcopo ad Mitonem Regem*, legendum: *à quodam Martino Epiſcopo ad Mironem Regem*. Illam *Martini* præfationem ad *Mironem*, ante *Daeberium* T. X. Spicilegii, ediderat *Boxbornius* ad Ammianum Marcellinum pag. 863. ſed ediderat ab altera non parum diſcrepantem & tacito Mironis nomine, ut notavit Colomeſius in obſervationibus ſacris p. 132. De aliis Martini Braccarenſis ſcriptis Nic. Antonius in Bibl. vet. Hiſpana lib. IV. c. 3. Opuſcula Senecæ ſuppoſita occurrunt in pleriſque antiquioribus Senecæ editionibus. Libellum *de moribus vitæ humanæ* ſeparatim editum Lipſ. 1499. 4. Trithemius vocat *de morum inſtitutione*. Incipit: *Omne peccatum actio eſt*, atque eundem Martinum habet auctorem. Exſtat & in Bibl. Patrum T. X. edit. Lugd p. 385. Hunc & alterum *de paupertate* ex Epiſtolis Senecæ excerptum illuſtravit Leodegarius à Quercu, Pariſ. 1556. 4. Liber *de artibus* ſive *ſtudiis liberalibus* ad Liberalem haud diverſus eſt ab Epiſtola 88. ut jam ſupra notavi. Quid vero ſcripti ſit *Senecæ de Cavalleria*, Ferdinando Mexiæ apud Nic. Antonium lib. 1. Bibl. vet. Hiſpan. p. 32. allegatus, alius dicet, non ego.

His adde *Epiſtolas octo ad Paulum Apoſtolum*, quæ non minus quam ſex Pauli ad Senecam, ſpuriæ ſunt, etſi non heri vel nudius tertius, ſed ante multa ſæcula (*a*) ſunt confictæ, cum earum jam meminerit B. Auguſtinus & Hieronymus, ut Pſeudo-Linum, commentitiumque Dextrum, & Joh. Sariſberienſem jam omittamus. Editæ ſunt cum aliis Senecæ Scriptis Neapoli 1484. fol. Venet. 1492. fol. & in edit. Eraſmi Baſil. 1529. fol. ſed præmiſſa cenſura qua Paulo, & Seneca indignæ pronunciantur. Præterea cum libro de IV. virtutibus cardinalibus Lugd. 1523. 4. Venet. 1588. 8. Et cum reliquis Pauli Epiſtolis, etiam Jacobi Fabri Stapulenſis obſervationibus illuſtratæ Pariſ. 1512. 1515. fol. Leguntur quoque in Bibl. Sancta Sixti Senenſis lib. 2. ſub titulo *Paulus*, in Mich Waltheri officina Bibl. in B. Joſuæ Arndii Lexico Antiquitatum Eccleſ. In locis

(a) Occaſionem eas fingendi videntur dediſſe Verba Philipp. 4. 22. Vide Dan. Heinſium ad h. l. & quæ notavi in Codice Apocrypho Novi Teſt. ubi has Epiſtolas integras exhibui adjunctis meis animadverſionibus. Ad Veterum loca ibi præmiſſa addes hæc Honorii Auguſtod. de luminaribus Eccleſ. *Lucius Annæus Seneca Cordubenſis Fotini* (leg. ex Hieronymo *Sotionis*) *Stoici diſcipulus & patruus Lucani Poetæ ſcripſit quaſdam Epiſtolas ad Paulum Apoſtolum, & Apoſtolus quaſdam reſcripſit*. Cenſuris adjungenda ſunt, quæ habet Angelus Decembrius de Politia literar. lib. 1. p. 57. lib. 2. p. 121. Mottanus Vayerus de virtute paganorum T. I. Opp. p. 660. ſeq. in fol. & Tho. Crenius ad T. 3. Methodor. de ſtudiis inſtituendis p. 415. ſeq. Hinc porro Seneca quorundam judicio audacter annumeratus Chriſtianis, cui rei probandæ miror homines adeo naſutos non produxiſſe hæc Tertulliani cap. 3. Apologet. *Ego Lucium ſapientem virum repente factum Chriſtianum defero*. Sed fabulam de Seneca Chriſtiano explodit Franciſcus Modius Lect. novantiqu. Epiſt. 21.

locis communibus ſententiarum Senecæ ab Huberto Schuttepu-
tæo digeſtis, Antuerp. 1613. 12. in Max. Rev. D. Georgii Henr. Gœzii Schediaſmate de ſuppoſititiis, ac deperditis Pauli ſcriptis, ubi & Fabri obſervationes exhibentur Witteberg. 1688. 4. Stephanus Prætorius Germanica verſione donavit, cumque ea edidit Hamb. 1595. 4. neque ita pridem cum Epiſtola Paulo ſuppoſita ad Laodicenſes latine & Germanice recuſæ ſunt Bremæ 1692. 4. Denique latine recudendas dedit Rev. D. Jo. Georgius Pritius in introductione ad N. T. pag. 97. Lipſ. 1704. 12. In iiſdem Epiſtolis Pſeudo-Seneca ait ſe ad Paulum mittere *librum de copia verborum*. Et Thomaſinus de Bibliothecis Patavinis p. 58. teſtatur in Bibl. monaſterii S. Antonii urbis Patavinæ exſtare manu exaratum L. Annæi Senecæ Cordubenſis Stoici diſcipuli librum de copia verborum ad B. Paulum. Nugæ, nugæ, inquit Nic. Antonius hæc narrans T. 1. Bibl. Vet. Hiſpanæ lib. 1. c. 8. p. 31. * *Epiſtolæ ad Paulum* Apoſt. non modo cum Senecæ ſcriptis ſæpius prodiere, ut Venet. 1503. fol. Baſil. 1515. fol. &c. Sed & junctæ ſcriptis Apocryphis Clementis, Martialis Lemovicenſis, & aliorum prodierunt Auguſtæ Vindelicorum 1529. 8. Sed nolo de illis Epiſtolis jam verbum addere, cum fuſe de illis dixerim in Codice Apocrypho Novi Teſt. cui integras etiam inſerui cum notis T. 1. pag. 880 .. 904. Hamb: 1703. & in tomo novo p. 710 .. 716. Hamb. 1719. 8. Senecæ *de fortuitis remediis ad Gallionem libri II.* MSS. in Bibl. nobiliſſimi D. Uffenbachii, Francofurti ad Moenum. Illi opinor, qui prodierunt Lipſiæ 1500. 1503. 4. Librum Senecæ *de matrimonio*, quem memorat Trithemius, non vidit ipſe, ut puto, ſed ex Hieronymi 1. in Jovinianum nominavit. De jactato præter rem hujus Philoſophi Chriſtianiſmo exſtat diatriba D. Ægidii Strauchii, Witteb. 1668. 1706. 4. Quamquam multa ſunt in Senecæ ſcriptis, quæ hominem Chriſtianum haud dedeceant, quorum partem collegerunt Joſephus Hallus, & Jo. Baptiſta Schellemberchius in Seneca Chriſtiano, & M. Juſtus Siberus in Seneca divinis oraculis quodammodo conſono, Dreſdæ 1675. 12. quibus jungendi Rev. Viri Jo. Andreas Schmidius diſſ. de Seneca ejuſque Theologia Jen. 1668. 4. & Jo. Janus Suaningius in Theologia naturali contemplativa ex Senecæ ſcriptis in locos communes digeſta, Hafniæ 1710. 4. *(a)* cum præfat. erudita D. Severini Lintrupii: Jo. Philippus Apinus diſſ. de religione Senecæ 1692. 4. Jo. Henr. von Seelen, in diſſ. de ſcriptoribus gentilibus falſo in Chriſtianorum ordinem relatis, & de fruſtra quæſitis in Virgilio rebus divinioribus, Flensburg, 1714. 4. Jo. Gottlieb Heineccius de Philoſophis ſemichriſtianis, Halæ Sax.

Ee 3 1714.

(a) Acta Eruditor. T. VI. ſupplem. p. 335.

1714. 4. Jacobus Henricus Lochnerus in ſchediaſmate de ſcriptoribus nonnullis, qui aliis pagani, aliis Chriſtiani audiunt, Brem. 1716. 4. & ante hos D. Chriſtianus Kortholtus in diſſ. de Philippi Arabis, Alexandri Mammææ, Plinii junioris & Senecæ Chriſtianiſmo Kil. 1666. 4. tum auctor libelli, der Chriſtliche Seneca oder Richtſchnur eines tugend hafften Lebens aus denen Epiſteln L. Annæi Senecæ gezogen. Lipſ. 1712. forma minore. Præmiſſa Senecæ effigies cum adſcriptis hiſce verſiculis:

Seht dieſer Heyde kan die Chriſten wohl beſchamen,
Sie mochten ſich an ihm nur ein Exempel nehmen,
Ach Schade, die Vernunfft will nach der Tugend gehn,
Und ein getaufſter Chriſt will dieſes nicht verſtehn.

Moralis Philoſophiæ collectanea digeſta per titulos, & ex Senecæ ſcriptis ſelecta à *Lud. Granatenſi*, extſtant in hujus operibus junctim Latine excuſis Andrea Schotto curante tribus Voluminibus in fol. Colon. 1628. T. 1. p. 643. ſeqq. Non pauca etiam ad verbum è Seneca repetita in *Joannis Bonæ* manuductione ad Cœlum, quam ipſe profitetur medullam continere Sanctorum Patrum, & veterum Philoſophorum. *Petri Brinch* admiranda Senecæ Ethica, & Politica in locos communes ordine literarum digeſta, & ſummariis ac notis illuſtrata, necdum lucem viderunt quod ſciam, etſi jam ad prælum parata memorantur in Novis literariis maris Balthici, & Sept. A. 1703. p. 134. *Dionyſii Gothofredi* Loci Communes è Seneca exhibent ſtudioſe digeſta 1) Theologica ſive de DEO & rebus Divinis. 2) Juridica ad ordinem Pandectarum, 3) Ethica, 4.) Oeconomica, 5) Politica, 6) Grammatica, Rhetorica, Hiſtorica. 7) Dialectica. 8) Phyſica, Medica, & Mathematica. 9) Similium librum, & 10) Nomenclatorem adagiorum, & nominum propriorum per varias claſſes digeſtorum Baſil. 1590. 8. L. Annæo Seneca illuſtrando en blaſones politicos y morales por Juan Bannos de Velaſco. Madrit. 1670. 4.

X. *Deperdita Senecæ ſcripta* à veteribus memorantur hæc, notante præter alios Lipſio (*a*) in vita (*b*) Senecæ cap. 10. Cujus obſervatis nonnulla adjunxi. Liber *de ſuperſtitione*, Tertull. c. 12. Apo-

(a) De ſcriptis Senecæ deperditis diſſerit etiam M. Anton. Delrio prolegom. ad Senecæ Tragœdias libro 2. qui eſt de vita Senecæ cap. ult. & Nic. Antonius Bibl. vet. Hiſpanæ §. 117. ſeq. nam plurima compoſuerat, atque ut Quintil. X. 1. *tractaverat omnem fere ſtudiorum materiam, nam & orationes ejus, & poemata & Epiſtolæ & Dialogi feruntur.*

(b) Gyraldus dialogo IX. de Poetis meminit vitæ Senecæ ante Lipſium ſcriptæ, quam ait circumferri nomine *Aurelii Auguſtini*, & ex variis ut videtur auctoribus excerptam ab aliquibus tribui *Xychoni Poletono* ſive *Polentino*, illi ni fallor, qui Orationes quaſdam Ciceronis commentariis illuſtravit. Vita Socratis & Senecæ à *Jamnotio Manetto* Florentino deſcripta MS. exſtat in variis Bibliothecis.

Apologet. Lactant. V. 9. & Auguſtin. VI. 10. de C. D. * Liber ſive *dialogus de ſuperſtitione* memoratur etiam à Diomede Grammatico lib. 1. Idem eodem libro præterea Senecam *de officiis* laudat. *Epiſtolarum ad Novatum fratrem liber X* allegatur à Priſciano lib. 1. de ponderibus & menſur. *Epiſtolæ ad Maximum Cæſonium*. Martial: VII. 44 niſi de aliis libris Cæſonio inſcriptis intelligendus. *De fortuitis*, ſive *remediis fortuitorum ad Gallionem fratrem*. Tertull. Apologet. *De providentia*, majus opus ſcribendum ſuſcepiſſe ſe innuit Seneca c. 1. libri, qui de hoc argumento exſtat. *De terræ motu* lib. 6. natural. quæſt. c. 4. *De immatura morte*, Lactant. III. 2. & auctor Sophologii Jacobus Magnus III. 1. & VII. 7. *De natura rerum* idem Sophologii auctor, niſi libros naturalium quæſtionum reſpexit. *Exhortationum* libri. Lactant. lib. I. c. 4. & 7. III. 15. VI. 24. & 27. *Moralium libri*, quibus de omni materia ad Philoſophiam morum ſpectante fuſius diſputaverat, ut innuit ipſe Epiſt. 106. 108. & 109. Vide & Lactant. lib. I. cap. 16. lib. II. c. 2. lib. VI. c. 17. *De matrimonio*, Hieron. adverſus Jovinian. lib. 1. *Liber de India* Plin. VI. 17. & Serv. in IX. Æneid. Liber *de ſitu & ſacris Ægyptiorum*, ex quo nonnulla depromſit Lucanus. Vide Grotium ad Lucani X. 313. Salmaſium ad Solin. &c. Memorat idem opus Servius in VI. Æneid. *Liber de forma mundi*. Boeth. 2. Geometr. p. 15. 37. Caſſiodor. * memoratur etiam à Rabano Mauro III. 25. de inſtitutione Clericorum T. 6. Opp. p. 44.

E Lactantii VII. 15. colligit Lipſius Hiſtoriam quoque, ſive Hiſtoriæ Rom. compendium à Seneca ſcriptum fuiſſe. Sed hoc non firmiore tibicine nititur, quam quod alii ex eodem loco colligere voluerunt auctorem compendii Hiſt. Romanæ, quod ſub Flori nomine habemus, non eſſe Florum, ſed Senecam. Nam uti hanc opinionem recte confutavit Voſſius lib. I. de Hiſt. lat. cap. 30. ita non neceſſe eſt ſingulare opus Hiſtoricum Senecæ comminiſci, quoniam potuit ſane Seneca obiter in quodam ſcripto, vel Epiſtola Romani populi tempora diſtribuere in quatuor ætates, cujus diviſionem partim imitatus eſt, partim immutavit, aut forte haud inſpecto Seneca ſimile quid & ipſe cogitavit Florus. Dio lib. LXI p. 690. auctor eſt Senecam ſcripſiſſe (*a*) quæ Nero Imp. diceret ad milites, & quæ in Senatu recitaret, atque hæc Senatui aliquando tanti viſa, ut decerneret ea columna argentea inſculpi & quotannis cum novi Coss. Magiſtratum inirent legi. Omitto quod idem Dio pag. 694. refert Senecam non modo reginis & libertis adulatum, ſed &

(a) Confer quæ de Orationibus ejuſmodi, quas Imperatores ab aliis ſibi faciendas curarunt, & ipſi in Senatu vel alio loco ſolenni recitarunt, annotavit Bælius in Lexico ubi de Hadriano Imp. agit nota F.

encomia quorundam compoſuiſſe, & Tacitus XIV. 52. Annal. inducit objicientes *eloquentiæ laudem uni ſibi adſciſcere, & carmina crebrius factitare, poſtquam Neroni amor eorum veniſſet*. Quintilianus quoque X. 1. Inſt. ubi pulcherrimum de Seneca, & ejus ineptis imitatoribus fert judicium, teſtatur omnem fere ſtudiorum materiam à Seneca pertractatam. *Nam & Orationes ejus*, inquit, *& Poemata, & Epiſtolæ & Dialogi feruntur*.

XI. De Senecæ ſcriptis non male Menagius Tomo 2. Menagianor. ſub init. *Il y a dans les ouvrages de Seneque des choſes admirables, mais il perd beaucoup quand on le manie, & quand on l'approfondit. Il eſt meilleur à citer dans la chaleur de la converſation qu'à lire dans le ſilence du cabinet. Il veut briller quelque ſujet il traite. C'eſt ce qu'il eſt fort ſouvent faux. Cependant le Pere Malebranche* (a) *à mon gré à dit trop mal de lui. On ne ſçauroit conteſter à Seneque d'avoir u de l'eſprit infiniment. Quintilian dit un bon mot la deſſus:* Velles eum ſuo ingenio dixiſſe, alieno judicio. *Le Cardinal Palavicin dit auſſi admirablement bien de Seneque*: Profuma i ſuoi concetti con ambra, e con un Zibetto, che à longo andare danno in teſta. *C'eſt dans ſes conſiderations ſur le ſtile*. * Senecæ elegantiam, interdum *frivole* ut ait Gellius *argutam*, cum præclara Ciceronis eloquentia conferunt Gedoynius præf. ad Gallicam ſuam Quintiliani verſionem, & Jo. Antonius Bernardus ſingulari diſſ. Conſule memorias Trevoltinas A. 1717. pag. 1898. Journal des Savans 1718. Octob. pag 451. ſeq. Dominicum Bohurium in libro, la maniere de bien penſer, dialog. 3. p. 226.

XII. CASP. BARTHII Index Scriptorum à SENECA Philoſopho laudatorum,

ad paginas editionis Amſt. & Lugd. Bat. 1619. 8. 2. Volum.

Priore tomo habentur Libri de beneficiis, Epiſtola, Lib. de otio Sapientis, de Providentia & Quæſtiones Naturales.

ÆSchines Socraticus 13.
Æſchylus 792. de Nilo.
Æſopei logi II. 139.
Agatho II. 405.
Anacharſis 534.
Anacreon 519.
Anaxagoras. 748. 792. 796. 818. 835.
Anaximander. 750.
Anaximenes. 818.
Appion Grammaticus. 519.
Aratus. 735.
Arceſilaus. 27 38. II. 335.
Archelaus 819.
Archidamus. 668.
Areus Philoſophus. II. 182.
Ariſtarchus. 519.
Ariſtippus 191. 192.

Ari-

(a) Malebranche de inquirenda Veritate lib. II. cap. 4. Confer ſi placet Opuſcula varia San Evremoniana p. 32. ſeq.

Ariſto 73. 281. 523. 551. 553. 647.
Ariſtoteles. 212. 398. 693. 723. 724. 728. 734. 819. 835. 845. 846. II. 11. 12. 22. 23. 69. 70. 71. 85. 290. 336. 367. 381. 388.
Arruntius 643.
Artemidorus Parianus 729. 730. 839.
Aſclepiades. 564.
Aſclepiodotus. 752. 753. 806. 822. 824.
Aſellius 334.
Athenodorus 224. 305. 307. 311.
Attalus Stoicus. 219. 394. 413. 414. 432. 472. 473. 617. 620. 622. 630. 759. 760.
Auguſti ad Senatum. Rom. Epiſtola II. 370.
Babyllus virorum optimus, in omni literarum genere rariſſimus. 792.
Baſſus Aufidius. 283.
Beroſus. 781.
Bion 175. II. 313. 330.
Cæcilius. 637.
Cæcinna 756. 759. 761.
Cælius Orator II. 76.
Cæſaris (Caligulæ) dictum 455.
Callimachus. 792.
Calliſthenes 825. 835.
Calvus. 555.
Carneades II. 387.
Cato Cenſorius. 115.
Cato junior 239. &c.
Catulus. 580.
Celer Aſinius. II. 406.
Chaldæi. 755. 834. 843.
Charimander 835.
Charoneas. 527.
Chryſippus. 8, 9, 10, 33, 40, 64, 221, 374, 609, 636, 691, 692, 693. II. 298, 361.
Cicero. 25, 99, 100, 157, 246, 259, 321, 335, 355, 372, 380, 580, 592, 593, 616, 632, 642, 657. II. 31, 32, 206, 321, 361, 362, 372, 593, De Rep. I. 623.
Claranus 402.
Cleanthes 121, 142, 211, 298, 340, 397, 551, 616, 619, 636, 692.
Clidemus. 24.
Conon. 434.
Corbulo 361.
Aulus Cremutius Cordus. Conſolar. ad Marciam c. 1.
Crates 223.
Criſpus 114. Paſſienus. 21. 788.
Cynici 33. 280. II. 387. &c.
Demades. 162.
Demaratus 155.
Demetrius Cynicus. 168, 171, 177, 178. 257, 277, 392, 413, 541, 702, 713, 787.
Demochares II. 93.
Democritus. 74, 215, 464, 534, 715, 796, 802, 823, 834. II. 40, 290, 301, 325, 330, 389.
Didymus. 518.
Diodorus Epicureus. II. 277.
Diogenes Cynicus. 112. 113. 280. 349. 528. II. 313. 314.
Diogenes Apolloniates. 750. 794.
Diogenes Stoicus II. 107.
Dorus librarius, T. Livii libros vendens 175.
Doſſenni epitaphium. *Hoſpes reſiſte & ſophiam Doſſenni lege* 522.
Empedocles. 774.
Ennius. 380. 624.
Ephorus 840. II. 312.

Epi-

Epicurus.51, 79, 80, 88, 92, 170, 203, 212, 215, 217, 218. 220. 222, 227, 232, 235, 240, 245, 248, 250, 252, 254, 257, 260, 262, 263, 265, 266, 268, 269, 273, 275, 278, 280, 282, 291, 292, 293, 362, 402, 404, 405, 414, 408, 409, 432, 464, 471, 480, 546, 580, 614, 686, 693, 823. II. 217, 260, 265, 268, 270, 271, 276, 290, 350. in Epiſtolis 258. 259.

Epigenes .834. 835.

Etruſci 757. 759. 760.

Eudoxus 834.

Euripides .648. 792.

Euthymenes 993.

Fabianus 227, 335, 364, 380, 591, 593 779. II. 212. 378. 387.

Feneſtella 624.

Galli 804.

Geminus Varius 304.

Græcinus Julius 38. 281.

Græcus Poeta 446. II. 335.

Grammatici 278. 564. 576. 622. 623. 624.

Haterius Orator . 304.

Hecaton Philoſ. 8. 34. 38. 62. 161. 162. 209. 212. 219.

Heraclitus 2. 39. 230. 330. 383. 761.

Herennius Macer II. 364.

Hermachus 212. 292. 362.

Heſiodus 7. 9: 513.

Hieronymus (Philoſ.) II. 15.

Hippocrates 566. 577. II. 367. 564.

Hiſtorica lingua 735. Hiſtoricus juratus 83. 734. 794. 840.

Homerus 7, 8, 9, 131, 303, 382, 512, 513, 519, 534. II. 28. 138, 159, 163, 303, 401.

Horatius 405. 501. 663. 664. 667.

Idomeneus familiaris Epicuri 258. 259. 262.

Iſocrates II. 312.

Juba Rex. 425.

Julius Græcinus 38. 281.

Jureconſulti & de iis 28. 137, 463 514. 555. 744. II. 405.

Laberius II. 41.

Lælius Sapiens. 227, 273, 397, 577, 830.

Lepidus II. 229. 371. 790.

T. Livius 175. 807. 809. II. 28. 317. ſcripſit dialogos 593.

Lucilius 462. 463. ejus verſus 218. 270.

Lucretius 564. 628. II. 304.

Lyrici. 355. novem, 278.

Mæcenas 105. 158. 254. 548. 596. 638. 639. 640. 641. 667. 705.

Mamercus Scaurus 101. 281.

Marcus Brutus II. 128. 132. libro περὶ καθήκοντος. 572.

Menander 789.

Meſſala 358. II. 404.

Metrodorus 212. 240. 250. 251. 293. 362. 464. 585, 589, 823.

Metronactes 446. 548.

Jul. Montanus, Poeta 675.

Natta Pinarius 675.

Nauſiphanes 520.

Neronis Imp. verſus, *Colla Cytheriacæ ſplendent agitata columbæ.* 730.

Oenopides Chius 793.

Orpheus 519.

Ovidius 89. 122. 462. 627. 728. 758. 767. 774. 775. 777. 780. 789. 790. 795. II. 361. 403.

Panætius 292. 650. 846.

Par-

Parmenides 520.
Pedo Albinovanus. 676.
Phædon. 557.
Pindarus 826.
Piſiſtratus II. 79.
Plato 797. &c.
Poetæ 601. &c.
Pollio Aſinius 94. 101. 592. II. 333.
Polybius Caudii libertus 154. 158. 159. 163.
Poſidonius 461, 466, 482, 509, 510. 516, 527, 528, 530, 543, 556, 576, 609, 637, 668, 731, 752, 753, 761, 794, 822, 824, 826, 841.
Protagoras 520.
Proverbia 261. 346. 399. &c.
Publius 218. II. 186. 322.
Publius Vinicius 304.
Pyrrho 520. 847.
Pythagoras 190. 364. 527. 557. 620. 847. II. 77. 388.
Pythia II. 188.
Rabirius 134.
Salluſtius 78. 231. 391. 643. 836.
Sappho 519.
Scaurus 281. vide Mamercus.
Serapio Philoſophus 303.
Serenus cui librum de tranquillitate animi Seneca inſcripſit 300.
Corn. Severus Poeta 462.
Sextius 320. 387. 435. 436. 847. II. 65. 105.
Socrates 797. &c.
Sophocles 792.
Sotion 354. 620.
Speuſippus 492. II. 81.
Statiliæ, quæ XCIX. annos vixit, epitaphium 456.
Stilpo 218. 222. 223. II. 347.
Stoici 292. &c.
Strabo 819.
Tamuſii Annales parum decori 550. an Voluſii?
Thales 770. 771. 793. 816.
Themiſon 564.
Theodorus Philoſophus II. 327.
Theodorus II. 32.
Theophraſtus 204. 770. 772. 777 792. 819. II. 15. 17. 388.
Thucydides 826. 827.
Timagenes II. 93.
Tragici 217. 356. 600. 601.
Vagellii carmen 815.
Valgius 359. 298.
Varro 807. II. 128. 402.
Vatinius 555. II. 361.
Virgilius 81, 82, 139. 192, 251, 259, 279, 366, 375, 379, 380, 386, 390, 396, 412, 418, 435, 451, 454, 462, 476, 477, 478, 490, 501, 505, 507, 527, 528, 543, 577, 594, 597, 603, 609, 611, 615, 622, 623, 624, 637, 644, 646, 672, 732, 734, 736, 739, 767, 778, 789, 795, 801, 807, 814, 820, 822, 824, 826, 828, 845. II. 65, 159, 163, 197, 223, 377.
Xenocrates 492.
Xenophanto canente Alexander manus ad arma miſit. II. 32.
Xenophon 73.
Zaleucus 527.
Zeno Eleates 520.
Zeno 107. 139. 211. 327. 388. 397. 476. 478. 482. 609. 691. 692. 841. II. 22. 138. 276. 298.

XII. Jam

XII. Jam dicendum eſt *de decem Tragœdiis*, quæ ſub Senecæ nomine ambulant & Philoſopho tribuuntur à Franciſco Petrarcha, Petro Crinito, Daniele Cajetano, Martino Delrione, &c. Alii ut Balth. Bonifacius lib. 15. cap. 7. Hiſtoriæ ludicræ audacter pronunciant, autorem habere Marcum Senecam nepotem, Philoſophi ex priore uxore filium, ſed præmatura morte exſtinctum, cujus meminit Conſolat. ad Helviam cap. XVI. Sed ex eodem loco conſtat admodum puerum & paullo ante Patris exſilium obiiſſe. Aliis ut Joh. Boccatio, ſaltim dubium eſt utrum filius L. Annæi, vel frater, vel ex fratre nepos, M. Annæus Lucanus eas ſcripſerit. * *Tragœdias* Elias Vinetus putavit eſſe neſcio cujus L. Annæi Senecæ, qui ſub Trajano floruerit. Senecam Philoſophum à Tragico diſtinguit quoque Sidonius Apollinaris Carm. IX. verſ. 231. Idem faciunt alii, à quibus tamen recte ut puto diſſentiunt Nic. Antonius lib. 1. Bibl. veteris Hiſpanæ cap. 9. & Barthius ad Statium T. 1. p. 251. Equidem certum eſt, & Senecam Philoſophum carmine valuiſſe (*a*) & aliquas tragœdias ad eum recte referri. Sed & de hoc fere convenit inter eruditos, decem has, quas habemus, non eſſe unius autoris.

1. *Hercules furens* ex Dan. Heinſii ſententia autorem habet M. Annæum Senecam Philoſophi patrem. Verſus ex hoc dramate, Seneca nominetenus compellato afferuntur à Terentiano Mauro lib. de metris. Imitatus eſt Seneca Herculem furentem Euripidis, ad quem vide ſi placet, quæ notavit Joſua Barnes V. C. ad verſ. 140.

2. *Thyeſtes* Senecæ tribuitur à Luctatio (*b*) Statii Scholiaſte ad lib. IV. Thebaid. Hæc eidem M. Annæo Senecæ ab Heinſio adſcribitur.

3. *Thebais* ſive *Phœniſſæ* reliquis præfertur à Lipſio, Florente Chriſtiano & Jano Bernartio, ſed eadem indigna Seneca, minimaque tragœdiarum eſt judicio Joſ. Scaligeri, Dan. Heinſii, Petri

(a) Vide Senec. Epiſt. CVII. & CXV. & Lipſium ad Tacit. XIV. 52. cujus & Quintiliani locum paulò ante adduxi.

(b) Sub ejuſd. *Luctatii* nomine periochas, ſive *argumenta ſingularum tragœdiarum* in MS. reperit ediditque G. Fabricius. Petrus autem Scriverius teſtatur ſe vidiſſe MS. quo argumentum Herculis furentis paucis admodum verbis immutatis referebatur ad Albertinum Muſatum Patavinum Hiſtoriographum. Janus Gruterus paſſim quoque meminit *Veteris Scholiaſtæ Palatini in tragœdias Senecæ*. Cum vero idem teſtetur illum ſua inſcripſiſſe Johanni Botticellæ, apparet eum non eſſe valde antiquum. *Primus quod ſciam*, inquit Nic. Antonius in Bibl. Vet. Hiſpana, *tragœdias Senecæ gloſſis illuſtravit Nicolaus Treveth Dominicanus ſæculo poſt CHRISTUM natum XIV. quæ MSS. occurrunt in Bibl. Ferdinandi Coloni Eccleſ. Hiſpalenſis*. * Hunc Anglum Dominicanum ſuſpicor latere ſub corrupto *Francheti* nomine apud Nic. Antonium lib. 1. §. 173. *Triveti* hujus ſive *Trevethi* in quaſdam tragœdias ſcholia MSS. exſtant Uratiſlaviæ in Bibl. Rhedigeriana. Eadem in aliis etiam occurrunt Bibliothecis, ut eidem Antonio §. 177. obſervatum.

tri Scriverii. Ad Senecam Philoſophum referendam eſſe, nec Lipſius dixerit, qui temporibus Auguſti vindicare malebat. * Neſcio quale ſit Henrici Chiffellii *ſupplementum ad Thebaidem Senecæ*. Rom. 1628. 8. quod memoratur in Catalogo Bibl. Barberinæ. Cum Q. Septimii Florentis Chriſtiani notis prodiit Thebais Pariſ. 1588. apud Fed. Morell.

4. *Hippolyto* ſi Troadas excipias nulla Latinorum ſecunda eſt, & Philoſophum Senecam autorem agnoſcit, judice Daniele Heinſio. Porro verſus quem ex *Phædra* (*a*) Senecæ affert Priſcianus libro IV. in hoc dramate occurrit. Etiam in Ms. optimo Florentino quo uſus Joh. Frid. Gronovius, hæc Tragœdia *Phædra* inſcribitur. Comparationem inter Hippolytum Senecæ, & Euripidis edidit Joh. Henr. Boeclerus Argentor. 1651. 4. vide & Sam Petitum lib. I. Obſ. cap. 2. qui cap. I. ſuſpicatur Medeam, & Hippolytum à Seneca Philoſopho in exſilio ſcriptas eſſe, utpote in quo *levioribus ſe oblectaſſe ſtudiis* teſtatur in conſolat. ad Helviam ap. IV. * Bœcleri comparatio inter *Hippolytum* Senecæ & Euripidis legitur in ejus diſſertatt. Academicis Argentorati A. 1710. 4. junctim excuſis Tom. 2. pag. 1159. ſeq.

5. *Oedipus* adumbrata ex Sophoclis Oedipo Tyranno, auctore M. Annæo Seneca Philoſophi parente, ut eidem Heinſio videtur.

6. *Troades* Senecæ tribuitur à Valerio Probo, ſed qui bis *Hecubam* vocat. Ceterum Philoſophi eſſe & Euripidis Troadas longe vincere judicabat olim Heinſius. Troadem perperam appellant Lipſius & alii, qui etiam contemnendi & ignobilis auctoris eſſe exiſtimant, cum Joſ. Scaligero judice ſit princeps Latinarum Tragœdiarum. Cum Euripidis Troadibus & Hecuba confert Sam. Petitus lib. I. Obſerv. cap. 3. qui poſt reditum ab exſilio ſcriptam hanc Tragœdiam in aula à Philoſopho exiſtimat cap. I. * Troades *Hecubam* appellat etiam Priſcianus. Germanicis verſibus reddidit notaſque addidit Poeta egregius Martinus Opitius parte 2. poematum, inſcripſitque Aug. Buchnero.

7. *Medea* ſub Senecæ nomine allegatur à Quintiliano lib. 9. c. 2. & Philoſopho tribuitur ab omnibus, quanquam vetus Lucani ſcholiaſtes affectam fuiſſe etiam à Lucano Medeam Tragœdiam teſtatur. De Ovidii Medea dixi ſupra p. 273. * In Senecæ *Medeam* commentaria Matthæi Raderi S. I. prodiere Monachii 1631. 12.

8. *Ex Agamemnone* verſiculum ſub Senecæ nomine laudat Priſcianus

(a) Thomas Phædrus eloquentiam Romæ ſub extremum ſæculi XV. cum ſumma laude profeſſus, ita ut ætatis ſuæ Cicero haberetur, Phædri cognomen tulit, quod perſonam Phædræ in hoc dramate eleganter repræſentaſſet. Vide Eraſmi Epiſt. XXIII, 5, ubi male Petrus pro Thoma appellatur.

ſcianus libro 6. Gallice Agamemnonem è Seneca compoſuit Carolus Tuſtanus Pariſ 1566. 4. * *Agamemnonem* Anglica donavit metaphraſi Blackmorius, parte 2. poematum Miſcellaneorum Lond. 1718. 8.

9. *Hercules Oeteus* Tragœdia ex Sophoclis Trachiniis adumbrata, ſed longe infra Græcam ſubſidens, quamque ſermo arguit longe poſt reliquas ſcriptam eſſe. *Cujus auctor ſi tam corruptus eſt & vitioſus elocutione, quam rebus & ſententiis turgidus & inflatus, nihil eſt quod illum audire magnopere velimus*, inquit Vavaſſor lib. de vi & uſu quorundam verborum latinorum.

10. *Octavia* (*a*) & ipſa Seneca Philoſopho non indigna, ſi Scaligerum (*b*) ſequimur, etſi præ reliquis humi ſerpit, & Juſto Lipſio viſa verbere eruditorum excipienda, non plauſu. * *Octaviam* Juſtus Rycquius ad Taciti XIV. 63. ſcriptam putat à Seneca Anno U. C. 813.

Jul. Cæſar. Scaliger non dubitat Senecæ tragœdias etiam ultra Græcarum vim & elegantiam extollere, pleriſque tamen hodie aliter videtur, qui nimium Philoſophicas eſſe, & contra leges tragœdiæ paſſim peccare obſervat. Vide Voſſium patrem in Iſtitutt. Poëticis, & Rapini, aliorumque judicia collecta à Bailleto Tom. 2. judiciorum de Poetis. * *Dionyſii Thuſci* de Rubertis è Burgo S. Sepulchri & *Thomæ Aquinatis*, qui à quibuſdam memorantur, commentarii, lucem certe haud viderunt. MS. Codex non contemnendus Tragœdiarum Senecæ ſervatur Gothæ in Bibl. Sereniſſimi Ducis. Vide Catalogum MSS. illius Bibl. editum à Rev. Erneſto Sal. Cypriano pag. 106.

XIV. Quam primam omnium editionem harum tragœdiarum habent Delrio & Nic. Antonius, quamque Herbipolenſem appellant, eſt mihi in manibus excuſa Lipſiæ upud Martinum Herbipolim, ſine notatione temporis in 4. * Extrema pagina hoc Jacobi Baryni legitur tetraſtichon:

Clauditur iſte liber Senecæ, repetendus in omne
Ævum, hunc ardenti pectore Lector ama.

Pre-

(a) Non videtur eſſe Senecæ & in MS. optimo Florentino omittitur. *L. Annæo Floro* eam tribuit Voſſ. p.164. de Hiſt. lat. qui Inſtit. Poet. lib. 2. pag. 76. eam omnium ineptiſſimam vocat & opus plane Scholaſticum: Neque Octaviæ mortem potuiſſe memorare Senecam à Nerone prius exſtinctum. In editis vulgo poſtremum locum occupat, niſi quod in antiquiſſ. edit. Lipſienſi, quæ litteris Longobardicis forma quarta excuſa eſt à Martino Herbipoli, & in aliis quibuſdam eam præmiſſam vidi Herculi Oetæo. Sed notum eſt quanta ſit tam in editis, quàm in MSS. varietas in ordine harum tragœdiarum.

(b) Fuit tamen cum Joſephus Scaliger non Senecam exiſtimaret auctorem eſſe hujus tragœdiæ, ſed Scævum Memorem, de quo Voſſ. p.48. de Poet. latin.

Preſſerat Herbipolis Martinus in urbe decenti
LipeccK. Hoc munus candide Lector ama.

Emendatiſſimam hanc editionem vocat Delrio, falli tamen exiſtimo eos qui pro prima habent: Apud eundem Antonium p. 38. & 39. Bibl. veteris Hiſpanæ plures videre licet tragœdiarum Senecæ non modo editiones, ſed verſiones quoque, & interpretes. * Prodierunt Senecæ tragœdiæ Venet. 1482. & 1510. fol. cum commentariis *Gellii Bernardini Marmitæ* Parmenſis; & 1493. 1505. fol. cum *Dan. Cajetani* Cremonenſis commentariis, qui male dicitur ſubinde etiam in titulo, Galatanus. Eam ſecutæ Florentina A. 1513. 8. apud Philippum Juntam, ex recenſione *Benedicti Florentini*. Pariſienſis A. 1514. fol. ex recenſione *Hieron. Avantii & Philologi*, cum *Eraſmi*, *Gerardi Vercellani*, *Ægidii Maſerii*, *Bernardini Marmitæ*, *Danielis Cajetani*, & *Jodoci Badii Aſcenſii* notis & commentariis. In eadem urbe A. 1511. fol. in lucem emiſſæ erant *Jacobi à Cruce*, Bononienſis, annotata in Ovidium, Virgilium, Perſium, Lucanum, Papinii ſilvas, Senecæ tragœdias, Horatium, Martialem, Silium Italicum &c. *Avantius*, ex cujus caſtigatione cum ejus diſſertatione de generibus carminum apud Senecam tragędiæ editæ ſunt apud Aldum ſive Aſulanum Venet. 1517. 8. tria fere millia erratorum eluiſſe ſe teſtatus eſt. Iterum viderunt lucem Venet. 1522. fol. apud Bernardum de Vianis cum commentariis Bernardini Marmitæ & Dan. Cajetani. Baſileæ 1529. 8. apud Henricum Petri. Lugduni 1538. apud Gryph. curante *Lud. Carrione*. Lipſiæ 1566. 8. apud Vœgelin. cum *Georgii Fabricii* variis Lect. & Epiſtola de tragędiarum uſu, ac de generibus carminum apud Senecam. Prima *M. Antonii Delrionis* editio, qui Senecæ tragedias egregie illuſtravit, excuſa eſt cum Senecæ & fragmentis vett. Tragicorum Antvverp. 1576. 4. apud Plantin. tum 1594. 4. & Pariſ. 1607. 1620. 4. Cum *Juſti Lipſii* animadverſionibus ex veteri libro bonæ notæ, ac celebri illa cenſura de tragędiarum ſcriptore, ad Raphelengium, & *Franciſci Raphelengii* notis. Lugd. Bat. 1588. & apud Commelin. 1589. 8. Cum notis *Jani Gruteri*. ibid. 1600. 8. Cum Caſtigationibus *Joſ. Scaligeri* & *Dan. Heinſii*, cujus etiam diſſ. de tragœdiarum auctoribus adjuncta eſt, Lugd. Bat. 1611.

Editio *Scriveriana* ex caſtigatione P. Scriverii, cum integris Juſti Lipſii (Lugd. Bat. 1588) Franciſci Raphelengii, & qui Thebaidem illuſtravit Septimii Florentis Chriſtiani, Hieron. Commelini, Joſ. Scaligeri, Jani Gruteri, Dan. Heinſii, Iſaaci Pontani, addita Georgii Fabricii, Avantiique diſſ. de carminum apud Senecam generibus, Lugdun. Bat. 1621. 8. Idem Scriverius Veterum Tragicorum Latinorum fragmenta poſt Delrionem accurate collegit,

git, quæ infra libro quarto recenſemus. Poſt Scriverium Senecæ tragœdias cum ſelectis variorum ſuiſque animadverſionibus vulgavit *Antonius Thyſius* ibid. 1651. 8. & qui in primis præclare de Seneca meritus eſt, *Joh. Frid. Gronovius* adhibito optimæ notæ MS. Florentino Anno 1661. 8. Ejuſdem Gronovii notas in Tragicum ex chirographo auctas, & à filio Jacobo digeſtas cum Variorum notis Senecæ additis, locupletiſſimoque indice recuderunt Amſtelodamenſes 1682. 8. Nec contemnenda editio inſtructa notis *Thomæ Farnabii* Lond. 1623. 12. & Amſtelod. 1713. 12. etiam Francof. 1625. 8 Venet. 1688. 12. Cum verſione Gallica *Michaelis de Marolles* prodierunt Senecæ tragœdiæ Pariſ. 1660. 8. duobus volum. * Thyeſtem *Italice* vertit Ludovicus Dulcis, neſcio an cæteras etiam Tragędias. Univerſas Italicis reddidit verſibus Hyacinthus Nani Senenſis. Agamemnonem *Anglica* Metaphraſi donavit pridem Jo. Studley Lond. 1566. 8. Medeam Eduardus Sherburne Lond. 1648. 8. atque inde quoque reliquas. Troadas *Hiſpanice* Joſephus Antonius Gonſalez de Salas, addita Nova idea Tragœdiæ & Exercitatione ſcholaſtica de theatro Madrit. 1633. 4. Omitto *Gallicam* Metaphraſim Agamemnonis, auctore Carolo Touſtain, Pariſ. 1556. 4. * Ambroſiana Bibliotheca pulcherrimum habet tragędiarum Senecæ codicem cum argumentis *Albertini Muſſati*, Patavini, utteſtatur Nic. Antonius p. 39. Bibl. vet. Hiſpan.

CAPUT X.

DE LUCANO, Poeta.

Lucani ætas. 1. *Pharſaliæ libri.* 2. *Editiones.* 3. *Carmen ad Piſonem Lucano tributum.* 4. *Scripta deperdita.* 5.

I. M. ANNÆUS LUCANUS (*a*) Cordubenſis Hiſpanus, filius M. Annæi Melæ, quem Senecæ Philoſophi fratrem fuiſſe diximus, Eques Romanus & ab Imp. Nerone variis auctus honoribus, ſed poſtea, grave ejus odium incurrens, quod in Poetica, cujus Principatum Imperator ambiebat, (*b*) excellere cuperet, itaque addens ſe Piſonianæ conjurationi, & deprehenſus, exire-

(a) Præter vitam Lucani, quæ ad Svetonium auctorem refertur, aliam ineditam laudat Scaliger ad culicem Virgilii. Illam fortaſſis quæ editioni Schrevelianæ præmittitur, edita à Joanne Britannico. Adire præterea juvabit Martinum Hanckium de Rom. rer. ſcriptoribus c. XI. Nic. Antonium lib. 1. Bibl. Vet. Hiſpanæ cap. 10. & Gaddium de Scriptoribus non Eccleſiaſt. T. 1. p. 269.

(b) Tacitus XV. 49. & 70.

exireque vita juſſus, venis ſolutis obiit Anno CHRISTI 65. vix annos natus 27. Genethliacon ejus celebrat Statius lib. II. Silva 7.

II. Exſtant ejus *Pharſaliæ*, ſive de bello civili Cæſaris atque Pompeji, quod Pugna ad Pharſalum Theſſaliæ urbem, qua Pompejum Cæſar vicit, finitum eſt, *Libri X.* Carmine Heroico. Quantum ex præſenti opere gloriæ ſibi promiſerit auctor ipſe, patet ex his ejus verbis IX. 983. ſeq.

Invidia ſacra Cæſar ne tangere famæ,
Nam ſi quid Latiis fas eſt promittere Muſis,
Quantum Smyrnæi (a) durabunt Vatis honores,
Venturi me Teque legent; Pharſalia *noſtra*
Vivet & à nullo tenebris damnabitur ævo.

Tumorem Lucani reprehendit Jul. Cæſar Scaliger & Cauſſinus III. 10. de eloquentia ſacra & profana. Non minus reprehendas, quod mirum in modum adulatur Neroni, uſque adeo ut cum multis verbis bellorum civilium atrocitatem & miſeriam exaggeraſſet, ſubjungat lib. I. verſ. 44.

Multum Roma tamen debet civilibus armis,
Quod tibi res acta eſt - - -

Aſtronomiæ peritiam in Lucano deſiderabat Joſephus Scaliger prolegom. ad Manil. & alibi, eumque ſecutus Grotius ad lib. I. verſ. 54 & Barthius LIII. 6. Adverſar. Sed defendit Lucanum Franciſcus Inſulanus procurator Pariſinus in Apologia pro Lucani Mathematica adverſus Scaligerum, verſibus edita Pariſ. 1582. 4. quam impugnat Scaliger Epiſt. 3. ad Mamertum Patiſſonium (*b*). Aliam Lucani Apologiam Scaligero oppoſuit Jacobus Palmerius Grenteſmenilius editam poſt auctoris mortem à Jano Berkelio Lugdun. Bat. 1704. 8. Conferendus etiam Jo. Baptiſta Bellus in diatriba de menſe & die (*c*) victoriæ Pharſalicæ Toloſ. 1637. 8. recuſa T. VIII. theſauri antiquitatum Romanar. Græviani, & ſeparatim iterum cura Henr. Leonhardi Schurzfleiſchii V. C. Witteberg. 1705. 4. Laudat Lucanum præter alios, ac frequenter imitatur Guilielmus Brito, ut obſervatum Reineſio eſt p. 561. & 404. Var. Lect. * Clariſſimo Burmanno judice, ut eloquentiæ corruptela Senecæ Pholoſopho recte adſcribitur, ita ſanctiſſimam & divinam artem poeſin primus contaminare, & Heroicum carmen ad declamatoria acumina demittere aggreſſus eſt fratris ejus M. Annæi Melæ filius, Lucanus. Ineptiuntque maxime qui eum Virgilio comparare annituntur, in quo omnia caſtigata, limata, &

 natu-

(a) Homerum intelligit.
(b) Confer Menagii Anti Bailletum T. 1. p. 370.
(c) 26 Jun. Anno U. C. 706.

naturalis: cum Lucanus ut effrænis equus impetu ſemper maximo fertur, neque habenas audit, ſed indulgens ingenio, neque modum neque rationem ſervat carminis, judicio non recte uſus, cum ubique oſtentare vim ſuam & vehementiam, etiam ubi convenit minime, conatur. (*a*) Poteſt tamen cum fructu legi, cum ejus dictio ſit ſatis latina, puraque, & deſcriptiones, quas immiſcet operi, haud inelegantes. Characteres ejus quoque egregii, in qua arte proximus eſt Vellejo Paterculo, & rerum Civilium minime rudis. Lucanus perſtringitur a Petronio c. 118. his verbis: *Ecce libelli civilis ingens opus quiſquis attigerit niſi plenus litteris ſub onere labetur. Non enim res geſtæ verſibus comprehendendæ ſunt, quod longe melius Hiſtorici faciunt quam Poetæ* &c. Confer Jani Douſæ præcidanea ad Petron. lib. 2. c. 12. Tamen Caſp. Barlæus T. 1. poem. p. 417. ex perſona Lucani:

Cui minus Hiſtoricus credor, minus eſſe Poeta,
Me minor eſt vates, me minor Hiſtoricus.

Atheiſmi crimen Lucano impactum ab eo removet auctor Epiſtolarum Italice editarum Bononiæ A. 1708. 8. p. 32. 242. Acta Eruditorum Lipſ. T. 4. ſupplementi p. 62. ſeq. Memoriæ Trevolt. 1706. p. 570. In antiquis Codicibus hoc de Lucano Hexaſtichon legitur:

Corduba me genuit, rapuit Nero, prælia dixi
Quæ geſſere pares hinc ſocer, inde gener.
Continuo nunquam direxi carmina ductu,
Quæ tractim ſerpit, (b) plus mihi coma placet.
Fulminis in morem quæ ſunt miranda citentur.
Hæc vero ſapiet dictio quæ feriet.

Vitam Lucani à Svetonio ſcriptam, ad Caſaubonum A. 1596. miſit Theodorus Canterus. Vide Epiſtolas Caſauboni edit. Almelovenianæ pag. 646. ubi notantur aliunde aſſuta eſſe hæc verba poſtrema: *Poemata etiam ejus prælegi memini, confici vero ac venalia proponi non tantum operoſe ac diligenter, ſed inepte quoque.* Svetonio hæc vita vindicatur à Barthio VII. 3. XI. 21. Adverſar. Extat in Grævianis & aliis recentioribus Svetonii editionibus. Alia vita eſt quæ ex Commentario antiquiſſimo repetita fertur in variis Lucani editionibus & incipit: *M. Annæus Lucanus Patrem habuit M. Annæum Melam.* In *Jo. Fr. Wichmanshauſenii* diatriba in Lucani

(a) Adde Barth. LIII. 6. Adverſar.

(b) Alii rectius: *quæ tractim ſerpant: plus mihi comma placet.* Comma eſt inciſum, breve, argutum. Nimium quæſita acumina in Lucano reprehendit Dominicus Bohurius, libro la maniere de penſer p 237. Quod vero *plus hiſtoricus quam Poeta* dicitur Jornandi c. 5. de rebus Get. atque inde Freculfo lib. 2. Chron. c. 16. ad fidem potius putem pertinere, quam ad ſcribendi characterem.

ni Pharſaliam, Witeb. 1712. 4 & in *Jacobi Moſanti Brioſii* (de Brieux) Epiſtolis, editis Cadomi A. 1670. 8. p. 112. ſeqq. ad Jacobum Palmerium, multa in Lucani laudem congeſta lector reperiet, & pag. 130. ſeqq. nonnulla Lucani emendata vel illuſtrata. De Palmerii pro Lucano Apologia adi ſi placet ephemerides eruditorum Pariſ. A. 1708. Novembr. p. 365. Illuſtrat etiam plura Lucani loca & caſtigat Franciſcus Modius in lectionibus novantiquis, nec non Guil. Canterus in Novis lectionibus. Nimium Lucano tribui à Statio, cum patriam ejus ipſo nato *plus quam Senecam dediſſe Mundo* ſcripſit, ita profitetur Barthius ad lib. 2. ſilv. 7. p. 251. ut adulationem hoc appellet pæne abominabilem. Nimis tamen & ipſe in Lucanum iniquus, quando ſubjungit: *Quid enim totus Lucanus, tamen meliore parte ſuorum ſcriptorum ſuperſtes, ad Senecæ vel unam Epiſtolam aut tractationem?* Idem aſſentitur Franciſco Florido Sabino, qui lib. 2. ſubſeciv. lection. c. 20. nihil unquam putavit prolatum ſtultius, quam cum Statius Homero ſuperiorem, parem Virgilio Lucanum celebravit Poetam his verſibus:

Grajo nobilior Melete Bætis,
Bætin Mantua provocare noli.

Fœminis quæ, ut Polla Lucanum, maritos ſuos in ſtudiis adjuverunt, addenda Claudia Statii Poëtæ, de qua Gevartius III. 13. Papinianar. lect. p. 195. ſeq.

Libri decimi pars poſterior & forte plures inſequentes cum aliis Lucani Poëmatis perierunt. Nec ultimam manum (*a*) addidiſſe iis, quos habemus, libris dicitur, cum ſint elegantiſſimi, gravibuſque ſententiis & Poëtico decore inſignes, quamvis fuerint, qui Poëtis (*b*) accenſere Lucanum dubitarunt, quod hiſtoriam,

(a) Libros tres priores emendaſſe ajunt *Pollam Argentariam* Lucani uxorem, quæ deinde Statio Poetæ nupſit, ut ipſe docere videtur procemio lib. 2. Silvar. Hinc Sidonius: *Polla dat Poetas*: Hæc teſte Baptiſta Fulgoſo *tanto ingenio doctrinaque fuit, ut cœptos à viro permultos verſus ipſa eadem Styli gravitate atque elegantia perficeret, atque epigrammata etiam peritiſſime conſcriberet.* lib. 8. cap. 3. Plures fœminæ maritos ſuos, vel amaſios in ſtudiis adjuvantes celebrantur à Sidonio lib. II. Epiſt. 10. ad Heſperium: *Sisque opido meminens quod olim Martia Hortenſio, Terentia Tullio, Calpurnia Plinio, Pudentilla Apulejo, Rusticiana Symmacho legentibus meditantibuſque candelas, & candelabra tenuerunt, - - - reminiſcere quod ſæpe verſum Corinna cum ſuo Naſone complevit, Lesbia cum Catullo, Ceſennia cum Getulico, Argentaria cum Lucano, Cynthia cum Propertio, Delia cum Tibullo.*

(b) Vide Martialem XIV. 194. Iſidorum VIII. 7. Orig. & Servii loca, Jornandis ac Jo. Sarisberienſis ap. Voſſ. de natura poeticæ p. 7. Nimirum ex Ariſtotelis præceptis, vati non eſt quaſi res geſta verſibus tradenda, ſed per ambages Deorumque miniſteria, & fabuloſum ſententiarum tormentum debet liber ſpiritus præcipitari, ut loquitur Petronius. Verum Eraſmus Epiſt. ad Andream Ammonium p. 216. *Sunt*, inquit, *qui poema non putent, niſi Deos omnes è cœlo, mari, terraque ſubinde advocas, niſi ſexcentas infulcias fabulas. Mihi ſemper placuit carmen, quod à proſa ſed optima non longe recederet.* In hanc ſententiam multa Palingenius ſcriptor lectu digniſſimus initio libri VI. Zodiac.

quam verſu perſequitur, non tot fabulis inquinaſſet more aliorum Poëtarum. Marbodum Andinum Rhedonenſem Epiſcopum fama eſt, ut Patriæ gratificaretur hos de Meduana & Ligeri verſus Lucano inſeruiſſe Lib. I. v. 438. ſeq.

In nebulis, Meduana tuis, marcere peroſus
Andus, jam placido Ligeris recreatur ab amne.

Sane in omnibus MSS. Codicibus antiquis non comparent vel ipſo Grotio teſte, qui eos in ſua ἐκδόσει edendos curavit. Hæc Menagius p. 27. ad Laert.

III. Editio Lucani (*a*) princeps eſt Romana A. 1649. fol. curante *Jo. Andrea* Epiſcopo Alerienſi vulgata, nuncupata Paulo II. Pontifici, quæ habetur in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi. * In ea hæc de Lucano Pomponius Infortunatus: (*b*) *Pharſaliam non finivit, cujus primos tres libros cum uxore correxit, quos inſcitia depravatos cum reliquis ſeptem Joannes Andreas Antiſtes Alerienſis diligentiſſime noſtro tempore emendavit, rogantibus Conrado & Arnoldo, qui ne lingua Romana pereat, libros laudabili inventione imprimunt.* Hic Conradus Svveinheym & Arnoldus Pannarts ad calcem libri Teutonica de gente ſe fuiſſe ſignificant, ac fuere inter primos qui Romæ artem typographicam propagarunt. Ab eo tempore prodiit cum notis Petri de Ponte, Jo. Taberii &c. * Itemque (*c*) Venetiis 1475. fol. iterumque A. 1477. fol per Juvenem Guerinum, quæ ἐκδόσεις hiſce verſibus ſe commendat lectori:

Quam veniant grandes Lucani in carmina Muſæ,
Et quantum excellat dicendi fulmine Vates,
Judicet, altiloquas novit quicunque Sorores.
Certe ego divino paulum ceſſiſſe Maroni
Crediderim, Phœbo digna & majora locutum.
Incertos belli eventus civiliaque arma
Cognataſque acies & ſumma pericula rerum
Scripſerit ardenti melius quis carmine Vates?
Quaſve ferat Latius gentes aut Gallicus axis
Aut Oriens quibus aut animis in bella ruentes?
Quid toga, quid ſævi pariant diſcrimina Martis,
Emtor habes: tantum moneo obſervare poetam.
Ergo cape, & Juvenem Guerinum ad ſidera tollas,
Lucanum Veneta docte qui impreſſerit urbe.

Vene-

(a) Scholiaſtes Lucani antiquus allegatur à Grotio ad Lucan. & à Barthio ad Statium ac Britonem. Arnolphi Aurelianenſis ſcholia MSS. in Bibl. Gudiana. Lucanus cum commentariis MSS. Zoni Florentini in Bibl. Regis Galliæ teſte Labbeo. Alius Scholiaſtes MS. in Bibl. Vaticana cujus meminit Nic. Antonius in Bibl. Vet. Hiſpana p. 47.

(b) Mich. Maittaire Annal. typograph. p. 65.

(c) id Maittaire p. 127. 173. 200.

Venetiis pariter 1486. 1498. 1511. fol. Parmæ 1483. fol. quam editionem poſſedit Cl. Grævius, & Brixiæ per Jacobum Britannicum Brixianum 1486. fol. cum Commentariis *Omniboni Leoniceni*, Vicentini. Lipſiæ in 4. ſine anni notatione.

Cum Commentariis *Joannis Britannici* Brixiani, Mediolan. 1491. fol. in Bibl. Almeloveniana p. 114. *Baptiſtæ Guarini* commentarium è Trithemio memorat Geſnerus, non editum quod ſciam. Cum commentario *Jo. Sulpicii* Verulani & *Omniboni Leoniceni* Venet. 1493. fol. 1505. fol. & *Jac. Micylli* annotationibus adjunctis, Francof. 1551. 4. Venet. apud *Aldum* 1502. 8. 1515. 8. Pariſ. 1506. & 1514. fol. cum Sulpitii, *Phil. Beroaldi*, *Jodoci Badii Aſcenſii*, *Antonii Sabellici*, *Jac. Bononienſis*, & *Jo. Baptiſtæ Pii* annotationibus, ex recognitione *G. Verſellani*. Mediolani 1508. ex recenſione *Hyacinthi Arpini*. Argent. 1509. 4. cum Sulpicii commentariis. Et ſine illis 1520. 8. * Pariſ. 1512. 8. cum adnotatione familiari & pellucida (ut habet titulus) *Petri de Ponte*, *Cæci*, Brugenſis, per Guil. de Ro-uge. Mediolani 1525. fol. cum Beroaldi & variorum notis ad edit. Pariſ. 1514. fol. & Baſil. 1514. fol. Lugduni 1534. 8. & 1551. 8. apud Gryph. & 1569. forma minore. Venet. 1537. 8. apud Jac. Juntam. Coloniæ 1537. 8. apud Joh. Gymnicum. Pariſ. apud Simonem Colineum & 1545. 8. apud Rob. Stephanum, additis in calce Variis Lect. Lugd. 1547. forma minore apud *Seb. Gryphium*, & 1542. 8. * Baſileæ apud Henr. Petri 1550. 8. cum *Jo. Sulpitii* & *Henr. Glareani* notis, & 1578. fol. cum commentariis haud contemnendis pro illa qua ſcripſit ætate, *Lamb. Hortenſii* & *Jo. Sulpicii*. Pariſ. 1554. 8. apud *Rob. Stephanum*: Ex *Theodori Pulmanni* recenſione, Antvv. apud Plantin. 1564. 12. 1577. & 1592. forma minore. Lipſiæ cum ſcholiis *Gregorii Berſmanni*, 1584. 8. & 1589. 8. cum *Jac. Micylli* in difficiliores locos, & Berſmanni ſcholiis, Variiſque lect. *Theodori Pulmanni*, & in librum I. animadverſionibus *Joach. Camerarii*, addita etiam *Epiſtola ad Calpurnium Piſonem* per Hadr. Junium emendata, & illuſtrata à Joſepho Scaligero. Idem Junius Lucanum ad vetuſtiſſimi exemplaris fidem caſtigatum tradidit typographo, ut conſtat ex ejus Epiſtolis pag. 225. datis circa A. 1552. A. 1612. ex Raphelengii officina, forma minore. Cum Pulmanni Variis lect. & notis *Hugonis Grotii* (a). Antu. 1614. 8. Cum Pulmanni Variis lect. & Grotii notis auctioribus Lugd. Bat. 1626. 8.

(a) Grotium edito Lucano & ſe & omnes ſanos à ſimili conatu deterruiſſe ſcribit Rutgerſius lib. I c. 12. Var. Lect. Tam impenſe porro Poeta illo delectatus eſt Grotius vir ſummus, ut eum ſemper in ſinu geſtavit vix die intermiſſo, quo non aliquid ejus legeret, ut narrat in Epiſtolis Guido Patinus.

Cum notis *Tho.Farnabii*, Lond.1618.8.Francof.1624.8.Lond.1634. 8.& Amſtelod.1643.1665.12.additis etiam *Hugonis Grotii* animadverſionibus.Amſtel.1651,apud Elzivir forma min. cum ejuſdem Grotii notis.His accedunt denique editiones *Amſtelodamenſes*, cum ejuſdem Grotii, Thomæ Farnabii,& aliorum notis vulgatæ à Corn. Schrevelio 1658. 1669.8. in quibus etiam ſubjicitur Lucani ſupplementum, libris VII. à *Thoma Majo* Anglo non infeliciter elucubratum. * Cæterum Variarum lectionum libellus ex Codd.quibus Pulmannus, & Berſmannus uſi ſunt, adjectus Grotianis editionibus Antvv. & Lugd. Bat.1614. 1619. 1626. 8. & Schrevelianis, 1658. 1669. cum Varior. notis, ab Grotio non eſt, neque ea habet, quas diu ante ſuæ eleganti editioni adjecit Robertus Stephanus. Omitto editiones in Corpore Poetarum latinorum, de quibus infra lib. IV. c. 1. Lucanum etiam expolire inſtituit *Caſpar Barthius*, magni pretii exemplari uſus, cujus patrocinio id aggreſſum ſe teſtatur ad Statii Thebaid. VI. 89. & IV. 409. & præſtantiſſimus Vir *Nicolaus Heinſius*, in quam rem diligenti ſtudio Varias lectiones è Variis Codicibus MSS. collegit, quarum apographum ſervo acceptum è Bibl. Gudiana. Ad calcem libri decimi adſcriptum: *Paul. Conſtantinopolitanus emendavi manu mea ſolus M. Annæi Lucani Civilis belli liber X. explicit.* Chronologiam in Lucanum, Cæſarem de bello Civili & Dionyſium Halicarnaſſeum paravit *Paulus Merula*; ſed illa non vidit lucem. *Thomæ Maji* ſuplementum, quo poema Lucani producitur uſque ad necem Julii Cæſaris, prodiit ſeparatim Lugd. 1630. 8. Lugd. Bat. 1640. 12. & Londini 1646. 12. Subjungitur etiam Lucano edit. Amſtelod. 1713. 12. cum Farnabii, Grotiique notis. Laudatur à Nic. Heinſio p. 274. poematum.

Cum verſione proſaria *Gallica* Michaelis de Marolles lucem vidit Lucanus Pariſ. 1654. 8. Metaphraſis *Gallica* Brebeufii, verſibus ſcripta, quam Archetypo ipſi (*a*) haud dubitant præferre nonnulli, ſæpius edita eſt. * In Metaphraſi *Gallica* Brebovii, edita Pariſ. 1657. 8. 1663. 12. & Rothomag. 1665. 12. non modo turgidum dicendi genus reprehendit Nicolaus Bolæus, (Boileau de Deſpreaux) arte Poetica p. 160.

Mais n' allez pas auſſi ſur les pas des Brebeuf,
Meme en une Pharſale, *entaſſer ſur les rives*
De morts & des mourans cent montagnes plaintives,
Prenez mieux votre ton, ſoyez ſimple avec art,
Sublime ſans orgueil, agreable ſans fard.

Sed

(a) Vide Parrhaſiana T. 1. p. 107. & Vignolium Marvillium T. 1. Miſc. hiſtorico-litterar. p. 25. cui Metaphraſis illa dicitur *Lucano ipſo Lucanior*.

Sed etiam aliquando longe infra Lucani vim & dignitatem ſubſidere arguitur ab Euremonio Tom. III. pag. 190. ubi confert verſum Lucani,

Victrix cauſa Diis placuit, ſed victa Catoni,

cum hoc frigido Metaphraſtæ, egregii alioqui & admirandi:

Les Dieux ſervent Ceſar, & Caton ſuit Pompée.

Lucanum, Svetonium & Salluſtium *Gallice* editos Pariſiis An. 1500. memorat Labbeus pag. 339. Bibliothecæ novæ MSS. Argumentum idem Gallica proſa perſequitur *Quartierius* S. J. Pariſ. 1688. 8. Hiſt. des Ouvrages des Savans A. 1688. Auguſto pag. 520. Lucani Pharſalia *Anglico* reddita carmine ab Arturo Gorgeſio, Lond. 1614. 4. Alia Thomæ Maji, ibid. 1679. 8. * *Italicæ* Metaphraſes poſt antiquiorem illam Anonymam Florentinam (Zuchari Bencivenii) circa A. C. 1310. ut videtur Nic. Antonio compoſitam, complures exſtant. Octonario rhythmo quidem Lucanum tranſtulit L. Cardinalis de Montichiello, Mediolan. 1492. 4. Verſibus ſolutis ſive libere deſinentibus Julius Morigius, Ravennæ 1587. Alberti Campanæ Florentini interpretatio prodiit Venet. 1540. 12. Pauli Abriani ibid. 1668. 8. Andreas quoque Valfredus his accenſendus, cujus verſionis exordium inter flores Bibliothecæ Aproſianæ edidit Angelus Aproſius, nam ipſa nondum quod ſciam vidit lucem. Denique P. Gabrielis Mariæ Meloncelli (*a*) è Congregatione Clericorum Regularium S. Pauli Barnabitarum Metaphraſis vulgata eſt Romæ 1708. 4. *Hetruſcis* verſibus Lucanum reddiderat Albertus Campana Dominicanus, & Joannes Maria Vantus, teſte Gaddio: ſed neutra Metaphraſis lucem vidit quod ſciam * *Hiſpanica* proſa Lucanus redditus fuit à Martino Laſſo de Orepeſa, *Lucano Poeta y Hiſtoriador antiguo*, Antuerp. 1585 8. & Burgis 1588. fol. Verſus ab Hieronymo à Porres Medico, ſed cujus interpretatio, perinde ut fratris annotationes adhuc in ſcriniis latet: & à Joanne de Xanregui, Hiſpalenſi Madrit. 1683. 4. Cum Metaphraſi *Germanica* Viri præſtantiſſimi Viti Ludovici à Seckendorf, citra (*b*) rythmos iisdem ſyllabis deſinentes, at ſervato Hexametri verſus numero adornata, quæ una cum notis & obſervationibus ejus, paullò poſt ejus obitum in lucem emiſſa eſt Lipſiæ, 1695. 8. * de qua Diarium Belgicum, Boeckſual van Europe 1696. T. 2. p. 441. Diu eſt, quod luculentam hujus Poetæ editionem, utinam ne fruſtra, expectant bonarum litte-

(a) Journal des Savans 1709. Febr. p. 171.

(b) Simili ἀρρύθμῳ carminis genere Gallos uti docuere, Joh. Antonius Baiſius, Stephanus Jodellus, Rapinus, Paſſeratius, Italos Leo Baptiſta Albertus, Tho. Campanella & Lud. Arioſtus, & Bernardus Philippinus, Anglos Johannes Miltonus.

rarum ſtudioſi ab illuſtri & venerandæ eruditionis ſene Ezechiele Spanhemio.

IV. Inter catalecta veterum Poetarum exſtat *Carmen Panegyricum ad Calpurnium Piſonem*, quod Virgilio ab aliis, ab aliis Ovidio perperam adſcriptum, ad Lucanum noſtrum referunt eruditi, ut ſupra in Ovidio dictum eſt. * *Carmen ad Calpurnium Piſonem*, cum quo Lucanus dictus eſt adverſus Neronem conjuraſſe, Lucano vindicat Hadrianus Junius lib. VI. cap. 1. animadverſor. Vide tamen quæ in Virgilio dixi ſupra, & Barthii notas ad Statium T. 1. p. 254. & 456. ubi *Statio* illud tribuit, & ad Claudianum lib. 1. de laude Stiliconis v. 38. ubi *Calpurnio*. Eſt autem eodem Barthio judice XLIX. 7 Adverſar. *poema ἀτέλεστον, & in libros aliquot fuiſſe diviſum videtur, vel ex ſolo fine. Adeo alioquin cultum & eruditum, ut malim aliis tertio prolixioribus tanto, carere quam iſto.*

V. Deperdita Lucani ſunt Catacauſmos Iliacus, Catalogus Heroidum, Hectoris lytra, Orpheus, Saturnalia, Silvarum libri X. Medea tragœdia imperfecta, Hypomnemata proſa oratione, in Octavium Sagittam & pro eo Declamationes, Epiſtolæ ex Campania, Satyricæ fabulæ XIV. &c. Vide Scaligerum ad Catalecta Vett. Poetarum p. 279. ſeq. Voſſium de Hiſt. lat. lib. I. c. 26. & Colomeſium ad Gyraldum p. 239. * De ſcriptis Lucani deperditis (a) videndus inprimis Nic. Antonius lib. 1. Bibl. Vet. Hiſpanæ pag. 42. ſeq. Barthius XXIII. 3. Adverſar. & ad Statium Tom. 1 p. 254. ſeq. qui de *Medea* Lucani etiam videndus Tom. 1. pag. 246. uti de *Orpheo* ejus Joh. Frid. Gronovius diatrib. ad Statii lib. 2. ſilv. 7. ante quem *decem libros ſilvarum* à Lucano ſcriptos Nic. Antonius contendit.

Hæc de Lucano dicta ſufficiant, quem Virgilio non comparatum, ſed plane prælatum à Petro Cornelio, ſicut à Franciſco Malherba Statii clangorem & crepitacula, refert & indignatur Huetius de rebus ad ſe pertinentibus pag. 24. 314.

Libere deſinentibus verſibus, ita ut ſyllabarum poſtremarum nulla ſoni ſit ſimilitudo, *Italos* uti docuerunt etiam Joh. Georgius Triſſinus Italiæ liberatæ ſcriptor, Vincentio Gravinæ V. C. tantopere laudatus: Lud. Alemannus, qui Metaphraſi donavit Catulli Epithalamium Pelei ac Thetidis: Cardinalis Hippolytus de Medicis qui ſecundum, & Ludovicus Martelli qui quartum Æneidos, nec non M. Antonius Cinuzzius, qui Claudiani raptum Proſerpinæ tranſtulit. *Polonos* in Juvenali redivivo Lucas Opalinius. In *latina* carmina, ut obiter hoc notem, homœoteleutorum viciſſim rhythmorum, ſive ſyllabarum extremarum ſimiliter deſinentium uſum induxit *Leo*, Sec. XII. Monachus Bene-

(a) Ausfuhrl. Bericht von Buchern 1708. p. 897.

Benedictinus, (unde *Verſus* (a) *Leonini*) vel Theodorus ſive Theodulus Sec. longe ille nimirum junior presbytero, qui tempore Zenonis Imp. vixit, & à Trithemio cap. 185. de S. E. cum eo confunditur. Quanquam laudatus Gravina lib. 2. de ratione poeſeos pag. 228. recte negat illis ſolis hoc tribuendum eſſe. Longe plura certe illius exempla jam ex Seculo nono exhibet C. V. Polycarpi Leyſeri hiſtoria Poetarum medii ævi, nuper in lucem edita. At inter celebriores certe videntur fuiſſe, qui iſtud antiquioribus haud probatum aures demulcendi genus latinis verſificatoribus ſuæ ætatis commendarent.

CAPUT XI.

DE T. PETRONIO ARBITRO.

Petronii ætas. 1. *Satyrici fragmenta prima.* 2. *Traguriana.* 3. *Nodotiana.* 4.

I. T. PETRONIUS (b) ARBITER Maſſilienſis Equeſtri genere natus, Vir Conſularis & inter familiares Neronis Imp. Sed artibus æmuli Tigellini inviſus ei redditus, juſſuſque ab eo mori, inciſus venis, laſcivam animam efflavit A. CHRISTI 67. * *Petronius* (c) *Neronianarum libidinum arbiter, qui de ſcriptis etiam voluit ſuis ſummam prudentiam, exquiſitiſſimam ſapientiam & elegantiſſimam eloquentiam inter propudioſiſſimas libidines elucere, illudens utique dictis ſcriptiſque vanitati curarum humanarum, homo voluptatibus corpore, animo virtuti deditus, ut docet omnis ſcena Satyrici illius.* Singulare hoc elogium: ſed qui corpore voluptatibus, & ſimul animo virtuti bona fide deditus eſſe poſſit, per eundem jungentur ante ſæva ſideribus freta, & ignis undæ, tartaro triſti polus. Huetius in Epiſtola ad Grævium:

(a) Vide Cangii gloſſar. & Menagii Origines Gallicas in *Leonins*. Acta Sanctor. Junii T. 1. p. 23.

(b) Apud Tacitum prænomen Petronii Cajus eſt, ſed Titus apud Plutarchum & Plinium. Idem Tacitus auctor eſt, Petronium Neroni *elegantia arbitrum* fuiſſe *ut nihil amœnum & molle affluentia putaret niſi quod ei Petronius approbaviſſet*. Hinc crediderim factum eſſe ut Arbiter vulgo appelletur, quo nomine etiam occurrit apud Terentianum Maurum libro de metris. Equidem Henr. & Hadr. Valeſii fratres doctiſſimi auctorem Satyrici ab illo Taciti Petronio diſtinguunt, & Antoninorum ætate vixiſſe opinantur, ſed argumentis ducuntur parum exploratis. Quare receptæ ſententiæ ſubſcribere ſatius eſſe putavi.

(c) Caſp. Barthius p. 28. ad Claudian.

vium: (*a*) *De Petronio non ita ſentio ut vulgus doctorum ſolet: Judicio uſus eſt in literis valde limato* & *ſubtili: ſtilo deteriore, affectato, fucato, interpolato: ut plus ei ad exiſtimationem profuiſſe putem obſcœnitatem rerum, quem ſermonis elegantiam*.

II. Scripſit *Satyricum*, ſive *libros Satyricon*, quibus nequiſſimos mores ejus ætatis omni procul pudore, etſi dictione terſa & eleganti deſcripſit. Paſſim quoque exemplo ſatyrarum Varronis Menippearum verſus interpoſuit, inprimis carmen de bello civili, quod teſtatur eum non invitis Muſis ad Poemata componenda acceſſiſſe. * *Libros Satyricon* inſcribendos potius, Græca forma, contendit recens eruditiſſimus Petronii editor Burmannus, quod veriſimile faciunt alia conſimiliter accipienda, ut Hygini Poeticon Aſtronomicon, Fulgentii Mythologicon, Ovidii Metamorphoſeon & Halieuticon, Solini Ponticon &c. Idem Burmannus probat per Codicillos, quibus exoletorum, & fœminarum ſtupra ac libidines ſub mortem conſignaſſe Petronium refert Tacitus XVI. 19. hoc ſatyricon opus intelligi non poſſe. Nihil ſane codicilli teſtamenti, quos obſignatos Neroni miſit moriens Petronius, habent commune cum libris hiſce ac voluminibus ad omnium notitiam in vulgus editis. Diverſum tamen hunc ſcriptorem ab illo Taciti Petronio, & antiquiorem haud crediderim, ſi vel maxime Claudii & liberorum ejus flagitia notari ab eo dicamus: nec Statilio aſſentior, qui Petronium putabat vixiſſe poſt Severum, atque non Neronem, ſed neoplutos aliquos ſuæ ætatis perſtrinxiſſe: mire enim cum Neroniano omnia conveniunt. Nec valde pugnem alienum fuiſſe à moribus quos perſtringit: arduum certe eſt in his tam prolixe & tam ad vivum, ac nequiter percenſendis & docendis ſe alere, ne dicam tam exquiſitam notitiam talium habere, qui ſit illis ἀμύητος. Utinam vero unus eſſet vel fuiſſet Petronius, qui flagitia inſectaretur, quibus ipſe ſe volutaſſet. Habet hoc frequenter ſcelerata vita, ut ſuo etiam ſe teſtimonio condemnet atque execretur. Sed Monachis nimium tribuere videtur, qui illorum turpi diligentiæ nos debere ait quod illæ tantum Petronii laciniæ ad nos venerunt, quæ illis laſciviæ & proterviæ manifeſtiſſimis argumentis blandirentur. Unde enim quæſo conſtat cætera fuiſſe pudiciora? & quovis potius alio quam judicio Monachalis laſciviæ conſignata, vel ſervata illa fragmenta apparet. Salmaſius præfat. ad Ampelium: *Conſueverunt multi ſtudioſi ſi quem auctorem legerent, retento lectionis ordine quicquid ex eo judicarent excerpendum, in Codicem ſuum regerere, & ſibi ſervare. Unde factum ut hæc in Bibliothecis privatorum reperta ſæpe à librariis pro inte-*

(a) In Tilladeti collectione Tom. 1. p. 264.

integris auctorum operibus deſcripta fuerint, ac ad poſteritatem aliis ſubinde ea excipientibus ac deſcribentibus propagata. Ita conſervatus eſt elegantium nequitiarum curioſis Petronius Arbiter.

Fragmenta (*a*) hujus ſatyrici (ex libro XV. & XVI. uti legitur in MSS.) primum edita Venetiis A. 1499. per Bernardinum de Vitalibus Venetum. Hinc Lipſiæ A. 1500. per Jacobum Thanner, Herbipolenſem, cura *Hermanni Buſchii* Paſiphili, Monaſterienſis. Ibidem carmen de luxu Romanorum 1500. 4. ſeparatim excuſum. Hujus præclari viri ac nobilis Buſchii memoriam & merita in litteras tunc renaſcentes egregia digno nuper ſtudio ſtyloque celebravit clariſſ. Vir Jacobus Burckardus in vita Buſchii, ejus vallo humanitatis præmiſſa, Francof. 1719. 8. Pariſiis A. 1520. curante Reginaldo Chalderio, ad cujus editionis paginas, ſuas obſervationes & caſtigationes A. 1562. direxit Adrianus Junius ſive Theod. Beza. Cum caſtigationibus *Jo. Sambuci*, Antverp. 1565. 8. apud Plantin. Lugd. 1575. 8. apud Joh. Tornæſium, qui duobus impreſſis, & totidem MSS. Cujacii & Dalechampii adjutus, & opera uſus *Dionyſii Lebei Batillii*, JCti celeberrimi Petronium recenſuit, eique Variarum lectionum libellum adjunxit. Pariſ. 1575. 12. apud Patiſſonium. *Jani Douſæ* patris præcidaneorum in Petronium libri III. Lugd. Bat. 1583. 8. editi primum ſunt & Danieli Rogerti inſcripti, poſtea Petronio adjuncti A. 1585. ibid. 8. & Pariſ. 1585. 8. apud Guil. Linocerium & 1587. 12. apud Patiſſonium, additis etiam notis *Joannis Richardi* Biturigis & ſpicilegio *Dupeiratii*. Petronius cum notis eruditis *Io. Wovverii*, Hamburgenſis (*b*) qui Joſepho Scaligero librum inſcripſit, Lugd. Bat. 1596. & 1604. apud Rapheleng. & Amſtedol. 1624. forma minore. Pariſ. 1601. 12. ex officina Chriſtophori Beys, cum notis *Pithœorum* & *Douſæ*, & veterum Poëtarum Catalectis. *Melchioris Goldaſti* editio Helenopoli ſive Francofurti 1610. 8. curata; & Lugd. 1618. apud Frellonium & Francoſ. 1621. ex officina Wechel. & Genevæ curante Thoma Juges 1629. 4. repetita, variorum notas & caſtigationes partim ad id tempus ineditas complectitur, *Buſchii*, *Ad. Junii* (diverſas ab iis quas Sambuco ante miſe-

rat

(a) Conradus Rittershuſius ad Phædri IV. 13. conjicit Petronii Satyricon ita truncatum & laceratum ab aliquo pio exſcriptore, qui loca obſcœna omiſerit. Sed unde quæſo tot nupta verba, tot obſcœni ſales in illis quæ ſuperſunt fragmentis. Non magis credibile eſt, quod conjiciebat Bervillius, Eumolpi nomine à Petronio perſtringi Senecam, quod merito rejicit San Evremonius in judicio de Seneca T. 2. Opuſc. Idem in judicio de Petronio oſtendit hunc ſcriptorem exponere & commendare potius, quam ſatyrico ſale perfundere libidines vitiaque aulæ, in qua verſabatur.

(b) Fallitur Mich. Piccartus, qui notas in Petronium tribuit VVovverio Antverpienſi, c. 84. peric. Critic.

rat Pulmannus, an Aurati vel Æmari Ranconneti, aut Bezæ?) *Sambuci*, *Franciſci & Petri Danielis*, *Criſtoph. Richardi*, *Franciſci & Petri Pithœorum*, *Douſæ* patris, *Conr. Rittershuſii*, *Jani Douſæ* filii ſpicilegium, notas *Wovverii*, & *Caſparis Barthii* (*a*) tum quorundam Anonymorum *& Georgii Erbardi* Franci, ſub quo nomine *Goldaſtum* latere patet ex Parei & Althuſii verſibus volumini præmiſſis, quibus Goldaſto de editioue Petronii gratulantur: atque ſervant etiamnum vaſta Goldaſti in Petronium collectanea MSS. Bremenſes, in quibus omnia illa & longe plura, quam in Erhardi notis editis exſtant, legi, laudatus Burmannus annotavit. Eidem editioni adjuncta *catalecta* (*b*) *Petroniana* & Epigrammata, cum H. Stephani emendationibus, Claudiique Bineti Bellovacenſis Germani Colladonni JC. & Herm. Buſchii notæ in carmen de bello civili, Petri Guirandi Epiſtola de Petronio & elogia Petronii à Lundorpio collecta. * Ad *Bineti* collectam Pictav. 1579. 4. editam conferenda Douſæ præcidanea III. 5. ſeq. Uſus Goldaſtus eſt Codice membranaceo Bongarſii, quem Pithœi fratres etiam inſpexerunt. Petrus Daniel in notis ſuis p. 91. ſeq. obſervat ex Baptiſtæ Pii annotatt. poſterior. apparere illum quoque vidiſſe plura editis Petronii fragmenta. Petrus Pithœus Codicis ſui editis locupletioris copiam Erico Meſmio ſive Henrico Memmio feciſſe ſe teſtatur lib. 1. Adverſar. ſubceſiv. cap. 2. ubi locum ex illo producit. Alium ex Memmii exemplari deſcribit Lambinus ad verba Horatii Epod. V. *lunamque cœlo deripit*, teſtatus id fuiſſe Petro Ronſardo, Antonio Baifio, Remigio Bellaqueo & ſibi commodatum. Ex Codice Britannico verba quædam Petronii emendat Janus Mellerius Palmerius ſpicileg. T. 4. Lampadis artium Gruterianæ p. 693. Eodem anno, quo Petronius cum ingenti *Jo. Petri Loticbii* (*c*) commentario lucem vidit Francof. 1629. 4. prodiere junctim additæ eadem forma notæ vivorum do-

(a) Vide Crenii animadverſ. T. 5. p. 31.

(b) Ibidem habes fragmenta P. Petronii Rhetoris, Petronii Grammatici, Petronii Afranii, Petronii Indici, M. Petronii Venuſiani, Petronii Antigenidis Piſaurenſis, & C. Petronii Hilari Piſaurenſis, Petronii Apollodori Pontificis & XV. viri Romani, & Petronii Levitæ. Fuit etiam Petronius Bononienſis Epiſcopus, quem cum Arbitro confundunt Vincentius Bellovac. in ſpeculo, & Antoninus in ſumma hiſtoriali.

(c) Ejuſdem Lotichii libros quæſtionum in Petronium ineditos ſervat Francofurti ad Mœnum nobiliſſ. D. Zacharias Conradus ab Uffenbach. Capitum elenchum habes in Maſſoni Hiſt. Critica Reip. literariæ Tom. XIV. p. 319. ſeq. * Goldaſtus Epiſt. ad Caſp. Hofmannum 7. Cal. Octobris 1631. *Mitte tibi Lotichii commenta in Petronium cum aliorum notis: - - - Vide quantum abs tuo inſtituto ac judicio Lotichius diſſideat. Volebam hominem amicum hac occaſione ad lectionem veterum Medicorum deducere. - - Sed judicio deſtitutus, nec in bonis auctoribus verſatus nobis undiquaque compilavit, quæ ad grandiondum librum convaſere ex cornucopia Calepini, Textoris officina, Eraſmi Chiliadibus & conſimilibus ſcriptis poterat, ut tandem menſ...orum horrendum & infaanum magnum iſtud commentum pareret? Adeo ſibi philautia placet, ut etiam ſordes ſuas putet vera olere cinnama.*

doctorum in Petronium *Jo. Alexandri Braſſicani*, quas paulò ante obitum (A. 1540.) ad Jo. Oporinum cum Petronio à ſe emendato ut ederentur miſiſſe teſtatur Conr. Geſnerus: *Jo. Aurati* A. 1562. (eadem quæ ſub. Hadr. Junii nomine in edit. Goldaſti exſtant) *Henrici Memmii*, Senatoris Regii, *Alphonſi Delbenii* Epiſcopi Albienſis, A. 1563. *Claudii Puteani* A. 1570 *Jac. Bongarſii* A. 1584. (eædem quæ ſub titulo Anonymi auctoris leguntur in editionibus Goldaſti poſt obſervationes Franciſci Danielis) *Mamerti Patiſſonii*, & *Petri Pithœi* A. 1586. *Jo. Wouverii* A. 1595. *Caſp. Scioppii* Sirenes Petronianæ, ſive elegantiores phraſes ex Petronio excerptæ A. 1597. *Jo. Weitzii* notæ A. 1614. *Renati Moreau* quæſtiones Medico Phyſicæ in Petronium A. 1629. Præterea Laur. Pignorii diatribe de Magnæ DEum matris Idææ & Attidis initiis, Jani Douſæ ſchediaſma ad Sulpiciæ ſatyram, Petri Pithœi & Juſti Lipſii in pervigilium Veneris & Floridum de qualitate vitæ. In idem pervigilium notæ Jani Douſæ filii & Jo. Weitzii. Præmiſſa ſunt teſtimonia de Petronio veterum ac recentiorum collecta à Goldaſto, Landorpio, & Lotichio, & Barthii diſſertatio ex XLIX. 11. Adverſar. His addenda Lilii Gyraldi, Guirandi Aloſcani & Roberti Titii (*a*) loca de Petronio, quæ in editione Goldaſti leguntur. Prodiit eodem anno 1629. Petronius Francofurti 4. ſed charta minore cum commentario eximio *Joſephi Antonii Gonſalii* de Salas, & *Scioppii* ſymbolis criticis; atque iterum ibid. 1643. 4. In Bibliotheca Wittiana p. 257. memoratur etiam editio Gonſalii A. 1633. 4. ſed ſuſpicor errorem eſſe pro 1643. Cum notis eruditis & gloſſario *Io. Bourdelotii*, Pariſ. 1618. 12. 1645. & 1677. 12. & edente atque interpolante Mich. Hadrianide, cujus etiam præfatio præmittitur, Amſtelod. 1663. 12. *Non habeo fidem Bourdelotio*, inquit pag. 527. Burmannus, *qui audaciſſime ſæpe locos ſanos tentat, & neſcio quos codices crepat*. Idem teſtatur ſervare ſe duas *Hieronymi Aleandri* Epiſtolas, quas V. C. Juſtus Fontaninus ad ipſum miſerat, quibus Petronii loca quædam illuſtrantur. Quæ in Petronium commentati ſunt *Laiſneus* & *Venettius*, memorata Petro Bælio in Epiſtolis Gallice vulgatis, non viderunt lucem, quod ſciam. Omitto ἀνεκδότους Petronii interpretes Lotichio memoratos, Ant. Oiſelium, Hub. Giphanium, Adr. Junium, Theodorum Pulmannum, M. Antonium Muretum, Dionyſ. Lebeum Batillium, Franciſcum Roardum, Janum Paſſeratium, Nic. Dobbinum, Petrum Arnaudum, Joh. Iſaacum Pontanum, Melch. Heiminsfeldum Goldaſtum, & Euſtathium Swartium. Denique cum notis ſelectis Variorum & præludiis edidit Simon Abbes Gabbema, Trajecti ad Rhen. 1654. 8.

Erro-

(a) Hæc eſt Rob. Titii Apologia pro Petronio, quæ in Bibl. Barberina memoratur.

Errores Venereos, ſive incertorum auctorum Poematia & Epigrammata cum his Petronii fragmentis à P. Pithœo aliiſque edita, recenſeo infra lib. IV. Jure autem mireris nequiſſimum hunc ſcriptorem, inter Chriſtianos tot tantoſque interpretes (*a*) inveniſſe, ſed quod unum reſtabat, nuper etiam repertus fuit, qui pueris in ſchola proponendum eſſe ſuaderet, mirareturque Concilii Trid. ſententiam, qua adultis vix legendus, minime vero pueris interpretandus permittitur. * *Errores Venereos* ſive varia Poematia, & Epigrammata vetera, quæ Petronio ſubjici ſolent una cum aliis per Scaligerum, Petrum Pithœum & alios viros doctos collectis, ſeparato volumine recenſere atque illuſtrare idem præclarus Burmannus conſtituit, quod non poterit non omnibus elegantiorum litterarum ſtudioſis gratiſſimum accidere.

III. *Aliud* ejuſdem Satyrici *fragmentum* integram cœnæ Trimalcionis fabulam complectens, & *Tragurii* in Dalmatia in Nicolai Cippii Bibliotheca repertum, primus, inſcio, qui A. 1662. in codice Catulli Tibulli ac Propertii etiam carmina continente & ſcripto (*b*) circa A. C. 1423. repererat, *Martino Statilio*, vulgavit Patavii Paulus Frambottus A. 1664. 8. quam editionem cum MS. collatam Perizonius legavit Bibl. publicæ Leidenſi. Recuſum eodem anno 8. Pariſiis, præfixo de ſtyli ratione judicio. Cum vero Hadrianus Valeſius, & Joh. Chriſtoph (*c*) Wagenſeilius teſtati fuiſſent illud ſibi fraudis ſuſpectum videri, quorum tamen opinioni pauci eruditorum ſubſcripſerunt. Petr. Petitus ſub Marini Statilii J. U. D. nomine apologiam edidit; hunc enim verum illius ſcripti auctorem eſſe auctor eſt Claudius Nicaſius in Epiſtola de obitu & ſcriptis Petri Petiti ad Cl. Joh. Georg. Græviuum. Itaque cum Caji Tlibomeni, ſive, qui ſub illo anagrammate tegitur, Jacobi Mentelii conjecturis & Statilii apologia, fragmentum idem recuſum Pariſ. 1666. 8. atque iterum cum eadem Apologia Amſtelod. 1670. 8. Etiam cum notis Joh. Scheferi, Upſaliæ 1665. 8. ac cum obſervationibus Thomæ Reineſii additis iiſdem Sche-

(a) *Niſi in Æſculapios incidiſſet, poterat Medicorum turba perire*, inquit Octavius Ferrarius, qui aliquot Petronii loca emendat & illuſtrat lib. I. elector. c. 7. ſeq.

(b) Vide Jacobi Sponii Itinerarium in Græciam &c. parte 1. fol. 20. b. verſionis Germanicæ, & librum alio auctore editum Norinbergæ 1718. 8. cui titulus: Ulter und never Staat bes Ronigreichs Dalmatien. T. 2. p. 139.

(c) Cl. Vvagenſeilium ab eo tempore non pœnituit judicii ſui, uti patet ex ſynopſi Hiſtoriæ univerſalis parte 2. p. 181. Tom. IV. peræ librorum juvenilium ſuperiore anno vulgatæ, ubi probat vir doctiſſimus Joh. Lud. Praſchii ſententiam allatam ex ejus roſeto ſive præceptis ſtyli latini, qua tanquam barbarum & abſurdum rejicitur illud fragmentum. Cum Vvagenſeilio feciſſe etiam Joh. Frid. Gronovium narrat vir Cl. Vincentius Placcius in Pſeudonymorum catalogo p. 267. qui haud obſcurè innuit ſe quoque de fragmento illo an genuinum ſit addubitare.

Scheferi notis, Lipſ. 1666. 8. & cum Mentelii conjecturis, Hadr. Valeſii & Jo. Chriſtoph. Vvagenſeilii diſſertationibus Epiſtolicis & aliorum judiciis ad Chriſtoph. Arnoldum, Norimb. 1667. 8. Denique fragmentum Traguríanum prioribus ante editis ſuo loco inſertum cum ſelectis variorum commentariis vulgatum eſt à *Michaele Hadrianide* Amſt. 1669. 8. quæ elegantiſſima præſtantiſſimaque hactenus eſt Petronii editio, additis etiam variorum auctorum Poematis eroticis, aliiſque, quæ, ut dixi infra, recenſebuntur. * Hadr. Valeſii & Joh. Chriſtoph. Vvagenſeilii ſententiæ, qui illud (*a*) pro ſuppoſito habuerunt, ſubſcribit Franciſcus Vavaſſor lib. 2. Epigrammate 81. ſeq. ad Ludovicum Borbonium, Principem Condeum:

Aſſuitur compti ſatyris male cento Petroni,
Nec fraudem, Princeps ingenioſe, vides?
Hic nihil è Latio, nihil almas ſpirat Athenas &c.
Fragmentum ne crede; duplex Petronius eſt hic,
Advena Romano Dalmata ſervus hero eſt.
Iſte ſonum & linguam nunc primum diſcet herilem.
Incipit iſte aliquid jam latiale loqui.
Proficiet, ſpes eſt &c.

Apologiam, qua Petronio fragmentum iſtud aſſeritur, *Stephano Gradio* Vaticanæ tunc Bibliothecæ præfecto tribuunt Samuel Tennulius ad Frontinum p. 339. & Theodorus Rycquius ad Taciti XVI. 19. Annal. Sed illam *Petri Petiti* eſſe ex Nicaſio notavi. In Ephemeridibus litterariis Romæ A. 1668. p. 106. à Franciſco Nazario relatum memini de codice illo MS. ex quo dictum fragmentum expreſſum eſt, eum videri ſcriptum ante 300. annos, & in Bibl. Vaticana extare librum alium manu exaratum Petrarchæ, qui cum hoc tum chartæ genere & forma, tum charactere literarum ex aſſe conveniat, ut ab omni fraudis ſuſpicione editor certe ſit abſolvendus. Confer Valer. Chimentellum de honore biſellii pag. 119. & Joh. Mabillonium T. Muſei Italici p. 202. ſeq. * In iiſdem Ephemeridibus literariis Romæ A. 1670. 4. vulgatis p. 31. laudatur Statilii Apologia (*b*) pro γνησιότητι fragmenti Petroniani Traguríenſis. Equidem jam plerique eruditorum fragmentum illud Petronium agnoſcere auctorem haud ambigunt, licet notant hunc in eo de induſtria quædam putida, & affectata ac ſordida inſeruiſſe, digna nempe perſonis, quas loquentes inducit. Notis *Io. Scheferi* addendum ſupplementum, quod exſtat inter ejus Miſcellanea ſive lectiones Academicas, vulgatas Hamburgi 1675.

(a) Confer Ephemerides Pariſ. A. 1666. Ephemeride 15.
(b) Exſtat poſt Petronium Burmanni p. 324.

1675. 8. Auctoritatem Petronii in aliquibus deprimit, & in dubium vocat Godfridus Hechtius diſſ. de voce *inpræſentiarum*, Witeb. 1709. ob locutiones quaſdam male, ut illi quidem videntur, latinas. Sed ut à Chriſtiano Schœtgenio probe animadverſum eſt, cogitare poterat Petronium, præcipue in fragmento Traguriano exagitare Trimalcionem, & alios, qui iſto more ſunt locuti. Adeoque non Petronii habenda illa ſunt, ſed eorum, quos eo ipſo nomine deridet.

Editio Petronii nitida & elegans, quam cum ſelectis variorum commentariis adornavit *Michael Hadrianides*, Amſt. 1669. 8. recuſa ibid. 1687. 8. Denique luculentam, accuratam & præſtantiſſimam noviſſime dedit ſæpe jam laudatus mihi Vir ingenii, & doctrinæ laude florentiſſimus *Petrus Burmannus*, Ultrajecti 1709. 4. in qua contextus ſcriptoris emendate deſcriptus, & in capita diſtinctus ſingulis paginis ſubſtrata habet integra virorum doctorum, plerorumque commentaria: & notas antea ineditas *Nicolai Heinſii* & *Guil. Goeſii*, & frequentes ac pereruditas, ad Tragurianum præcipue fragmentum, ipſius Burmanni. Subjuncta deinde volumini præcidanea Jani Douſæ, & Gonſalii de Salas commentarius, variæque ex prioribus editionibus præfationes, & de fragmento Traguriano diſſertationes atque Epiſtolæ, & Siren latina, ſive locupletiſſimus index vocum Petronianarum. Gallice Petronius cum notis ad loca difficilia excuſus Colon. 1687. 12. Hiſt. des Ouvrages des Sav. p. 177. Famam, quæ olim increbuerat, Petronii Satyricon plenius, & locupletius exſtare apud Muretum, denique falſam deprehenſam fuiſſe leges in Ephemeridibus, Pariſ. A. 1666. 12. April. Falſum quoque eſſe exiſtimo quod Scioppius (*a*) ſtrenuus ille maximorum nominum calumniator narrat à Baudio Pariſiis dæmonem de theſauris reconditis conſultum, inprimiſque de Petronio, utrum is alicubi integer exſtaret. Quanquam Leo quoque Allatius inter alia, quæ de eruditis Dæmonem conſulentibus in limine libri de patria Homeri congeſſit, meminit etiam neſcio cujus, qui nefariis ſacris ex impuro ſpiritu ſit ſciſcitatus, utrum Petronius, & ubi integer ſupereſſet?

IV. Noſtris quidem temporibus fuit, qui Petronium *integrum* ex codice Anno 1688. Albæ Græcæ reperto edere ſe fuit profeſſus, Franciſcus Nodotus Pariſiis, ac mox Roterd. 1693. 8. Equidem aſſentior viris eruditiſſimis, qui fraudem nimis apertam eſſe obſervant, cujus ſententiæ auctores ſunt celeberrimus Leibnitzius in litteris ad W. E. Tentzelium, & Joh. Frid. Cramerus in Vindiciis nominis Germanici contra quoſdam obtrectatores Gallos,

Jac.

(*a*) In Amphotidibus Scioppianis p. 116.

Jac. Perizonius in Curtio vindicato pag. 53. ſeq. Rich. Bentlei diſſ. Anglice ſcripta de Epiſtolis Phalaridis p. 10. & auctor Obſervationum in Petronium Albæ Græcæ repertum Gallico idiomate (*a*) editarum Pariſ. 1694. 12. Equidem auctori Obſervationum reſpondit Nodotus in Anti-Critica Petroniana (*b*) itidem Gallice vulgata, ſed ingenii plus prodiit in caſtigando adverſario ſuo, quam pro tuendo pſeudo Petronio ſuo judicii vel ſolidorum argumentorum. Etiam vir doctus, qui cum vita Petronii & Gallica verſione elegantiſſima ac clavi verborum nominum, quæ ſub fictis illis perſonis Satyricus perſtrinxerit, ſatyram, qualis à Nodoto edita fuerat, vulgari curavit Pariſ. 1694. 8. quin tota genuina ſit ne dubitat quidem. Sed erunt haud dubie, qui dicent vel Nodotum ipſum vel Nodoti amicum hunc laborem in ſe ſuſcepiſſe, quo majorem novo fœtui gratiam auctoritatemque conciliaret. * Petronium Nodotianum merito ut ſubdititium rejicit Burmannus in præfat. & in notis p. 92. 217. 316. &c. adeoq; nullam illius in ſua editione habuit rationem. De iiſdem Nodotianis ſupplementis Petrus Francius:

Salve nec latio libelle naſo,
Nec lingua facili, nec elegante,
Nec ſane nimis Attici ſaporis,
Proles patris imaginoſa Galli.
Tu te ludere credis & jocari
Romano ſale, Gratiis Latinis?
Tun' fucum facere auribus Batavis?
O inſcitia ruris inficeti,
O væcordia putidi cerebri.

Recuſus tamen iterum iterumque Nodoti Petronius eſt etiam cum Gallica verſione (*c*) A. 1709. 8. addita quæ ſeparatim antea prodierat Anti-Critica (*d*) adverſus cenſorem Gallum. Occurrunt etiam Nodotiana ſupplementa in Petronio cum notis *Ioh. Boſchii* & ad Traguranum fragmentum animadverſionibus Reineſii, Scheferique vulgato A. 1700. Amſtel. forma minima, apud Joannem Molters.

Jenæ An. 1700. 12. prodiit Petronius ab omni obſcœnitate liberatus cum brevibus notis excerptis & poſtumis Jo. Andreæ Boſii. In hac editione ratio etiam habetur fragmentorum Nodotianorum.

Denique in Clariſſ. Jo. Georgii Eccarti excerptis litterariis menſtruis

(a) Titulus libri: *le tombeau du faux Petrone du Belgrade.*

(b) Integer titulus ita ſe habet: *la Contre Critique de Petrone, ou reponſe aux obſervations ſur les fragmens trouvez à Belgrade en 1688. avec la reſponſe à la lettre ſur l'ouvrage & la perſonne de Petrone* à Paris 1700. 8. Auctor ipſe ſibi promittit, quod lectores, qui Petronii ſtudio ducuntur in hoc libro cum voluptate contemplaturi ſunt *le triomphe des nouveaux fragmens.*

(c) Boekſaal van Europe A. 1695. T. 2. p. 61.

(d) Hiſtory of the vvorks of the learned A. 1701. p. 344.

ſtruis A. 1701. menſe Decembri p. 13. lego Nicolaum Venetteum ad editionem paraſſe verſionem Gallicam Petronii cum notis & lexico, cui ſubjuncturus ſit *Poema* ejusdem hactenus ineditum *de mutatione Rep. Romanæ*, ex recenſione C. Granarti. Vereor tamen ne illud ipſum poema intelligatur quod hoc argumento exſtat atque incipit: *Orbem jam totum victor Romanus habebat*.

* Quidam cum in Itinerario Italico legiſſet Bononiæ Petronium integrum aſſervari, eum ſibi, cum illa in urbe verſaretur, oſtendi rogat. Deductus igitur in templum eſt, monſtratumque ibi S. Petronii cadaver. Vide Menagiana Tom. 3. pag. 112. ſeq. & de illo S. Petronio Martyrologia 4. Octobr. & Tillemontium T. XV. memor. pag. 30. ſeq. Alius Petronius Probus ProCos: & præfectus, in veteri inſcriptione Græca apud Turnefortium itinerar. p. 25. edit. in 4. Petroniorum ſive Petrunculorum nomine cæteroqui venit genus canum venaticorum, de quibus Tho. Fullerus in opere de viris illuſtribus Angliæ (the Hiſtory of the vvorthies of England. Lond. 1662. fol.) ubi de Provincia Lincolnienſi T. 2. p. 150. ubi etiam de vertagis ſive veltragis & moloſſis Britannicis. Narrationem Petronianam de matrona Epheſia, quæ c. CXI. exſtat, Gallica proſa expreſſit Euremonius in Opuſculis Miſcell. T. 2. p. 27. Gallico carmine Fontanus fab. 242. Hebraico R. Berachias in Miſchle Schualim. Belgice narrat P. Rabus in Diario Roterodamenſi, Boekſaal van Europe A. 1695. Tom. 2. pag 75. Germanice B D. Carpzovius, Conc. funebr. Tom. IV. pag. 132. Epheſiæ huic in virum ſuum defunctum injuriæ, perfidiam Thomæ Inckli, qui amaſiam ſuam vivam ac ſpirantem Indis vendidit, opponit Spectator ille, Gallice etiam verſus ex Anglico, ſed tam cupide lectus in Anglia, ut cum primum prodirent foliorum recens exeuntium à prælo exempla ad vicies mille una die direpta dicantur, T. 1. diſſ. IX.

CAPUT XII.

DE PERSIO & SILIO Italico.

Perſii ætas. 1. *Editiones atque interpretes*. 2. *Index Scriptorum à veteri Scholiaſte Perſii laudatorum*. 3. *Ætas Silii*. 4. *Poema de bello Punico*. 5. *Ejus editiones*. 6.

I. A. PERSIUS (*a*) FLACCUS natus Volaterris (*b*) Eques Romanus æqualis Lucani Poetæ, & una cum eo Annæi Cor-

(a) Perſii, dubito an noſtri, effigies in marmore apud Fulv. Urſinum p. 46. elog. & in theſaur. Antiqu. Græcarum Gronoviano T. 3. a a a a. Fuit & Cajus Manius Perſius homo doctiſſimus, de quo Cicero 2. de Oratore, & 1. de finibus refert Lucilium dicere ſolitum: *Perſium hæc legere nolo, Lalium Decimum volo*. Alius Julius Perſius in Apuleji Floridis.

(b) Ita pleriſque perſuaſum eſt auctore Euſebio in Chron. & ſcriptore vitæ Perſii, li-

cet

Cornuti (*a*) Philoſophi Stoici auditor, vix duodetriginta annos natus, obiit anno Imperii Neronis nono. Reliquis Perſii poematis juvenilibus juſſu Cornuti poſt auctoris mortem abolitis, utpote indignis luce, ſolus ad nos pervenit *liber ſex ſatyrarum* (*b*) doctus & argutus, ſed cum acerbis (*c*) ſalibus plenus, tum ita obſcurus, ut propterea aliquibus abjiciendus eſſe videretur. * De Perſii, Lycophronis Latini, (*d*) patria Auguſtinus Oldoinus in Athenæo Liguſtico pag. 80. ſeq.

II. Ut hodie illuſtratus eſt Perſius, etiam à mediocriter doctis legi & intelligi poteſt. Cum vero multorum induſtria in eo interpretando verſata fuerit, præter ceteros, optime de hoc ſatyrico meruiſſe dicendus *Petrus Pithœus*, qui *vetera Scholia* (*e*) utiliſſima in Perſium ex veteri codice cum notis ſuis publica-

cet ipſe ſe poeta Ligurem è Tigulia prope portum Lunæ innuere videtur, Sat. VI. verſ. 6. ſeq. Vide Caſpari Maſſæ, & Ludovici Aproſii diſſertationes Italico idiomate ſcriptas de patria Perſii, quæ recuſæ leguntur ad calcem Raphaelis Soprani de ſcriptoribus Liguriæ. Gregorium Leti in Italia regnante parte IV. p. 373.

(a) Cornutum ſuum multis laudat Perſius Satyra V. quæ ridicule inſcribitur etiam in Schreveliana editione, *ad Magiſtrum Equitum Cornutum*, pro eo quod legi debebat *ad Magiſtrum Annæum Cornutum*. De Cornuto & ejus ſcriptis dixi lib. III. Bibl. Græcæ cap. 15. p. 398. ſeq.

(b) P. Pithœus teſtatur in antiquo MS. ſingulas paginas hanc inſcriptionem præ ſe tuliſſe: *Thebaidorum Perſii Satyra*, & in extremo: *Explicuit Perſii Thebaidorum Satyra feliciter*.

(c) Hinc *Severi* appellationem Perſius tulit, ut Lucilius à Juvenale dictus eſt *ardens*; Catullus *doctus* ab Ovidio, Horatius à Perſio *vafer* dicitur, Lucretius à Lucano *difficilis*. Confer Bælii Lexicon in Perſio, quem propter ſingularem carminum obſcuritatem non dubitat Latinorum Lycophronem appellare. Neque ignotum eſt, quod paſſim narratur de S. Hieronymo, qui non capiens ejus tenebras *intellecturis ignibus ille dedit*, abjectoque libro *ſi non vis intelligi*, inquit, *non debes legi*. Minus præclare de Perſio ſentit Vavaſſor libro de ludicra dictione p. 239. ſeq.

(d) Giornale de' letterati d'Italia Tom. VIII. p. 76.

(e) Scholia antiqua ante Pithœum ediderat Rob. Stephanus 1549. 8. Locupletiora Elias Vinetus Pictavis 1563. 4. ſed magis ſelecta ſunt, quæ Joſ. Scaligero Eclogario ex MSS. P. Pithœus vulgavit. Neque hæc tamen, neque illa qualia hodie exſtant, vel *Cornutum* vel *Probum* habent auctorem, ſed ex diverſæ ætatis, & eruditionis interpretum notis ſunt conflata. Chriſtiani ſcriptoris non eſſe probat Pithœus ex iis, quæ ad ſat. 5. v. 184. leguntur. H. Ernſtius lib. 1. c. 7. Obſ. fide codicis antiqui Mediolanenſis tribuere ea non dubitat *Helenio Acroni*, quod nec Vincentio Placcio improbabile videtur p. 179. catalogi Pſeudonymorum. At longe abeſt, ut credam viris doctis in mentem veniſſe integra, & ſincera Acronis in Perſium commentaria ſcholiis illis contineri. Janus Parrhaſius p. 15. Epiſt. ait ſe alios genuinos *Probi* commentarios in primam Perſii ſatyram manu exaratos legiſſe longe majori cura ac ingenio compoſitos. Alia ſcholia vetera in Perſium profert Barthius lib. 56. cap. 2. lib 11. cap. 27. Adverſar. * Scholiaſtes Perſii Barthio p. 129. ad Claudianum videtur eſſe *Cornutus* Grammaticus, (cujus in Virgilium à Gellio, Chariſio, Servio allegatur,) ſed interpolatus ad ſequiorum temporum captum atque uſum. *Helenio Acroni* ſcholia illa tribuit Jo. Rhodius pag. 133. ad Scribonium Largum. Ex locupletiore Bonav. Vulcanii Codice quædam producit

Paulus

vit Pariſ. 1584. 1590. 8. Heidelb. 1610. 8. tum *Iſaacus Caſaubonus*, cujus eruditiſſ. atque uti Joſepho Scaligero videbatur divinus commentarius additis antiquis ſcholiis vulgatus eſt Pariſ. 1605. 1615: & auctior Londini 1647. 8.

Ex reliquis Perſii editionibus hæ mihi innotuerunt: * Lovanienſis 1475 fol. per Joannem de Vveſtphalio *arte quadam characteriſandi moderniſſima*. Et Mediolanenſis 1476. fol. per Anton. Zarotum; Daventrienſis A. 1482. fol. In Ephemeridibus litterariis Germanicis Liſ. 1710. pag. 899. reprehenditur Georgius Nicolaus Kriegk, quod pag. ultima diſſ. de Perſio Jen. 1701. editæ ſcripſit Auguſtum glorioſæ memoriæ Ducem Bruſvincenſem adhuc juvenem nomine ſuo diſſimulato edidiſſe ἀνεκδότους antea *Barthol. Fontii* notas in Perſium. Illam editionem haud vidi. Sed idem ante Kriegkium tradiderat Conringius de Bibl. Auguſta pag. 86. & Codicem Guelpherbytanum Commentarii Fontiani dignum editione laudat Struvius introduct. in Hiſt literar. pag. 137. Cæterum haud dubie Perſius, Fontii notis illuſtratus ducentis fere annis ante prodierat, ut Venetiis 1482. fol. per Baptiſtam de Tortis, & anno eodem atque eadem in urbe per Renaldum de Noviomago Theutonicum: atque iterum 1484. 1495. & apud Petrum Joannem de Quarengis 1492. fol. in qua editione Perſius cum commentario *Fontii* & *Jo. Britannici*, Brixiani, extat, Juvenalis vero cum commentario Georgii Vallæ & Domitii Calderini. Perſius cum notis Jo. Britannici prodierat Brixiæ 1486. fol. typis Jacobi Britannici Brixiani. In iisdem Ephemeridibus laudantur Variæ lectiones Perſii & Juvenalis ex Codice MS. illuſtris Gersdorfiæ: atque in Perſii Sat. 1. & 2. *Lud. Cendratæ* annotationes MSS. in Bibl. Rhedigeriana. *Cantalycii* circa A. C. 1472. clari commentarius in Perſium Franciſco Mariæ Epiſcopo Viterbienſi dicatus, neſcio an editus, memoratur à Labbeo Bibl. nov. MSS. p. 68.

Perſius ſine notis apud Aldum A. 1501. 8. cum Juvenali; Lipſiæ 1507. fol. & ſine anni nota in 4. Editio Perſii Pariſienſis Pariſ. 1523. fol. apud Jodocum Badium Aſcenſium, additas habet præter ejusdem Badii notas *Jo. Baptiſtæ Plautii*, *Jo. Britannici*, *Ælii Antonii Nebriſſenſis*, *Jo. Murmelii*, Ruremundenſis, & *L. Jo. Scoppæ*. Cum notis *Nebriſſenſis* (*a*) prodiit etiam Perſius Pariſ. 1527. 8. apud Rob. Stephanum, & Lucronii in Hiſpania 1529. 8.

Perſius

Paulus Merula ad fragmenta Ennii p. 67. referens & ipſe ſcholia illa ad *Annæum Cornutum*. In Bibliotheca Goldaſti fuit vetus Perſii interpres *Sabius Janens* MS. in membrana. Vide Erhardum, ſive ipſum potius Goldaſtum, limine notarum ad Petronium.

(a) De hoc Nebriſſenſi fuſe Nic. Antonius Bibl. Hiſp. Tom. 1. in *Antonius de Lebrixa*.

Perſius apud Sim. Colineum. Lugd. 1528. 8. Cum ſcholiis *Joannis Murmelii* Rutemundani & *Herm. Buſchii*, Pariſ. 1531. & 1538. 4. & apud Chriſtianum Wechel 1533. 8. item Magdeburgi 1537. * Cum Plautii, Cornuti, Britonis ſive Britannici Brixiani & Fontii commentariis Auguſtæ Vindel. 1544. fol. Prodiit & Perſius cum Juvenali Venet. 1530. 12. 1535. 8. apud Bernardinum Stagninum; Lugd. 1534. 8. ap. Gryph. & Pariſ. apud Rob. Stephanum 1544. 8. Cum notis *Jo. Murmelii*, & *Eraſmi* Colon. 1538. 8. Baſileæ 1551. fol. cum notis Badii, Britannici, Murmelii, *L. Ioannis Scoppæ*, *Io. Baptiſtæ Plautii*, *Ælii Antonii Nebriſſenſis*, & *Cœlii Secundi Curionis*. * In hac tamen editione notæ Nebriſſenſis non ſunt integræ:

Perſius cum *Antonii Foquelini* commentario Pariſ. 1555. 4. Cum Scholiis antiquis & commentario *Eliæ Vineti* Pictav. 1563. 4. Juvenalis & Perſius cum notis *Theod. Pulmanni* Antvv. 1565. 8. *Nicodemi Friſchlini* Paraphraſis Baſil. 1582. 4. Francof. 1596. 4. * *Feder. Ceruti* paraphraſin, Venet. 1597. 8. editam notaſque *Phil. Engelberti* Baſil. 1580. 4. & *Theod. Marcilii* Pariſ. 1600. 8. Lipenius commemorat. Editionem Perſii Amſtelodamenſem A. 1595. 8. cum paraphraſi & notis *Eilbardi Lubini* Crenius parte III. animadverſ. p. 17. & Bibliotheca Bultelliana p. 403. *Steph. Claverius*, qui in Martialem & Claudianum ſcripſit, Perſium quoque illuſtravit Pariſ. A. 1607. 8. de quo vide Barthium ad Statium T. 1. p. 432. Cum ecphraſi ſive paraphraſi & ſcholiis *Franciſci Sanctii*, Brocenſis, Salmanticæ 1599. 8. Perſius cum notis *Vineti*, *Petri Pithœi*, *Theod. Marcilii*, *Io. Tornupæi*, & ſcholiis veteribus Cornuti, ſive quicumque illorum eſt auctor, Pariſ. 1601. 4. apud Morell. Cum notis & paraphraſi *Eilbard. Lubini* Hanov. 1607. 8. & 1619. * Cum notis poſtumis *Io. Bond.* Lond. 1614. 8. Norimb. 1625. Pariſ. 1644. 8. & Amſtel. 1645. 12. Cum notis *Th. Farnabii* Lond. 1612. 8. Francof. 1623. 8 Amſt. 1634. 1648. 12.

Juvenalis & Perſius ex recenſione *Nic. Rigaltii* Pariſ. 1616. 12. *Aſterii Manlii* in 1. & 2. Perſii Satyram Commentarii & notæ Parmæ 1621. 4. Juvenalis & Perſius typis Regiis nitide excuſus Pariſ. fol. Perſius cum commentario *Dav. Wedderburni* Scoti, Abredonenſis, Amſt. 1664. 12. * Paraphraſin & commentarium *Dav. Vvedderburni* in Perſium, poſt auctoris mortem edidit frater Alexander Vvedderburnus, Amſtelod. 1664. 12.

Editioni Juvenalis & Perſii Friburgenſi Anno 1608. 4. *Joſephus Langius* indicem omnium vocabulorum adjecit, qui deinde ſervatus in edit. Genev. 1612. forma minore, & à *Lud. Prateo*, à quo ii-

dem autores in uſum Delphini vulgati ſunt Pariſ. 1684. 4. * Juvenalis & Perſius ex *Lud. Pratei* editione in uſum Delphini recuſus Lond. 1691-1699. 8. His adde editiones Juvenalis, & Perſii cum notis variorum Lugdunenſem Bat. 1648. 1671. & utraque meliorem eodemque omnium verborum indice auctam Amſtelodamenſem A. 1684. 8. in quibus itidem vetus ſcholiaſtes occurrit, ſed aliquando, ut in prologo ſtatim, mancus cum à Pithœo plenior editus fuiſſet, cujus annotationes quoque neglectas miror. Præclara denique editio cum Vett. ſcholiis integris, notis Iſ. Caſauboni &c. Lugd. Bat. 1697. 4. adjuncta Juvenali Henniniano. De notis variorum, quæ ſunt ex doctorum commentariis à *Corn. Schrevelio* aliiſque excerptæ interpretationes, nemini ignotæ eſſe poſſunt eruditorum querelæ, *quibus diſplicent, qui neſcio quibus agitati Bacchicis furoribus quoſvis doctorum labores in pannuceos centunculos ſine nomine ſine judicio ſine miſeratione dilacerant, & dein miſerabiles ſuas quiſquilias invidendo, & ſplendido variorum titulo oſtentant*, ut ait ad Juvenalem V. C. Henr. Chriſtianus Henninius. Neque tamen hoc æque de omnibus promiſcuè dicendum: & qui integras doctorum notas ſine modo accumulant, forte rem ex vero putantibus ſæpe melius de autoribus notarum, vel typographis ac bibliopolis, quam de lectoribus eadem crebrius & ſæpe parum ad rem facientia inculcari ægre ferentibus meriti poterunt videri. * Denique Juvenalis & Perſius prodierunt cum interpretatione ac notis Joſephi Juvenci è S. J. Rothom. 1697. 12.; & ex recenſione *Michaelis Maittaire*, Lond. 1716. 12. additis Variis Lectionibus editionum quarundam antiquiorum, quæ Annum 1500. anteceſſere.

* Prologum Perſii *Græca* Metaphraſi donavit præter Joſephum Scaligerum Dionyſius Petavius lib. 2. Epiſt. 29. * Gemma Bacchanalis, cujus icon exſtat in fronte commentariorum Iſ. Caſauboni ad Perſium, illuſtratur ab eodem Caſaubono in libro de Satyra; & pulcherrimis imitationibus clariſſimæ artificis Hajæ (Madame le Hay.) locum dedit. Vide Memorias Trevoltinas A. 1717. p. 1840. ſeq.

*Gallice** ut antiquam Metaphraſim Abelis Foulonii Pariſ. 1514. editam omittam, verterunt Perſium Quercetanus, Pariſ. 1607. 8. Marollesius ib. 1653. 8. Sylvecanus, additis notis ib. 1693. 12. * & carmine liberiore nuper, latinis ex adverſo poſitis vulgavit Nobilius. Satires du Perſe traduites en vers François, & accommodees au gout preſent par Mr. Noble, Amſt. 1706. 8. Cum Proſaria luculenta paraphraſi Tarteroni Perſius, & Juvenalis ſæpius prodiit, & eſt mihi ad manus editio Pariſ. 1706. 12. *Italice* poſt Jo. Antonii Vallini expoſitionem, *le oſcuriſſime ſatire di Perſio con la chiariſſima ſpoſitione di Giovanni*

vanni Antonio Vallone, Neapoli 1576. 8. & poſt Metaphraſim Franciſci Stellati cum commentariis editam Romæ 1630. 4. Amſt. 1706. 8. noviſſime Camillus Sylveſter (*a*) Nobilis Rhodiginus ſatyras Juvenalis, & Perſii Hetruſco carmine expreſſas cum notis, & diſſertationibus, antiquitates varias illuſtrantibus prælo ſubjecit Patav. 1711. 4. Nam metaphraſin eruditiſſimi Viri, Antonii Mariæ Salvini (*b*) adhuc deſideramus: *Anglice* cum commentario Juvenalem, & Perſium edidit Bartenius Holyday, Oxon. 1616. 8. 1673. fol. Et ante paucos annos prodiit Perſius ex Metaphraſi præſtantiſſimorum poetarum Diepneyi, Drydenii, Creechi & Congrevii, cum notis, & diſſertatione de natura origine ac progreſſu Satyræ. *Germanica* Metaphraſis Jo. Samuelis Adami lucem vidit Dresdæ 1674. 8. qui in præf. etiam prælectionum ineditarum Frid. Rappoltii in Juvenalem & Perſium meminit. *Hiſpanica* Didaci Lopez Valentini Burgis 1609. 8. Verſionem quoque Bartholomæi Melgareji, ſed ineditam memorat Nic. Antonius.

III. Index Scriptorum à veteri ſcholiaſte Perſii, duplicis editionis laudatorum.

Editio Pithœi notatur per numeros majores ſatyrarum, & minores verſuum: Eliæ Vineti 1601. 4. per numeros paginarum.

Accius, vide Labeo. p. 11. Acron II. 56.
Actius p. 15.
Claudius Agaternus, medicus Lacedæmonius & Petronius Ariſtocrates Magnes acriter apud Cornutum philoſophati. *Vit.*
Æſopus p. 49. 50.
Arceſilas p. 43.
Petronius Ariſtocrates. vide in Agaterno.
Ariſtophanes p. 23.
Aruſpices II. 26.
Aſtrologi. V. 47.
Atines Celer. p. 24.
Cælius Baſſus, poeta Lyricus, ad quem ſcribit Perſius. VI. 1. *Vit.*
Bathyllus pantomimus, Mecenatis libertus. V. 123.
Calpurnius Statura Perſii amicus. *Vit.*
Cato p. 39.
Catonis deliberativa oratio III. 45.
Celer, vide Atines.
Chilo p. 5.
Chryſippus Philoſophus VI. 80. & p. 74.
Cicero I. 11. & p. 5. 15.
Comici Poetæ I. 44.
Annæus Cornutus, ad quem ſcribit Perſius V. 22. *Vit.* Tragicus fuit ſectæ Stoicæ, qui libros Philoſophiæ reliquit *id.*
Cornutus ſcholiaſtes ſcripſit ſub

(a) Journal des Savans 1713. Aout. p. 231.
(b) Giornale de'letterati d'Italia Tom. XIV. p. 433.

Conſulibus III. 28. & p. 38.
Cratinus p.23. ſatyra id.
Democritus p. 39.
Demoſthenes I. 28.
Ennius VI.10.& p. 3. 67, 68. ter.
Epicorum carmina . I. 95.
Eupolis p. 23.
Gallorum lingua barones ſervi militum V. 138.
Glycon tragœdus V. 1.
Græcus verſus, ex ventre craſſo tenuem ſenſum non naſci I.56.
Herodiani . V. 180.
Heſiodus p. 3.
Homerus p. 4, 68, 69.
Horatius II. 14.III. 21.V. 22, 47. 52, 54,153. VI.24.& p.5,8,9,10, 14, 19, 20, 21, 22, 24, 25, 26, 33, 34, 37, 38, 42, 45, 46, 48, 49, 51, 53, 55, 56, 58, 62, 64, 65, 68, 69.libro quarto.carminum. I. 28.
Judæorum inſtituta V. 184.
Juvenalis I. 18. IV. 18. p. 6, 7, 14, 21, 27, 28, 31, 45, 49, 56.
Accius Labeo p. 4, 11. tranſtulit Iliada & Odyſſeam verbum ex verbo, ridicule ſatis. I. 4. ejus verſus, ibid. Iliadem Homeri, verſibus fœdiſſime compoſuit. I. 50, 122.
Annæus Lucanus p.3, 11, 12, 49. Cornuti auditor. *Vit.*
Lucilius I. 26. & p. 4, 21, 22, 35, primo I. 2. quarto III. 1. decimo. *Vit.*
Plotius Macrinus. vide Plotius.
Maſurius Sabinus legis conſultus V. 88.
Menandri Eunuchus V. 161. p. 65.
Nero Imp. p. 18, 22. Ejus carmina per ſcholas celebrabantur. I. 29. verſus I. 99. Troicon. I. 122.
Ovidius p. 25, 41, 71.
Pacuvius p. 15, 16.
Palæmon, Perſii præceptor. *Vit.*
Perſius p. 10, 53, 54, 60, 63, 67. Ejus præcepta & ὁδοιπορικῶν liber, & pauci in ſororem, Thraſeæ uxoris Arriæ matrem verſus, Cornuto ſuadente abolita. *Vit.*
Petronius Ariſtocrates, vide in Agaterno.
Phyſici. I. 12.
Plautus III. 89. & p 45.
Plotius Tucca Virgilii amicus. II. 42.
Plotius Macrinus homo eruditus, ad quem Perſius II. 1.
Poetæ incerti verſus: *ò multum ante alias infelix littera theta.* IV. 31. & p. 18. *Vertitur œnophoris fundus ſententia nobis.* V. 140
Proverbium *quantum non mihi volant*. IV. 26.
Pythagoras. V. 22.
Salluſtius p. 32.
Sannarum tria genera. I. 58.
Senecam ſero cognovit Perſius, ſed non ut caperetur ejus ingenio. *Vit.*
Corn. Severus I. 95. p. 18.
Socrates p. 50.
Solon. p. 43.
Stemma Tuſcum. III. 28.
Terentius p.28, 31, 37, 50, 58, 65. & V. 52. in Eunucho perſonas Menandri immutavit. V. 161.
Pætus Thraſea. *Vit.*
Varro I. 72. II. 70. p. 15, 29, 33.

Epi-

Epigramma in Licinium. II. 36.
Verginius Flaccus Rhetor, Perſii præceptor. *Vit.*
Virgilius p. 3,5,6,8, 9,12,15,18, 19,20,25,27,28, 29,33,35, 37,40,41, 43,44,45,46, 48, 54,56,57. & I. 58, 59, 68,70, 71. III. 21. V. 53. VI. 56.
Virgilius tragœdus. V. 1.

IV. C. SILIUS ITALICUS ex Italica civitate Pelignorum, primum conſulatum (*a*) Romæ geſſit anno fatali Neronis Imp. eoque honore deinde bis iterum functus eſt. Ciceronis & præſertim Virgilii ingens cultor, & in utroque ſcribendi genere etſi paſſibus non æquis imitator, in Campania cum morbi lentitudinem inedia prævertiſſet annos natus 75. deceſſit primis annis Trajani Imperatoris. * Prænomen SILII apud Modium in novantiquis lect. & Glandorpium in Onomaſtico non *Cajus* eſt, ſed *Publius*. Italici cognomen conſecutus eſt vel quacunque (*b*) alia de cauſa, vel quod ipſius aut unius è majoribus ipſius patria fuit Italica Pelignorum, aut Italica Bæticæ, (ſequioribus ſæculis *Talca*) (*c*) dubium enim illud eſt viris doctiſſimis Nic. Antonio Bibl. Hiſpanæ vet. lib. 5. p. 85. ſeq. & Chriſtophoro Cellario in diſſ. de Silio Italico, edita Halæ Sax. 1694. 4. & in diſſertationibus ejus Academicis junctim excuſſis Lipſ. 1712. 8. diſſ. IV. & in prolegomenis Arnoldi Drackenborchii ad Silium recua. Conſulari dignitate ſemel tantummodo A. CHriſti 67. nec iterum functus eſt, licet filium reliquit moriens jam Conſularem. Nam poſt conſulatum ſuum Aſiæ proconſul, & apud Vitellium etiam Imp. gratioſus, poſt illud tempus in Campania in otium litterarium ſe recipere, quam Romæ in Rep. verſari maluit.

Alia de Silio & in ejus defenſionem Vir Conſultiſſ. Nic. Hieronymus Gundlingius in Gundlingianis parte XII. c. 1. & Nic. Antonius in Bibl. veteri Hiſpana lib. 1. cap. 18. Eruditiſſimum Poetam appellat Thomas de Pinedo pag. 262. ad Stephanum Byz. non ſine cauſa ille quidem, (*d*) ſed fallitur Claudius Dauſquejus, qui notis ad Silium pag. 641. in deſcriptione Virtutis & Voluptatis Philoſtratum Silii oculis obverſatum eſſe, cum ſcriberet, ſtylique imitatione ſibi expreſſum perſuaſit. Nam certum eſt quod Philoſtratus ille poſt Silium ſcripſit. Jo. Antonio Vulpio judice pag. 113.

no-

(*a*) Vide Plin. Epiſt. III. 7. *Eſt res rara quidem, Poeta Conſul*, inquit Jac. Duportus de Silio agens p. 264. poematum.

(*b*) Spartianus in Hadriani vita cap. 12. *Italici ſunt Itali genere, in provinciis negotiantes, vel fixa etiam ſede ibi commorantes.* Alius Silius Proprætor, ad quem Ciceronis Epiſtolæ libro XIII.

(*c*) Acta Eruditor. 1719. p. 178.

(*d*) *Ubique in Silio Græcæ eruditionis veſtigia, ubique elegantia.* Dan. Heinſius ad II, 626.

notis ad Catullum, ubi Statium cum Silio conferre placet, Statius acrioris ingenii & ad excogitandum promtioris utique videtur, ſed *alter ille perpetuo languidus*, *Virgiliani*, *poematis compilator*, *& plane ad aliorum imitationem compoſitus*. Memoriæ Trevoltinæ A. 1713. pag. 538. de Juvenco: *Juvencus n'eſt pas un excellent Poete, il manque de feu qui donne à la Poeſie toute le beaute & toute ſa force. Cependant quoique auſſi froid que Silius Italicus, il eſt plus clair* &c.

V. Exſtat ejus Poema Heroicum *de bello Punico*, quod ætate provectus (*a*) ſub Domitiano Imp. uſque ad Scipionis Africani triumphum deſcripſit *libris XVII.* Hiſtorici magis partibus functus, quam Poetæ ingenio ſuo indulgentis, unde majori cura, quam ingenio ſcripſiſſe affirmat Plinius junior lib. 3. Epiſt. 7. Inventum eſt Silii Poema à Poggio Florentino in turri quadam una cum aliis libris durante Concilio Conſtantienſi, ut ex Ugolini Verini Florentiæ illuſtratæ libro 2. notat Colomeſius ad Gyraldi dialog. IV. de Hiſtoria poetar. p. 240. & ante Colomeſium Voſſius pag. 550. de Hiſt. latin.

Quin etiam ſolers (Poggius) *Germanis eruit antris*
In latium altiloqui divina Volumina Sili.

Alius Codex antiquus, de quo Philippus Roſſius in libro cui titulus: *ritratto di Roma antica* p. 83. ubi de Bibliotheca Vaticana: *Fù portato di Spagna il libro di Silio Italico con l'imagine di Annibale, il quale hoggi ſi ritrova nella predetta libraria*. Verſus octoginta lib. VIII. 143. ſeq. primus è vetuſto codice reſtituit Franciſcus Aſulanus.

De Silii Codice MS. aliiſque aliorum præclariorum ſcriptorum antiquorum lucubrationibus per Poggium in Germania A. 1416. tempore Concilii Conſtantienſi repertis & feliciter ab interitu vindicatis vide ſi placet quæ infra c. 15. in Quintiliano.

VI. Prima editio (*b*) Romana per Conr. Schvveinheim. & Arnoldum Pannartz, A. 1471. fol. ſtudio *Ioannis Andreæ* Alerienſis in Inſula Cyrno Epiſcopi, ejuſdem cui Livii & tot aliorum præſtantiſſimorum auctorum primas editiones debemus. Illius excuſa ſunt exempla non plura quam CCLXXV. ex quibus unum Bibl. publicæ Leidenſi legavit celeberr. Perizonius. Hanc ſecutę ſunt Romanæ 1474. & 1480. fol. Mediolanenſis A. 1481. fol. typis Antonii Zarotti, ex *Petri Iuſtini Philelph* recognitione. Et Parmenſis 1481. fol. Quæ in Silium elucubrarunt *Petrus Montopodita*, *Pomponius*, & *Domitius Calderinus*, neminem novi, qui typis exſcripta viderit. Cum commentariis *Petri Marſi* prodiit Silius Venet. 1483.

(*a*) Martial. VII. 62.
(*b*) Hallervod. p. 373. Bibl. curioſæ 35. Beughem. incunab. typograph. p. 126.

1483.fol.per Baptiſtam de Tortis, & in eadem urbe 1492. fol. opera ingenioque Boneti Locatelli, nec non Pariſ. 1512. fol. ex ædibus Nicolai de Pratis. Lipſiæ 1504. fol. cum *Hermanni Buſchii* argumentis, per Martinum Herbipolenſem, & cum ejusdem Buſchii ſcholiis in margine adjectis. Baſil. 1522. 8. apud Tho. Vvolfium, & 1543. 8. apud Henricum Petri,& Pariſ. 1531. 8. apud Simonem Colineum. Silius ſine notis Pariſ. 1508. 4. Lugd. 1514. 8. per Damianum Beneſſam,& Florent. apud Philippum Juntam 1515. 8. ex caſtigatione *Ambroſii Nicandri*, Toletani, ſed quem inconſiderata mutandi prurigine plurimis locis Silium miſere corrupiſſe, Clariſſ. Drakenborchius fidem facit. Tamen Nicandri veſtigia legunt Silius ex Aldi officina 1523. 8. & Antuerpiæ de Phil. Nutium 1567. 12. ad Aldinam ſive Franciſci Aſulani editionem expreſſus. Verſus libri octavi, ab 145. ad 225. *a vetuſtis abſunt exemplaribus. Qui nunc leguntur, eos primus Andreas Aſulanus, Aldi Manutii ſocer in editionem ſuam anno* 1523. *procuſam invexit, depromtos ut opinor ex collectaneis* Jacobi Conſtantii, *editis Fani, anno* 1508. *qui eos ad Baptiſtam Guarinum è Galliis fuiſſe miſſos affirmat cap.* 92. *An Silii ſint, multum ambigo*. Hæc Nicolaus Heinſius notis ad Silii VIII. 145.

Recuſus inde Silius Lugduni apud Seb. Gryphium 1547. 1551. 12. Lugduni 1578. 12. & 1598. 12. apud Antonium Candidum. Ex Codice MS. antiquiſſimo Colonienſi & optimæ notæ (Caroli Magni ut volunt ætate exarato) ſed in quo dimidium libri ſexti decimi & totus ultimus deſideratur, multa Silii loca feliciter reſtituit *Lud. Carrio* in emendationum & antiquarum lectionum libris, editis Antvv. 1576. 8. & Pariſ. atque recuſis in Lampade artium Gruteriana Francof. 1604. 8. Tomo III: plura etiam *Franciſcus Modius* in novantiquis lectionibus Francof. 1584. 8. & in Lampade Gruteri Tomo V. licet Silius Modii, quem cum Homero & Virgilio collatum ac locis innumeris emendatum edere promiſit, nunquam in lucem prodiit. Totum Silium poſtea ad easdem membranas recenſuit, notiſque ſub crepundiorum Silianorum titulo adjunxit *Daniel Heinſius* tunc natus annos necdum viginti, Lugduni Bat. 1600. apud Chriſtoph. Raphelengium, forma minore. Codicis MS. Oxonienſis Collegio Reginæ excerpta à Grutero nactus *Caſpar Barthius* (a) Silio emaculando & illuſtrando multa capita tribuit in ſuis Adverſariorum libris excuſis Francof. 1624. fol. nono anno poſt Silium à *Claudio Dauſqueio*. Sanctomario, Canonico Tornacenſi cum eruditis commentariis editum Pariſiis apud Davi-

(a) Confer Crenii animadv. Philolog. XI. g. 15.

Davidem Douceur, 1615. 4. cujus ejusdem editionis exempla quædam annum 1618. præferunt. Quamvis non ſemper Dauſquejus optimam amplexus eſt lectionem, & in Modium, Heinſiumque invehitur iis quandoque in locis ubi ſequi eos ſatius fuerat.

Cæteræ Silii editiones, notis illæ quidem deſtitutæ (ut omittam quæ in Corporibus Poetarum Lugd. 1603. 1616. 1627. 4. Genev. 1611. 1640. 4. & Lond. 1713. fol.) ſunt: Antuerpiæ apud Gislenum Janſenium 1601. 12. Lugduni apud Joannem Pillehote 1603. 12. & 1614. 8. Genevæ ap. hæredes Jacobi Chouet, 1607. 12. Lugd. Bat. 1611. apud Chriſtophorum Raphelengium, forma minore. Amſtelodami apud Guil. Janſonium 1620. & 1627. forma minore, cum præmiſſa Silii vita per Hermannum Buſchium. *Danielis Heinſii* crepundiis Silianis in editione Cantabrigienſi 1646. 12. à Rogero Daniele addita eſt ejusdem Heinſii diſſertatio de veræ Criticæ apud veteres ortu, progreſſu, uſuque, tum in cæteris diſciplinis, tum in ſacris: & de religione Ægyptiorum, Græcorum, Latinorumque ex Oriente repetenda origine. Denique *Chriſtophorus Cellarius* Silium de integro recenſuit, notis ſuccinctis, tabulis Geographicis & indicibus illuſtravit, uſus etiam Nic. Heinſii codice, quem à Frid. Benedicto Carpzovio acceperat viro adjuvandas litteras nato, Lipſiæ 1695. 12. * *Chriſtophorus Cellarius* ad Silium recenſendum uſus eſt Codice, in quo *Nicolaus Heinſius* enotaverat emendationes *Joſephi Scaligeri*. Cæterum idem Heinſius peculiare ſtudium, uti Virgilio, Ovidio, Valerio Flacco, Lucano, aliiſque, etiam Silio impendit, ac præter alia ſubſidia uſus Codice Puteano, minus bonæ notæ illo quidem, minime tamen contemnendo, qui in Bibl. Regia Pariſienſi hodie aſſervatur, multa ad hunc Poetam annotavit, quæ cum una cum Codicis MS. Oxonienſis lectionibus, Celeberrimi Burmanni beneficio perveniſſent ad *Arnoldum DraKenborchium*, hic novam & præclariſſimam Silii editionem curavit Trajecti ad Rhen. 1717. 4. (*a*) in qua Poetæ verbis accurate emendatis ſubjiciuntur copioſæ & eruditæ Drakenborchii ipſius obſervationes, illiſque Modii, Barthii & utriuſque Heinſii notæ adtexuntur. Spes etiam Tigurini & Guelpherbytani codicis facta Drakenborchio fuit, ſed nec illos neque alios, qui in variis Bibliothecis exſtant, recentiores tamen omnes, ut ſunt unus in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi, in Medicea quinque, unus in Bibl. Em. Cardinalis Ottoboni, conſulere ei licuit. In Catalogo MSS. Bibl. Senatoriæ Lipſienſis, pro Statio Silii MS. nomen irrepſit.

(*a*) Acta Erud. 1717. p. 54. Journal des Sav. 1717. p. 550. Deutſche Acta Erud. XLVI. p. 658. ſeq.

irrepſit. Similiter fruſtra aliquis quærat Silium cum commentariis Pii, qui in Bibl. Barberinæ Catalogo memoratur editus Venetiis 1495. fol.

Anglica Metaphraſi hunc poetam donavit *Thomas Roſſ* Eques & Regiæ Bibliothecæ præfectus, Lond. 1656. fol. Idem continuavit poema Silii à Scipionis triumpho ab Hannibalis uſque necem. Non omittendus etiam *Franciſcus Petrarcha*, qui Silium æmulatus, in Africa ſua libris novem, carmine Heroico Latino bellum Punicum ſecundum inſecuta & Scipionis Africani res deſcripſit. Cum Virgilio Silium contulit integre lib. I. Virgilii triumphantis Alexander Roſſæus, ſecundo Lucanum. Multa quoque in Silio emendavit, ac illuſtravit præclarus Jo. Frid. Gronovius in libris Obſervationum.

CAPUT XIII.

DE PLINIO Majore, Julio SOLINO, & Plinio Valeriano.

Plinii Majoris ætas. 1. *Scripta deperdita*. 2. *Hiſtoriæ naturalis libri*. 3. *Index Scriptorum, qui in Plinii hiſt. naturali citantur*. 4. *Editiones*. 5. *Ætas Solini*. 6 *Ejus Polyhiſtor*. 7. *Ponticon fragmentum*. 8. *Index Scriptorum a Solino citatorum*. 9. *Plinius Valerianus*. 10.

I. C. PLINIUS SECUNDUS Veronenſis (*a*) natus ſub Tiberio: ſub Veſpaſiano varia officia publica adminiſtravit, etiam Augur (*b*) & procurator in Hiſpania. Nec minus omnibus liberalibus diſciplinis inſigniter excultus, Epicureus dogmate, non moribus, diligentia incredibili & eruditione admiranda poſt elaborata plurima immortalitate digniſſima volumina, cum claſſem Imperio regens Miſeni ad Veſuvium (*c*) mon-

tem

(a) Benedictus Jovius Novocomenſis Novocomenſem eſſe Plinium contendit ex veteri Inſcriptione, in qua tamen nulla Plinii, ſed tantum L. Cæcilii Secundi mentio. Vide ejus hiſtoriam Novicomi p. 215. 219 ſeq Venet. 1629. 4. & Pauli Cigalini Novocomenſis prælectionem de patria Plinii editioni Dalechampianæ Francof. 1608. 8. ſubjectam, quam impugnavit Polycarpus Falermus Veronenſis libris tribus de vera Plinii Patria Verona contra Pauli Cigalini aliorumque ſententiam, Veronæ 1608. 4.

(b) Secundus non tantum prænomen, ſed cognomen quoque, ut notavit illuſtris Ez. Spanhemius de uſu numiſmatum p. 522.

(c) Vide Plin. junioris Epiſt. VI. 16. & 20. ad Tacitum & auctorem vitæ.

tem noſcendum propius acceſſiſſet, ex caligine nubis è monte ortæ ſpiritu obſtructo clauſoque ſtomacho obiit ſub Tito Imp. anno ætatis LVI. Kal. Nov. * Plinium Majorem, patria Romanum eſſe contendit Jo. Harduinus pag. 212. Chronol. V. T. *dum porro Plinius toties* noſtræ urbis *dicit*, *ſe palam & aperte Romanum profitetur*, *nunquam Veronenſem*. Sed refellitur à Mat. Veiſſ. la Croſe in Vindiciis Veterum ſcriptorum pag. 146. ſeq. Pauli Cigalini diatriba de Plinii patria cum ejus diſſ. de Plinii fide & auctoritate, lucem vidit primum Comi 1605 4. Ejus ſententiæ ſuffragatur Ez. Spanhemius in Orbe Romano p. 62. ubi Novocomum utriuſque Plinii natalibus nobilitatum appellat.

II. Scripta Plinii deperdita hæc enumerantur à Plinio Juniore III. 5. Epiſt. *De jaculatione equeſtri* liber unus. *De vita Pomponii Secundi* Veronenſis libri II. *Bellorum Germaniæ* libri XX. quos MStos exſtare Auguſtæ Vindelicorum, mala fide relatum Geſnero fuit. *Studioſi tres* in ſex volumina propter amplitudinē diviſi, quibus Oratorem ab incunabulis inſtruit ac perfecit. *Dubii ſermonis* libri VIII. *A fine Aufidii Baſſi* ſive Hiſtoriarum ubi deſiit Aufidius Baſſus libri XXXI. *Electorum* commentarii CLX. *Ex ſcriptis deperditis Plinii, *de jaculatione equeſtri liber* memoratur Plinio VIII. 42. Hiſt. nat. Ipſe quoque XVI. 4. teſtatur *de vita Pomponii Secundi* ſe ſcripſiſſe. Libros *de bellis Germaniæ* memorant vel reſpiciunt auctor vitæ, & Tacitus I. 68. Annal. Gemanicorum bellorum ſcriptorem laudans, itemque Symmachus IV. 18. Epiſt: Illuſtriſſ. Euſtenbergius in monumentis Paderbornenſibus pag. 72. *Nec ſolus Tacitus* (primores Annalium libri) *verum etiam Quintilianus*, *Aſconius*, *Silius Italicus*, *Argonautica Val. Flacci*, *Ciceronis libri de finibus & legibus in Germania à Poggio reperti Germanis debentur*, (*a*) *quibus utinam aliquando Plinii XX. Volumina de bellis Germanicis accedant*, *quę Conr. Geſnerus Auguſtæ Vindelicorum*, *alii Tremoniæ in Weſtphalia apud Caſp. Schvvartzium Patricium Tremonienſem extitiſſe tradiderunt*. Hæc ille. *Libros dubii ſermonis* videtur innuere Plinius ipſe in præfat. teſtatus ſe libellos de Grammatica ſcripſiſſe, adverſus quos Stoici quoque & Dialectici & Epicurei parturiant & ſubinde abortus faciant jam decem annis, atque idem opus citant Diomedes, Chariſius, Gregorius Turonenſis, & in Lexico Salomo Conſtantienſis, apud Nic. Heinſium pag. 321. ad Petron. editionis Clariſſ. Burmanni. Confer Voſſium III. 36. artis Grammaticæ. *Hiſtoriarum à fine Aufidii Baſſi* (*b*) in eadem Plinii prefatione & II. 53. 83. Hiſt. Natural. mentio, & apud Svetonium, ſive auctorem vitæ, Pliniumque

(a) Confer Voſſium III. 5. de Hiſt. Lat. p. 550.
(b) De Aufidia præter Voſſium iu Hiſt. Lat. videndus Lipſius ad Taciti XIII. 20.

que juniorem V.Epiſt. 8. *Avunculus meus, idemque per adoptionem pater, hiſtorias & quidem religioſiſſime ſcripſit*. Reſpicitque opus illud Tacitus C. Plinium laudans XIII. 20 XV. 53. Annal. *Electorum* commentarios CLX. opiſtographos ſcriptoſque minutiſſime reliquit, quos magno pretio vendere ſe potuiſſe teſtatur Plinius junior III. 5. Epiſt.

III. His ejus ſcriptis deperditis, ſola ad nos pervenit (theſaurus, non liber) *Hiſtoria mundi* (*a*) *libris XXXVII.* ad Titum Veſpaſianum Imp. qua ex voluminibus ultra bis mille (*b*) ſcriptorum Græcorum Latinorumque univerſam naturæ varietatem complecti conatus eſt ita, ut liber *ſecundus ad quintum uſque* Coſmographica, & Geographica perſequatur, *ſeptimus ad decimum* animalium naturam deſcribat, *in decimo uſque ad undevigeſimum* agatur de plantis agrorumque cultura & hortorum, *in vigeſimo ad trigeſimum ſecundum* de medicamentis, quæ à plantis & animalibus petuntur, denique *in trigeſimo tertio uſque ad ſeptimum & trigeſimum* de metallis atque lapidibus, ubi etiam ſimul de ſtatuariis, pictoribus &c. Liber *primus*, quem una cum præfatione ſuppoſitum Plinio, & ab interpolatoribus adtextum abſurde contendit meritus alioqui de Plinio, quamoptime Joannes Harduinus Chronolog. V. T. pag. 152. indicis vice fungitur tam argumentorum, quæ tractat Plinius, quam auctorum, è quorum ſcriptis profecit. Plinius (*c*) ipſe teſtatur opus hoc exegiſſe ſe A. U. C. DCCCXXX. Tito Veſpaſiano ſextum Conſule, anno 230. poſt captam Carthaginem, & Corinthum, obitumque Catonis, anno 90. poſt obitum Virgilii. Cum vero plurima è Græcis petierit ſcriptoribus, in illorum ſenſu aſſequendo non ſemper feliciter verſatus fuit. *Neque vero novum eſt*, inquit Joſephus Scaliger ſive Yvo Villiomarus in locos controverſos Titii pag. 14. *Plinium in reddendo Ariſtotele aut Theophraſto offendere, cum ſexcentis locis hoc commiſerit. Quod utique non Plinii inſcitiæ attribuendum, ſed eorum negligentiæ qui excerpta ex auctoribus mala fide deſcripta ad eum deferebant ut in ordinem ab eo digererentur. Ita enim opus ſuum eruditiſſimum magna ex parte compoſuit vir ille nunquam ſatis laudatus. Quare errores in Plinio notamus, qui non ſunt*

(a) Ita in quibuſdam editionibus inſcribi video, cum Plinius Junior lib. 3. Epiſt. 5. *hiſtoriarum naturæ libros* appellat. Cæterum nihil dat amori ſuo, cum opus illud vocat *diffuſum, eruditum, nec minus varium quam ipſa natura*. Quantis vero librariorum mendis jam pridem obſitum fuerit, ex his Symmachi ad Auſonium lib. I. Epiſt. 24. cognoſces: *Si te amor habet naturalis hiſtoriæ, quam Plinius elaboravit, en tibi libellos quorum præſentanea copia fuit, in queis ut arbitror opulentæ eruditioni tuæ negligens veritatis librarius diſplicebit. Sed mihi fraudi non erit emendationis incuria, malui enim tibi probari muneris celeritate, quam alieni operis examine.*

(b) Non centum duntaxat, ut ſcribit Jo. Rualdus c. 8. vitæ Plutarchi.

(c) Plin. præfat. & lib. XIV. ſect. 3. XXVIII. ſect. 3.

ſunt Plinii, ſed amanuenſium. Innumera ejuſmodi obſervata Salmaſio ad Solin. cujus Salmaſii videndum etiam judicium de Plinio homonymis hyles Jatricæ præmiſſum. Ut omittam Budæi, Allatii, & aliorum loca adducta à Crenio in limine partis VII. animadverſ. quibus illum Naturæ ut vocabat Lanſius (*a*) Protonotarium hinc hallucinatum annotarunt. Addam hæc Vignolii Marvillii perſonati ſcriptoris T. 2. Miſc. p. 48. *L' Hiſtoire naturelle de Plinie eſt un edifice d'une parfaitement belle ſtructure, mais dont les dedans ne ſont pas toujours aſſez bien meublez pour de ſi beaux debors. Le deſſein en eſt magnifique, les prefaces qui en ſont les entrées ſont tres-juſtes, la Morale qui en eſt le ſolide, eſt admirable, & il y a des ornemens qu' on ne ſauroit payer. Telle eſt la deſcription du Roſignol dans ſon dixieme livre. C' eſt dommage que ce grand homme ſe ſoit trop appuié ſur des Ecrivains peu ſeurs, & que ne choiſiſſant pas aſſez ſes lectures, il n' a pas été lui meme toujours fidele à traduire les temoignages, qu' il en a tirez.*

* Abſolvit Plinius opus ſuum paullo ante obitum, circa A. U. C. 830. ut non uno innuit loco: & quintum Conſulatum Titi memorat lib. 2. cap 25. quem ille geſſit anno U. C. 828. CHriſti 76. Incendium Veſuvii, quod ſpeculatus Plinius occubuit, deſcribitur à Dione libro LXVI. p. 755. ſeq. ad A. U. C. 831. Titi primum. Plinius in præf. *Viginti millia rerum dignarum cura, quoniam ut ait Domitius Piſo*, Theſauros oportet eſſe non libros, *ex lectione voluminum circiter duum millium, quorum pauca admodum ſtudioſi attingunt propter ſecretum materiæ, exquiſitis auctoribus D;* (b) *includimus triginta ſex voluminibus, adjectis rebus plurimis quas aut ignoraverant priores, aut poſtea invenerat vita.* Volumen ſecundum citat Plinius 6. 29. ſeptimum 33. 3. Nonnunquam etiam libri non numerum, ſed argumentum, ut 9. 35. *ut diximus in circuitu Mundi.*, reſpiciens ad Volumen ſecundum & ſeq. Et 33. 1. *ſicut dicemus in gemmarum volumine*, reſpicit enim ad librum 37. Animalium hiſtoriam ita digeſſit, ut de terreſtribus dicat libro 8. De aquatilibus 9. De volucribus. 10. De inſectis 11. De animalibus inſignibus 9. 14. De generatione animalium 10. 61. ſeqq. Nic. Reuſnerus ad Janum Gruterum, T. 5. delic. poetar. German. p. 787.

Omnibus eſt innatus amor quam plurima noſſe,
Fons hic inexhauſtis uber inundat aquis.
Pro multis unus dat Plinius omnia noſſe
Quæ cœlum & terras & mare, Jane, tenent.
Si legis hunc, Græcos legis omnes atque Latinos.

Nec

(a) Orat. pro Gallia p. 126.
(b) Ita legendum non C.

Nec tibi juſta deeſt Bibliotheca domi.
Unus Grammaticus, Logicus, Geometra, Poeta,
Muſicus, Aſtronomus, Rhetor, Arithmeticus.
Unus & Hiſtoricus, Phyſicus, Coſmographus unus
Pictor, & agrorum cultor hic unus erit
Quid multis? unus docet omnia: & ut tegit omnes
Cœlum, ſic cœlum continet iſte liber.

Præter naturalium certe, quam titulo ipſo promittit atque ubertim pandit Plinius rerum notitiam, diſcordiam concordiamque, uſus & effectus: præter hiſtoriam inventorum humani ingenii, laboris luxuſque, & variarum artium, paſſim graviſſimas adſpergit ſententias, & judicium de vanitate rerum humanarum mortaliumque ſtultitia, ſpeciatim deperditis Romanorum per opes moribus: Nec minus de mira ſapientia ac provida arte, fidemque omnem ſuperante vi naturæ, per quam Numen intelligi voluit. Itaque licet Epicuri immerſus erroribus, tamen ab Atheiſmi ἐγκλήματι abſolvitur judice Ulrico Zvvinglio lib. de Providentia T. 1. Opp. 356. Plinio eidem Hiſtoriam naturalem & Epiſtolas tribuit pro ignorantia illorum temporum Vincentius Bellovacenſis lib. X. ſpeculi Hiſt. capite 67. A Georgio Agricola præfat. ad libros X. de natura foſſilium Plinius arguitur, quod *interdum haud obſervarit à diverſis ſcriptoribus unam rem duobus vel pluribus vocabulis appellari, interdum contra res duas vel plures uno vocabulo*. Joſephus Scaliger in Scaligerianis primis pag. 85. *Accuratus Plinii lector deprehendet ipſum Plinium omnia, quæ ex variis auctoribus excerpebat, ordine literarum ſive Alphabetico in ſua digeſſiſſe adverſaria, neglecto ordine naturali qui potior erat*. Confer Salmaſium p. 258. ad Solin. & Reineſium III. 5. Var. Lect. Alia in diligentiſſimo illo viro notata vide ſi placet in Dan. Guil. Molleri diſſ. de Plinio Secundo p. 20. ſeq. Altdorf. 1688. 4. Non in omnibus obſtringere ſe fidem ſuam, potiuſque ad auctores relegare plus ſimplici vice præ ſe fertur lib. VII. c. 1. *qui dubiis*, inquit, *reddentur omnibus, modo ne ſit faſtidio Græcos ſequi, tanto majore eorum diligentia vel cura majore*. Adde VIII. 22. *Sint iſta, ut rerum Naturæ libuit*, inquit II. 52. *aliis certa, aliis dubia, aliis damnanda: nos cætera quæ ſunt in his memorabilia non omittemus*: & II. 98. *ut nihil quod equidem noverim prætercam*. Hinc æquius de Plinio noſtro judicat Jo. Rajus Epiſtola ad Jo. Liſterum, (*a*) ne alios jam memorem, quorum teſtimonia, congeſſit Jac. Pontanus lib. V. φιλοκαλίας cap. 1. p. 142. & lib. 6. c. 10. p. 195.

Hh IV. In-

(a) Bibl. Angloiſe T. IV. p. 19.

IV. Index Scriptorum (*a*) qui in Plinii Hiſtoria naturali citantur.

Numerus major librum, minor caput denotat.

Aphilus IV. *hunc Schotto memoratum neque ibi, neque uſquam alio loco reperio.*
L. Accius ſive Attius Poeta, in Praxidica 18.24. cum brevis admodum fuiſſet, maxima forma ſtatuam in Camœnarum æde ſibi poſuit. 34. 5.
Accius Plautus, vide Plautus.
Acopas, vide *Agriopas*.
Acta Triumphorum. V. 37. 2.
Acta Populi Rom. II. 56,7,53,10, 2, 8.
Acta temporum Auguſti 8. 13.
Adimantus, 13.
Ædoſthenes, vel *Ægloſthenes*, vide *Agloſthenes*.
Ægyptiorum vana de antiquitate prædicatio, ut palam eſt. 35. 3. *commentarii.* 37. 5.
C. Ælianus, vide Gellianus.
Ælius Gallus de expeditione ſua Arabica 6. 28.
L. Ælius Stilo 9. 35. & 8. 14. Præconinus dictus à patre præcone 33. 1, 37, 1.
C. Ælii lex in Stenium Statilium Lucanum 34. 6. Ælius (JCtus) 14. 15.
M. Æmilius. 9.
Æmilius Macer 9. 10. 11. idem ut videtur Æmilius Marcellus. 17.
Æſchines Medicus, 38. *Atheniensis* 28.4.
Æſchrion de agricultura 8. 10, 14, 15, 17, 18.
Æſchylus Tragicus. 10. 3, 29. 37. 2.
Æſculapius Medicus 33. 8.
Æſculapii ſchola (Aſtrologica) 7. 49.
Æſopus fabularum Philoſophus. 36. 12.
Æſopus tragœdus (non poëta ſed) *tragœdiarum hiſtrio* 9. 35, 10, 51, 35. 12. *qui amplas opes filio Claudio reliquit.* 9. 35.
Æthiopum lingua aſtapus aquam ſigni-

(a) Bernardus à Mallincrot in paralipomenis ad Voſſium de Hiſt. Græcis p. 68. *In catalogo auctorum Plinianorum quem affectum habeo, inter cætera cognitu nec injucunda nec infructuoſa oſtendere conſtitui convenientiam, & diſcrepantiam Indicum cujuſque libri qui operis illius primo libro comprehenduntur cum cujuſque libri contextu.* Hic Mallincroti catalogus nunquam lucem vidit. *Andreas* vero *Schottus* Antverpiæ circa A. 1616. 8. ſeparatim edidit Indicem Auctorum Plinii Majoris, ita digeſtum ordine alphabetico, ut primo Romani exhibeantur, deinde externi, tertio Medici, denique ii, qui in libro primo à Plinio in elencho auctorum nominantur, ſed in librorum ipſorum capitibus nuſquam nominati occurrunt. Ego hunc Schotti indicem raro obvium ita lectori exhibeo, ut non modo ſuppletus ſit & emendatus plurimis locis, collatis etiam *Harduini* ad indicem auctorum Plinianorum obſervatis, at qui libros & capita ubi ſinguli appellantur annotare neglexit: ſed etiam triplex ſeries Schotti nullo lectoris diſpendio ita ſit in unam collocata, ut externi aliis litteris (currentes vulgo appellant) denotentur, Medicis adſcriptum ſit Medici nomen: ubi vero in ſolo elencho libri primi Pliniani, nec uſquam in capitibus ipſis ſit ſcriptoris mentio, ſolus major numerus illius libri, quo uſum ſe ſcriptore aliquo Plinius ſignificat, nullus vero minor adſcribatur.

ſignificat è tenebris profluentē, 2.9.

Agathocles 4,2,6,12,22,12. *Chius*, 8,10,14,12,17,18.

Agatharchides 7.2.

Aglaoſthenes 4.12.

Agriopas Olympionicas ſcripſit 8.22

M. Agrippa orbem terrarum ſpectandum in porticu propoſuit, quod opus peregit Auguſtus 3.2. ex deſtinatione & commentariis Agrippæ, quem erraſſe quis credat in tanta Viri diligentia, prӕterque in hoc opere cura. id. Citatur 3. 1, 2, 4, 8. 10. 26, 4, 11, 12, 13, 14, 16, 17, 22, 5, 6, 11, 27, 6, 1, 13, 17, 27, 29, 30, 33, 9. Vir ruſticitati propior quam deliciis. Exſtat certe ejus oratio magnifica & maximo civium digna de tabulis omnibus ſigniſque publicandis, 35, 4,

Agrippina Claudii 7:

Alcæus 22.22.

Alevas Philoſophus nullus eſt, ſed Alevas *perinde ut Apollodorus, Androbulus, Aſclepiodorus, Ariſtodemus, Cephiſſodotus, Daiphron, Democritus Dæmon Stratonicus Philoſophos feciſſe, hoc eſt ſimulacra ipſorum ſculpſiſſe vel pinxiſſe traditur* 34 8.

Alexander Magnus prodidit, 6.17. *Epiſtolæ Regis ipſius citantur*. id.

Alexandri M. claſſium præfecti prodidere 9. 3. *auctore Ariſtotele & Alexandri M. militibus* 10.65. *niſi comitatu rerum Alexandri M. dignoſci non poteſt*, 6.13. *Alexandri M. comites*, 6.17.22.

Alexander Polyhiſtor, vide Cornelius.

Alfius Flavius 9,12,14,15.

Amometi volumen privatim de Attacoris, Serum populo conditum 6. 17.

Amphilochus Athenienſis 8,10,12. 13,14,15,17,18,16.

Anacreon Poeta 7. 7. 48.

Anaxagoras Clazomenius, 2.58. *Olympiadis* 78. 2. *prædixit cœleſti literarum ſcientia, quibus diebus ſaxum caſurum eſſet è Sole*. ibid. *terræ motum* 2. 79.

Anaxilaus 19,1,21,25,13,28,11, 30,8. *Medicus*, 29,31.

Anaximander Mileſius 2,4,12,18. 25. *obliquitatem Zodiaci obſervavit Olympiade duodeſexageſima*, 2. 8.

Anaximenes Mileſius Anaximandri diſcipulus primus horologium ſciathericum Lacedæmone oſtendit, 2. 76.

Anaximenes 12. 13.

Anaxipolis Thaſius, 8,10,15,17, 18. *Comicus*, 10,4,14.

Andreas Medicus 20,21,22,23, 31,32,35.

Androbulus ſcriptoribus à Schotto perperam accenſitus, vide ſupra, Alevas.

Androtion qui de agricultura ſcripſit, 8,10,14,15,17,18.

Annæus, vide Seneca.

Annalium memoria 2. 53. Annalibus notatum eſt, 8,36,51,57. bis 10,13,21, 34, 6. Antiquiſſimis annalibus, 33.1. Erubeſcant annales qui bellum Civile talibus vitiis (luxuriæ) imputavere 33,11. ponam ipſius Annalium verbis 34.6. vide L. Piſo.

Annius Fetialis 16,33,34,6,36.

Antæus Medicus 12,13,28,1.
Antias, vide Valerius.
Anticlides 4,12,7,56,12,13.
Antigenes 5.
Antigonus Cymęus 8,10,14,15,17.18.
Antigonus Statuarius (Caryſtius) *de toreutice ſcripſit*, 23. *condidit volumina de ſua arte*, 34. 8. *de pictura* 35. 10.
L.Cælius Antipater 2,67,3,19,31, 2. 36.
Antipater 30, 16, 8, 5. *Sidonius poeta* 7. 51.
Antiqui, 8,47,49,9,17. &c.
Antiſthenes de pyramidibus Ægypti 36. 12.
Antiſtius Labeo 10. 14. plura de eo 35. 4.
Antonius Caſtor 20, 17, 21, 25, 2, 23: 27.
Antonius Muſa Medicus 29. 6.
Apelles Thaſius Medicus, 28, 8, 31. 32. 5.
Apelles Cous, *pictor* 35,6,7.
M.Apicius 8. 51. ad omne luxus ingenium mirus 9. 17. nepotum omnium altiſſimus gurges 10. 48.
Apion Grammaticus cymbalum mundi dictus à Tiberio præf. *Pliſtonices* 37,5,30,2,31,32,2, 35,10. de metallica diſciplina ſcripſit, 35. de pyramidibus Ægypti 36.12.
Apollinis Pythii oraculum 34. 6.
Apollodorus 6. 30. 35,
Apollodorus Citienſis Medicus, 4. 20,21,27,29,35.
Apollodorus Geographus (Artemita Meſopotamenus) IV.
Apollodorus Lemnius 8,10,14,15, 17. 18.
Apollodorus Tarentinus Medicus, 20,'9, 21,
Apollodorus qui de odoribus ſcripſit, 12. 13.
Apollodorus de beſtiis venenatis, 11,25,bis.20,4,21,21,1,22, 7, 13, 21,23,17,34.
Ab his diverſus Apollodorus ſtatuarius, diligentiſſimus artis & inimicus ſui judex, crebro perfecta ſigna frangens, dum ſatiari cupiditate artis non quit, & ideo inſanus cognominatus, 34. 8. *& Apollodorus Athenienſis Olymp.* 94. *pictor*. 35. 9. *quem Medicis adſcribit Schottus. Ejus verſus in Zeuxin pictorem*, id. *Alius: inviſurum aliquem facilius quam imitaturum*. id.
Apollonides 7. 2.
Apollonius Pergamenus 8, 10, 14, 15,17,18.
Apollonius Medicus qui μύρωσιν *ſcripſit*, 27,2,28,1.
Apollonius Pitanæus Medicus, 29,30,38,2.
Apollophanes Medicus 22. 22.
Julius Aquila de Hetruſca diſciplina 11. 11.
Arabes Siby *vocant*, *Græci apaten* 6, 28. riphearma *hordeum* id. Emiſchabales, *Camelorum opidum*. id. Mariaba Caurarani *ditiſſimos armento*. Mulon, *hypaton*, 6.29. ſapen, *advenas* 6.30.
Aratus 18.
Evanthes tradidit Arcadas ſcribere &c. 8. 22.
Arceſilaus 36. 5.
Archelaus Rex Cappadociæ 8,50, 55,9,18,37.
Archelaus qui ἰδιοφυῆ ſcripſit 28.

Archi-

Archibius 18.29.*ad Antiochum Syriæ Regem*.
Archidemus Medicus, 12. 13, 29, 30. 11, 35.
Archilochus Poëta 7. 29.
Archimachus 6. 56. 7.
Archimedes 2. 7, 37, 30, 33, 34, 8. *ubi fortaſſe Archidemus*. Schott.
Archytas Tarentinus 8. 10, 14, 15, 17, 18.
Arellius Fuſcus (Rhetor) Plinii tempore, 33. 12.
Ariſtagoras 36. 12. *de pyramidibus Ægypti*.
Ariſtander Athenienſis 8. 10, 14, 15, 18. *de portentis* 17. 25.
Ariſtarchus Sicyonius. 5.
Ariſteas 7. 2. *Proconneſius* 7. 52.
Ariſtides Mileſius 4. 12. bis. *Teleſtis diſcipulus* 35. 10.
Ariſtobulus 35. 11.
Ariſtocreon 5. 9, 13, 6, 29, 30.
Ariſtocritus 5. 31.
Ariſtogenes Medicus 29. 30, 34, 8, 35. 11.
Ariſtogiton Medicus. 27. 4.
Ariſtomachus Athenienſis 12. 1, 14, 13, 14, 19, 19, 5, *de conditura vini*. 15.
Ariſtomachus Solenſis qui μελιτεργικὰ *ſcripſit, & duodeſexaginta annis nihil aliud egit quam ſpeculatus apes*, 11. 9.
Ariſton 31. 11. 12. *Medicus* 34. 8. ita Schott.
Ariſtophanes Comicus 21. 6.
Ariſtophanes 8. 5. *celeberrimus in arte Grammatica* 21. 6.
Ariſtophanes Mileſius 8. 10, 14, 15, 17, 18. (Varroni Mallotes)
Ariſtoteles Philoſophus, 2. 25, 59, 98, 4, 12, 5, 31, 7, 2, 56, 8, 10, 16, 30, 59, 9, 7, 23, 24, 25, 10, 12, 65, 11, 13, 52, 14, 15, 17, 18, 34, 28, 4, 7, 19, 30, 1, 16, 25, 12. quinquaginta ferme volumina præclara de animalibus, 8. 16.
Arruntius Medicus 3. 5, 6, 19, 1.
Artemidorus Epheſius 2. 108, 3, 4, 12, 23, 5, 6, 9, 31, 6, 13, 19, 28, 29, 33, 7. *de pyramidibus Ægypti* 36. 12.
Artemon Medicus 28. 1.
Artifices qui compoſitis voluminibus condidere hæc (de ſtatuaria) 34. 8. Vide in Antigono, Menæchmo & Xenocrate.
Aſarubas (an Aſdrubas) 7. vixit adhuc cū Plinius ſcriberet 37. 2.
Aſclepiades Medicus, 7. 11, 14, 7, 15, 20, 21, 22, 21, 23, 1. *de dando vino volumen*, 23. 2. Aſclepiadis ſchola 14, 7, 20, 5, 35, 10.
Aſclepiades tragœdumenon ſcriptor 7.
Aſclepiodorus 35. *Philoſophus* 34. 8. *de ponderibus, & menſuris* 35. 10.
Aſconius Pedianus, 7.
Aſinius Pollio 7. Orationes in Plancum, *præf.* primus Bibliothecam dicando, ingenia hominum rempublicam fecit, 35. 2.
Aſſyriorum lingua naarmalcha, *regium flumen*, 6. 26.
Aſtynomus, 4. 5. 31.
Athenienſium monumentis apparet. 8. 44.
Attalus Medicus. 28. 2. 31. 33.
Attalus Philometor Rex 8. 10, 11, 14, 15, 17, 18.
L. Attejus Capito 3. 4, 14, 15, 18, 2. 32.

Attejus Philologus 4.
Atticus (Julius) 14. 15. 17.
T. Atticus (Pomponius) 7. 33. Ciceronis amicus edito de(eruditorum) imaginibus volumine 35. 2.
Auctores ſunt 10.26, 11,21, ab auctoribus traditur 10. 20. habemus auctores 10.35. tradendum putavere memoriæ quidam. 10. 43.75. plures, aliqui 11.16. accipimus à multis 10.66. Diligentiores tradunt 3. 18. auctores noſtri (Romani) 5. 5. ut vetuſtiſſimi auctores prodiderunt. 34. 14. recentiſſimi 38. 8. auctores habeo in equeſtri ordine ſplendentes 10. 5. claros ſapientiæ auctores video mirari. 9. 60. auctorum inconſtantia 6. 17. difficultatem afferet auctorum diverſitas 6. 33. auctores quonam modo intellexerint miror 8. 37. Exſtant commentarii auctorum, quos non equidem demonſtrarim, quibus modis ex cryſtallo tingantur Smaragdi alięque gemmæ translucentes, 37. 12. auctorum neminem unum ſequar, ſed ut quemque veriſſimum in quaque parte arbitrabor. III. præf.
Aufidius 6.9. Plinii à fine Aufidii Baſſi hiſtoria *præf.* & 2. 53. 83. (alius ab hoc M. Aufidius de quo 35. 3.)
Auguſtus Imp. 2, 25, 3,2,4,12,7, 14, 6. (ſupra, in Agrippa) deſcriptio Italiæ ab eo facta 3. 5. Decretum, 18, 2. Acta temporum ejus 7. 13.
Bæton menſor itinerum Alexandri (al. *Bion*) 5. 6. 17,19,7.
Babylonii 2. 77.79.
Bacchius Mileſius 8. 10, 14, 15, 17, 18.
Baſilis 6.29.
Baſſus (Calpurnius) 16. 17,18, 19,21.
Baſſus (Julius)de Medicina Græce ſcripſit 20.21,23,27,28.
Beroſus, 7. 49, 56.
Bialcon 28.19. *Harduinus leg. Dalion*.
Bibaculi lucubratio. *præf.*
Bion Solenſis 6.29,30,8,10,14,15, 17, 15, 3.
Bion qui περὶ δυνάμεων (de herbarum viribus) 28. 13.
Bocchus (Cornelius) 16.40, 10, 23,37,2,7,9.
Bæus qui ὀρνιθογονίαν *ſcripſit* 10. 3. idem Athenæo, & Antonino Liberali laudatus (male in aliis Boëthus vel Boëtius)
Botrys Medicus 13. 29, 30, 35. *Athenæus* 14.
M. Brutus 36. 3. ejus Epiſtolæ 33. 3.
Butorides de pyramidibus Ægypti 36. 12. (*al. Bucorides.*)
Bythus Dyrrhachenus, 28. 7.
Cadmus Mileſius primus proſam orationem condere inſtituit, 5.29.
Cæcilius Medicus 28.29.4.
M. Cæcilius Rufus Orator, 7.49.
Cæcina qui de Hetruſca diſciplina ſcripſit 2.
Cælius, vide Antipater.
Cæpio 21. 4.
Cæſar Dictator 3. 3. de aſtris Græce 18.
Cæſennius qui κηπουρικὰ ſcripſit 19.

Ca-

Calippus Cyzicenus, 18.
Calliorates. 3. 5.
Callidemus. 4. 12.
Callimachus 4. 5, 6, 7, 9, 10, 11, 21. *Hecale*, 22. 22.
Callimachus Medicus de coronis, 21. 25, 13, 26, 8.
alius Callimachus ſculptor, ſemper calumniator ſui, nec finem habens diligentiæ, ob id cacizotechnos appellatus, in quo gratiam omnem diligentia abſtulit. 24. 8.
Calliphanes, 3. 5. 7.
Calliſthenes, 12. 13. Hiſtoricus 36. 5.
Calliſtratus 27. 3. 7.
Canonica ratio Aſtrologorũ. 2. 17.
Calpurnius, vide Baſſus.
Calvinus Domitius. 18.
C. Licinius Calvus Orator. 7, 49, 33, 11, 34, 1, 8.
Carminum ſales in permutata ſtatuarum capita. 35. 2.
Carmen bonori Apis cani ſolitum. 8. 46.
Carvilius Pollio, prodigi & ſagacis ad luxuriæ inſtrumenta ingenii 9. 11, 34, 11.
Caſcellius JCtus. infra, in Volcatio.
Caſſius Dionyſius 11. 15.
Caſſius Hemina 12. 13, 13, 18, 2, 19, 1, 32, 2.
Caſſius Severus Parmenſis. 31. 2.
Caſſius Severus Longulanus 35.
Caſſius Silanus Germanici præceptor. 34. 7.
Caſtor, vide Antonius.
Caſtritius qui κηπουρικὰ ſcripſit, 19.
M. Cato Cenſorius 3. 5, 11, 14, 15, 17. ter. 19. 20. bis. 4, 7, 30, 8, 11, 14, 10, 13, 20, 15, 7, 8, 15, 18, 16, 38, 17, 5, 9, 11. ter. 14, 15, 16, 18, 22, 23, 28, 18, 3, 5. bis. 7, 16, 17, 19, 26, 28, 29, 19, 20, 21, 1, 25, 2, 28, 22, 34, 8, 36, 23. Catonis in cenſura vociferationes. 34. 6. de militari diſciplina, *præf.* ad Filium 7. 51: Annales 8. 5.
Q. Catullus poeta, Plinii conterraneus *præf.* 28, 2, 36, 6, 37, 6.
Celſus, vide Cornelius.
Cenſoriarum legum paginæ, 8. 51, 57. lex Cenſoria Ictimulorum aurifodinæ 33. 4.
Chæreas Athenienſis 8. 22, 13, 14, 15, 17, 18, 20, 23.
Chæriſtus, vel Chæriſteus 14. 15, 17. 18.
Chaldæorum cerimoniæ 37. 7.
Chares 12. (*ubi male quidam Charax.*) 13. 37. 2. Mytilenæus.
Chilo Lacedæmonius 7. 32. 53.
Chiron Medicus 25. 4. *Chironis diſcipulus Achilles quid invenerit.* 26 5. *Telephum ſanavit* 34. 15.
Chronicorum error non dubius 35. 9.
Chryſermus 22. 22.
Chryſippus Philoſophus 29.
Chryſippus Medicus, Eraſiſtrati Magiſter 20. 3, 9, 10, 11, 12, 21, 22, 22, 26, 2, 29, 1, 30, 11.
Cicero 7, 2, 21, 30, 9, 13, 3, 14, 17, 14, 22, 17, 5, 18, 25, 29, 4, 30, 15, 31, 1, 33, 2, 34, 8, 35, 2, 36, 6, 21. in Verrem 34. 2. extra omnem ingenii aleam poſitus *præf.* cum de Rep. ſcriberet: id. Ciceroniana ſimplicitas, in libris de Rep. Platonis Comitem ſe profitetur: in Conſolatione filiæ Crantorem, in-

quit, ſequor, item Panætium de officiis, quæ volumina ejus ediſcenda, non modo in manibus quotidie habenda noſti. *id.*
Claudius Cæſar, 5,10,6,9, 11,27, 13. ejus Hiſtoriæ 12. 17.
Cleemporus Medicus 22. 22.
Cleobulus 4.5,31,13.
Cleophantus Medicus 20, 5, 21, 24, 16.
Cleoſtratus II. 8. *ſigna zodiaci & prima arietis & ſagittarii reperit.* id.
Clitarchus 6.13,31,7,2,12,13. *celebratus auctor, filius Dionis* 10.49. *Theopompo proximus* III. 5.
Cœranus Philoſophus II.
Columella 8.41, 11, 14,15,17,17, 9,19,21,18,7,30,19,5.
Commiades de conditura vini 14. 9.15. (al. *Coniades* vel *Coriades.*)
Corbulo (Domitius) 5. 6.
Cordus (Cremutius) 7.10,26,16.
Cornelius Alexander, polybiſtor. III.17,4,5,6,7,48,9,35,12,13, 22,16,5,37. *de pyramidibus Ægypti* 36. 12.
Cornelius Bocchus 37. 2. vide Harduin. pag. 364.
Cornelius Celſus 4. 2, 7,8,10,53, 11,14,15,17,18, 19,20,4,21,30, 23,27,13,28,29,31.
Cornelius Cethegus 27. 15.
Cornelius Nepos II. 67. II. procem. & 17. 18, 19, 4,12,5,5,6,2, 11, 31,7,9,17, 39,10, 23,12,13, 16,17,33,11,35,3, 36. audaciſſime credidit. 5. 1. obiit Auguſti principatu 9. 39. Padi accola 3. 18.
Cornelius Valerianus 8.10. 2. ubi apparet ſcripſiſſe poſt ultimum Tiberii annum 14. 1.
Corvinus Meſſala, vide Meſſala.
Coruncanus 8. 51.
Cotta Meſſalinus 14. 15.
L. Craſſus Orator, 9.54,33,11,34, 3,25,4,26,3.
M. Craſſus Orator 15,29,25,4.
Crates Grammaticus Mallotes 4. 12,7,2.
Crates (*Pergamenus*) 7.
Cratevas Medicus 21.25,5,6.
Cremutius, vide Cordus.
Critodemus (*Aſtrologus*) 2. 7. 56.
Criton 18.
Cteſias Cnidius 2. 106,7, 2,8,21, 31,2,37,2.
Curio, Pater 3.
Dalion Medicus 6. 29. *herbarius* 20, 17, 21,28.
Damaſtes (al. malè Damaſcenus 4.) 5,6,7,48.
Damion Medicus 20, 9,21,34,19.
Damon (idem fortaſſe cum ſuperiore) 7.
Deculeo, vide Eculeo.
Demetrius Phyſicus 8. 17, 28, 36, 12.
Demetrius Phalereus. ſtatuæ 360. ei poſitæ ab Athenienſibus 34. 6.
Demetrius de pyramidibus Ægypti 36. 12.
Democedes Medicus 12.13. (*al. minus bene Democlides*)
Democles 12. 35.
Democrates 25. 8, 26,7.
Democritus 2.7, 7,55, 8,17,9, 10, 49,11, 24, 12, 13,14, 20, 15,16, 17, 3,10, 18, 6, 17, 26.19, 20, 21, 24, 17, 25, 2, 26, 4, 28, 13, 16, 28, 6, 8. 29, 4. 30,

31.

31, 32, 5, 34, 8, 35, 37, 5, 10.
Demodamas Seleuci & Antiochi Regum dux, quem maxime ſequimur in his 6.16.
Demoſthenes ſummus Græciæ Orator 33. 1.
Demoſtratus 37. 2. *in hiſtoria* 37. 6.
Demoteles de pyramidibus Ægypti 36.12.
Diagoras Medicus 12. 13. 20. 18. 21. 35.
Dicæarchus vir imprimis eruditus, Regum cura permenſus montes, ex quibus altiſſimum prodidit Pelion, 2. 65,4,5.6.
Dieuches Medicus 20, 5,9,21, 27, 23,2, 24, 16.
Dino Clitarchi, celebrati auctoris pater 10. 49.
Dinochares 5.10.
Diocles Medicus Caryſtius 20, 3, 5,6,9,14,20,23,21,11,31,23,1. 24,17,19,26,2,37,3.
Diodorus ſapientiæ Dialecticæ Profeſſor, 7.53.
Diodorus Prienæus 8. 10, 14, 15, 17. 18.
Diodorus Medicus 29. *in Empiricis* 20. 12.
Diodorus 30. *Syracuſanus* 3. 5. *apud Græcos deſiit nugari Diodorus & βιβλιοθήκην hiſtoriam ſuam inſcripſit*, præf.
Diodotus 24. 16. Petronius, Medicus, 21. 25. 9. ἀνθολογούμενα, 20.8.
Diognetus menſor itinerum Alexandri 6. 17. 12. 13.
Dion VI. 29. 30. Colophonius 7,10,13,14,15,17,18.
Dionyſodorus Muſicus 37. 1.
Dionyſodorus Melius, Geometrica ſcientia nobilis, ejus Epiſtola ad ſuperos ſcripta inventa in ſepulchro, 2. 109. *Critiæ diſcipulus*, 34. 8.
Dionyſius 4,12, 5,31, 20, 3,9,22, 22,35,10,36,5. *de pyramidibus Ægypti* 36. 12. *Dionyſius à Philadelpho miſſus* 6. 17.
Dionyſius Medicus 12. 13. 21.
Dionyſius Siciliæ tyrannus accepto victoriæ Tragicæ nuncio obiit, 7.53.
Salluſtius Dionyſius 31.
Dionyſius terrarum orbis ſitus recentiſſimus auctor, quem ad commentanda omnia in Orientem præmiſit Auguſtus, ituro in Armeniam majore filio, 6.27.
Dionyſius qui Magonem transtulit, 8,10,11,14,15,17,18.
Dionyſius Salluſtius, vide Salluſtius.
Diophanes ex Dionyſio (Magonis interprete) *epitomen fecit*, 8,10,14,15,17,18.
Diophanes Nicæenſis, 10.
Diotimus Thebanus 28. 7.
Diyllus(male in aliis Duillius) 7.
Domitius Cæſar ſive Domitius Nero carmine ad Poppæam, 37. 3.
Domitius Calvinus 11.
Domitius Corbulo 5,24,6,8.
Domitii Piſonis dictum, theſaurus oportet eſſe, non libros, *præf.*
Dorotheus Athenienſis 12.13.22.22.
Doſiades 4. 12.
Doſitheus (*Aſtrologus*) 18.
Doſſenus 14. 15. Mundus 17.
Duillius, vide Diyllus.
Duris Samius 7,8,40,12, 13, 34.

8, *qui de torentice ſcripſit*, 34. *de pyramidibus Ægypti* 36.12.
Decius Eculeo. 10.35:10.
M. Egnatius Calvinus Alpium præfectus, 10, 48.
Elephantis 28. 2.
Empedocles 11,30,1,36,27.
Endymion Aſtronomus, Lunæ phænomena primus obſervavit 2,9.
Q. Ennius 7,28,18,8,35,4.
Ephippus 12,13.
Ephorus 4,12,22,5,31,6,31,7,48. *contra ejus theoremata* (leg. εὑρήματα) *ſcripſit Straton*,7.
Epicharmus Medicus, 10. 9.
Epicuri vultus geſtatus per cubicula 35. 2. *Natali ejus, viceſima luna ſacrificatum, feriæ icades omni menſe cuſtoditæ ab his qui ſe ne viventes quidem noſci volunt* (i. e. ab Epicureis, ſecundum illud, λάθε βιώσας.) id.
C. Epidius, 17. 25.
Epigenes Gnomonicus 2.
Epimenides Gnoſſius, 7. 52.
Epigenes Rhodius 7,49,56,8,10. 14,15,17,18,31,3.
Eraſiſtratus Medicus 11, 14,7,15, 20,25,21,28,22,23,24,16.
Eratoſthenes 2, 74. in omnium quidem litterarum ſubtilitate & in hac utique (Coſmograph.) præter cæteros ſollers, quem cunctis probari video, 2,108,3,5,5,6,7, 9, 30, 31,6,1,13,17,22,24,28, 29,12. 22,22.diligentiſſimus, 5,6.
Erinnæ carmina in Myronis cicadam & locuſtam, 34.
Evagoras Thaſius, (leg. Evagon.) 8,10,14,15,17,18.
Evanthes inter auctores Græciæ non ſpretus, 8. 22.
Evax, Rex Arabum 28. 2.
Euclides 2.
Euctemon 18. 25.
Eudicus (hiſtoricus) 31. 2.
Eudoxus, 2,47,4,5,6, 31, 7,18, 30,1, 31, 2. *alius Eudoxus Cyzicenus, de cujus navigatione* 2. 67.
Evenor 21. 31.
Euhemerus de pyramidibus Ægypti 36.12.
Eumachus Siculus Muſicus 4.6.
Eunicus Mytilenæus 33. 12.
Euphorbus, Jubæ Medicus à quo Euphorbia herba, privatim ei dicatum volumen, 5. 1.
Euphranor Iſthmius 35.11.
Euphronius Medicus Athen. 8, 10,11,12,13,14,19,15, 17, 18. de conditura vini 14. 19.
Euripides 37.2.
Fabianus Papyrius 2,47, 102,7, 9,8,11,12,4,13,15,17,18, 23,8, 28,28,4,36,15. male in quibuſdam editt. Favonius Fabianus 8. 51.
Fabius Doſſenus Poëta 14. 13.
Fabius Pictor, 7,7,8,22, 10,13, 14,15. in Annalibus 10, 24,14,3.
Fabius Veſtalis 7. 36. qui de pictura ſcripſit. 35.
Fabricius Tuſcus 3. 4. 6.
C. Fannii Conſulis lex, undecim annis ante tertium bellum Punicum 10. 50.
In faſtis illuſtris Servilia familia 34. 12.
Favonius, vide Fabianus.
Feneſtella (Lucius) 8,7, 48,9, 17.35.

17,35,14,15,1,33,1,35. qui obiit noviſſimo Tiberii Cęſaris principatu 33. 11.
Fecialis, vide Annæus.
Figulus, vide Nigidius.
Firmus qui κηπευτικὰ ſcripſit 19.
Flavius Alfius 9,8,12,14,15.
Cn. Flavius Annii F. ſcriba Appii Cœci A.U.C. 449. publicavit dies faſtos, 33.1.
Galba 36.
Galliæ legati Epiſtola ad Auguſtum, 9.5.
Gallus, vide Sulpicius.
Gellianus (Hiſtoricus) 3. 12.
Gellius (Cnejus) 7.53.56.
Germanici Cæſaris carmen in equum quem Auguſtus tumulo honoravit, 8.42.
Glaucias Medicus 20,25,21,28,22,23,24,16.
Glaucon Medicus, 22.22.
Gorgias Leontinus ſtatuam ſolidam ex auro ſibi Delphis Olymp. 70. *poſuit, tantus erat docendæ oratoriæ quæſtus*, 34. 4.
Gracchanus, vide Junius.
Gracilis, (Schotto Gracula) vide Turranius.
Faſti Græciæ Olympici 4. 5.
Viginti amplius auctores Græci prodidere de ventis obſervationes, 2. 46.
Inventores Græci, 2. 65. *pudet à Græcis Italiæ rationem mutuari*, 3. 16.
In pluribus Græcorum eſt monumentis, 8. 44.
Græca vanitas, 3. 26. *Mirum eſt quo procedat Græca garrulitas, nullum tam impudens mendacium eſt ut teſte careat*, 8. 22. *portentoſa Græciæ mendacia*, 5.1. *Græciæ fabuloſitas* 4. *proœm.*
Græcinus, vide Julius.
Perverſa Grammaticorum ſubtilitas, 35. 3.
Granius Medicus, 28. 4.
Grynas Maſſilienſis, (al. Crinas) *Medicus & Aſtrologus*, 29. 1.
Guluſſa Regulus 8. 10. *Polybio* ὁ Γολοσσῆς τῶν Νομάδων βασιλεύς, lib. 31. excerpt.
Hanno Pœnorum Imperator 6.31. *Carthaginis potentia florente circumvectus à Gadibus ad finem Arabiæ, navigationem eam prodidit ſcripto, ſicut ad extera Europæ noſcenda miſſus eodem tempore Himilco* II. 67. *Fuere & Hannonis commentarii, Punicis rebus florentiſſimis explorare ambitum Africæ juſſi, quam ſecuti plerique è Græcis, noſtriſque*. 5. 1.
Harpalus 18.
Harpocrates male ſcriptoribus à Schotto accenſitus ex 23. 3. *vide illuſtris Cuperi Harpocratem* p. 24.
Hecatæus Mileſius 4,13,5,6,18, *volumen de Hyperboreis*, 6,17.
Hegeſias 7. *Maroneus* 8.
Hegeſidemus Cythnius, 9. 8.
Heliodorus de Athenienſium anathematis, 33,34,35,8,36,5.
Helladium ex 4. 12. *à Schotto memoratum nullum reperio*.
Hellanicus 4,12,5,6,7,48.
Heraclides 4,20,21,35.
Heraclides Ponticus 7. *nobile volumen Heraclidis ſeptem diebus*

fœminæ

fœminæ exanimis ad vitam revocatæ, 7. 52.
Heraclides Medicus, 12, 13, 20, 5, 17, 22, 7.
Heraclides Tarentinus, 12. 13.
Hermippus 30. 1.
Hermodorus Ephesius, *legum quas Decemviri ſcribebant interpres* 34. 5.
Hermogenes 33. 7.
Hermotimus Clazomenus 7. 52.
Herodotus. II. 5, 9, 13, 7, 2, 8, 3, 12. 4, 17, 19, 13, 19, 36, 12. *Herodoto ſi credimus* 2. 85. *Thuriis ſcripſit*, 12. 4.
Herophilus Medicus, *Medicinæ vates*, *leges metricas modulorum pulſus deſcribit*, *miranda arte ob nimiam ſubtilitatem deſerta*, 11, 37, 25, 2, 6.
Heſiodus 7, 48, 10, 63, 11, 14, Procem. 15, 16, 8, 17, 18, 24, 25, 21, 7, 17, 20, 22, 22, 23, 1, 25, 2, 28, 6.
Hetruſca diſciplina 10. 15. infra, Tuſci.
Diceſius de conditura vini, 14. 19, 15. *Medicus* 21, 22, 16, 27, 4.
Hiero rex, 8, 10, 14, 15, 16, 17, 18.
Himilco y. *vide in Haunone*.
Hipparchus II. 12, 13, 26, 77, 108. 5, 6, 18. *Utrinſque ſideris*, *Solis & Lunæ curſum in ſexcentos annos præcinuit*, *menſes gentium dieſque & horas ac ſitus locorum & viſus populorum* 2. 12 13. *nunquam ſatis laudatus*, *ut quo nemo magis approbaverit cognationem cum homine ſiderum*. II. 26. *in coarguendo*, *Eratoſthene & in reliqua omni diligentia mirus*, II. 108.
Hippocrates princeps Medicinæ 7, 51, 11, 18, 7, 20, 4, 6, 9, 13, 14, 20. 22, 21, 22, 13, 23, 24, 24, 16, 25, 5. 26, 2, 8, 12, 15, 28, 5, 29, 4, 31, 36, 27.
Hipponax Poeta 36. 15.
Q. Hirtius, 19.
Adjicit Hiſtoria, 33. 4.
Homerus princeps literarum II. 6, 47, 85, 3, 5, 6, 10, 4, 5, 7, 8, 12, 5. 8, 9, 30, 32, 7, 49, 8, 48, 9, 38, 10. 3, 49, 13, 11, 14, 16, 14, 4, 16, 4, 13, 17, 5, 9, 18, 6, 7, 10, 19, 1, 21, 4, 7, 17, 21, 22, 21, 25, 2, 4, 7, 26, 9, 28, 2, 29. 30. 31, 6, 32, 11, 33, 1, 4, 7, 34, 16, 35, 2, 10, 36, 14. *deſiderium non traditi vultus*, 35. 2. *ut caveam iſtos Homeromaſtigas*, præf. *Jos Homeri ſepulchro veneranda*, 4. 12.
Horatius Flaccus 10. 52.
Hortenſius Orator 9, 55, 10, 20, 34. 8.
Horus 29. 30. 37. 9.
Hoſtanes 28. 7. 19. 30. 1. 2.
Hyginus III. 4, 5, 6, 10, 11, 12, 13, 24, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 1. 19.
Hylas externorum de auguriis peritiſſime ſcripſit 10. 16.
Jacobus 37. 10.
Iceſius Medicus 20. . vide *Hiceſius*.
Icetidas Medicus 28.
C. Ictius 36.
Inſcriptio è trophæo Alpium 3. 20.
Interdictum Patrum, metalli fodinis Italiæ parci jubens 3. 20. 33. 4.
Jollas Medicus 12, 13, 20, 18, 21, 28. 34. 10. 35.
Iſchæmon male ſcriptoribus accen-

cenſentur à Schotto ex 25. 8.*cum ſit herbæ nomen*.
Iſidorus Characenus 2,108,3,4,4, 16,23,5,6,9, 30,31,32,6,33,10.
C. Cæcilii Claudii Iſidori divitis teſtamentum 33. 10.
Iſigonus Nicæenſis 7.2.& 12. (ubi al. Iſidorus 13.
Iſmenias 37.6. 7.
Iba Rex Mauritaniæ, pater Ptolemæi, ſtudiorum claritate memorabilior quam regno 5. 1. *ad Cajum Cæſarem volumina de expeditione Arabica.* 5. 27. *ad Cæſaris Auguſti filium* 12. 14. *diligentiſſime perſecutus eſt hæc* 6,29,5,1,9,16,23,26,27,28,29, 31,32,6,8,3,5,13,30, 42,9,35, 10,44,12, 14,17, 13,15,14,15,24, 25,7,28,31,2,32,33, 4,7,35,6, 36,37,2,5,8.
Julius Aquila, vide Aquila.
Julius Atticus, 17. 12. vide Atticus.
Julius Baſſus, vide Baſſus.
C. Julius Cæſar, 9, 35, 13, 3, 14, 4, 18, 25, 26, 28. ſupra Cæſar.
Julius Græcinus qui Cornelium Celſum tranſcripſit. 14, 2, 15, 16,17,18.
C. Julius Medicus 7.53.
Junius Gracchanus à C. Gracchi amicitia dictus 33. 2.
Labeo, 10. 14. vide Antiſtius.
Laberius poeta mimorum 9.17.
Lacydes Philoſophus 10. 22.
Lais 28.7.
L. Largius, *lege* C. Valgius.
Lenæus Pompejus 14, 15, 20, 23, 27. Pomponius Læneus *editur* 21.
Lex Papyria 33. 3. Clodia id.
Licinius, vide Calvus.
Licinius Macer 19,21,28,29,30, 32, 1, 2.
Licinius Mucianus III. 5,6,12,5, 5,9, 24,31,6,7,4,48,8,3,50,54, 9,8,18,25,30,9,59,11,37,12, 1. ter Conſul II. 103,111,5,8,3,13, 15,20,22,6,36,18.
Litterarum pugna & vulgi. 2.65.
T. Livius II. III. 19,6,7,34,2, auctor celeberrimus in hiſtoriarum ſuarum quas repetit ab origine Urbis volumine, *præf.*
Livius filius. V.
Lucilius poeta 8.48. primus condidit ſtyli naſum. *præf.*
T. Lucretius 10.
Lyceas Naucratites 36.
Lycus (Hiſtoricus) 12. 13. 31.
Lycus Neapolitanus Medicus. 20, 20,31,2.
Lyſimachus de agricultura 8,9,10, 14,17,18,25,7,28.
Macer, vide Æmilius.
Mæcenas 8,43,9,8,32.37.
Mago Carthag. 17,10,11,18,22,18, 6,10, 21,17,27. *vide in Dionyſio & Diophane*.
Magorum infanda vanitas de gemmis plura incredibilia prodentium. 37,3,9, 10. *Chelonica portentoſiſſima magorum Mendaciis id. Magorum vanitates & Pythagoricorum* 22. 8.
Magi Parthorum. 37. 9.
Mallotes, vide Crates, & Philiſtides.
Mamilius (Schotto male Manlius) Sura, 8, 10, 11, 17, 18, 16, 19.
Manilius (Schotto male Manius) Sena-

Senator 10. 2. diligentiſſimus togatorum, ille maximis nobilis doctrinis doctore nullo, ſcripſit A. U. C. 656. P. Licinio & Cn. Cornelio COSS.
Marcion Smyrnæus Medicus de ſimplicibus effectibus 28. 4.
Marii Gratidiani lex de pondere æris ſignandi 33. 9.
Marſus (Domitius) Poeta 32.
Marſyas Macedo 12. 13.
Maſurius Sabinus 7; 5, 43, 10, 7, 14. 15, 29, 30, 16, 44, 18, 21, 28, 9.
Valerius Maximus 7. 33.
Medis ſagitta tigris *dicitur* 6. 27.
Medici, quod pace eorum dixiſſe liceat, in tantum à conficiendis medicaminibus abſunt, quod eſſe proprium medicinæ ſolebat, ut pars major ignorent & nomina. Nunc quoties inciderunt in libellos, componere ex his volentes aliqua, hoc eſt impendio miſerorum experiri cõmentaria, credunt ſeplaſię, omnia fraudibus corrũpenti 34. 11.
Medius Medicus 20. 21. *Reineſius* 2. 6. *Var. Lect. legit Pliſtonico Medico.*
Megaſthenes 5. 6. 17. 19. 22. 7, 2, 8, 14.
Meges Chirurgus, 22. 7.
Pomponius Mela 3, 4, 5, 6, 8, 12, 13. 21. alius 19, 6.
Melampus, 10. 49.
Melanthius Pictor 35.
Melor, vide Umbricius.
Meliſſus (a) 7, 9, 10, 11, 35.
Menæchmus 4, 12, 13, 34, 8. Statuarius, ſcripſit de ſua arte 34, 8. *de toreutice*, 33.
Menander Comœdus, 13, 1, 30, 1, 31, 32, 7, 37, 7.
Menander 30. qui *βιοχρηστα* ſcripſit 19, 20, 21, 27. qui de toreutis 33.
Menander Prinenſis, 8. 11.
Menander Heracleotes, 8. 11. vide Reineſium p. 127. Var. Lect.
Menecrates Poeta 8. 11. 7.
Menephon IV. lege *Xenophon*.
Mercurius 25. 5.
Meſſala Corvinus 9.
Meſſala 7. 26. Orator, 33, 3, 35, 2, 4. Verba ipſa Meſſalæ ſenis ponam, 34. 13. ejus de familiis Volumina, 35. 2. ubi eum ab Meſſala oratore diſtinguit. Alius M. Val. Maximus Meſſala de quo 35. 4.
Meſſalinus Cotta, Meſſalæ oratoris F. 10. 22.
Meſſalus Rufus, 7. 52.
Metellus Scipio, 8. 29. Oratio contra Catonem 8. 48.
Meto 18.
Metrodorus Scepſius, Philoſophus, 3, 16, 5, 31, 7, 8, 14, 28, 7, 35, 11, 37, 2, 4. *cui cognomen* (*μισορωμαῖος*) *à Romani nominis odio inditum eſt* 34. 7.
Metrodorus 4, 5, 6, 28: *alius qui de architectonice*, 35.
Metrodorus Medicus, 20, 37, 2, 10.
Miction Medicus, 21. *Smyrnæus* 28.
Miletus, 28. 1.
Mithridates, 37. 2.
Mnaſeas, 37. 2.
Mneſigiton 7. 56. vide Reineſ. 2. 6. Var. Lect.
Mneſis Medicus 12. (*ubi male Obſenis*,) 13. 21.

Mneſi-

(a) C. Cilnius Meliſſus, libertus Mæcenatis, de quo Nic. Heinſius ad Ovidii è Ponto IV. 16. 30.

Mneſitheus Medicus de coronis 21. 27.
Relatum in monumenta eſt. 2. 56.
Moſchion. 19. 5.
Mucianus 2, 3, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 16, 19, 31, 2, 33, 35, 36. ter. Conſul 34. 7. *vide*, Licinius.
Mucius augur. 10. 7.
Muſæus. 21, 7, 20, 25, 32.
Myrſilus (*Lesbius*) 3, 7, 4, 12, 5.
Nearchus 6. 12. 13. *Nearchi & Oneſicriti navigatio nec nomina habet manſionum nec ſpatia*. 6, 23, 24, 26.
Necepſos. 2, 23, 7, 49.
Neoptolemus qui μελιτουργικά. 11.
Nepos, vide Cornelius.
Neronis Imp. carmen, quo Poppææ capillos *ſuccina* appellavit 37. 3.
Neronis exploratores. 6. 29.
Nicander 8, 10, 11, 20, 21, 27, 29, 30, 31, 32, 36, 37, 2, 7.
Niceratus. 31.
Nicias 35. 4. pictor. 37. 2. (Schott. *Nicæas*.)
Nicobulus. 12.
Nicomachus Muſicus. 37. 1.
Sextius Niger, qui Græce de Medicina ſcripſit 12, 13, 14, 15, 16, 18, 9, 20, 21, 23, 27, 28, 29, 30, 32, 33.
Niger, vide Trebius.
Nigidius Figulus 6, 34, 7, 15, 16, 8, 51, 57, 9, 62, 10, 14, 17, 35, 11, 28, 37, 16, 6, 29, 4, 30, 10.
Noricus 4. 13. *Schott.*
E noſtris plurimi 3. 5.
Numa Pompilius, Rex Rom. 2, 53. 13, 13.
Nymphodorus Syracuſius 5, 7, 2, 34, 10, 35.
Obſenis vide *Mneſis Medicus*.
Oenopides (*Chius*) 18.
Olympias Thebana, inter Medicos 20, 21, 28, 19.
Olympicus 37.
Olympiodorus 12. 13.
Oneſicritus Aſtypalæus, Alexandri Magni dux & claſſis præfectus 2. 73. *circumvectus mediterranea Perſidis ex India* 6. 22, 23, 26, 7, 2, 10, 12, 8, 13, 14, 15, 18. *Vide ſupra in Oneſicrito*.
Ophelion Medicus 20, 5, 21, 22, 22.
Opilius (al. Ophilius) Medicus. 28. 4.
M. Opilius Hilarus, comœdiarum hiſtrio 7. 53.
Oppius 11. 45.
Oraculum 8. 41. &c.
Oratorum laudibus celebrata Iphigenia Timanthis pictoris. 35. 10.
Orchomenus 25. 7. Schott.
Orpheus vates ex Sithoniis Thraciæ 4, 11, 20, 5, 21, 25, 2, 27, 28, 29, 20, 1. *qui* Διονύς *ſcripſit* 28. (al. *Diophios*, vitioſe.)
Oſthanes. 30. 1.
Oſthanes ſecundus, ibid.
Ovidius Poeta 18, 29, 30, 4, 31, 2, 32, 2, 11.
Pacuvius Poeta, Ennii ſororе genitus, pictor clariorem eam artem fecit gloria ſcenæ. 35. 4.
Pamphila in Ceo reperit texere veſtem bombycinam. 11. 22.

Panætius 5. 6 eum Cicero ſecutus de Officiis. *præf.*
Pantomimus Mythicus. 7. 53.
Papyrius rerum naturæ peritiſſimus. vide Fabianus.
Parmeniſcus. 18.
Parrhaſius 35. 9.
Paſiteles qui admirabilia opera ſcripſit. 33. 35. 36.
Patrocles VI. præfectus claſſis Seleuci & Antiochi. 6. 17.
Paulinus Svetonius V. Stoicus. 11.
Paulus Sergius II. 18.
Pedianus, vide Aſconius.
Pelops 31.
Periander 5. 9. 25.
Petoſiris 2, 23, 7, 49.
Petriches. 19. *Medicus* 20. 21. *al. Petrojus.*
P. Petronius, eques, præfectus Ægypti ſub Nerone. 6. 29.
Petronius Medicus, vide Diodotus.
Phanias Phyſicus. 21.
Phemonoe Apollinis filia 10. 3.
Pherecydes Syrius 2. 51. *Pythagoræ doctor, terræ motum prædixit* 2. 79.
Philarchus, vide *Phylarchus.*
Philæmon 4, 13, 10, 37, 2, 7.
Philinus affectator Sapientiæ 8. 17.
Philinus Cous, Medicus. 20. 21.
Philippus (Aſtronomus) 18.
Philiſcus Thaſius, cognomento Agrius quod in deſertis apes coleret dictus, de apibus 11. 9.
Philiſtides Mallotes 4. 12. 22.
Philiſtion Medicus 20. 21.
Philiſtus 8. 42.
Philocares. 35. 4. (*Schotto Philocrates pictor.*)
Philomenes 37. 2. 7.
Philometor Rex, *vide Attalus.*
Philonides Medicus 4. 5. 31.
Philopator. 29.
Philoſtephanus 7. 56.
Philoxenus Poeta 37. 2.
Phylarchus 7, 2, 8, 42, 10, 74.
Picton Medicus, (fortaſſe *Micton*) 29. 6. Schott.
Pindari ſublime os. 2. 22.
Piſonis Frugi teſtamentum. 33. 2. C. Piſonis Cenſoris, libri Commentariorum. 13. 13.
L. Piſo. 2, 3, 19, 8, 6, 12, 13, 14, 22, 15, 29, 16, 17, 25, 18, 6, 28. 2, 29, 33, 2, 34, 3, 5, 6, 36. gravis auctor primo Annalium. 2. 53.
Planci dictum, *cum mortuis non niſi larvas luctari.* præf.
Plato, ſi Platoni credimus, 2. 90. *de Atlanta Inſula* 11. 17. *in Timæo & Critia.* 30. 1.
M. Accius Plautus, Comicus 14. 13, 15, 18, 11, 15, 19, 29.
Plinius, vide ſupra p 464. ſeq ſicut in rebus Neronis expoſuimus. 2, 83. 103.
Pliſtonicus Medicus 20. 21. *& fortaſſe* 36. *niſi legendum Apion Pliſtonices ut* 37. 5.
Pollio, vide Aſinius.
Polybius 3, 5, 4, 12, 22, 23. *Annalium conditor*, *Africam circumvectus.* 5. 1. 4. *diligentiſſimus exiſtimatus.* 6, 6, 31, 33, 8, 10. *Scipionis Æmiliani comes* 16, 31, 11.
Polycritus (Mendæus) 12, 13, 31, 2. al. *Polyclytus.*
Polyhiſtor, 9. 35. vide *Cornelius Alex.*
Magnus Pompejus 10. 54 Ejus in tertio Conſulatu edictum prohibens ullum telum in urbe. 34. 14

34,14. Pompeja lex 3,20, 24, 9. 25. 6.
Pompejus Lenæus 24, 9, 25, 6. Vide Lenæus.
Pompejus, vide Trogus.
Pomponius, vide Atticus.
Pomponius, vide Mela.
Pomponius Secundus, Poeta conſularis 7. 19. vates cujus vitam ſcripſiſſe ſe Plinius ait 14. 4.
Porcius Latro & aſſeclæ ejus, 20. 14.
Poſidonius 2,23,4,6,17. *Stoicus* 11. *qui periplum aut periegeſin ſcripſit*. V. *alius Poſidonius ſtatuarius Ephesius* 33. 12.
Praxagoras Medicus, 20,6,7,21, 25,2, 37, 2.
Praxiteles ſculptor 35,11,12, 36,5.
Procilius 8, 2, 12, 13.
Prodicus 29. 1.
Pſyllion ex 25. 12. *male ſcriptoribus à Schotto accenſetur*.
Ptolemæus Lagi, 12.
Publius, mimorum poeta 8. 51.
Pythagoras Samius, *Olympiade circiter quadrageſima ſecunda*, *U. C.* 142. *obſervavit Veſperum & Luciferum eandem eſſe ſtellam*, 2. 8. *vir ſagacis animi* 2. 21,22,18,12,19,5,20,9,13,17,21, 17,23,7,24,13,17,27,30,1, 34,6, 36,9,37,2.
Pythagorici 2. *eorum vanitates* 22. 8.
Pitheas Maſſilienſis 2,75,97,4,13, 16. 32,2,37,2.
C. Rabirius Medicus 28. 7.
Rhemnius Palæmon Grammatica arte celebris, 14. 4.
Romani 10. 8. &c.
Rufus 7. *vide*. Meſſala, & Vibius.
Rulli lex agraria, Cicerone Conſule promulgata 8. 51.
Sabinus vide Maſurius.
Sabinus 18. Sabinus Tiro libro κηπουρικῶν ſive hortenſium 19. 10.
C. Salluſtius 24. 2.
Salluſtius Dionyſius 32. 7. ſupra Dionyſius.
Salpe 28. 7. 32.
Saſerna pater 10,11,14,15,17, 18.
Saſerna filius 10.11,14,15,17,18.
Satyrus Poeta 37. 2. 6. 7.
Scævola 14. 15.
Scaurus de vita ſua ad L. Fufidium ſcripſit, 33. 1.
Scipio, vide Metellus.
Scrofa ſive Cn. Scropha Tremellius 11. 14,15,17,18.
Scythæ temerinda *matrem appellant*, 6. 7. *Perſas* Chorſaros & Graucaſum *nive candidum*, *Caucaſum*, 6. 17.
Seboſus, vide Statius.
Sempronius, vide Tuditanus.
Annæus Seneca, Philoſophus 6,9,53,11, 17, 29, 1, 36. princeps tum eruditionis ac potentiæ, quæ poſtremo nimia fuit ſuper ipſum, minime utique miratorem inanium, 14. 4.
Serapion Antiochenſis, 2,4, 5.
Sergius Paulus 2. 18.
Servilius Democrates nuper è primis medentium, 25. 8.
Servius Sulpicius 28. 2.
Severus, vide Caſſius.
Sextilius 28.
Sextius 32. 3. vide Niger. Romanus Græce de Medicina ſcripſit.
Sibylla 13,13,17,25,34,5.
D. Silanus 14,15,18,19.

Silenus 4. 22.
Simon (*a*) *qui primus de equitatu ſcripſit*, 34. 8.
Simonides minor de Æthiopia ſcripſit, *quinquennio in Meroe moratus* 6. 29.
Simus Medicus 21.
Situs terrarum depicti & Romam miſſi, 6. 13.
Socrates 35. 11. 36. 6.
Solon (*Smyrnæus*) *Medicus*, 20. 21. 21.
Sophocles Tragicus Poeta, 18. 7. 19,6,20,22,21,23,8, 37, 2. accepto victoriæ tragicæ nuncio obiit, 7. 53.
Valerius Soranus nomen alterum prodidit Romæ, dicere quod arcanis cerimoniarum nefas habebatur, luitque mox pœnas, 35. Vide Valerius.
Sornatius, 31,32,7. an Soranus?
Soſigenes 2,8,18,15.
Soſimenes Medicus, 20.21.
Sotacus 36,16,20,37,2, 6,9, 10.
Sotades 5.
Sotira 28.
Staphylus Medicus, 4,5,31.
Statius Seboſus 2,3,5,6,29,31,32. 7,9,15,12,13.
Stelæ lapideæ literis incognitis in inſula Arabum. 6.28. 29.
Steſichori ſublime os,2,12,12 10. 29.
Stilpo 7. 53.
Straton qui contra Ephori εὑρήματα ſcripſit, 7.
Stratonicus Satyras ſcripſit ſi Schotto credimus. Sed 33. 12. *Plinius memorat Stratonicum ſculptorem qui Satyrum finxit*.
Sudines 9, 35, 36, 37, 2, 6, 8, 9.
Schotto Sunides, vitioſe.
C. Sulpicius Gallus, Conſul. A. U.C. 587. de Solis ac Lunæ defectione volumen compoſuit 2. 12.
Sulpicius, vide Servius.
Sura vide Mamilius.
Tarquitius de Hetruſca diſciplina 2. 11. (male in quibuſdam Macrobii Codicibus Tarquinius, ut docet P. Pithœus in adverſariis ſubſecivis lib. 1. c. 20.)
L. Tarutius qui Græce de aſtris ſcripſit, 18.
Tauron 7.
Teleſtes Poeta 34. 10. *ejus diſcipulus Ariſtides* 35. 10. Schott.
Teucer, 25. 5.
Tergilla 14 15.
Thales 18. 25. *primus prædixit Eclipſin Solis*, *Olympiadis* 48. *anno quarto* 2. 21.
Themiſon Medicus 11. 15. 26. 5. 8.
Theochreſtus 37. 2.
Theocritus 28. 2.
Theodorus 20,9,24,19.
Theomenes 37. 2.
Theomneſtus 35.
Theophraſtus primus externorum aliqua de Romanis diligentius tradidit in eo volumine quod ſcripſit Nicodoro Athen. Magiſtratu, *Olymp.* 126. 3. U.C. 440. 3, 5, 7, 56, 8, 29, 31, 36, 44, 57, 9, 8, 57, 10, 29, 12, 13, 16, 14, 15, 1, 3, 16, 17, 25, 18, 19, 2, 8, 20, 3, 21, 1, 17, 25, 2, 6, 26, 10, 33, 7, 8, 35, 36, 17, 18, 21, 37, 2, 3, 5, 7, 12. *Adverſus*

(a) Vitioſe *Sarmenes* apud Reineſium II, 6. Var. Lect. p. 158.

Theophraſtum hominem in eloquentia tantum ut nomen divinum invenerit, ſcripſit etiam fœmina præf.
Theopompus 2. 106, 3, 5, 11, 4, 1, 7, 48, 17, 31, 2.
Thraſyllus Medicus 2, 9, 31, 32, 5.
Thucydides 3, 8, 4, 7.
Timæus Mathematicus 5. 9. 16.
Timæus Medicus qui de Medicina metallica fecit 33.
Timæus Siculus Hiſtoricus 2. 8, 3, 7, 4, 13, 16, 4, 33, 3, 37, 2.
Timagenes 3, 19, 33. 4.
Timagoræ pictoris de victo à ſe Panæno carmen 35. 9.
Timaridis reginæ carmen in panerotem gemmam 37. 10.
Timariſtus (al. Timaretus) *Medicus*, 21. 31.
Timon in odium totius generis humani evectus 7. 19. ubi cum auctoribus ſapientiæ appellatur, Diogene Cynico, Pyrrhone, Heraclito.
Timoſthenes 5, 6, 9. 31, 6, 5, 28, *claſſiũ Philadelphi præfectus* 29, 31.
Sabinus Tiro 19.
Tullius Tiro 2.
Tit. Imp. Cæſaris præclarum carmen de Cometa II. 25. Fulgurat in nullo unquam verius dicta vis eloquentiæ, tribunitiæ poteſtatis facundia. Quanto tu ore Patris laudes tonas, quanto fratris amas? quantus in poetica es? *præf.*
Tlepolemus Medicus (al. Theopolemus) 20 17.
Trebius Niger 8, 9, 25, 10, 18, 32, 2. è Comitibus L. Luculi Procos. Bæticæ, 9. 30.
Troglodytarum lingua topazin *quærere ſignificat.* 37. 8.
Trogus Pompejus 7, 3, 8, 9, 10, 33, 11, 39, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 10, 18, 31, 11. auctor ſeveriſſimus, 11. 52.
Q. Tubero II. 36.
L. Tuccius Valla, Medicus 7. 53.
Tuditanus 12. 13. 13. ubi citantur ejus commentarii. Statuæ ſuæ inſcripſit: qui domuit Iſtros &c. 3. 19.
Tullius Tiro. II.
Turranius Gracilis Hiſpanus III. proœm. & 9, 5, 18, 7.
Tuſci II. 54. 10. 3. Tuſcorum literæ de fulminibus II. 52. ſeq. in Hetruſcæ diſciplinæ voluminibus inveni. II. 83. 10. 15.
Tuſcus Fabricius III.
Cornelius Valerianus III. 8. 10. 14. 15.
Valerius Antias II. 107, 3, 5, 12, 13, 21, 28, 29, 33, 34, 3, 8.
Valerius Max. 7, 33, 35, 4. vide Max.
Valerius 20. Soranus III. 5. 12. in libris ἐποπτίδων. *præf.*
C. Valgius 21. 25. 2.
L. Tuccius Valla Medicus 7. 53.
M. Varro præf. II. 4, 3, 1, 5, 10, 12, 22, 4, 12, 22, 5, 6, 13, 17, 7, 2, 16, 20, 21, 52, 59, 8, 29, 43, 48, 10, 37, 11, 12, 13, 11, 13, 14, 4, 12, 14, 15, 8, 17, 16, 4, 27, 9, 25, 28, 3, 7, 12, 16, 25, 29, 30, 35, 19, 1, 20, 5, 20, 21, 22, 6, 24, 23, 25, 3, 26, 38, 28, 2, 6, 29, 1, 4, 6, 30, 30, 31, 2, 33, 3, 4, 10, 12, 34, 8, 35, 2, 10, 11, 12, 36, 5, 13, 27, 37, 11. inſertis voluminum ſuorum fœcunditati non nomini-

bus tantum ſeptingentorum illuſtrium, ſed & aliquo modo imaginibus. 35. 2. Satyræ, Seſculyſſes & Flextabula. *pref.* in Dolio ſatyra. 2. 4.
M. Varro qui claſſibus Pompeji piratico bello præfectus fuit 3. 11.
Varro Atacinus 3. 4. 5. 6.
Non omnia vaſaria excutienda. 7.49. libros cenſuales interpretatur Harduinus.
Vectius Valens, Medicus Claudii Imp. tempore & eloquentiæ affectator. 21. 1.
Verrius Flaccus 3, 7, 53, 8, 6, 14, 15, 17, 7, 28, 2, 29, 33, 3, 7, 35.
Verſus celebrati in Myronis buculam, 34. 8.
Fabius Veſtalis, vide Fabius.
Veſtinus 21.
Ut veteres dixere, ſummum Liberi Patris cum Cerere in Campania certamen. 3. 5. veteres prodidere 4. 12. 5. 31. &c. aliter ac veteres 6. 8.
Vibius Rufus 14. 15. 19. 21.
Virgilius Maro 7, 30, 8, 42, 11, 20, 12, 4, 13, 12, 14. proœm. 1, 3, 40, 15, 1, 15, 16, 30, 17, 2, 4, 9, 14, 18, 19, 21, 38, 2, 35, 5. forma equorum pulcherrime Virgilio vate abſoluta eſt. 8. 42.
Vitellii Oratio 11. 37.
Vitruvius 16. 35. 36.
Umbricus Melior de Etruſca diſciplina 10. 11. aruſpicum ævo noſtro peritiſſimus 10. 6.
Volcatius nobilis qui Caſcellium jus Civile docuit. 8. 40.
Volſcorum lingua. 3. 5.
Xanthus. 25. 2.
Xenagoras 4, 5, 31, 7.
Xenias 12.
Xenocrates Zenonis 35. 37.
Xenocrates ſtatuarius Tiſicratis, ſive Euthycratis diſcipulus de ſua arte compoſuit volumina 34. 8. *de toreutice* 33. *de pictura* 35. 10.
Xenocrates Epheſius. 12, 13, 20. 14, 20, 21, 21, 31, 22, 22, 28, 30. Medicus 20. nuperrime ſcripſit 37. 2. ubi ſæpius citatur, & 10.
Xenophon 14, 17, 18, 25. *ejus Sympoſium* 34. 8.
Xenophon Lampſacenus 2, 4, 13, 5, 6, 31, 7, 48.
Xenotimus 37. 2: 6.
Zachalias Babylonius in his libris quos ſcripſit ad Regem Mithridatem, humana gemmis attribuit fata 37. 10.
Zeno 18, 22, 22. alius 34. 8.
Zenothemis 37, 2, 6, 9.
Zoilus Macedo 12. 13.
Zoroaſtres 18. 30. 1. *in Magicis artibus* 37. 9. *idem citatur* 10. *aliquoties*.

Et illi ſine teſte rem affirmant, qui Plinii Hiſtoriam Naturalem dixerunt eſſe opus triginta annorum: & nimis breve ſpatium (*a*) aſſignaſſe digerendo tanto operi videtur doctiſſimus Dodwellus, qui characteres chronologicos in illo non niſi unius anni notatos

(a) Bibl. Angloiſe T. VII. p. 188.

tatos à Plinio ſecutus, unius anni ſpatio etiam illud compoſuiſſe, & abſolviſſe exiſtimavit. Vide Thomam Hearne in præfat. ad Guilelmi Neubrigenſis Hiſtoriam rerum Anglicarum. Eruditiſſimum literarum ſæcularium Plinium vocat Freculfus lib. 2. Chron. cap. 16. Libros Hiſtoriæ Naturalis reſpicit Servius quando in VII. Æneidos ait: *de civitatibus totius orbis multi quidem ſcripſerunt, ad plenum tamen Ptolemæus Græce, Latine Plinius*. Compendium quod ex ejus opere compoſuit *Robertus GirKeladienſis*, qui vixit ſub Henrico II. Angliæ Rege A. 1189. defuncto, citatur à V. C. Hadriano Relando in Palæſtina p. 439. & ſervatur MS. Francofurti ad Mœnum apud Nobiliſſ. D. Uffenbachium.

V. Editiones Plinii ab Harduino diligenter recenſentur, quibus nonnullas adjungam. Prima omnium eſt Veronenſis A. 1468. * Hanc dico primam, ſecutus Beughemium, cui in incunabulis Typographiæ pag. 110. diſerte illa memoratur. *Hiſtoriæ naturalis libri XXXVII. noctibus & horis ſubciſivis conſcripti. Veronæ* 1468. Qui negant exſtare, non alio id argumento videntur facere, quam quod illa ſe oculis ipſorum necdum obtulit, uti nec meis. Veroneſem ſecuta eſt Veneta 1469. apud Joannem Spiram, Germanum, charta nitida & marginibus amplioribus, quam tanquam primam laudatam etiam à Jo. Rhodio p. 72. ad Scribonium, & Chevillierio pag. 73. de originibus typographiæ Pariſ. nec non Maittairio pag. 65. Annal. typograph. inſpexit & pluribus deſcribit nobiliſſimus Sallengrius (*a*), exſtat etiam Pariſiis in Bibl. Mazariniana & in Bibl. Ducis Noallii, ut notavit Dan. Maichelius in libro de Bibliothecis Pariſienſibus vulgato Lond. 1720. 8. p. 69. Ad calcem leguntur hi verſus:

Quem modo tam rarum cupiens vix lector haberet,
Quique etiam fractus pene legendus eram,
Reſtituit (b) *Venetis me nuper Spira Joannes,*
Exſcripſitque libros ære notante meos.
Feſſa manus quondam moneo calamuſque quieſcat,
Namque labor ſtudio ceſſit & ingenio:

Ad eandem editionem reſpiciunt verſus, qui leguntur in antiqua editione librorum Auguſtini de Civitate DEI Venet. 1470. fol. per Joannem & Vindelinum de Spira, fratres:

Qui docuit Venetos exſcribi poſſe Johannes
Menſe fere trino centena volumina Plini,
Et totidem magnos Ciceronis Spira libellos,

(a) Memoires de litterature Hag. 1715. B. T. 1. pag. 275. ſeq.
(b) Tamen in hac etiam editione præter depravata alia, etiam Græca vel omiſſa, vel Latinis litteris parum emendate expreſſa.

Cœperat Aureli, ſubita ſed morte peremptus
Non potuit cœptum Venetis finire volumen.
Vindelinus adeſt ejuſdem frater, & arte
Non minor, Adriaca qui commemorabitur urbe.

Veneta A. 1470. fol. grandi charta & typis luculentis per Nicolaum Jenſon, Gallicum, fuit in Bibl. Joannis Mori, Elienſis Epiſcopi. Eodem Anno 1470. fol. Plinius excuſus Romæ in domo Petri & Franciſci de Maximis juxta campum Floræ, præſidentibus Magiſtris Conrado Svveynheim & Arnoldo Pannartz, cum Epiſtola *Jo. Andreæ Alerienſis* Epiſcopi ad Paulum II. Hæc editio manu paſſim notata fuit in Bibl. Marquardi Gudii & Clariſſ. Schurtzfleiſchii induſtria pervenit in Bibliothecam Sereniſſimi Ducis Vinarienſis. * Plinius iterum Venetiis 1472. fol. apud Nic. Jenſon. Hæc editio exſtat in Bibliotheca clariſſimi Viri Richardi Mead, Med. D. ubi præſtantiſſimus Malttairius (*c*) teſtatur eam ſe vidiſſe cum initialium litterarum illuminationibus, ſingulorum librorum argumentum exhibentibus. Initio Libri primi deſcribitur PLINIUS ſedens & ſcribens: 2. informis Mundi globoſi figura: 3. 4. 5. 6. diverſæ Tabulæ Geographicæ: 7. tres Sceleti: 8. duo Elephantes turrigeri: 9. 10. varia Piſcium, & Avium genera: 11. Bombycum variæ ab ovo uſque metamorphoſes. 12. Numina ruralia: 13. Hortulanus arbuſculas transfmovens. 14. Homo ebrius in vinea: 15. Puer humi cum pomis ludens: 16. Venator ſylva Cervum perſequens: 17. Arbores in ſeminario diſpoſitæ: 18. Agricolæ duo arantes: 19. multæ ſationum ſpecies: 20. Puer melones legens, & mulier corbem geſtans: 21. Ruſticus corollas nectens: 22. Tinctor veſtium: 23. Vindemiator in vinea: 24. Quidam Arborum radicibus aſſidens: 25. Quidam herbas legens: 26. Chirurgi duo, alter infirmi caput curans, alter vero incidens: 27. Pantheræ duæ, altera aconito guſtato exſpirans: 28. Medicus cum Libro, prope ægrum in lecto decumbentem: 29. Æſculapius ſub Serpentis figura: 30. Magus in magicarum figurarum circulo legens, & Dæmon deſuper advolans: 31. Urinatores: 32. Navis: 33. Puer ſufflans ignem ſub fornace fuſoria: 34. Pictor pingens in tabella: 35. Metallorum foſſor: 36. Duo lapicidæ: 37. Gemmarius inter varia gemmarum diverſicolorum genera. Iterum Romæ per Conr. Svveinheim, & Arnoldum Pannartz. 1473. fol. quæ editio laudatur à Franc. Redi de gener. inſect. p. 58. Parmæ 1476. fol. per Steph. Corallum, Lugdunenſem, cum brevibus notis *Phil. Beroaldi* ad pauca quædam Plinii loca. Tarviſii, 1479. fol. ductu & impenſis Michaelis Mazzoli Parmenſis cum Beroaldi emendationibus & *Hieron. Bononii*

(a) Annal. typograph. p. 34.

nonii Apologia pro Plinio. Parmæ per Andream Portiliam 1481. fol.

Andreas prodeſſe volens Portilia multis
Gratum opus impreſſit Plynion ære ſuo.
Temporibus priſcis hunc Bibliotheca tenebat
Principis, & magni divitis, atque Ducum.
Nunc emit omnis cum civis, quem gloria tangit,
Hunc emit argento pauper & ore legit.
Factis ære notis debet cum divite pauper,
His debet quiſquis diſcere multa cupit.
Arte tua gaudere potes, Portilia, multum
Quæ facit ut vivant omnia ſcripta. Vale.

De *M. Antonii Sabellici* notis in Plinii (*a*) Hiſtoriam naturalem, & de iis quæ contra Sabellicum ſcripſit *Nic. Leonicenus*, (*b*) Vicentinus, contra Leonicenum *Pandulfus Collinucius*, Piſaurienſis JCtus, Ferrar. 4. contra Collinucium pro Leoniceno *Pontius Virunius* Bellunenſis. Vide Sabellici Epiſtolas, & Diarium Venetum, Giornale de'letterati d'Italia T. 17. p. 281. 282. 288. T. 24. p. 273. In eodem Diario T. 17. p. 301. diſſeritur de iis, quæ in Plinium ſcripſit *Georgius Merula* Alexandrinus, & quæ *Cornelius Vitellius* Corythius in defenſionem Plinii & Domitii Calderini, contra Merulam: *Pauli Romalei* Regienſis Apologia contra Vitellium, Venet. 1482. 4. id. pag. 327. 328.

Plinius Venetiis excuſus 1483. fol. per Rainaldum de Noviomago, & 1487. fol. per Martinum Saracenum. In Bibliotheca Bigotiana fuit editio Veneta A. 1486. fol. excuſa in membrana, cum nonnullis ad calcem notis, ſine nomine auctoris. In Bibl. Menarſiana p. 45. memoratur Veneta A. 1491. fol. Exſtat & Veneta 1496. fol. ex *Hermolai Barbari* (*c*) caſtigatione, quam Perizonius Bibl. Leidenſi legavit: Et A. 1499. fol. quæ itidem fuit in Bibl. Menarſiana p. 47. nec non A. 1507. fol. id. p. 41. Eſt & A. 1513. fol. ex recognitione *Alex. Benedicti*, atque iterum A. 1519. fol. per Melchiorem Seſſam, & A. 1536. 8. apud Aldum, quatuor Volum. Prætereo editiones Venetas 1559. fol. ac recentiorem 1648. quam lau-

(a) Vide Sabellici centurias duas in tomo 1. Lampadis Artium Gruterianæ.

(b) Hujus Leoniceni liber de Plinii & aliorum Medicorum erroribus poſt edit. 1491 & Ferrar. 1509. 4. recuſus Baſileæ 1529. 4.

(c) *Hermolai Barbari*, Patritii Veneti caſtigationes in Plinium ſeparatim excuſæ Cremonæ 1485. & Rom. 1493. fol. apud Lucarium Germanum cum emendationibus in Pomponium Melam; tum Mediolani 1494. fol. & ſæpius deinde, ut Baſil. 1534. 4. Huic uni plus quam reliquis omnibus debere Plinium ait Rolandus Mareſius pag. 458. Epiſt. Et ipſe quidem 5000. circiter craſſiora ſe vulnera ſanaſſe teſtatur. Conjecturis tamen ſuis & memoriæ nimium quandoque tribuiſſe, nec pauca contra fidem MSS. erudite magis quam vere emendaſſe ab Harduino arguitur.

dat Joh. Rhodius ad Scribonium Largum pag. 216. *Nic. Beraldi* & *Guil Budæi* opera in Plinio emaculando præſtita, quam laudat Eraſmus XXVIII. 14. Epiſt., credo exſtabit in editionibus hujus ſcriptoris Pariſienſibus A. 1514. fol. cum Hermolai Barbari caſtigationibus, & 1516. fol. quæ editio fuit in Bibliothecis Jac. Perizonii & Lucæ Langermanni, & 1532. fol. ex editione Petri Bellocirii, quæ ut nitidiſſima celebratur in Bibl. Menarſiana p. 39. Brixienſis A. 1498. & Baſileenſis *Geleniana* 1535. fol. cum notis MSS. marginalibus *Guil. Pellicerii* Epiſcopi Monſpelienſis, fuerunt apud præſtantiſſimum Virum, Carolum Dati. Hagenoenſis ex ejuſdem Barbari emendatione per Jo. Baptiſtam Palmarium Plinio diligentius quam in Brixienſi editione factum applicata A. 1518. fol. cum *Indice* Joannis Camertis, qui prodierat ſeparatim Viennæ Pannoniæ 1514. 4. & deinde pluribus Plinii editionibus eſt adjunctus. Veneta tertia A. 1519. fol. Pariſienſis 1524. f. fuit in Bibl. Bigotiana. Colonienſis 1524. per *Joannem Cæſareum*, qui 4000. errores ſuſtuliſſe ſe teſtatur, typis Eucharii Cervicorni. Ejuſdem Cæſarii ſcholia in Plinium & Oppianum de piſcibus, Argent. 1534. 4. Baſileenſis Eraſmi An. 1525. fol. apud Froben. Vide Eraſmi Epiſt. XXVIII. 14. edit. Lond. qui Guil. Budæi, Nic. Beraldi & Jo. Cæſarei operam in Plinio præſtitam celebrat. Petri Daneſii editio A. 1533. * Prodiit & Plinius Baſil. 1530. fol. apud Frobenium ex caſtigatione Beati Rhenani & Eraſmi; & Baſileenſis ſecunda cum annotationibus *Sigiſmundi Gelenii* (*a*) A. 1535. & 1543. fol. atque hæc editio ac illa 1530. nuper extabant in Bibl. clar. Perizonii. Baſileæ rurſum cuſus eſt Plinius An. 1539. fol. Ad hanc obſervationes ſuas direxit *Ferdinandus Pintianus*, qui duobus MStis uſus Salmanticenſi & Toletano Anno 1544. eximias ſuas obſervationes, & caſtigationes in totum Plinium (excepto libro extremo) edidit recuſas Antuerp. 1547. 8. & Genevæ 1593. fol. cum *Beati Rhenani* caſtigationibus in præfationem, & libros primores XIV. qui è veſtigiis Codicis manu exarati feliciter quædam reſtituit. Viderant lucem hæ Rhenani obſervationes primum A. 1536. Idem Rhenanus A. 1531. libris rerum Germanicarum ſubjecit Epiſtolam ad Pirckhaimerum de locis Plinii per *Stephanum Aquæum* Bituricenſem allatis. Hic Aquæus (de l' Aigue de Beauvais) Pariſ. An. 1530. fol. commentarium edidit in univerſos Plinii libros, mole magis quam eruditione inſignes, Judice Harduino. * Gelenii notæ additæ Baſi-

(a) Gelenium nimis ingenio ſuo in Plinii editione indulſiſſe notat A. Chevillierius de origine typographiæ Pariſ. p. 191. & Eraſmus in Epiſtola ad Damianum Goeſium ſcripſit Gelenium è MSto Codice, quem ſciolus aliquis ex ingenio paſſim interpolaverat novum quodammodo Plinium nobis dediſſe, non veterem emaculaſſe.

Baſileenſibus recentioribus ut A. 1545. (quæ cum MS. Chifletiano collata exſtat Romæ in Bibl. Barberina ,) & Anni 1549. fol. & Lugdunenſi 1563. fol. & Genevenſibus ſive Colon. Allobrogum 1615. 1631. fol. De miro ſtudio *Chriſtophori Longolii* Mechlinenſis, qui A. C. 1528. natus, Patavii obiit cum vix annos XXXIV. vixiſſet , quos labores ſuſceperit , quæ itinera & pericula obierit ut Plinianam Hiſtoriam digne illuſtrare poſſet , vide quæſo Melchioris Adami vitas Philoſophorum in Longolio . Idem Adamus narrat Longolium pæne puerum plura in Plinio emendaſſe & notaſſe , quæ ipſo inſcio & invito in Gallia fuerant edita . Memorat etiam Orationem , de laudibus C. Plinii , ac commentaria in XI. Plinii libros . Et Geſnero Longolii Commentaria in Plinium celebrantur, quem Pictavii publice cum ſumma omnium admiratione docte & eleganter fuerit interpretatus. Tamen Longolios & Aquenos (*Stephanum Aquæum* de quo Volum. 1. pag. 407.) minorum gentium interpretes vocari video ab *Andreæ Schotto* , qui in Epiſtola ad Ortelium , Melæ ſubjecta , *Pintiani* , inquit , *in Plinium utinam te hortante Plantinus noſter , typographus omnium quot ſunt , erunt , maxime induſtrius , in vulgus edat cum* Jac. Suſii *&* Brugenſium *notis : eſſet cur Reip. litterariæ , patriæ , & Plinio ipſi jam pæne in integrum reſtituto gratularemur . Nos Toletanum Codicem MS. quo uſus eſt Pintianus , inſpeximus , non pauca relicta collegimus , Solinum quoque & Capellam cum MSS. compoſitos recenſuimus : ſed matureſcere ſinam* . Ex eodem Schotto præterea didici , quod Plinium illuſtravit etiam ſæculi ſui alter Varro *Petrus Ciacconius* Toletanus , cujus vigilias Plinianas adhuc , inquit , nobis hæredes invident & theſauro incumbendo premunt . *Petri Pierii Smenſæ , Schotani* , notas & emendationes in Hiſtoriam naturalem Plinii memorat Suffridus Petri de ſcriptoribus Friſiæ decad. XVI. 2. nunquam editas ut exiſtimo , quemadmodum & *Roberti Conſtantini* Antonius Teiſſierius in elogiis Thuaneis Gallice verſis illuſtratiſque Tom. 4. pag. 508. Dan. Guil. Mollerus in diſſ. circulari de Plinio Secundo, Altdorf. 1688. 4. notat. *Nic. Rigaltium* quoque & *Octavium Ferrarium* Plinii Hiſtoriæ Naturali recenſendæ animum applicuiſſe , licet conſilia eorum mors prævertit . Ipſe Ferrarius pag. 309. Epiſt. *De Plinio vix ulla ſpes ſupereſt , cum immenſum pelagus & ſumma dies inſtans vela colligere & retro curſum vertere compellat . Itaque labor omnis non ſine fructu per tot annos magno ſcriptori impenſus fruſtra ſuſceptus fuerit : Sic Dii voluere* . Eodem loco teſtatur ſe veterem editionem Venetam contuliſſe cum manu exarato Codice, qui Pici Mirandulani fuit . Notas Ferrarii non ultra librum duodecimum proceſſiſſe A. 1675. teſtatus eſt Chriſtophorus Arnoldus. Vide Conſultiſſ. Viri Burchard.

chard. Gotthelf Struvii T.1. faſcic. 7. actor. literariorum ex MSS. erutorum p.78 Extant etiam Plinii editiones Pariſienſis A.1543. f. Lugdun.1553. fol. apud Antonium Vincentium charta majori luculento charactere; Baſileenſis 1554. fol. Veneta à Paulo Manutio emendata cum caſtigationibus Gelenii 1559. fol. Lugdunenſis opera Juntarum 1561. 12. Lugdunenſis altera 1563. fol. apud Joannem Frellonium. Veneta 1571. fol. Leydenſis A. 1582. Petri Santandreani typis. Lugdunenſis apud Honoratum ad MSS. Codices emendata ex recognitione cum caſtigationibus, notis & variis Lect. *Jacobi Daleccampii* Medici Cadomenſis, 1587. fol. luculenta editio, recuſa Colon. 1615. fol. Genev. 1631. fol. Genevenſis A. 1593. 12. & altera 1616. 12. tribus vol. cum variis Lect. Pintiani, Turnebi, Dalechampii. Leydenſis altera Elzevirii typis, è Salmaſii caſtigationibus, accurante Joanne Laet. 1635. 12. tribus volum. * In Catalogo Bibl. Bodlejanæ notas ad Plinium per errorem referri videas ad Calebum Dalechampium, illum qui vindicias Salomonis de lapſu ſtatuque ejus æterno ſcripſit. Notum autem eſt notas deberi *Jacobo Dalechampio*, Medico Cadomenſi, qui Plinium Lugduni A. 1587. fol. excudi fecit, & anno poſt diem obiit. (*a*) Neutiquam contemnendam eſſe ejus induſtriam, quam in præclariſſimo ſcriptore poſuit, æquus lector facile agnoſcet, etſi non pauca aliorum ingenio illuſtranda & expolienda reliquit, & Pliniun Lugdunenſem tanto nil dignum hiatu præſtare ſcripſit Caſaubonus ad Theophraſti characteres pag. 12. edit. Cantabrig.

In editione Francofurtenſi 1599. fol. accedunt præter notas Dalechampii & anonymi cujuſdam (*Jani* fortaſſis (*b*) *Gruteri*) annotatiunculæ & Pintiani obſervationes, uti in altera Anni 1608. 8 *Pauli Cigalini* prælectiones de Patria fide & auctoritate Plinii. Eædem Dalechampii notæ & Pintiani, Rhenanique comparent in Leydenſi Anno 1669. 8. tribus volum. quam cum ſuis obſervationibus, & variorum notis adornavit *Joh. Frid. Gronovius*, (*c*) qui non paucis Plinianis inſignem lucem attulit, vir ut norunt omnes, præſtantiſſimus in hoc genere literarum. Interjecto tempore paſſim plurima Plinii loca emendaverat doctiſſimeque illuſtraverat eruditionis omnis Phoſphorus & ſol Claudius Salmaſius in Exercitationibus Plinianis ad Solinum, quæ

(a) Vide Guid. Patini Epiſtolas ad Jac. Sponium p.46. & quæ de Jac. Dalechampio Huetius in Originibus Cadomenſibus Gallice editis c.24. Acta Erud. 1704. p.186. ſeq.

(b) Joannem Matthæum VVackerum JCtum auctorem eſſe conjicit Reineſius Epiſt. ad Hofman. p. 146.

(c) * Plinium à Gronovio A. 1669. etiam minore forma in 12. vulgatum ſcribit Dan. Guil. Molgerus in Diatriba de Plinio, quam editionem non vidi.

quæ Pariſ. An. 1629. tum nuper Trajecti ad Rhenum cum eximio auctario exercitationum de homonymis hyles Jatricæ & de manna ſaccharoque editæ ſunt A. 1689. fol. Fatendum tamen tot virorum doctiſſimorum labores nova ſui Plinii editione reliquorumque omnium induſtriam doctrinæ & ingenii ſui lumine obfuſcaſſe *Johannem Harduinum* è Soc. Jeſu, qui Codicibus MSS. quindecim & editionibus quamplurimis uſus Plinium de integro recenſuit, & in uſum Delphini interpretatione & notis indicibuſque lucupletiſſimis (utinam non quintuplici ſerie exhibitis) & Commentario Alphabetico de Auctoribus à Plinio allegatis, illam Naturæ Bibiothecam luculenter illuſtratam vulgavit Pariſ. 1685. 4. quinque voluminibus. Equidem quis non optet de Salmaſio aliorumque lucubrationibus eum non tam inſolenter & indigne pronunciaſſe, cum paſſim ex illis profecerit, etiam ubi eorum nomina ſilentio involvit, ut aliquot exemplis oſtenſum à Joh.Clerico eſt in Tomo quinto (*a*) Bibliothecæ univerſalis. Omitto alia, quæ in iisdem Harduini laboribus reprehendit Jacobus Gronovius præfatione ad Parentis ſui opus de ſeſtertiis. Nihilominus plurimum ſemper de illa Plinii editione Harduino & debent litteræ & debebunt. * Ad editionem *Jo.Harduini*, ſexti Voluminis inſtar eſt Viri illius docti opus de nummis antiquis Urbium & Populorum, ad cujus calcem illuſtratur ex inſtituto locus Plinii inſignis de re monetaria, qui occurrit lib. XXXIII. cap. 3. (ſect. 13.) Harduini opus de nummis antiquis poſt primam editionem Pariſ. 1684. 4. recuſum eſt uti auctum paſſim atque interpolatum, ſic quoque hinc inde mutatum in operibus ejus ſelectis, Amſt. 1709. fol. Cum jam pridem rarior ſit Harduiniana Plinii editio, omnium non modo illius ſcriptoris, ſed etiam aliorum, quotquot in uſum Delphini illuſtrati exſtant, longe præſtantiſſima, audio novam (*b*) exſpectari à typographis Pariſienſibus, ex nova doctiſſimi Auctoris recognitione. Neſcio unde acceperit celeberr. Struvius, qui *Gabrieli Coſſartio*, S. J. deberi magnam partem operæ in Plinium impenſæ contendit introductione in notitiam rei litterariæ c. V. §. 8. p. 109. *Editiones ſcriptorum claſſicorum, quæ in uſum Delphini facta, ſatis ſunt ſplendidæ* (illas impenſis plus quam 200000. librarum conſtare notat Huetius de rebus ad ſe pertinentibus pag. 290.) *De hiſce tamen dicendum, quod editores ſplendorem potius addiderint quam notas. Has enim pleraſque Germani ſcriptores ſibi vindicabunt, vel Belgæ, ſi Harduini Plinium excipias, qui*

tamen

(a) T. 5. p. 7. ſeq. adde T. 15. p. 247. T. 21. part. 2. p. 132.
(b) Hæc prodiit novis augmentis locupletior Pariſiis fol. tom. 3.

tamen majoris adhuc plagii accuſandus, cum pleraque ex Coſſartii *MSto, cui per plures annos inſudaverat, deſumſerit.* Jo. Georg. Grævius Epiſtola *(a)* ad Jo. Clericum data 13. Maj. 1687. *Male ſane, apud Gallos quoque audit* Harduinus, *cum quod aliorum compilet ſcrinia, tum quod liberius invehatur & petulantius exagitet viros doctiſſimos, ubi quid deprehendit in illorum Scriptis, in quo cespitarunt, ut eſt ingenii humani imbecillitas; prætereat vero ſilentio illorum præclara in rem litterariam merita & obſervationes, quas ſibi vindicat; non pudenter, Hercule, ſi verum fateri volumus.* Voſſium *ſane indignari quoque accepimus, quod* Harduinus *ſibi tribuerit elegantiſſimam & certiſſimam emendationem, quæ legitur in notis ad* Melam p. 280. *cum omnibus illorum Scriptorum locis, quibus eam firmat, excepto ſolitus* Chariſii. Friderici Gronovii *emendationes laudat quidem in proœmio, ſed in adnotationibus ſuo illas adſerit ingenio & ſollertiæ, raro* Gronovii *mentionem facit, niſi ubi ab illo diſſentit. Non poſſum igitur improbare (quamvis amicitia & commercium litterarum mihi intercedat cum* Harduino, *& inficiari non poſſim, multa egregia illum, per ſe quoque, cum in* Plinio, *tum in Geographicis ex numiſmatibus illuſtratis obſervaſſe,* Plinioque *illius primas deberi, non ſolum inter Scriptores, in uſum Delphini editos, ſed inter editiones omnes* Plinii*) famam* Salmaſii *aliorumque doctorum hominum à te vindicari.* Bælius, *qui iniquius cum* Harduino *egit, ubi ſententiam fert de illius* Plinio *&c.*

Anglice Plinii Hiſtoriam naturalem convertit Philippus Hollandus Medicus, in quem hoc exſtat Jo. Ovveni Epigramma:

Plinius eſt longus, quia multa; brevis, quia multum
Scripſit. At Hollandus longior (quia plenior)
& brevior, (quia planior.)

Ineditos *Jo. Claymondi* Angli commentarios ſibi communicatos teſtatur, laudatque Jo. Jacobus Zvvingerus in diſſ. de valetudine plantarum, Baſil. 1708. 4.

Gallice Plinius ex verſione & cum notis Antonii Dupineti prodiit Lugd. 1562. 1566. fol. 2. vol. 1580, fol. & Pariſ. 1608. 1615. fol. Senſum auctoris interdum minus aſſecutus, notante Colomeſio ad Gyrald. pag. 202. & Mottano Vayero in Hexaemero ruſtico pag. 30. Merito tamen ob plura bene explicata digniſſimum laude judicat Bælius pag. 2428. Lexici edit. ſecundæ. * Librum ſecundum illa lingua verterat Ludovicus Maigret, Pariſ. 1540. 8. E primoribus ſedecim libris compendium compoſuit Petrus de Changy, Lugd. 1551. Plinius *Italice*, Ludovico Dominico interprete Venet. 1603. 4. atque ex verſione antiquiori Chriſto-phori

(a) Edita ad calcem Vitæ Clerici, Amſtelodam. 1711. 12. pag. 198.

phori Landini ibid. 1476. fol. apud Nic. Jenſon. & 1481. fol. apud Philippum Venetum & 1524. fol. *Hiſpanica* interpretatio Hieronymi de Huerta, annotationes etiam & ſcholia adjuncta habet, Madrit. 1624. 1629. fol. 2. Volum. *Germanice* prodiit Plinius Francof. 1571. 1584. & 1600. fol. Et libri quinque à ſeptimo ad undecimum, Henrico Eppendorpio interprete, Argentorat. 1543. fol. Et *Belgice* Arnhem. 1610. 4. Amſt. 1664. 8. *Plinius van Menſchen, beeſten, vogeln ende viſchen. Arabicè*, interprete Honiam, filio Iſaaci, MS. *Ketab Belinas*. Herbeloti Bibl. Oriental. pag. 199. Acta Erud. 1720. p. 415.

Juvat etiam per ſaturam paucis referre, qui partes quaſdam Pliniani operis illuſtrarunt. Ut M. Antonius Sabellicus in Centuriis duabus annotationum, quibus varii Plinii loca illuſtrantur, quæ quæ recuſæ ſunt Venetiis 1508. & extant in tom. 1. Facis artium Gruterianæ. Robertus de Valle Rothomagenſis in explanatione difficilium Plinii locorum A. 1500. 4. (exigui momenti judice Harduino.) Nic. Leonicenus de Plinii, & aliorum Medicorum erroribus de herbis, fruticibus, animalibus, metallis, ſerpentibus &c. Baſil. 1529. 4. Ejuſdem Leoniceni de falſa quarundam herbarum inſcriptione in Plinio, Argent. 1536. Pandulphi Collinutii defenſio adverſus Leonicenum Pliniomaſtigem. *In Plinii Præfationem* * commentarius *Marini Becichemi* Scodrenſis prodiit Pariſ. 1519. *Cornelius Vitellius* Epiſtola ad Parthenium Benacenſem, qua eandem præfationem illuſtrat, Perotti cornui copiæ ſubjungitur: *Philippi Melanchthonis* paraphraſis prodiit cum Orationibus duabus Demoſthenis in Ariſtogitonem Latine verſis Hagenoæ 1527. 8. Video etiam laudari *Antonium Fabrum* (*a*) in Plinii præfationem Rom. 1510. 4. *Leodegarii à Quercu* commentarius prodiit primum Pariſ. 1556. 4. apud Vaſcoſan. tum Heidelb. 1600. 8. In illum præterea ſcripſere Martinus de Figueredo, Olyſſipone 1529. fol. Adrianus Turnebus, qui notas ſuas *Gul. Pellicerio* (*b*) Monſpeſſuli Epiſcopo debere ſe fatetur, & quos Harduinus ſibi haud viſos memorat, L. Antonius Flaminius, atque Antonius Ferrarienſis. *In librum I. & II.* Franciſci de Villabolos gloſſa naturalis, Compluti 1524. fol. *In librum II.* Georgius Valla, Venet. 1502. 4. Jac. Zieglerus, Collinutius & Vadianus, Baſil. 1531. 4. Jaco-

(a) Vide Catalogum Bibl. Seilerianæ pag. 124.

(b) Hujus Pellicerii notis in Plinium MSS. uſum ſe fuiſſe Harduinus teſtatur. Similiter ineditæ alicubi deliteſcunt in Plinium notæ Antonii Nebriſſenſis, Jo. Andreæ Stranæi, Petri Ciacconii, Chriſtophori Longolii, & fortaſſe Franciſci Calvi. Vide animadverſiones philologicas Thomæ Crenii T. 7. p. 12. & 207. ſeq. D. de Aylvà (forte de Sylva, inquit Harduinus) Medici Friſii commentarios in Plin. laudat Muntingius.

Jacobus Milichius, Hagenoæ 1534. 4. Francof. 1543. 1557. 4. Pariſ. 1503. 4. Lipſ. 1573. 4. Rudolphus Goclenius., Marpurg. 1612. 12. * Liber ſecundus à Gelenio emendatus Pariſ. 1543. *In librum VII.* Guglingerus, Cracov. 1526. 4. In locum Plinii VII. 50. ubi mortis per ſapientiam (*a*) mentio, ſcripſere Alciatus II. 60. parerg. Mercurial. VI. 20. Var. lect. Biſciola XVIII. 12. hor. ſubceſiv. Cerda ad Georg. Virgilii IV. 260. Eduardus Fernandez, Joannes de Luna Vega, Franciſcus Ximenez Guillen, & Jo. Pineda, Beveroviciusquæſt. Epiſtol. p. 23. 27. 66. 69. 78. & Wedelius Centur. I. diſſ. Medico Philolog. X. 10. *In librum IX.* Franciſcus Maſſarius Venetus, Baſil. 1537. 4. Pariſ. 1542. 4. *In libri XXX. cap. I. & II.* commentarius argutiſſimi ſcriptoris complectens Magiæ naturalis rationem, Wurtzburg. 1548. 4. Fuit in Bibliotheca Petri Francii V. C. * Commentarius in lib. xxx. cap. 1. & 2. *Jo. Tritbemii* eſt, quo difficultates Plinianæ præſertim Magicæ explicantur & tolluntur. Nic. Maroneæ Commentarius in Plinium & Dioſcoridem de amomo Baſil. 1608. 4. Melch. Guillandini in aliquot capita Plinii lib. XIII. (de papyro) Venet. 1572. 4. Lauſannæ 1576. 4. Joſephus Scaliger contra Guilandinum in ſcriptis ejus poſtumis, Pariſ. 1610. 4. * Plinius *de Piſcibus* cum ſcholiis Jo. Cæſarii, Venet. 1518. 4. Argentorat. 1534. 4. Prætereo viros doctos, quorum ſcriptis obiter paſſim Plinii loca illuſtrantur, ut ſunt Julius Cæſar Scaliger, Budæus, Turnebus, Voſſius in Theologia gentili: ne dicam de Georgio Valla, Volaterrano &c. * *Jo. Jacobi Scheuchzeri*, Helvetii, naturalium rerum noſtra ætate ſcrutatoris diligentiſſimi *Dialogus inter Plinium & Salmaſium* in Joh. Clerici V. C. Bibliotheca ſelecta Tom. 17. pag. 192. & in Scheuchzeri parte VI. operis, Naturgeſchichte des Schrveiker Landes pag. 139. 150. illuſtrat ea, quæ de androdamante lapide Plinius ſcripſit libri xxxvii. capite 10. *Antonii Valliſnerii* dialogos inter Plinium, & Malpighium legas in Muſeo Minervæ Venetæ (Galleria di Minerva) Tom. I. p. 297. & Tom. 3. pag. 297. 353. quibus ingenioſe refellitur generatio, quam ex putredine ſine ſemine fieri multi ſibi perſuaſerunt. Vide & Diarium Venetum Giornale de'letterati d'Italia T. 13. p. 180.

Diguilii Grammatici excerpta MSS. ex Solino, & Plinio in membranis exſtantia evolvit Salmaſius. Epitome Plinii à *Rainaldo* quodam compoſita Oxoniæ in Bibl. Collegii Balliolenſis MSta aſſervatur teſte Voſſio de Hiſt. lat. Sed in Catalogo MSS. Angliæ Anno 1697. fol. edito nullam potui ejus mentionem reperire: video tamen memorari *Plinium de ſcriptoribus*, & *ſcriptum* neſcio quod commentitium *de lapide philoſophico* ſub Plinii nomine, quod Angli-

(a) Verba Plinii ſunt: *Atque etiam morbus eſt aliquis per ſapientiam mori.*

Anglico idiomate bis occurrit in Bibl. Bodlejana. * Plinii Hiſtoria MS. in membrana ſummæ vetuſtatis nuper venalis expoſita fuit Hagæ in Bibl. Menarſiana p. 35. Scythicus juvenis, qui Freculfo lib. 2. Chron. cap. 16. eſt *Plinius*, Oroſio lib. 1. cap. 15. *Plynus*, in Juſtini codicibus lib 2. cap. 4. vocatur *Ylinos*. *Theodorici Plinii*, (*a*) JCti, æqualis ſui cum laude meminit Rudolphus Agricola pag. 205. Epiſt. In Academia Curioſorum Naturæ, *Plinii Indici* nomen tulit Everhardus Rumphius, Hanovienſis, auctor Muſei divitis Amboiniani, nitide excuſi Amſt. 1705. fol. Sed & Bohuslaum Haſſenſtein alterius Plinii nomine celebratum conſtat. Vide Jac. Burckardi equitem Germaniæ, humanitatis propugnatorem pag. 33. 39.

VI. C. JULIUS SOLINUS Grammaticus, Patria ut videtur Romanus, hoc loco à nobis memoratur, quia fuerant, qui Plinio (*b*) antiquiorem & ad Auguſti tempora referendum exiſtimarent, & quia plurima quæ habet, petiit ex Pliniano opere. Cæterum ducentis ferme annis Plinio junior, ſi audimus Salmaſium p. 839. ad Solin. ubi Alexandro Mammææ longe poſteriorem fuiſſe contendit. Poſt Veſpaſianos vixiſſe ex cap. 29. eſt perſpicuum, ad quem locum confer quæ idem Salmaſius notat p. 271. novæ edit. & in prolegomenis. Henricus quidem Valeſius ad excerpta Peireſciana p. 105. haud diverſum eſſe putat à Julio Solino ſive Solone (nam Xiphilinus & Zonaras Ἰούλιον Σόλωνα appellant) Senatore Rom. quem interfecit Alex. Severus. Confer Tillemontium T. 3. Hiſt. Imperatorum p. 141. ſeq. & H. Dodvvellum appendice ad diſſ. Cyprianic. §. 15. qui Cenſorino æqualem facit. E veteribus nemo Solinum laudat ante S. Hieronymum. Ab eo tempore Ammianum Marcellinum multa è Solino mutuatum, ejuſque ſententias ac locutiones frequenter ſcriptis ſuis inſeruiſſe notavit Jacobus Gaddius T. 1. de ſcriptoribus non Eccleſiaſticis p. 27. * SOLINUS allegatur à Priſciano, qui ejus librum modo *memorabilia*, modo *collectanea* vocat, à Luitprando, Adamo Bremenſi, Honorio Auguſtodunenſi lib. 3. de imag. mundi, & IV. 24. aliiſque junioribus. Etiam ab Engelberto Abbate Admontenſi lib. de ortu & fine Rom. Imperii c. 13. Hugonis Etheriani locum, quem è Solino expreſſit, illuſtrat Adr. Junius lib. V. animadverſ. cap. 2. Licet vero Solini liber ipſe compendium ſit, tamen *Petrus Diaconus*, qui vixit temporibus Conradi Imp. Solinum de mundi mirabilius abbreviaſſe legitur in continuatione Chro-

(a) Jo. Theodoricus de Pleningen.

(b) Vide Jac. Thomaſ. §. 543. de plagio ad Voſſium lib. 3. de hiſt. latinis p. 710. 721. ubi etiam inter alia docet, Solini Polyhiſtorem ante 600. annos à monacho carmine heroico redditum eſſe verſibus heroicis, idque carmen ſupereſſe MS.

Chronici Caſinenſis, cujus verba adſcripſi ſupra ad paginam 292. Incertum auctorem in excerptis Solini allegat Salmaſius p. 250. & alibi. Solinus de mirabilibus mundi moralizatus, forſan per Berchorium. MSS. Angliæ T. 1. p. 105. nu. 2019. Solinum auctorem valde futilem vocat Scaliger IV. de emendatione temporum p. 214. Sane Plinii, quem ſemper fere ſequitur, verba ſæpius perperam intellecta in alienam detorquere ſententiam, Salmaſio & eidem Harduino variis locis annotatum. Plinianis etiam addere nonnulla ex ingenio ſuo ab eodem Salmaſio pag. 236. obſervatum eſt.

VII. Exſtant utcunque ab eo digeſta *collectanea rerum memorabilium*, ſive uti in ſecunda ἐκδόσει ab ipſo Solino vulgata inſcribitur *Polybiſtor* ad (*a*) Adventum amicum ſuum, capitibus 57. quorum index ab Auctore præfixus occurrit in editione præſtantiſſima, quam cum locupletiſſimis & diffuſæ eruditionis commentariis exercitationum Plinianarum titulo inſignitis (*b*) *Salmaſium* in lucem emiſiſſe, paulò ante dixi. In præſenti tantum notare juvat eum p. 33. & alibi loca quædam proferre è Monacho, qui ante ſexcentos plus minus annos Solinum reddidit verſibus Hexametris. * Adventum, cui lucubratio hæc à Solino dicatur, H. Dodvvellus (*c*) in diſſ. de Iſidoro Characeno §. 10. veriſimiliter exiſtimat eundem eſſe qui Conſul fuit A. C. 218. Sed & à Johanne Maſſono bene obſervatum fuit (*d*) Artaxerxem, cujus bello ſubactam Jerichuntem tradit Solinus cap. XXXVIII. eum eſſe qui regnum Perſicum reſtituit A. C. 225. Eodem capite 38. Hieroſolymæ exciſæ meminit Solinus; & cap. 32. belli cum Oenenſibus, Veſpaſiano Principe geſti, ſed hæc utraque nec Plinii ætatem latuerunt.

Prima editio Solini de ſitu & mirabilibus orbis lucem vidit Venetiis (*e*) per Nicolaum Jenſon 1473. fol. atque dividitur in capita LXX. quæ capitum diviſio in aliis etiam editionibus antiquis obſervatur. Graſſerus dividit in capita LX. Draudius in LXV. Salmaſius Veterem elenchum capitum ſecutus in LVI. Primo capiti editionis Salmaſianæ reſpondet integra ſeptem in prioribus editionibus. Solini rerum memorabilium collectanea, Parmæ 1480. 4. per Andream Portiliam. Solinus de mirabilibus mundi, Brixiæ 1480. per Boninum de

(a) His in antiquioribus editionibus perperam vocatur *Autius* pro quo *Autium* vel *Avitum* reponebat Delrio. Ineptius Jacobus Philippus Bergomenſis legit *Auguſtum*, qui ei fons erroris de Solini ætate.

(b) Salmaſio è Galliis Lugdunum Batavorum ingreſſo, P. Scriverius dixiſſe fertur: *Salve ſal & ſol Solini.*

(c) Tom. 2. Geographor. Græcorum minorum Viri Clariſſ. Jo. Hudſoni. Vide etiam Jac. Cujacium XV. 3. obſervat. & Lud. Carrionem Antiquar. Lect. II. 8.

(d) Hiſt. Critique de la Rep. des lettres T. XIV. p. 37. ſeq. Neve Bibliothec LXX. p. 796.

(e) Ex prima hac Solini editione quædam illius ſcriptoris loca caſtigat & illuſtrat Jo. Maſſon T. XIV. Hiſt. Critic. Reip. literar. Gallice editæ, cap. 1.

de Boninis de Raguſia. Venet. 1498. 4. & Brixiæ per Jacobum Britannicum 1498. fol. Bononiæ 1500. edente Phil. Beroaldo, quam editionem laudat Meurſius in Critico Arnobiano p. 67. 93. Spiræ 1512. Solinus cum Mela & aliis apud Aldum & Franciſcum Aſulanum 1518. 8. Solinus ſeparatim, Colon. 1520. apud Eucharium Cervicornum. Mela, Solinus, itinerarium Antonini, Vibius Sequeſter, P. Victor de regionibus Urbis Romæ, & Dionyſius de ſitu Orbis ex Priſciani Metaphraſi, Florentiæ apud Juntam 1526. 8. Cum Mela, Baſil. 1564. 8. 1595. 8. Alia editio 1531. 12. Solinus cum Mela Olivarii & Herm. Barbari ſcholiis illuſtrato Pariſ. 1536. 8. Cum notis *Jo. Camertis*, Baſil. 1538. fol. & cum Floro ac tabula Cebetis ab Odaxio verſa, ibid. 1557. fol. *Vineti* caſtigationes in Solinum, necdum mandatas typis, MScas habuit Arnoldus Pontacus, ut ipſe teſtatur notis ad Euſebii Chron. p. 383. Solinum ad MS. Lipſii recenſitum Antuerpiæ A. 1572. 8. edidit *Delrio*, tunc natus vix annos viginti, ut notavit Lud. El. du Pin Tom. 17. Bibl. ſcriptor. Eccleſ. p. 40. Delrionis editionem peſſimam, ſicut optimam Vineti, quæ prodiit Pictavis 1554. 4. judicabat vir maximus Salmaſius. Henricus autem Stephanus Solinum cum Delrionis emendationibus ſubjecit Dionyſio Periegetæ Euſtathianis ſcholiis, Pomponio Melæ Jo. Olivarii annotationibus, & Coſmographo, qui ſub Ethici nomine ambulat, Joſ. Simleri notis illuſtrato A. 1577. 8. Prodiit etiam Solinus ex Delrionis caſtigatione, Lugd. Batav. 1646. 12. additus Melæ, Æthicoque. Camertem ubique indignis probris proſcindit Delrio, etiam ubi eum ſequitur, ut notat Salmaſius pag. 247. Solinus à *Jac. Graſſero* Baſileenſi ex Codd. MSS. & editis emendatus, & hiſtoriis ſimilibus ac diſſimilibus illuſtratus, Genev. 1605. 8. & Pariſ. 1621. 12. Priorem editionem ex auctione Gudiana nactus ſum *Frid. Lindenbrogii* manu collatam cum duobus MSS. Gottorpienſibus, & editione Spirenſi atque Aldina, & animadverſionibus variis illuſtratam. Solinus Georgii Draudi Francof. 1603. 4. Dan. Guil. Mollerus in diſſ. de Solino §. 20. Altdorf. 1693. memorat Cornelii Valerii Solinum cum MSS. collatum, & neſcio quam editionem Solini Bongarſianam. Solinus à *Claudio Salmaſio* caſtigatus cum ejuſdem exercitationibus Plinianis Pariſ. 1629. fol. 2. Volum. (*a*) & emendatius recuſus Trajecti ad Rhen. nitidis typis unico Volumine in fol. 1689. additis Exercitationibus antea ineditis ejuſdem Salmaſii de homonymis hyles jatricæ, & quæ jam Divione 1668. 4. (*b*) prodierant diſſertationibus de manna & ſaccharo, & Judicio de Plinio. Tertium etiam Exercitationum Plinia-

(a) Hiſt. des Ouvrages des Savans 1689. Febr. p. 545. & April. p. 185.
(b) Journal des Savans 1669. p. 40.

nianarum Volumen molitus fuit Salmaſius, ut conſtat ex Voſſii ad eum Epiſt. 125. neque magna cauſa fuit Meurſio, cur inſcriptionem Exercitationum Plinianarum adeo pro inepta haberet Epiſt. 114. ad eundem Voſſium. In mille ſectiones diſpeſcuit, & utiliſſimo Indice Solinum ornavit *Andreas Reyherus* Gothæ 1665. 8. *Chriſtophori Cellarii*, quem moliebatur Solinum fatis ipſius præpeditum dolebit, qui viri doctrinam & accuratum ſtudium noverit.

Solinus *Germanice*, per M. Johannem Heyden, Francof. 1600. *Italice* Ludovico Dominico Interprete, Venet. 1603. 4.

VIII. Carmine quoque valuiſſe Solinum patet ex *fragmento* (a) *Ponticon*, quod in Appendice Virgilii, & inter Poemata vetera vulgata à Petro Pithœo, & emendatius in Salmaſii prolegomenis legitur. * Exhibetur item à Jano Ulitio inter rei venaticæ Scriptores p. 18. Confer ejus notas p. 442.

IX. CASP. BARTHII Index Scriptorum à SOLINO citatorum,

ad paginas (b) *editionis Graſſerianæ A.* 1605. 8.

Acta Urbis 149.
Agathocles. 1.
Alcæus. 163.
Amometus. 180.
Anacreon. 163.
Anaxagoras 180.
Anaximander 74.
Annales. 113. 152.
Antimachus. 163.
M. Antonius. 32.
Apollodorus 5.
Apollonides. 23.
Archelaus Rex. 182.
Archilochus. 26.
Archimedes. 49.
Ariſtoteles. 120.
Atticus. 5.
Bethon (Bæton) 182.
Bias. 164.
Boethus (an Bocchus) 22. 33.
Cælius. 3. 36.
Cæſar. 10. 196.
Callidemus. 75.
Callimachus. 77, 126.
Caſſius Hemina 32, 33.
Cato Senior. 26, 30, 31. in Oratione Senatoria. 120.
Chryſippus 45, 160.
Cice-

(a) In illo heroico carmine *[illegible] æquoreas catervas*, ſive piſces & animalia maris deſcripſerat Solinus, imitatus Halieutica Ovidii. Sed vix primi 22. verſus ſuperſunt, etſi Barthius p. 1990. Adverſariorum illum negat unquam reliqua abſolviſſe.

(b) Ut ad alias etiam editiones hic index uſui eſſe poſſit, paginas cum capitibus conferre juvat cap. II. pag. 3. III. 8. IV. 12. V. 18. VI. 22. VII. 25. VIII. 30. IX. 44. X. 45. XI. 47. XII. 54. XIII. 55. XIV. 61. XV. 63. XVI. 68. XVII. 73. XVIII. 79. XIX. 82. XX. 83. XXI. 91. XXII. 94. XXIII. 98. XXIV. 101. XXV. 103. XXVI. 106. XXVII. 111. XXVIII. 113. XXIX. 117. XXX. 119. XXXI. 130. XXXII. 130. XXXIII. 132. XXXIV. 138. XXXV. 139. XXXVI. 147. XXXVII. 152. XXXVIII. 153. XXXIX. 155. XL. 155. XLI. 159. XLII. 162. XLIII. 163. XLIV. 168. XLV. 168. XLVI. 169. XLVII. 169. XLVIII. 172. XLIX. 173. L. 174. LI. 175. LII. 176. LIII. 178. LIV. 179. LV. 180. LVI. 193. LVII. 198. LVIII. 199. LIX. 200. LX. 201.

Cicero. 5. 23.
Cincius. 5.
Crates. 74.
Cremutius. 165.
Cteſias. 183.
Curiones tres. 26.
Cuſſonius 33. vide Delrium. an Coſconius?
Democritus. 12, 44, 69.
Demodamas. 177.
Dinocrates Architectus. 146.
Diogenes Cynicus. 16. 25.
Dionyſius. 180.
Doſiades. 74.
Egeſidemus. 80.
Ennius. 27.
Ephorus. 164.
Eratoſthenes. 5.
Euripides. 66.
Fabianus. 80.
Fabius Pictor. 5.
Granius. 37.
Hanno Poenus. 115.
Hecatæus. 95. 163.
Heraclides. 1.
Heraclitus. 164.
Herodotus. 163.
Heſiodus. 165.
Hipponax. 163.
Homerus. 33, 40, 62, 165.
Juba rex, 101, 140, 148, 182, 201, 203.
Licinius (Macer) 33.
Lutatius. 5.
Mæcenas. 80.
Megaſthenes. 180. 183.
Metrodorus. 25. 38.
Mimnermus. 163.
Corn. Nepos. 5, 163, 169.
Oneſicritus. 193.
Philemon. 95.
Pindarus. 26, 66.
Pittacus. 164.
Plancus Orator. 19.
Plato. 27.
Pomponius Poeta. 16.
Pomponius Atticus. 5.
Poſidonius. 27. 180.
Punici libri. 140.
Pythagoras. 9. 77.
Sappho. 163.
Sextius. 31.
Sibylla. 28. 33.
Silenus. 4.
Socrates. 27.
Sophocles. 26.
Sotacus. 134.
Statius Seboſus. 185. 203.
Svetonius Paullinus. 111.
Lucius Tarruntius. 4.
Thales. 174.
Theophraſtus 37. 87.
Theopompus 55. 164.
Timæus. 45.
Trogus. 11.
Varro. 4, 16, 23, 35, 57, 58, 59, 74, 77, 95, 119, 147.
Virgilius 173.
Xanthus Hiſtoricus. 163.
Xenophō Lampſacenus. 96. 202.
Zenodotus. 32.
Zoroaſter 37. 157.

X. Juvat etiam hoc loco meminiſſe PLINII VALERIANI Medici Empirici ex majoris Plinii libris itidem pleraque mutuati, quem ex vetuſtis aliquot inſcriptionibus Comenſem patria fuiſſe viri docti colligunt. * C. PLINII VALERIANI Medici mentio in inſcriptione veteri apud Gruterum pag. DCXXXV. 1. Paulus

lus Jovius libro de Piſcibus Romanis cap. 35. cum laudaſſet Plinium, qui elegantem librum de moribus atque remediis conſcripſit, *fuit is*, inquit, *procul dubio Plinio Naturalis Hiſtoriæ ſcriptore & Plinio Cæcilio poſterior, vocatuſque eſt Plinius Valerianus Medicus, cujus marmoreum ſepulcbrum Comi, ubi Pliniorum familia floruit, in templo Divi Probini, aquæ ſacræ labello ſuppoſitum & pulcberrimis inciſum cbaracteribus conſpicitur*. Scripſit], ut par eſt credere, non paucis annis poſt alterum illum ſibi cognominem, ante Conſtantini Magni tamen tempora, quia una cum Majore Plinio veteribus Medicinæ artis auctoribus à Marcello Empiricon accenſetur. A. Chriſtiano nomine alienum fuiſſe, ei qui leget veriſimile videbitur, etſi aliter viſum Reineſio pag. 181. Var. Lect. quod ipſe refellit p. 388. & in defenſione p. 137.

Exſtant ſub ejus nomine *de re Medica Libri V.* Romæ 1509. qua ſola editione uſus eſt Barthius in Adverſariis, bene multis emendationibus & conjecturis parciturus, ſi integrum ei fuiſſet inſpicere etiam Baſileenſem, quam cum Sorani Iſagoge, Oribaſii fragmento latine verſo, Apulejo de herbis & Muſæ de betonica libello vulgavit Albanus Torinus Vitodurenſis A. 1528. fol. In illa enim infiniti errores ſublati ſunt ex MS. Ab eo tempore editum Plinium didici Argentorati 1533. fol. cum Phyſica Hildegardis, Theodori Diæta, Æſculapio de morborum cauſis &c. tum Venetiis apud Aldum Anno 1547. & Baſileæ 1549. fol. inter alios medicos antiquos. Sed ego ſolam adhibui editionem Torinianam. Sunt qui totum hoc εὐπορίσον uti quidam inſcribunt hoc eſt *facile parabilium medicamentorum* opus ex libris Hiſtoriæ naturalis Plinii Secundi conflatum exiſtimant, inſperſis interjecto tempore per imperitas manus non paucis Plinio indignis. Qua de re plura dixi in Centuria Plagiariorum Anno 1689. Lipſiæ vulgata numero 76. ubi de hoc Plinio Valeriano fuſe egi, Reineſiique & aliorum doctorum hominum de eo ſententias expendi, ſed & indicem ſcriptorum quos allegat, vel eorum, quorum medicamenta memorat, adjeci. *Epiſtola* his libris præfixa, etiam Marcelli Empirici libro de Medicamentis, una cum epiſtolis aliorum medicorum præmittitur *ſub nomine Plinii Secundi ad amicos, de Medicina*. Sed in exiguo licet Epiſtolio, ſi cum Plinii Valeriani editionibus comparetur, aliquam multas licebit lectionum diverſitates deprehendere. *Librum* Plinii *de febribus* in opere Veneto de febribus excuſum ex eodem Valeriani volumine pentateucho, de quo hactenus dixi, excerptum eſſe apparet.

* Valerianus Plinius Marcello Empirico vetuſtior, Medicus Gallus à Plinio majore, quem ſæpe deſcribit, forſan nomen ſortitus,

multa

multa ingerit ſuperſtitioſa in Plinianæ Medicinæ libris, unde Ethnicum fuiſſe hunc ſcriptorem arguit etiam Stephanus le Moyne in erudita diſſertatione ad locum Jeremiæ XXIII. 6. de JEhova Juſtitia noſtra, p. 47. Plura hujus Valeriani loca poſt Barthium in Adverſariis illuſtrat Reineſius non modo in Variis Lectionibus harumque adverſus Andream Rivinum defenſione, ſed & in Epiſtolis ad Caſp. Hofmannum, p. 523. ſeq. &c.

Index Scriptorum (a) & Medicorum à PLINIO VALERIANO memoratorum.

ANtiochi Regis theriaca III. 57. IV. 38.
Aſclepiades IV. 26.
Athanaſii (an ἀθανάσιον) antidotum pro hepaticis II. 17.
Auguſti Cæſaris Commentarii I. 18.
Cato IV. 29.
Chryſippus IV. 18. & 21. liber de braſſica, omnium morborum remedia ex ea continens IV. 29.
Claudiani emplaſtrum. III. 45.
Conſtantini ſapa ſeu ſuccus. I. 2.
Corneliana catapotia. IV. 29.
Damon Medicus. III. 19.
Democritus. IV. 34.
Diocles IV. 17. 34.
Dionyſius IV. 34.
Dioſcorides. IV. 5, 6, 26, 39, 40, 42, 45, 51, 58.
Fabii (Flavii) Clementis unctio. III. 14.
Galenus, ut prudentiſſimo Galeno videtur IV. 2, 5, 6, 7. (Pergamenſis 22.) 26, 29, 39, 41, 43, 49.
Glaucias IV. 16.
Hieras Cappadoro intimo ſuo retulit. IV. 2.
Hippocrates IV. 7. 17. 20.
Mithridatis theriaca III 54. IV. 4.
Niger Sextius IV. 5.
Olympias Thebana. IV. 5.
Praxagoras. IV. 28.
Pythagoras IV. 28. Philoſophus. Alius IV. 47. exercitator.
Sabinenſe oleum III. 4.
Sagaris pancratiaſtæ nobiliſſimi emplaſtrum III. 47.
Theodori xeron ſive pulvis III. 22.
Valerii Paulini medicamentum III. 14.
Vindicianus I. 54, 55, 57.

(a) Dedi hunc indicem cum variis obſervationibus in Decade Decadum ſive Centuria plagiariorum & pſeudepigraphorum, quam admodum adoleſcens in lucem edidi Lipſiæ 1689. 4. capite LVI. ubi etiam plura de Plinio Valeriano, quæ hoc loco repeti à me non eſt neceſſe. Incertum ſatiſne perſpecta Plinii Valeriani quæ edita habemus fuerint Chriſtophoro Colero, qui in Epiſtola ad Jo. Kirchamannum (poſt Gudianas p. 254.) narrat ſe Noribergæ in Bibl. Pirkaimeri inter alia reperiſſe Plinii de Medicina, nunquam typis edita.

CAPUT XIV.

DE VALERIO FLACCO.

Valerii Flacci ætas. 1. *Argonautica.* 2. *Supplementa Pii:* 3. *Editiones.* 4.

I. C. VALERIUS (*a*) FLACCUS *Setinus* (*b*) *Balbus*, (*c*) Poeta non ignobilis, atque inter latinos uno fortaſſis minor Marone, ſub Veſpaſiano floruit, paupereque ſorte uſus, admodum juvenis Patavii deceſſit, Quintiliano ejus obitum lugente his verbis: *Multum in Valerio Flacco nuper amiſimus*, lib. 10. cap. 1. Inſt. Orat. Deceſſiſſe videtur ſub Domitiano poſt annum CHRISTI 88. ut notatum Clariſſimo Dodvvello in Annalibus Quintilianeis. * Valerium Flaccum Poetam, quindecim viri ſacris faciundis munere functum Nic. Heinſius colligit ex his ejus verbis lib. 1. verſ. 5.

Phœbe, mone, ſi Cymææ mihi conſcia Vatis
Stat caſta cortina domo --- --- ---

*Domicilio Patavinum fuiſſe notat etiam Sertorius Urſatus in monumentis Patavinis p. 80. Scripſit quo tempore Fl. Veſpaſianus cum Domitiano ad urbem erat, Titus obſidebat Hieroſolymam.

--- --- *verſam proles tua* (d) *pandet Idumen.*
Jamque poteſt Solymo nigrantem pulvere fratrem
Spargentemque faces, & in omni turre furentem.

II. *Ex-*

(a) Alius L. Valerius Flaccus Conſul de quo Begerus T. 2. theſauri Brandenburgici p. 591. Nam poetam noſtrum Conſulem haud fuiſſe recte docet Barthius adverſus Carrion. Fuit & Valerius Flaccus quidam Viterbienſis, Medicus Sixti IV. Pontificis, æqualis Raph. Volaterrani, qui eum laudat lib. 21. commentar. Urban.

(b) E Setia Campaniæ urbe, etſi alii & verius forte malint fuiſſe Patavinum, qua in urbe etiam oſſa ejus condita eſſe memorant. Certe domicilio Patavinus fuit, unde *ſpes & alumnus Antenorei laris* vocatur Martiali lib. 1. Epigr. 77. confer. lib. 1. Epigr. 62. ubi Patavium *Apona tellus* dicitur ab *Apono fonte Antenorea vitam qui porrigit urbe*, ut ait Claudianus. Eſt & ad Flaccum Epigramma Martialis 49. libri IV. ad quod confer Voſſ. Inſtitutr. Poetic. lib. 3. c. 20. §. 10. Porro Argonautica Flacci perſtringi à Juvenale Sat. 1. v. 10. ſeq. notavit Parrhaſius Epiſt. 2. At *Varronis* Atacini Argonautica intelligit Statius 2. Silvar.

Cedet Muſa rudis ferocis Enni
Et docti furor arduus Lucreti.
Et qui per freta duxit Argonautas.

Græcos Argonauticon ſcriptores retuli lib. III. Bibl. Græcæ cap. 21. Latini præter Varronem & Flaccum ſunt *L. Accius*, cujus ſex verſus proferuntur à Priſciano de metris Comicis, & *Catullus* Epithalam. 65.

(c) Alius Valerius Flaccus Catonis majoris commendator, de quo Plutarchus pag. 337. notat quod fuerit ἀρετὴν φυομένην μὲν αἰσθέσθαι δεινὸς, εὐμενὴς δὲ καὶ θρέψαι καὶ προαγαγεῖν εἰς δόξαν. Alius Valerius Flaccus adoleſcens nobilis, de quo Vopiſcus in Probo, c. 5.

(d) Vide Jo. Frid. Gronovii diatrib. ad Statium p. 179.

II. *Exſtant Argonauticon ad Flavium Veſpaſianum libri ſeptem, & octavi pars*, carmine Heroico, quod Flaccus *Apollonium* Rhodium imitatus non invito Apolline ſcripſit, ſed per immatura fata abſolvere non potuit, vel certe integrum ad nos pervenire tempus non permiſit. Libros I. II. III. & partem quarti *Poggio Florentino* debemus, ut cognoſcere eſt è codice Laurentii Pignorii, in quo hæc legi refert Voſſius p. 550. de Hiſt. lat. *C. Valerii Flacci Argonauticon. Hoc fragmentum repertum eſt in monaſterio S. Galli prope Conſtantiam XX. millibus paſſuum, una cum parte Q. Aſconii Pediani. Deus concedat alteri, ut utrumque opus reperiat perfectum, nos quod potuimus egimus. Poggius Florentinus.*

III. Libri octavi partem poſteriorem novumque ac decimum librum ex quarto Apollonii ſupplevit *Joannes Baptiſta Pius* Bononienſis, quæ ejus ſupplementa in editione Flacci cum Pii non inſcitis, ut vocat Heinſius, commentationibus Parif. 1519. fol. in Aldina (a) 1523. 8. Lugdunenſi Anno 1548. 12. & aliis quibuſdam ſubjecta perperam velut Valerii Flacci verſus à nonnullis laudantur, ut à Joanne Hartungo T. 2. facis Artium Gruterianæ p. 684.

IV. Ceterum de hoc poeta edito primum Bononiæ Anno 1474. per Ugonem Rogerium, & Doninum Bertechum Regienſes; hinc 1494. fol. & deinde ex Aſcenſii officina Pariſiis 1512. præter Pium (b) (ne de *Ægidio Macerio* dicam, cujus commentarii ſimul excuſi Parif. 1519. fol.) & *Philippum Eugentinum*, ex cujus emendatione cum argumentis librorum, ad vetuſtiſſima exemplaria recognitus prodiit Argent. 1525. 8. & Parif. 1532. 8. typis nitidis apud Sim. Colineum, optime promeritus eſt *Lud. Carrio*, qui cum caſtigationibus & notis edidit Antuerp. 1565. 8. apud Plantin. inſigni MSto Codice uſus, licet quandoque plus æquo, confiſus membranis ſuis ſcripturam amplexus eſt vulgata, ut notatum Heinſio, deteriorem. Exſtat & ſecunda Carrionis editio forma minore, in qua nonnulla ad ſuum ut ait codicem mutavit. * Secunda Lud. Carrionis editio Antvv. 1566. 12. ex officina Chriſtoph. Plantini ita inſcribitur: *C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon libri VIII. locis innumerabilibus antea à Lud. Carrione ex vetuſtiſſ.*

 exem-

(a) Hujus editionis curatorem nimis ingenio ac conjecturis ſuis indulſiſſe queritur Nic. Heinſius.

(b) Ad hunc vere Romani oris & ſpiritus Poetam (ita Valerium vocat elegantiſſimus Brouckhuſius pag. 237. ad Tibull.) emendandum & illuſtrandum *Jo. Baptiſta Pius* uſus Codice *Pomponii Læti*, aliiſque ſummæ antiquitatis. Hujus Pii commentationes diu ſibi deſideratas vocat Heinſius pag. 210. & præterea laudat editionem Flacci Florentinam Juntarum, tum Venetam antiquam, & *Sabellici*, tum *Laurentii Balbi* annotationes Compluti vulgatas A. 1524. & à Maſerio atque Sabellico haud raro diſcedentes.

exemplari emendati, nunc vero ita ab eodem perpurgati, ut jam primum editi videri poſſint. Seorſim ſubjunctæ ejuſdem Carrionis caſtigationes. Prodiit etiam Flaccus Lugd. 1545. & 1548. 12. apud Sebaſt. Gryphium, cum Pii carmine ex quarto Argonauticon Apollonii, & Orphei Argonauticis, innominato interprete: Lugd. 1604. & Coloniæ Allobrogum 1617. 8. cum notis Carrionis, *Andreæ Schotti*, & *Laur. Balbi* Lilienſis Hiſpani. Hinc Lipſienſis editio commemoranda Anno 1630. 8. in qua præter notas Carrionis, & emendationes *M. Antonii Sabellici* (*a*) occurrunt notæ (*b*) *Lamperti Alardi*, *Chriſtophori Bulæi* & *Joh. Weitzii*, tum index omnium vocabulorum ab eodem Alardo concinnatus. Etiam locis quibuſdam Valerii lucem affudit Andreas Schottus in Obſervat. humanarum libris, Giſanius ad Lucret. Caſpar. Barthius in Adverſar. &c. qui incredibilibus laudibus hunc Poetam effert, ſed ejus obſervationes uti aliorum quoque, Alardi notis ſunt infertæ. Denique *Nicolaus Heinſius* Flaccum ad MSS. Codices à ſe emendatum edidit Amſt. 1680. 12. notas quoque additurus, quæ tum morte bibliopolæ ſuppreſſæ ſunt. Earum ſpem deinde fecit Grævius ad Flori lib. I. cap 16. quæ editæ tandem ſunt in noviſſima Flacci editione Trajectina (*c*) A. 1701. 12. curante V. C. *Petro Burmanno*.(*d*) Prætereo Francofurtenſem An. 1698. 8. quæ Pariſios natales mentitur. * Corpora Poetarum junctim editorum, in quibus & ipſis Flacco locus datus eſt, recenſeo infra lib. IV. cap. 1. *Michael* quoque *Piccartus* commentarium in Flaccum molitus fuit, ut ex Jani Gebhardi litteris ineditis patet apud Rodolphum Martinum Meelfuhrerum in acceſſ. ad Clariſſ. Almeloveenii Bibl. promiſſam & latentem pag. 83. * Varia Flacci loca tentant vel illuſtrant Juſtus Zinzerlingius MS. Codice uſus in Criticorum juvenilium promulſide cap. 22. Mich. Piccartus in periculis Criticis & Jo. Frid. Gronovius in Obſervationum libris. *Jani Parrhaſii* commentaria inedita in hunc Poetam exſtant Neapoli in monaſterio S. Joannis Carbonarii. *Gerhardi Voſſii* Filii notas ineditas in Flaccum memorat Colomeſius pag. 140. Opuſc. Eas brevi à ſe in lucem edendas (*e*) promiſit frater Iſ. Voſſius pag. 12. ad Melam. Atque in

(a) Confer Sabellici Ennead. 1. Lib. V.

(b) Siniſtrum de his judicium Barthii ad Statium T. 3. p. 1256. Jani Broukhuſii ad Propertium p. 108. P. Burmanni præf. ad Flaccum. * Cum *Lampertus Alardus* hunc Poetam à ſe illuſtratum ederet, non plures natus annos fuit quam XXVII. unde laude potius digna ejus induſtria, quam quod non omni parte ſatis fecit eruditis, reprehendendus.

(c) Editionis Trajectinæ A. 1701. 12. *Nic. Heinſii* notis illuſtratæ exempla quædam præferunt Annum 1718.

(d) Optima Valerii editio, quæ curante Burmanno prodiit Leſdæ 1724. 4.

(e) Nunquam hoc ab eo factum.

in eundem Poëtam annotationes ſuas exſpectare nos jubet Clariſſ. *Burmannus* pag. 409. ad Petronium. Dicitur etiam *Jo. Baptiſta Egnatius* olim in Flacco expoliendo elaboraſſe, & non ita pridem V. C. *Jo. Ulricus Meurerus* corpus ſcriptorum Argonauticorum, atque in eo Flaccum recenſere promiſit.

CAPUT XV.

DE M. FABIO QUINTILIANO.

Quintiliani ætas. 1. Libri XII. Inſtitutionum Oratoriarum. 2. Libri duo artis Rhetoricæ deperditi. 3. Inſtitutionum laus & editiones. 4. Index Scriptorum in Quintiliani inſtitutionibus laudatorum. 5. Declamationes minores Quintiliano tributæ. 6. Aliæ undeviginti majores. 7. Dialogus de Oratoribus, num Quintiliani? 8. De Calpurnio Flacco. ibid.

I. M. FABIUS QUINTILIANUS (*a*) ex Tarraconenſis Hiſpaniæ oppido Calagurri, poſt Neronis necem adoleſcens admodum à Galba Romam perductus, poſtquam cum magna gloria in foro (*b*) verſatus fuiſſet, in publico Gymnaſio Rhetoricam juventutem docuit per annos viginti (*c*) quibus elapſis otium & quietem ſtudiis ſuis circa A. C. 88. impetrans ſub Domitiano ſcripſit, cui adulatur X. 1. & qui ſororis ſuæ nepotis ei delegaverat curam; forte etiam Conſulem (*d*) Flavio Clemente, cujus liberos itidem inſtituerat, commendante ſurroga-

(a) In monumentis antiquis legitur Quinctilianus, perinde ut Quinctus, Quinctius, Quincti'is &c. Sed vulgatum ſcribendi uſum prætuli. Prætuli etiam vulgarem de patria Fabii ſententiam, licet auctori vitæ viſus eſt fuiſſe Romanus. Sane Hieron. in Vigilantium. *Iſte caupo Calagurritanus & in perverſum propter nomen viculi mutus Quintilianus miſcet aquam vino.* Auſonius. *Adſerat uſque licet Fabium Calagurris alumnum.* Idem Hieron. & Caſſiodorus in Chron. *Quintilianus ex Hiſpanica Calagurritanus, primus Romæ ſcholam publicam & ſalarium è fiſco accepit.* Centenum ſcilicet ſeſtertiorum ut è Svetonii Veſpaſiano c. 18. colligitur. Confer Creſollii theatrum Rhetorum IV. 3. & de Quintiliano Nic. Antonium in Bibliotheca veteri Hiſpana, Bælii dictionarium editionis ſecundæ & clariſſ. Dodvvelli Annales Quintilianeos. Oxon. 1698. 8. Aſius Quintilianus (noſtri fortaſſis pater vel avus) de quo Seneca pater in controverſiis.

(b) Quintil. lib. 2. c. 12. Inſtitutt. *Nos quando & præcipiendi munus etiam pridem deprecati ſumus, & in foro quoque dicendi, quia honeſtiſſimum finem putabamus deſinere cum deſideraremur.* Hinc *gloria Romanæ togæ* dicitur Martiali II. 9.

(c) Vide procem. libri I. ſub init. Ex diſcipulis Quintiliani illuſtribus fuere C. Cælius Orator & Plinius junior qui eum modicis facultatibus fuiſſe teſtatur 6. 32. Epiſt.

(d) Auſonius in gratiarum act. Confer Juvenal. VII. 188. ſeq.

rogavit. * De vita Quintiliani præter Annales Henr. Dodvvelli Quintilianeos ad calcem voluminis 1. edit. Burmannianæ recuſos, ſcriptoreſque alibi laudatos à me conſulendus Tillemontius Hiſt. Imperatorum, T. 2. in Domitiano c. 22. & Gallicus Quintiliani interpres Nic. Gedoynus, (*a*) qui Romanum fuiſſe, nec à Galba demum A. C. 69. (ut tradit Hieronymus in Chron.) perductum Romam, ſed Domitium Afrum jam à puero Romæ auditum obſervat, qui obiit A. C. 59. Vincentius Bellovacenſis X. 11. ſpeculi Hiſt. *Iſte Quintilianus, ut legitur, & multa ſcripſit, ex quibus ſunt libri Inſtitutionum Oratoriarum, & cauſarum & declamationum, quorum flores excerptos ſuperius* (*b*) (lib. IX. cap. 121-125.) *inſerui*. Salarium annuum, quod Quintilianus è fiſco pro ſchola publica Rhetorica accepit, fuit *centena ſeſtertia*, & reſpondet quinque millibus librarum Gallicarum, ſive thaleris mille ſexcentis & ſexaginta. Præter Quintilianum patrem vel avum noſtri, cujus apud Senecam Rhetorem mentio, alius fuit Julius Proculus Quintilianus, de quo Reineſius Epiſtolis ad Rupertum pag. 300. Alius Quintilianus Prætor Marcianopolitanorum apud Harduinum de numis urbium pag. 312. A. Κοιντιλιανῦ Μαρκιανοπολιτῶν. Et Quintilianus prætor Pergamenorum & Epheſiorum in numo Commodi Imp. apud eundem Harduinum pag. 392. Ἐπὶ ϛρατηγῦ Κοιντιλιανῦ Περγαμηνῶν ϗ Ἐφεσίων. Alius denique Ariſtides Quintilianus, Græcus ſcriptor, de cujus libris tribus de Muſica dixi lib. 3. Bibl. Græcæ cap. 10. §. 4. Quintiliani Martyres de quibus Acta Sanctor. 4. 13. 16. April. Quintilianus cui reſcribunt Alexander & Severus atque Antoninus lib. VII. Codicis Juſtinianei tit. 2. l. 5. & tit. 45. l. 1.

II. Exſtant *libri XII.* (*c*) *de Oratoria inſtitutione*, ad Marcellum (*d*) Victorium, amicum ſuum, quibus *Epiſtola ad Tryphonem*

(a) Journal des Sav. 1718. Nov. pag. 454. Europe Savante 1719. Mars p. 125.

(b) Plinii junioris, à quo frequentatum Quintilianum conſtat ex Epiſt. II. 14. ubi præceptorem ſuum vocat, & VI. 6. At VI. 32. pro Quintiliano Gedyonus ſuſpicatur reponendum nomen Quintiani, cujus mortem dolet Plinius Epiſt. IX. 9.

(c) In Bibl. Geſneriana Simleri & in Bibl. curioſa Hallervordi perperam ſedecim libri memorantur. Hos Fabii libros duodecim Hilarium in opere de Trinitate & ſtylo imitatum eſſe & numero teſtatur Hieronymus Epiſt. 84. ad Magnum Oratorem, & ad Pammach. de optimo genere interpretandi.

(d) Fallitur auctor vitæ, qui hunc Marcellum confundit cum filio Quintiliani, cujus decennis obitum deplorat præf. ad librum VI. * *Marcellus Victorius*, cui libros Inſtitutionum Oratoriarum Fabius dedicavit, & in cujus, propriique filii gratiam opus illud componere aggreſſus eſt, fortaſſe fuit pater Marcelli, ad quem ſilva Statii Poetæ lib. IV. Vide Franciſcum Bivarium ad Chronicon Lucio Dextro ſuppoſitum pag. 216. * Quintil. præf. libri IV. *contenti fore domeſtico uſu videbamur, ut tui meique filii formare diſciplinam ſatis putaremus*. Lib. 3. cap. 6. *non ſuſtineo eſſe conſcius mihi diſſimulanti, in eo præſertim opere quod ad bonorum juvenum aliquam utilitatem componimus*.

nem (*a*) *Bibliopolam*, qui editionem maturari poſtularat, præmittitur. Hoc opus Fabius in futuros uſus filii ſui paraverat, ſed hic eo nondum dimidio abſoluto decennis obiit, quod incredibiliter dolet pater in præfatione ad librum ſextum. * Quintiliani inſtitutiones, ſive ut Jo. Sariſberienſis VII. 14. Policratici vocat, de inſtitutione Oratoris libros ſub Domitiano quem laudat (*b*) ſcriptos, ſed ſub Trajano demum editos ſuſpicatur Catanæus ad Plinii lib. 2. Epiſt. 1. quanquam veriſimile eſt mali principis laudes, præteritis veris boni Principis laudibus non manare in vulgus paſſurum Quintilianum, niſi adhuc vivi ac ſpirantis, à quo ſi non ſurrogatus T. Flavio Clementi A.C. 95. Conſul eſt, cujus filios inſtituerat, certe conſularia ornamenta fuit conſecutus, ut teſtatur Auſonius in panegyr. Incidit Domitiani mors in A.C. 96. De *Tryphone*, ad quem epiſtola Quintiliani præmittitur, videnda Chriſtiani Schœtgenii diatriba de librariis & Bibliopolis veterum Lipſiæ edita A. 1710.

Hos libros primus è Monaſterio S. Galli eruit (cui octo Orationes Ciceronis, libri de finibus & legibus, aliaque ſcripta præſtantiſſima veterum ut Aſconius Pedianus, Valerius Flaccus, & Frontinus de Aquæductibus, lucem debent) Poggius Florentinus (*c*), incredibili eruditorum, Leonardi prſertim Aretini gaudio. * Varia Quintiliani elogia ac cenſuras, ubi juvabit, evolves in Giberti judiciis eruditorum de Rhetoribus, quæ prodierunt Gallice Pariſ. 1716. 12. tomo ſecundo, atque in limine partis XV. animadverſionum philologica-

(a) Mentio hujus Tryphonis apud Martialem IV. 73. XIII.

(b) Præf. lib. 1. & 4. & III. 7. p. 267. & X. 1.

(c) Jovius auctor eſt Quintilianum à Poggio repertum in ſalſamentarii officina. Hinc Naudæus in conſilio de inſtruenda Bibliotheca p. 118. Pinelli & aliorum exemplo ſuadet perreptare tabernas bibliop:gorum aliorumque, qui antiquas chartas & membranas vendunt, vel iis ad artis ſuæ uſus utuntur. *Et à la verité nous devrions eſtre bien excitez à cette recherche par exemple de Poggius qui trouva le Quintilien ſur le comptoir d'un Chaircutier pendant qu'il eſtoit au Concile de Conſtance, comme auſſi par celui de Papyre Maſſon qui rencontra l'Agobardus chez un relieur qui en vouloit endoſſer ſes livres, & de l'Aſconius qui nous à eſtè donnè par ſemblable rencontre.* Quintilianum à Poggio repertum teſtatur etiam Ugolinus Verinus lib. 2. de viris illuſtribus Urbis Florentinæ.

Quin etiam ſollers Germanis eruit antris
In latium altiloqui divina volumina Sili,
Integer Orator nobis Fabiuſque relatus.

Per Oratorem intellige Ciceronem, cujus libros de finibus & de legibus à ſe deſcriptos in Italiam primus attulit, ut ex Jovio notat Voſſius p. 550. de Hiſt. latinis. Vide & Platinam in vita Nicolai V. Menagiana T. 2. p. 97. & Menagii Anti-Bailletum c. 12. Mabillonium T. 1. Muſei Ital. p. 211. Alii antiqui Codices MSS. Inſtitutionum Quintiliani præter illum à Poggio inventum memorantur à Matthæo Larroquano in nova actione adverſus Varillaſium Gallice edita præf. Confer Bælii Lex. in *Quintilien* nota (G.).

gicarum Thomæ Crenii, qui pag. 10. notat Fabii libros, à Poggio in tranſalpina Gallia repertos emendare imprimis aggreſſum *Gaſparinum Bergomatem*. Poggius ipſe in Epiſtola ad Guarinum Veronenſem, data 16. Dec. 1419. & ex MS. Bibl. Paulinæ integra primum edita à V. Cl. Jo. Gottlieb Krauſio: (*a*) *Hujus ſermonis ornandi atque excolendi cum multi præclari, ut ſcis, fuerint latinæ linguæ auctores, tum vel præcipuus atque egregius* M. Fabius Quintilianus: *qui ita diſerte, itaque abſolute ſumma cum diligentia exequitur ea, quæ pertinent ad inſtituendum perfectiſſimum oratorem, ut nihil ei vel ad ſummam doctrinam, vel ſingularem eloquentiam meo judicio deeſſe videatur: quo uno ſolo, etiamſi Cicero Romanæ parens eloquentiæ deeſſet, perfectam conſequeremur ſcientiam recte dicendi. Is vero apud nos antea (Italicos dico) ita laceratus erat, ita circumcisſus, culpa, ut opinor, temporum, ut nulla forma, nullus habitus hominis in eo recognoſceretur: Tute hominem vidiſti hactenus*

lacerum crudeliter ora;
Ora manuſque ambas populataque tempora, raptis
Auribus & truncas inhoneſto vulnere nares.

Dolendum quippe erat & ægre ferendum, nos tantam in hominis tam eloquentis fœda laceratione jacturam oratoriæ facultatis feciſſe. Sed quo plus tunc erat doloris & moleſtiæ ex ejus viri mutilatione, eo magis nunc eſt congratulandum, cum ſit in priſtinum habitum ac dignitatem, in antiquam formam atque integram valetudinem noſtra diligentia reſtitutus. Nam ſi M. Tullius magnum præ ſe fert gaudium pro M. Marcello reſtituto ab exilio; & eo quidem tempore, quo Romæ plures erant Marcelli ſimiles, domi foriſque egregii ac præſtantes viri: quid nunc agere docti homines debent & præſertim ſtudioſi eloquentiæ, cum ſingulariſſimum lumen Romani nominis, quo extincto nihil præter Ciceronem ſupererat, & eum modo ſimili lacerum ac diſperſum non tantum ab exilio, ſed ab ipſo pæne interitu (b) *revocaverimus? Nam me hercule! niſi nos auxilium tuliſſemus, neceſſe erat illum propediem interiturum. Nam neque eſt dubium virum ſplendidum, mundum, elegantem, plenum moribus, plenum facetiis fœditatem illius carceris, ſqualorem loci, cuſtodum ſævitiam diutius perpeti non potuiſſe. Mœſtus quidem ipſe erat ac ſordidatus, tanquam mortis rei ſolebant: ſqualentem barbam gerens ac con-*

(a) In der umſtandlichen Bucher Hiſtorie, Lipſ. 1715. 8. parte 1. pag. 42. Partem illius Epiſtolæ Poggii deſiderat Mabillonius pag. 211. itineris Italici & Menagius 1. antiBailleti pag. 46. Integram exhibet etiam Jacobus Lenfant ad calcem Poggianorum Amſt. 1720. 8. pag. 309. Vide item Poggii Opera Baſileæ edita pag. 272. 394. Menagiana Tom. 1. p. 97. & Tom. 4. pag. 90.

(b) *In avitam patriam*, addit Mabillon.

ac concretos pulvere crines : ut ipſo vultu atque habitu fateretur ad immeritam ſententiam ſe vocari. Videbatur manus tendere , implorare Quiritum fidem , ut ſe ab iniquo judice tuerentur ; poſtulare & indigne ferre quod qui quondam ſua ope , ſua eloquentia multorum ſalutem conſervaſſet , nunc neque patronum quempiam inveniret , quem miſereretur fortunarum ſuarum , neque qui ſuæ conſuleret ſaluti , aut ad injuſtum rapi ſupplicium probiberet . Sed quia temere perſæpe eveniunt , quæ non audeas optare , ut inquit Terentius noſter , fortuna quædam fuit cum ſua , tum maxime noſtra , ut cum eſſemus Conſtantiæ otioſi , cupido inceſſeret viſendi ejus loci , quo ille recluſus tenebatur . Eſt autem monaſterium S. Galli *prope urbem hanc millia paſſuum XX. Itaque nonnulli animi laxandi , & ſimul perquirendorum librorum , quorum magnus numerus eſſe dicebatur , gratia eo perreximus . Ibi inter confertiſſimam librorum copiam quos longum eſſet recenſere ,* Quintilianum (*a*) *comperimus , adhuc ſalvum & incolumem , plenum tamen ſitu , & pulvere* (b) *ſqualentem . Erant enim non in bibliotheca libri illi , ut eorum dignitas poſtulabat , ſed in teterrimo quodam & obſcuro carcere , fundo ſcilicet unius turris , quo* (c) *nec capitalis quidem rei damnati detruderentur . Atqui ego pro certo exiſtimo , ſi eſſent qui hæc barbarorum ergaſtula , quibus hos detinent viros , rimarentur ac cognoſcerent more majorum , ſimilem fortunam experturos in multis , de quibus jam eſt conclamatum . Reperimus præterea libros tres primos & dimidiatum quarti* C. Valerii Flacci Argonauticon , *& expoſitiones tanquam thema quoddam ſuper octo Ciceronis Orationibus* Q. Aſconii Pediani , *eloquentiſſimi viri , de quibus ipſe meminit Quintilianus . Hæc mea manu tranſcripſi & quidem velociter , ut ea mitterem ad Leonardum Aretinum , & Nicolaum Florentinum* (d). *Habes , mi ſuaviſſime Guarine , quod ab homine tibi deditiſſimo ad præſens tribui poteſt . Vellem potuiſſem etiam librum tranſmittere ; ſed Leonardo noſtro ſatis faciendum fuit . Verum ſcis , quo ſit in loco , ut ſi eum voles habere , puto autem te quamprimum velle , facile id conſequi valeas . Vale & me , quoniam id mutuo fit , ama . Conſtantiæ XVII. Kal. Januar. Anno Chriſti M. CCCCXVII.*

Idem Poggius in dialogo de infelicitate Principum , de ſe loquens : *Suſcepit hic olim diligentiam & laborem peragrandæ Alemanniæ , librorum perquirendorum gratia . . . qua in re multum profuit.*

(a) *Reperimus* Mabill.
(b) *Refertum* Mabill.
(c) *Nec vita quidem damnati detruderentur* , Mabill. *ne capitales quidem rei* , Menag.
(d) Addit Mabillon : *qui cum à me hujus theſauri adinventionem cognoviſſent , multis à me verbis Quintilianum per ſuas litteras quam primum ad eos mitti contenderunt* . Hæc in Lipſienſi codice deſiderantur.

fuit Latinis Muſis ejus induſtria. Nam octo Ciceronis Orationes, (a) *integrum Quintilianum, Columellam, qui antea detruncati & deformes apud nos erant, & item Lucretii partem, pluresque alios Latinæ Linguæ auctores præclaros reſtituit nobis*. Franciſcus Barbarus Venetus (non Guarinus Veronenſis qui in illa pag. 55. laudatur) in collaudatione ad Poggium, data Veneti 1417. 7. Jul. *Tu Tertullianum, tu M. Fabium Quintilianum, tu Q. Aſconium Pedianum, tu Lucretium, Silium Italicum, Marcellinum*, (b) *tu Manilium Aſtronomum, L. Septimium* (Daretis interpretem,) *Valerium Flaccum, tu Caprum, Eutychium, Probum Grammaticos, tu complures alios Bartholomæo* (de Montepulciano) *collega tuo, adjutore, vel fato functos vita donaſti, vel longo ut ajunt poſtliminio in Latium reduxiſti. -- Majus quoddam à te Romanæ litteræ, quam adhuc præſtiteris exſpectant, quod in eam ſpem adductæ ſunt, ad hoc enim natus eſſe videris, ut per te Ciceronis de Rep. & Varronis divinarum ac humanarum rerum, & Criſpi & Livii libros, & Catonis origines, ut cæteros omittam, recepturi ſint*. Leonhardus Aretinus lib. IV. Epiſt. p. 160. ad Poggium: *Quintilianus tuus laborioſiſſime emendatur, permulta enim ſunt in noſtro vetuſto Codice, quæ reddenda tuo videantur*.

Codicem ipſum MS. Poggii, Conſtantiæ ſede Apoſtolica vacante diebus 53. in Bibl. S. Galli deſcriptum exſtare Londini in Bibliotheca illuſtriſſimi Comitis Sunderlandiæ, notavit Gedoynus. Etiam apographum Codicis Poggiani ante ducentos annos exaratum, fuit in Bibliotheca Nic. Heinſii, & ex illa venit in Colbertinam, ibique aſſervatur n. 1217. Omitto aliud quod fuit in Bibl. Marckiana pag. 155. Codex Quintiliani, quem Romæ conſcribi juſſit Pius III. Pontifex, exſtat Gothæ in Bibl. Sereniſſimi Ducis, n. LXVI. In Bibl. Thuana Tom. 2. p. 465. memorantur. Quintiliani Inſtitutiones ſcriptæ manu Laur. Vallæ, cum ejus notis. Cum notis Vallæ fuere etiam in Bibl. illuſtris Vallettæ. Ex MS. Farneſiano quædam emendat Latinius Tom. 2. Epiſt. p. 46. adde pag. 37. 41. 42. 58. & de aliis tribus Codicibus Tom. 1. pag. 231. Ex Codice, quem à Melch. Hittorpio acceperat, loca nonnulla caſtigat Janus Guilelmius III. 14. veriſimilium. Ex alio, quem à Ritterſhuſio habuit, Mich. Piccartus cap 18. pericul Critic. Aliud MStum Baſileenſe vide laudantem Barthium XIV. 18. Adverſariorum, ubi ex eo emendat locum Fabii IV. 2. ex Cælio Antonium temulentum ac ſtertentem nobis depingentis. Alii Co-

dices

(a) Pro Cæcina, de lege agraria contra Rullum, ad populum contra Legem agrariam, in L. Piſonem, pro Rabirio Piſone, pro C. Rabirio, pro Roſcio Comœdo.

(b) In Diario Veneto, Giornale de' letterati d'Italia T. IX. pag 178. Nonius Marcellus etiam à Poggio repertus traditur: fortaſſe pro Ammiano Marcellino. Adde Tom. X. pag. 417.

dices aliis in locis ſervantur, ut in Bibl. Regia Pariſ. Bodlejana Oxonii, Florentiæ novem in Medicea, alius in monaſterio S. Mariæ, alius Feſulis in Bibliotheca S. Coſmæ in Cœnobio Canonicorum. Lugduni Batavorum tres inter libros Voſſianos, Bernæ item alius ac Coloniæ. Græca ſe ſuppleſſe in Codicibus Quintiliani, Macrobii, Gellii, & Pliniorum teſtatur Angelus Decembrius lib. VII. de politia literaria p. 592. ubi nomina figurarum Græca exhibet. Andreas Maſius in Joſuam pag. 49. *Veteres* mœnire *pro* munire *videntur dixiſſe, quod verbum in vetuſtis ego Fadii exemplaribus ſcriptum reperi*.

III. In prooemio teſtatur Quintilianus ſe eo magis hoc opus inſtitutionum ad ſummam perducere deſtinaſſe, quod *duo* jam ſub nomine ipſius *libri* ferebantur *artis Rhetoricæ*, neque editi ab auctore, neque in hoc comparati ut ederentur. *Namque alterum*, inquit, *ſermone per biduum babito pueri quibus id præſtabatur exceperunt, alterum pluribus ſane diebus quantum notando conſequi poterant interceptum boni juvenes ſed nimium amantes mei temerario editionis honore vulgaverant*.

IV. His binis libris deperditis bene eſt, quod ætatem tulerunt pulchri illi inſtitutionum libri, quibus accuratiſſime Fabius & copioſiſſime futurum oratorem inſtruit, non præcepta tantum proponens, verum etiam (*a*) elementa, progreſſum, rationem, uſum, exercitationem ponens ante oculos, non paucis adjectis, quæ Cicero vel prætermiſit vel obiter attigit. Quod genus ſunt de ratione concitandorum affectuum, de generibus & uſu ſententiarum, de modis amplificandi, de inventione propoſitionum, de partiendis iiſdem ac digerendis, de tranſmigratione ac concurſu ſtatuum, de modo legendi, imitandi, ſcribendi.

* Editiones Inſtitutionum Quintiliani magna curâ collegit qui ſcriptoris illius novam ἔκδοσιν meditabatur præſtantiſſimus vir *Theod. Janſonius Almelooveenius*: idem morti vicinus (quam obiit Julio A. 1712.) collectas à ſe legavit Bibliothecæ Trajectinæ: curavit

(a) Eraſmus in Ciceroniano pag. 91. cui adde hæc Rapini Obſervatt. de Eloquentia: *Quintilien prend celui qu'il deſtine à l'eloquente dès berceau & d'entre les bras de ſa nourrice pour l'elever à l'etude de cet art & pour le mener pas à pas par tous les degrez des ſciences qu'il y croit neceſſaires. Dans* le premier *livre il luy choiſit un precepteur domeſtique pour luy former la langue par les premiers elemens de la prononciation de la Grammaire. Il le mene dans* ſecond *livre aux eloces publiques pour y ètudier la Rhetorique dont il luy explique la nature & les parties qui ont rapport à cet art: au* troiſieme *livre il developpe ce qui regarde l'elocution, & dans les* quatre *livres* ſuivans: *dans le* ſeptieme *il enſeigne ce qui appartient à la diſpoſition & à l'œconomie du diſcours, qu'il continue de traitter dans le* huitieme, neuvieme, dixieme *&* onzieme. *Et dans le* doucieme *il decrit tout ce qui appartient à la perſonne de l'Orateur, pour luy former le coeur & l'eſprit, & dont il fait un fort honneſte homme.*

vit etiam ſingulari folio excudi illarum, quas vel ipſe poſſideret vel alibi exſtare comperiſſet, ſyllabum ordine annorum, quibus lucem viderunt digeſtum, & quem Jo. Maſſonus Tomo V. Hiſtoriæ Criticæ Reip. literariæ pag. 356. inſeruit. Locupletiorem denique celeberrimus Burmannus præmiſit Quintiliano ſuo, quem auſpicato poſt Almelooveenii fata expoliendum in ſe ſuſcepit, provinciaque illa perfunctus eſt pulcherrime & feliciſſime. Huic ejus elencho obſervata mea addere præſenti loco liceat.

1468. Romæ apud Ulricum Han ſive Gallum Viennenſem in fol. (*a*) quam curavit *Jo. Antonius Campanus*, poſtea Aprutinus Epiſcopus; cujus confer Epiſtolas Lipſiæ nuper 1707. 8. curante Ampliſſimo Menckenio in lucem reductas pag. 550. ſeq. ubi habes perelegantem Campani præfationem, qua Quintilianum confert cum Cicerone.

1470. Romæ apud Conradum Svveynheim & Arnoldum Pannartz, fol. cum *Jo. Andreæ* Epiſcopi Alerienſis Epiſtola ad Paulum ſecundum Pontificem. Hæc male pro prima venditatur in Catalogo Bibl. Sarrazianæ pag. 163. & Menarſianæ pag. 126. Ea uſus Gibſonus. 1471. Venetiis apud Nic. Jenſon in fol. *Quintilianum eloquentiæ fontem ab eruditiſſimo* Omnibono Leoniceno *emendatum M. Nicolaus Gallus viventibus poſteriſque miro impreſſit artificio*. Omnibonus Leonicenus in Epiſtola ad Moyſen de Buſarelis, Epiſcopum Belunnenſem de primæ editionis vitiis conqueritur his verbis: *qui tertio ante anno librum ipſum auditoribus noſtris exponere aggreſſus, ita vitiatum repereram* &c. Mich. Maittaire pag. 92. Annal. typograph.

1482. Tarviſii per Dionyſium Bononienſem ac Peregrinum ejus ſocium, in fol.

1490. Parmæ, fol. quæ editio fuit in Bibl. Marckiana pag. 155. 1493. (*b*) Venetiis cum annotationibus *Raphaelis Regii* per Bonetum Locatellum, fol. Hac uſus fuit Burmannus, qui teſtatur jam ante A. 1490. Venetiis in 4. vidiſſe lucem, ſed non viſum ſibi ejuſdem Regii dialogum cum Calfurnio Beſtia de quibuſdam locis Quintiliani. Diverſus utique hic Regius Patavinus doctor (de quo dixi ad Trithemium de Script. Eccleſ. c. 916.) à Raphaele Maffeo Volaterrano, Commentariorum Urbanorum ſcriptore.

1494.

(a) Hiſtoire de l'imprimerie & de la librairie, chez Jean de la Caille, à Pariſ. 1689. pag. 17. *Uldaric le Cocq imprima Saint Auguſtin de la Citè de Dieu & le Lactance: enſuite de quoy il imprima Tite Live, Quintilien, les Tuſculanes, & les Oraiſons de Ciceron en* 1468. Hanc Quintiliani editionem omiſit in Annalibus typographicis, utiliſſimo & præclariſſimæ induſtriæ opere vir egregius Mich. Maittaire.

(b) Hæc videtur notari in Bibl. Menarſiana pag. 128. ubi memoratur Quintilianus cum Raph. Regii notis Ven. M.CCCC.LXCCC. fol.

1494. Venetiis fol. apud Peregrinum de Paſqualibus cum notis *Laurentii Vallæ*, *Pomponii Læti* (*a*) *Joannis Sulpicii* & *Raph. Regii*. Hanc Gibſonus contulit.

Angeli Politani quoque & *Hermolai Barbari* induſtriam in corrigendo Quintiliano laudari ſcribit Nic. Antonius Bibl. veteri Hiſpana pag. 58. Sed Politiani præfatio tantum exſtat, inter ejus opera ſæpius & in variis Fabii editionibus vulgata. Hermolai in Quintilianum, videre me nihil memini Quintilianus. 1496. Romæ fol.

Sine anni, loci & typographi notatione, fol charactere pulcherrimo, quam editionem laudat Maittaire Annal. typographic. pag. 380. Pariſiis ſine anni nota apud P. Viart in vico divi Jacobi ad inſigne Leonis argentei in 4. prodiit *M. Fabii Quintiliani Grammatica admodum brevis*, *& ſtudioſæ pubi perquam utilis*. Sed conferenti mihi patuit nihil eſſe aliud quam Inſt. Oratoriar. lib. I. capita IV. V. VI. VII. VIII. IX. Præmittitur Dodecaſtichon P. Roſſeti Poetæ laureati ad inſignem Theologum Rogerium Maribraſſeum, Gymnaſii Lexovienſis primarium moderatorem. 1506. ſine nota loci aut typographi fol. 1506. Baſileæ cum notis *Raph. Regii*. fol. 1510. Florentiæ apud Juntas, in Bibl. Menarſiana pag. 488. 1512. Venetiis fol. cum ejuſdem Regii notis, apud Joannem de Ruſconibus (*b*). 1514. Venetiis apud Aldum in 4. ex *Andreæ Naugerii* & *Baptiſtæ Rhamnuſii* recognitione, qua editione uſum ſe Burmannus profitetur. Ab Aldo primum editum Quintilianum Geſnerus præter rem ſibi perſuaſerat. 1516. Pariſiis fol. apud Jo. Badium Aſcenſium, cum notis *Raph. Regii*, *Georgii Merulæ* (quæ modo à lib. XII. cap. 7. ubi deſinunt Regii, incipiunt) & *Badii*, qui ex Laur. Vallæ codice ſexcenta loca reſtituiſſe ſe profitetur.

1521. Venetiis apud Aldum 4. qua uſi Gibſon & Burmannus. 1521. Coloniæ apud Eucharium Cervicornum fol. hanc quoque adhibuit Gibſon. 1522. Venetiis fol. cum notis *Raph. Regii*, (*c*) apud Bernardinum de Vianis de Lexona Vercellenſem. 1527. Pariſiis, 8. apud Claudium Chevallonium, adjunctis Quintiliani XIX. *Declamationibus*. 1527. Pariſiis fol. apud Petrum Vidovæum. Meminit J. de la Caille Hiſt. de l' Imprimerie pag. 82. 1527. Baſil. 8. *Petri Moſellani* notæ in Inſtitutionum Quintiliani libros VII. primores. 1528. Pariſiis fol. cum notis *Raph. Regii*, *G. Merulæ*, *Petri Moſellanii & Badii*. Additæ etiam XIX. *Declamationes* cum ejuſdem *Badii* notis. 1528. Coloniæ, 8. apud Joannem Soterem.

Ll

(*a*) Vide Diarium Venetum, Giornale de' letterati d'Italia Tom. XXII. p. 395. ſeq.

(*b*) Sic in ſcheda quam manu Clariſſ. Almelooveeni ſcriptam ſervo. Alii, vitioſe ni fallor, Georgium de Raſconibus appellant.

(*c*) Hunc Raphaelem Regium cum Volaterrano eundem facit Voſſius p. 673. de Hiſt. Latinis. Male, ni fallor.

terem. Meminit Geſnerus in Bibl. 1529. Baſil. fol. cum *Io. Sichardi* præfatione & notis, apnd Bebelium.

1531. Pariſiis fol. apud Jo. Badium Aſcenſium, ex recognitione *Guil. Philandri* & *Petri Moſellani*, (cujus notæ jam excuſæ A. 1530.) additæ etiam XIX. *Declamationes*. 1533. Pariſ. fol. apud Antonium Aug-rellum. 1534. Coloniæ 8. apud Jo. Gymnicum, cum *Giſb. Longolii* præfatione notiſque *Jo. Sichardi*, & in duos primores libros *Joach. Camerarii*. 1534. Lugduni 8. apud Seb. Gryphium. 1534. Coloniæ 8. apud Jo Soterem. 1535. Lugduni 8. notæ breves *Guil. Philandri* in Inſtitutionum libros, quas ſpecimen futurorum ampliſſimorum in eoſdem commentariorum D. Georgio Armaignaco, Ruthenorum Epiſcopo Philander conſecravit, & Ludovicns Columbelius, Medicus Rothomagæus in lucem edidit. Sed illi ampliores commentarii lucem nunquam viderunt. 1536. Lugduni 8. apud Seb. Gryphium. (*a*) Additæ XIX. declamationes; hac uſum ſe profitetur Cl. Burmannus. 1536. Pariſiis fol. apud Franciſcum Gryphium, cum notis *Moſellani*, fol. 1536. Coloniæ, 8. apud Jo. Gymnicum. 1536. Pariſiis fol. cum Petri Moſellani notis, apud hæredes Jo. Badii Aſcenſii. Additæ etiam XIX. *Declamationes*. 1538. Pariſiis, 4. apud Petrum Vidovæum. Additæ XIX. *Declamationes*. Hac editione uſus Burmannus. 1538. Lugduni 8 cum XIX. *Declamationibus*, apud hæredes Simonis Vincentii, Dionyſius ab Harſio excudebat. 1538. Coloniæ fol. apud Eucharium Cervicornũ, additis XIX. *Declamationibus*. 1538. Pariſiis fol. ex emendatione & cum argumentis *Petri Gallandii*, apud Gervaſium Chevallonium, cum notis *Petri Moſellani*, *Ioach. Camerarii* in lib. I. & II. & *Antonii Pini*, Portodomæi, Luſitani in librum III. 1538. Pariſ. fol. apud Mich. Vaſcoſanum, cum XIX. *Declamationibus*. Bibl. Menarſiana pag. 127. 1539. Pariſiis 4. apud Franciſcum Gryphium, cum XIX. *Declamationibus*.

1540. Lugduni 8. apud Sebaſt. Gryphium, item XIX. *Declamationes*. 1541. Lugd. 8. apud eundem Seb. Gryphium notæ *Petri Moſellani* in ſeptem primores Inſtitutionum libros. 1541. Pariſ. 4. Quintiliani inſtitutiones apud Petrum Vidovæum. 1541. Pariſ. 4. apud Simonem Colinæum, additis XIX. *Declamationibus*. De hac inſigni, & caſtigata editione vide librum Gallice editum Memoires de litterature Hag. 1715. 8. Tom. 1. pag. 173. ſeq. 1541. Coloniæ 8. apud Jo. Gymnicum. 1541. Baſileæ 8. apud Balthaſarem Laſium. 1541. Pariſ. fol. apnd Jo. Roigny, excudente Jo. Ludovico Tiletano. 1542. Pariſiis 4. ex officina Rob. Stephani. Hac & ſuperiore editione uſi Gibſon

(a) Idem Gryphius caſtigationes & notas *Guil. Philandri* excudit an. 1536. 8. quæ lucem viderunt etiam Baſil. 1585. 8.

ſon & Burmannus. 1542. Pariſ. 4. apud Mich. Vaſcoſanum, qua & ipſa Gibſon uſus, adjuncta habet argumenta *Petri Gallandii*, notaſque *Petri Moſellani, Ioach. Camerarii* & *Antonii Pini*. 1543. Baſileæ 4. apud Rob. Winter, opera & ſtudio *Ioach. Camerarii* & *Io. Sichardi*, cum caſtigationibus *Guil. Philandri*. Additæ item XIX. *Declamationibus*. 1544. Pariſiis 4. apud Mich. Vaſcoſanum. Eadem cum illa A. 1542. 1544. Lugduni 8. apud Seb. Gryphium, cum XIX. *Declamationibus*. 1546. Venetiis fol. apud Hieron. Scotum, cum notis *Moſellani*, *Ioach. Camerarii* & *Antonii Pini*. 1547. Pariſiis 8. apud Rob. Stephanum, *Epitome* Quintiliani Inſtitutionum per *Ionam Philologum*, qui circa illa tempora vixit, & ſub illo nomine ſive latere ſive innoteſcere voluit. Eadem Baſileæ etiam excuſa ſine anni nota apud Barthol. Weſthemerum, & Nic. Brylingerum 8. De Argentoratenſi editione infra ad Annum 1568. 1548. Pariſiis in 4. Inſtitutiones Quintiliani apud Guil. Morellum ac Bogardum cum Morelli notis. J. de la Caille Hiſt. de l'Imprimerie pag. 123. 1548. Baſileæ 8. apud Nic. Brylingerum, cum XIX. Declamationibus, Inſtitutiones per *Ioach. Camerarium*, *Io. Sichardum* & *Iac. Hertelium* emendatæ, additæ etiam *Guil. Philandri* caſtigationes. 1548. Antuerpiæ apud Jo. Lœum 8. cum notis. 1549. Pariſiis fol. apud Mich. Vaſcoſanum (quædam exemplaria, ut iſtud quo utor, in fronte gerunt nomen Audœni Parvi) cum præfatione, & argumentis emendationibuſque plenioribus, & caſtigationibus *Petri Gellandii* Profeſſoris Regii, *Angeli Politiani* præfatione de Quintiliani vita & laudibus, *Petri Moſellani* (*a*) notis in libros ſeptem primores, *Ioach. Camerarii* in librum primum & ſecundum, atque *Antonii Pini* in tertium: ſubjecto poſt XIX. Quintiliani *Declamationes*, etiam libro primo Controverſiarum Senecæ, cum Rudolphi Agricolæ commentariis. 1549. Lugduni apud Seb. Gryphium 8. una cum XIX. *Declamationibus*.

1553. Pariſiis ex officina viduæ Mauricii à Porta in Clauſo Brunello, excudebat Thomas Richardus 4. 1554. Pariſiis 8. Epitome inſtitutionum Vergerio auctore in Bibl. Bigotiana pag. 184. n. 4608. Vide ſupra ad A. 1547. Laudatur item ſententiarum ex Quintiliano libellus in 12. editus auctore *Stephano Joanne Stephanio* Dano, Profeſſore Sorano Eloquentiæ, & Hiſtor. Confer Albertum Bartholinum de ſcriptis Danorum p. 134 Compendium quoq; Quintiliani *Franciſcus Patricius* confecerit, ſi vere id Patavii, quod Jac. Philippus Thomaſinus in Bibliothecis Patavinis MSS. pag. 48. affirmat, cuſtoditur. Et legimus, inquit Nic. Anton. p. 59. Bibl. vet. Hiſpan. ſive hoc ſive aliud Quintiliani compendium Valentiæ 1554. 8. typis

Ll 2 editum.

(a) Moſellani notæ editæ ſunt etiam Lugd. à Gryphio 1541. 8.

editum. 1555. Coloniæ Inſtitutiones Quintiliani apud Gualtherum Fabricium, 8. cum notis *Joach. Camerarii*, *Job. Sichardi* &c. & *Guil. Philandri* Caſtilionei caſtigationibus. 1555. Lugduni apud Seb. Gryphium 8. additis XIX *Declamationibus*: 1556. Pariſiis 4. apud Tho. Richardum ſub Bibliis aureis, *Adriani Turnebi* notæ in Inſtitutiones oratorias, præterito auctoris nomine editæ, quibus omnium ante ſe operam in Fabio præſtitam longe anteceſſit. 1558. Lugduni 8. apud Theobaldum Paganum, Quintiliani Inſtitutiones & *Declamationes* XIX.

1561. Baſileæ apud Nic. Brylingerum 8. ex emendatione *Jac. Hertelii*. 1566. Venetiis apud Gabriel. Julium Ferrarium in 4. Inſtitutiones Quintiliani ex *Italica* verſione *Horatii Tuſcanellæ*. L'inſtitutioni oratorie tradotte & arrichite della dichiaratione de i luoghi piu difficili in margine, con la vita dell'autore. 1567. Venetiis apud Hieron. Scotum, Quintiliani Inſtitutiones cum notis *Petri Moſellani*, *Joach. Camerarii*, & *Antonii Pini*. 1568. Baſileæ 8. apud hæredes Nic. Brylingeri, ex *Jac. Hertelii* recenſione. 1568. Argentorati 8. *epitome* Inſtitutionum concinnata à Jona Philologo, de qua ſupra ad A. 1547.

1570. Lipſiæ 8. impenſis Jacobi Apelii, liber Inſtitutionum decimus cum notis *Philippi Melanchthonis*, *Ioannis FeldKirchii* ſive *Velcurionis*, *Ioannis Stigelii*, & *Caſparis Landſidelii*, per Stephanum Riccium. 1575. Lugduni 8. Inſtitutiones Quintiliani cum XIX. *Declamationibus*, apud Antonium Gryphium, excudebat Baſileus Boquetius. 1575. Lugduni 8. itidem cum XIX. *Declamationibus*, apud Ludovicum Cloquemin & Steph. Michelem. 1579. Baſileæ 8. ex officina Brylingeriana, additis XIX. *Declamationibus*, & ad Inſtitutiones, caſtigationibus *Guil. Philandri*.

1580. Lugduni 8. apud Ludovicum Cloquemin, additis 19. *Declamationibus*. 1580. Genevæ 8. apud Jacobum Stoer, item 19. *Declamationes*. 1584. Venetiis 4. Quintiliani Inſtitutiones in *Italicam* linguam converſæ ab *Horatio Tuſcanella*. De hac verſione quæ jam 1566. prodierat, vide Huetium de vita ſua pag. 315. & P. Bohurium recueil des vers choiſis p. 177. 1585. Lugduni 8. apud Anton. Gryphium, item 19. *Declamationes*.

1591. Genevæ 8. apud Jac. Stoer, item XIX. *Declamationes*. 1591. Lugduni 8.

1604. Genevæ 8. apud eundem, item XIX. *Declamationes*. 1604. Pariſ, 8.

1618. Genevæ 8. apud Jac. Stoer, item XIX. *Declamationes*. Quædam exemplaria habent nomen Dan. Criſpini..

1625. Genevæ 8. apud eundem: idem XIX. *Declamationes* atque

que ex P. Pithœi editione *Declamationes* aliæ *minores*, nec non Calpurnii: & *dialogus de cauſis corruptæ eloquentiæ*. 1629. Francofurti 8. apud H. Robynſonum & Guil. Fitzerum, cum notis *Danielis Parei*, quem Lud. Creſollii lucubrationibus plurimum debere notat Tho. Crenius parte XVI. animadverſion. p. 14.

1637. Genevæ apud Jac. Stoer, 8. item *Declamationes* utræque & Calpurnii: *& de cauſis corruptæ eloquentiæ dialogus*.

1641. Londini apud R. Withakerum, cum notis *Dan. Parei*, 8. item utræque *Declamationes* & Calpurnii, & *dialogus de corrupta eloquentia*.

1641. Genevæ apud Petr. Chovet cum notis *Dan. Parei*. 8. item XIX. *Declamationes* &c.

1651. Genevæ 8. cum notis *Dan. Parei*, eadem cum præcedente.

1657. Francofurti apud Wilh Serlinum cum notis Dan. Parei 8. Mentitur novam editionem titulus, eſt enim eadem cum præcedente.

1662. Londini 8. cum notis Dan. Parei, eadem cum illa Anni 1641.

1663. Pariſ. 4. *Gallica* Inſtitutionum Quintiliani verſio, auctore *Pureo*, Mr. l'Abbè de Pure. *Quintilien de l'Inſtitution de l'Orateur, avec les notes hiſtoriques & literales, ou les mots barbares, Grecs, anciens & les plus difficiles paſſages ſont expliquez*. Exſtat & alia prior *Nicolii*, (Mr. Nicolle le Pere) in quam necdum incidi. Sed nuper edita Gallica interpretatio *Gedoyni*, de qua ad A. 1718. dicturus ſum, facit ut nec illas, neque à præſtantiſſimis viris *Franciſco Rollino* aut *Benedierio* promiſſas valde deſideremus. Capita 3. & 4. libri X. de compoſitione & dialogum de cauſis corruptæ eloquentiæ Gallice vertit *Maucroiſius*, Canonicus Remenſis non ineleganter, quæ lucubratio inter ejus poſtuma opuſcula prodiit 1710. 8.

1665. Lugduni Bat. & Roterdami ex officina Hackiana 2: Volum. in 8. *Conr. Schrevelio* primum, deinde poſt hujus obitum *Io. Frid. Gronovio* curante. Notis variorum illuſtratas Inſtitutiones cum Declamationibus utriſque, & Calpurnii, nec non dialogum de cauſis corruptæ eloquentiæ, hæc editio nitida complectitur, de qua non non repetam quæ dixi infra.

1669. Ultrajecti 12. apud Petrum Elzevirium prodierunt *Pauli Colomeſii* in Quintilianum breves, ſed ſelectæ eruditionis notæ una cum aliis ejus opuſculis, quæ recuſa Amſt. 1700. 12. apud Henricum & viduam Theodori Boom, & inter alia Colomeſii ſcripta, junctim me curante excuſa Hamburg. 1709. 4. ſumtu Chriſtiani Liebezeit, typis Spiringianis.

1693. Oxonii è theatro Sheldoniano 4. *Edmundus Gibſon (a)* Quintiliani Inſtitutiones ſingulari ſtudio ad tres Codices MSS. Cantabrig. & Bodlej. & ad octo impreſſos caſtigatas edidit, ſubjuncta declamatione antea inedita & deinde in Obrechti & Burmanni editione emendatius recuſa, quæ inſcribitur *Tribunus Marianus*. In illa occurrunt hæc vocabula, unde judicet aliquis num Quintilianus ſit auctor: *abominabilis*, *concubitor*, *dilectio*, *diſcretio*, *exoratio*, *illuminatio*, *impœnitens*, *improperium*, *indeſinenter*, *lenocinamentum*, *obſufflo*, *particulariter*, *prædeceſſor*, *præpoſtero*, *præſtrangulo*, *prolocutor*, *protectio*, *ſupererogatio*.

1698. Argentorati apud Joh. Reinholdum Dulſſeckerum in 4. duobus voluminibus, Inſtitutiones, & declamationes utræque nec non declamationes Calpurnii & dialogus de cauſis corruptæ eloquentiæ, ex recenſione accurata illuſtris Viri *Ulrici Obrechti* (b) qui non diu poſt A. 1701. diem obiit ſupremum: igitur quod in præfatione ad Edmudum Gibſonum promittit volumen, ipſius notas Obrechti cum præcipuis eruditorum virorum antea editis commentariis complexurum, in lucem dare non potuit. De hac editione jam feci mentionem infra.

1714. Londini apud Jo. Nicholſon, 8. Inſtitutiones ut à Gibſono editæ fuerant, recuſæ, additis Turnebi & aliorum ſelectis notis. Minus, quam Oxonienſis, emendata eſt hæc editio. 1715. Pariſiis apud Jacobum Stephanum 12. duobus Vol. Inſtitutionum oratoriarum libri duodecim ad uſum Scholarum accommodati, recenſiti, & brevibus notis illuſtrati à *Carolo Rollino*, reciſis quæ minus neceſſaria illi viſa ſunt, & quæ alio typorum charactere expreſſa adjungi fuiſſet fortaſſe ſatius. Journal des Sav. A. 1715. Avril. edit. Amſt. p. 430. & A. 1718. Octob. p 460. Mem: de Trevoux 1714. Dec. p. 2191. Journal literaire Tom. 6. p. 232. Gibert jugemens des Savans ſur les Auteurs qui ont traiè de la Rhetorique T. 2. p. 60. ſeq. 1718. à Paris in 4. chez Gregoire de Puis, Quintilien de l'Inſtitution de l'Orareur, traduit par Mr. l'Abbè *Nicolas Gedoyn*, Chanoine de la Sainte Chapelle de Paris, de l'Academie Royale des Inſcriptions & belles lettres. Verſio elegans, accurata, Quintiliano digna, decem annorum opus, Philippo Duci Aurelianenſi, qui pro Rege Gallias moderatur, ab auctore dicata. De aliis Gallicis Quintiliani verſionibus dixi ſupra ad A. 1663. De hac videri poſſunt Diaria eruditorum Journal des Savans

(a) Acta Erud. Tom. 2. ſupplem. pag. 318. Nouveau Journal de Roterdam A. 1694. Sept. & Octob.

(b) Specimina emendationum Obrechtianarum cum lectionibus Gibſonianæ edit. collatarum vide in Actis Eruditor. A. 1698. p. 548.

Savans 1718. Octob. p. 446. Memoires de Trevoux 1718. Sept. p. 531. & 1719. Avril, Europe Savante 1719. Mars pag. 117.

1720. Lugduni Batavorum apud Joannem de Vivie in 4. in lucem prodiit præſtantiſſima longe omnium, quas hactenus commemoravi, editio magno ſtudio caſtigata & illuſtrata luculenter, nitideque excuſa curante viro ſupra laudes *Petro Burmanno* (a) Hic *Inſtitutionibus* quidem ineditas Almeloveenii & Gallæi caſtigationes obſervationeſque, editas vero Turnebi, Philandri, Parei, Colomeſii, Gibſoni, Obrechti, quam plurimaſque novas ſuo ipſe marte & ingenio adjunxit, atque ex Regio, Badio, Moſellano, Camerario, Sichardo, Pino, aliiſque ſelecta quædam, veterumque editionum lectiones adſperſit, in calce autem voluminis prioris, poſt Annales Quintilianeos H. Dodvvelli, varias lectiones exhibet trium Codicum Voſſianorum & Bernenſis, nec non emendationes Petri Francii. Ad *declamationes* utraſque Volumine poſteriore cum Calpurnii declamationibus comprehenſas, non modo nihil omiſit quod ex collatione quatuor Codicum, quos Bibl. Leidenſis ſuppeditavit, Wittiani item & notarum ex Gronoviano, Colbertinis & Victoriano lectionum, priorumque editionum, & ab Ærodii aut Pithœi, præcipue vero Jo. Frid. Gronovii & Jo. Schultingii ingenio aut induſtria lucis accedere potuit, ſed & ipſe locis bene multis novam & inſignem affudit. *Tribunum Marianum*, quem p. 75. poſt Gibſonum & Obrechtum inter Quintiliani declamationes edidit, notat multo inferiorem eſſe eloquentia & nitore ſermonis, atque à Monacho quodam multis poſt illas ſæculis ſcriptum eſſe ſuſpicatur. Claudunt volumen indices ſatis locupletes, quos aliis conficiendos typographus locavit: Operi autem præmiſſæ ſunt præfationes Campani, Politiani, Aldi, Petri Gallandii duplex, Jo. Sichardi, Gisberti Longolii, Edm. Gibſoni & Ulrici Obrechti, veterumque & novorum ſcriptorum de Quintiliano teſtimonia elogiaque.

Commentarios in Quintilianum affectos habere ſe teſtatus Voſſio eſt *Stephanus Stephanius* in Epiſtola ad eum ſcripta A. 1637. *Henricus* quoque *Ernſtius* novam hujus ſcriptoris editionem ad MSS. Codices caſtigatam molitus fuit. Editio Pariſienſis 1527. paſſim notata manu *Merici Caſauboni*, & Lugdunenſis 1585. cum MS. collata à Franciſco Junio ſervantur in Bibl. Leidenſi. *Philandri* vero commentarii uberiores numquid adhuc hæreant Divione, cum ignariſſimis ſcio, nec dixerim quo pervenerint *Petri*

Ll 4 *Pi-*

(a) Acta Erud. 1720. p. 433.

Pithœi, *Paſſeratii* & *Gnieti* obſervationes, quas ad Schrevelium miſerat Bigotius, & ille eiſdem uti in Quintiliano ſuo neglexit. Plurima loca Quintiliani caſtigat & illuſtrat vir doctus *Ianus Gebhardus* in crepundiis ſive juvenilium curarum libris III. Hanov: 1615. 4. & in ſyntagmate Critico Jo. Hermanni Schminckii: Marburg. 1717. 4. Ex Tullio & Quintiliano non pauca decerpſit Leo Mantuanus Judæus in נופת צופים liquore favorum ſive Rhetorica Coloniæ in 4. edita. Vide Rev. noſtri Wolfii Bibl. Hebraicam Neſcio qualis ſit *vetus Quintiliani interpres* laudatus viris doctis ad Svetonii Neronem cap. 22. *Epitome* Inſtitutionum Quintiliani à Jona Philologo confecta editaque eſt Pariſ. 1548. 8. & altera Vergerio auctore ibid. 1554. 8. Qui in Schola Tigurina dicendi artem olim publice profeſſus eſt Joannes Jacobus Ammianus, in enarrandis Quintiliani Inſtitutionibus ſeptem ipſos annos abſumſit, ex quo deinde per ludibrium vulgo *Septilianus* à litterarum ſtudioſis eſt appellatus, ut ex Melandri jocoſeriis refert Berneggerus præf. ad Obſervationes Miſcell.

V. INDEX SCRIPTORUM

in QUINTILIANI Inſtitutionibus Oratoriis laudatorum, illo qui in noviſſima editione exſtat, plenior;

factus à me ad paginas edit. Burmannianæ.

ACcius *Mævius*, *Poeta Trag.* 88, 96, 472, 561, 689, 912. Philoctete. 422.

Accius Navius augur. 551.

Accuſator Coſſutiani Capitonis. 503. Marii Curii. 552. militis Mariani. 293.

Ælius *Stilo.* (*L.*) 81. 813.

Æoles. 45. 79. Æolica litera 1092.

Æſchines Socraticus, dialogo Aſpaſię cum Xenophonte ejuſque uxore. 444. 445.

Æſchines, *orator* 192, 237, 359, 505, 580, 901, 998, 1037, 1090, 1091. contra Cteſiphontem 237, 472, 580. contra Demoſthenem. 883, 505. Legatio male geſta objecta 359.

Æſchylus, *Poeta Trag.* 897. ubi de eo cenſura. Ejus dramata correcta in certamen deferre poſterioribus Poetis Athenienſes permiſere, ſuntque eo modo multi coronati. id.

Æſopus 99. 1023. *fabularum non ille primus auctor*, ſed Heſiodus 441. [illegible] 441. alius Æſopus tragicus hiſtrio 1023.

Afranius *Comicus*. 913. togatis excellit. id.

Africanus apud Neronem: 723. infra, Julius.

Agatharcus 986.

Agnon 193. rhetorices accuſatio. 194.

Albutius, *Rhetor*, non obſcurus profeſſor atque auctor 185. 222 254.

Alcæus,

Alcæus, *Poeta Lyr.* 896. ubi ejus laus.
Alcidamus *Eleates*, *Rhet.* 213. Platoni Palamedes. id.
Amphictyonum judicium. 431.
Anaxagoræ diſcipulus Pericles. 1062.
Anaximenes, *Rhetor.* 227.
Andocides *Orator.* 1090.
Andronicus hypocrites, *Demoſthenis præceptor.* 998.
Antimachus, *Poeta* 892. ſeq. ubi de eo cenſura.
Antipater *Sidonius* poeta extemporalis 955.
Antiphon, *Rhetor.* 1090. orationem primus ſcripſit & artem Rhetoricam compoſuit. 213. pro ſe dixiſſe optime eſt creditus. 214.
Antonius *Gnipho* 77.
Antonius(*Marcus*)*Orat.* libellus de arte dicendi imperfectus 271,218,618,660,1049.
Antonius *Orat.* 191, 249,619,713, 715,826,998,1038,1049,1081. M.Aquilium defendens. 179.
Antonius *Rufus* 63.
Apelles Pictor. 1086.173.
Apollas *Callimachus* 986.
Apollodorus Pergamenus Rhetor, Apolloniæ præceptor Auguſti. 116,180,210,216,235,247, 291, 309, 326, 477, 601, 758, 986. ars Rhetorica ad Matium. 217. ad Domitium Epiſtola.id. Theodoreus an Apollodoreus. 166.216. Apollodori diſcipuli C. Valgius & Atticus. 317.
Apollonius *Molon*, *Rhetor.* 216. Ciceronis præceptor 1073.
Apollonius (Rhodius) *Poeta* 893. ubi de eo cenſura.
Appius 1082.187.
Aratus, *Poeta* 891.893.ubi de illo cenſura.
Archias, vide Licinius.
Archidemus. 246.
Archilochus, *Poeta Jamb.* laudatur 895.
Archytas 105.
Archimedes 114.
Areus, *Rhetor* 185. 216.
Areopagitarum ſenteutia 393.
Aritarchus 46, 893, 895.
Ariſtippus 1062.
Ariſtogiton, *Orat.* 1090.
Ariſton 181. Critolai Peripatetici diſcipulus.
Ariſtophanes, *Comic.* 106, 186, 893, 897, 1102.
Ariſtophanes *Grammaticus* 18. 893.
Ariſtophon. 452.
Ariſtoteles 20, 46, 78, 180, 208, 214,225,242,250,254,265,270, 274, 285, 288, 315, 326, 369, 452, 679, 856, 857, 903, ſeq. 1099, 1112. ſive Theodectis eſt opus quod de rhetorice nomini ejus inſcribitur, ſive Ariſtotelis 179. in Gryllo. 193. de arte rhetorica tres libri id. 215. ſecundo libro. 400. pomeridianis ſcholis artem oratoriam præcepit. 215. decem elementa (prædicamenta) 242. ſeq. in Rhetoricis. 250.
Ariſtoxenus *Muſicus* 105. 107.
Veteres artifices (artis Rhet. ſcriptores) 1021.
Artium ſcriptores 641.
Artorius *Proculus* (*C*) Rhet. 755.

Aruſpicum reſponſa, 405.
Aſinius *Pollio* 53,66,83,96,300, 505,566,604,668,690.771.774. 777,802,926,1050,1071,1080, 1113. pro Scauro patre 505.774. pro Aſprenate, 883. Pollio ac Meſſala defenderunt eosdem: id. ſeriis jocisque pariter accommodatus 566. pro Urbiniæ hæredibus, 300. 597.604. pro Liburnia, 777. de Aſinio Pollione judicium. 917. ejus diligentia 928.1088. Pollionem æmulantur triſtes ac jejuni 926. Aſinius uterque. 1050.
Atellanæ 541.
Athenæus 182,216,224,231,250. Rhetor Hermagoræ par & æmulus 216.
Athenodorus *Rhodius* 193.
Atticus, *Rhetor*. Græce ſcripſit, Apollodori diſcipulus 217.566.
Attici 501,531,565,915,926. Atticæ eloquentiæ candidatus 497. infra, Oratores.
Attius adverſus Cluentium.472.
(Auctor *ad Herennium* 814.819.)
Auguſtus 546,547,548,549,553, 555,561,691. Epiſtolis ad Cæſarem 76. Epiſtolis quas ſua manu ſcripſit aut emendavit. 90. duodecim natus annos matrem pro roſtris laudavit.1071.
Baſſus *Aufidius*, libris belli Germanici 914.
Baſſus *Caeſius*, quem vidit Quintilianus, *Poeta* 911.
Baſſus *Junius* 534,545,553.
Baſſus *Salejus*, *Poeta* 906.
Bibaculus *Poeta* 910. (735.)
Bleſſus (*Publius*) 545.
Brutus, *Philoſ*. 533, 540, 827, 853,883, 920, 957, 1050. *ejus gravitas* 1088. oratio pro Milone, exercitationis gratia ſcripta 263. 883. 946. accuſatio Cn. Planci 540. in Philoſophicis ſcriptis multo quam in Orationibus præſtantior. 920.
Bruti patris dialogi tres in Privernati, in Albano, in Tiburti habiti, 540.
Cæcilius *Rhetor*.82, 216,250,397, 596,758,759,810,812,825,827. ad Siſenam 692. Q. Cæcilius in Verrem accuſationem petit quod fuerat quæſtor ejus 464.
Cæcilius, *Comic*. 96,913,969.
Cælius (*M.*) *Orator*. 67,78,83, 534,539,551,747,815,1088. in Antonium 349. in defenſione cauſæ qua reus de vi fuit.972. in accuſando urbanitas 917 aſperitas 928. de Cælio judicium 917.
Cæſar. (*C.*) 60,90,94,132,276, 279,282,284,307,(460.) 508, 546,553,559,566,567,597,623. 715, 928, 1071, 1074, 1088. ut Oratorem laudat Cicero in Bruto. 888. præcepta Cæſaris. 763. anticatones 70. 272. libri de analogia 92. ſi foro tantum vacaſſet, non alius ex noſtris contra Ciceronem nominaretur, vide p. 917. vis Cæſaris 928.1088.
Cæſius *Baſſus*, *Poeta* 911.
Cajus *Granius* 81.
Callicles 183. (apud Platonem.)
M. Callidius *Orator*. 1025, 1088, 1095. pro domo Ciceronis 883.
Cal-

Callidii ſubtilitas.1088.1095.
Callimachus 894. elegiæ princeps. Callimachii pedes & Sotadei. 830. (al. Galliambi.)
Callimachus, ſupra Apollas.
Calvus, *Orator*.83, 814, 918.1050. 1071. ſanctitas 1088. & judicium ejus laudatur 928. in Vatinium. 503, 546, 774. imitator Atticorum. vide p.917.918.
C. Carbo etiam in tabernaculo uſus exercitatione dicendi. 958.
Carminum autores (Horatius) 738.
Carneades Romæ pro juſtitia, & contra juſtitiam dixit audiente Cenſorio Catone 1053.
Carpathius. 552.
Caſſelius 557. al. Caſcelius vel C. Cæcilius.
Caſſius (*C.*) *Severus*, *Orator*. 443, 512, 535, 554, 559, 669, 710, 1028, 1088. contra Aſprenatem. 883. 973. *de hoc Caſſio judicium* 918. acerbitas. 1088.
Catius, in Epicureis, levis ſed non injucundus 920.
Cato (*M. Cenſorius*) 83, 90, 152, 217, 280, 282, 448, 565, 567, 650, 672, 689, 689, 732, 774, 840, 944, 969, 1044, 1053, 1067, 1074, 1088, 1097, 1112. primus Romanorum aliquid de Rhetorica ſcripſit. 217. idem orator, idem hiſtoriæ conditor, idem juris, idem rerum ruſticarum peritiſſimus inter tot operas militiæ, rudi ſæculo literas Græcas ſenex didicit. 1112. in dicendo præſtantiſſimus & juris peritiſſimus 1067. Cato, Scipio, Lælius in eloquendo velut Attici Romanorum. 1095. in Oratione quadam 263. Catonis verba furatus Salluſtius. 689. Oratio de Servio Galba. 179.
Cato eloquens Senator 969. Stoicus 976. ſapiens 1074.
Catones 1088.
Catulus ad Philippum. 555.
Catullus, *Poeta* 53, 57, 531, 873, 910. nobile epigramma de abuſu literæ h. 57. aliquis poetarum 969. laudatur in Catullo ſuavis appellatio literarum 1004. Epithalamio 803.
Celſus (*Corn.*) 182, 184, 230, 240, 248, 271, 300, 320, 396, 582, 601, 692, 697, 760, 774, 778, 783, 796, 797, 798, 870, 871, 388. Gallione prior, accuratius de arte dicendi ſcripſit. 218. Ciceronem ſecutus. 582. nimia novitatis cupiditate ductus, eruditus vir. 760. in Philoſophicis multa ſcripſit Scepticos ſecutus non ſine cultu ac nitore. 920. mediocri vir ingenio non ſolum de his omnibus ſcripſit artibus, ſed amplius rei militaris, & ruſticæ etiam & medicinæ præcepta reliquit. 1112.
Ceſtius Infra, Seſtius.
M. Cethegus 57. ſuadæ medulla dictus ab Ennio 178. ſuaviloquentiore 1003.
Chariſius 898. ejus orationes à Menandro Comico ſcriptæ. id.
Charmadas 989.
Chiron. 1091.
Chryſippus Philoſoph. 13. 18. 36. 110.

110. 185. 1048. 1075. præcepta de liberorum educatione . 119. reſpicitur 646. ſeq.

Chryſippus junior Cæſaris æqualis. 546.

Cicero (*Q. Tullius*) 527. de jocis M. Ciceronis libri III.

Cicero (*M. Tullius*) optimus auctor ac magiſter eloquentiæ 4, 8, 42, 44, 53, 54, 56, 63, 66, 67, 69, 71. 76, 78, 81. 89 96, 102. 106. 119, 129, 138, 147, 151, 152, 169, 176, 178, 184, 187, 190, 191, 194, 197, 204, 206, 207, 214, 220, 222, 225, 226, 231, 234, 235, 239, 249, 253, 254, 255, 259, 263, 271, 272, 273, 275, 282, 284, 286, 292, 294, 302, 306, 307, 308, 313, 317, 318, 322, 324, 331, 333, 334, 340, 344, 345, 346, 352, 357, 363, 364, 365, 366, 398, 405, 407, 410, 414, 416, 417, 419, 420, 425, 427, 430, 435, 438, 440, 442, 444, 446, 448, 459, 463, 464, 465, 467, 468, 469, 470, 473, 475, 478, 479, 480, 490, 500, 503, 505, 506, 507, 509, 511, 513, 514, 524, 526, 528, 531, 533, 539, 540, 541, 542, 543, 544, 550, 551, 552, 553, 556, 557, 558, 559, 561, 562, 563, 566, 567, 575, 576, 581, 582, 592, 607, 614, 617, 621 623, 632, 650, 660, 664, 670, 679, 685. 686. 688. 690. 691. 692. 694, 698, 699, 702, 703, 705, 707, 708, 709, 711, 712, 713, 714, 715, 717, 718, 721, 722, 728, 731, 733, 734, 736, 739, 745, 746, 748, 751, 752, 753, 761, 766, 770, 772, 773, 774, 775, 776, 778, 779, 780, 781, 782, 783, 784, 785, 795, 796, 797, 798, 802, 805, 806, 807, 808, 809, 811, 815, 816, 817, 819, 820, 821, 822, 823, 824, 825, 829, 832, 833, 835, 837, 839, 840, 842, 846, 847, 850, 851, 852, 853, 854 858, 859, 860, 861, 862, 863, 866, 867, 868, 870, 874, 883, 884, 885, 886, 888, 889, 903, 916, 919, 926, 928, 929, 943, 944, 948, 953, 957, 960, 961, 965, 966, 967, 968, 970, 971, 974, 975, 977, 981, 986, 998, 999, 1004, 1007, 1010, 1011, 1019, 1025, 1026, 1027, 1031, 1034, 1038, 1041, 1043, 1048, 1049, 1050, 1057, 1062, 1064, 1067, 1070, 1071, 1073, 1074, 1088, 1089, 1095, 1097, 1098, 1099, 1100, 1107, 1108, 1112, 1113, Cicero Apollonio Molone uſus præceptore 1073. Academiæ plurimum debere ſe profeſſus 1063. unicum apud nos ſpecimen orandi, docendique oratorias artes. 218. certiſſimum præceptorum genus, illius viri obſervatio 977. in omnibus eminentiſſimus. 1088. ſummus ille tractandorum animorum artifex. 981. cum Demoſthene comparatur 915. effinxit vim Demoſthenis, copiam Platonis, jucunditatem Iſocratis. 916. jam non hominis, ſed eloquentiæ nomen habetur. 916. hunc ſpectemus, hoc propoſitum nobis ſit exemplum,

plum , ille ſe profeciſſe ſciat
cui Cicero valde placebit. id.
non unus tamen imitandus
928. jactat ſe interdum, defen-
ſionis potius cauſſa quam ex
arrogantia 965. 966. ita dicit
quomodo quilibet poſſe confi-
deret , ſed quomodo poſſit ne-
mo 982. mores ejus defendun-
tur. 1047. 1048.ſeq. in filio, ut
in Epiſtolis apparet , recte lo-
quendi uſquequaquę aſper e-
xactor. 92.ad rerum cauſarum-
que ſuarum judices dixit. 302.
Ciceronis manus ſive αὐτόγραφα.
89. ideo tantum intulit elo-
quentiæ lumen , quod in hos
quoquę ſtudiorum ſeceſſus
(carmina ſcribenda & dialo-
gos) excurrit 944. compoſitio
ejus & vitia orationis repre-
henduntur à Bruto, Calvo &
utroque Aſinio 1050. ſcriptis
ad eum literis 829. ab Attico-
rum imitatoribus ut Aſianus &
redũdans culpatur.188. eminẽ-
tiſſimus Græcorũ ſecutus. 854.
in Accium 561.in legem agra-
riam 187. in Antonium 427.
471. 713. 714.717.751. 752. in-
fra,Philippicæ.in Appium Pul-
crum 691.ſub perſona C.Appii,
Domitii,Cn.Pompeji.282.pro
Archia 705.968. 1019. ad Atti-
cum 566. libro de aruſpicum
reſponſis 449.contra Boſtarem
467. infra pro Scauro. Brutus
214.1041.tot millibus verſuum.
888. ad Brutum 280. 736. Epi-
ſtolę 204.398,533.679.691.810.
815. contra Q. Cæcilium 773.
965.vide in Verrem pro Cęcina
331.416.425.427.446.544.618.
621. 640. 806. 823. pro Cælio
contra Atratinum. 975.in Cal-
lidium 1034. in carminibus
842.966.in Catilinam 187.314.
449.713.714.780.805.811.817.
966.in Senatu 1101. Cato Ci-
ceronis 398.Catulum ſuum &
Lucullum aliis poſtea ſcriptis
(Academicis)Cicero pſe dam-
navit . 225. ad Cerelliam. 567.
contra Chryſogonum, vide pro
Roſcio. in Clodium & Curio-
nem 425. in Clodium 708.748.
795. vide pro Milone. in Clo-
diam 796. pro Cluentio Habi-
to 1036.974. 194.306.314.316.
317.323.340.345.349.352.363.
365.387.463.469.511.539.576.
ſeq. 713.809. 810.821.851.858.
870.977. pro Cœlio 284. 305.
307.325.468.784.967.959.1101.
Commentarii . 958. à liberto
Tyrone contracti Communes
loci, in vitia directi 129.943.
Sententiæ & Conciones Cice-
ronis non minus clarum quam
accuſationes & defenſiones lu-
men eloquentiæ oſtendunt .
286.pro C. Cornelio.360.464.
466.623. 577.679. pro L. Cor-
nelio 356.in Cottam.577.vide
pro Dejotaro 305. in Dia-
logis.964.in Epiſtolis ſine con-
troverſia Demoſtheni præfe-
ferendus Cicero 195. citantur
Epiſtolæ 964. 816. 842. pluri-
bus libris & Epiſtolis teſtatur
1057.pro Fundanio 44.pro Ga-
binio ,

binio, in quem antea orationem ſcripſerat. 977. (ad Herennium. 249. 808. 814.) in Hirtio, in Panſam declamans. 699. in quodā joculari libello. 753. Q. Ciceronis vel Tyronis liberti vel alterius cujuſque libri tres de jocis Ciceronis 527. Cicero in jocis nimius. 526. 527. ſcientia juris neutiquam deſtitutus, etiam cœpit aliqua de ea componere. 1067. pro Q. Ligario 306. 313. 314. 331. 345. 346. 352. 425. 448. 460. 478. 566. 577. 628. 709. 772. 775. 781. 852. 870. 883. 1022. 1036. 1037. pro lege Manilia. 147. contra concionem Metelli 813. pro Milone 204. 239. 262. 293. ſeq. 302. ſeq. 305. pulcherrima 323. nobiliſſima 1007. 324. 333. 334. 341. 348. 357. 358. 364. 407. 408. 410. 439. 440. 506. 507. 542. 577. 588. 608. 609. 686. 731. 745. 779. 782. 807. 808. 870. 968. 969. 1007. 1008. 1038. 1101. contra ſcripſit Seſtius ſive Ceſtius 946. pro Muræna 142. 316. 324. 363. 427. 438. 442. 509. 592: 707. 746. 796. 808. 862. 976. in Oppianicū 810. vide pro Cluentio. pro Oppio. 417. 420. 464. 465. 468. 782. in Cottam 976. in Oratore. 191. 219. 223. 766. 832. 839. 840. (orator poſt libros de oratore ſcriptus. 825.) 1025. 1041. divine ut omnia 76. libris de oratore 226. 941. 1107. diſputationibus 929. pulcherrimis 254. 618. In oratoriis hæc minora ſciens omiſit. 218. ſecundo de oratore libro 197. 540. tertio 119. 762. 825. 961. 1057. libro ad Brutum. 102. 861. Brutum alloquens. 961. Partitiones Oratoriç. 223. 293. 294. 345. Philippicæ 273. 618. 620. 824. 835. 836. 966. 967. ſupra, in Antonium. Declamatio de Cicerone, ut Antonium roget, Philippicas excurrat. 285. in Philoſophicis ſcriptis, ut ubique, Platonis æmulus. 920. libros Platonis atque Xenophontis edidit translatos. 941. de damnatione Philodami. 1038. 114. vide in Verrem. in L. Piſonem. 471. 685. 853. in Pletorium Fonteji accuſatorem 542. in Quintium 471. pro Rabirio 513. 583 1037. 1038. pro Rabirio Poſtumo 239. 308. 314. 323. 383. 773. Rhetoricorum libri 222. 251. 292. 294. primum ſcripti 176. adoleſcenti elapſi 218. quos ipſe non probat 178. 253. ſeq. 255. in primo rhetorico. 253. pro Roſcio contra Chryſogonum. 318. 323. pro Roſcio 602. 782. 824. pro Sex. Roſcio, 353. ſex & viginti natus annos dixit 1071. 1072. in Rullum. 470. 719. circa nuptias Saſſiæ. 344. contra Saſſiam. 974. pro Scamandro. 977. pro Scauro ambitus reo. 314. contra Boſtarem. 468. pro Scauro reo repetundarum. 314. pro Scauro filio. 505. 598. Theſibus ſive infinitis quæſtionibus exerceri ſolebat Cicero

jam princeps in Rep. 943. in Topicis ad Trebatium JCtum. 294,414,415, 423, 446,in Triarium 471. pro Tullio 352. 465. in Varenum 553. 686. pro Vareno 315,417,467,513,582,583, 598,602,606,783,784. in Vatinium teſtem. 378. pro Vatinio in quem Orationem ſcripſerat 977. in Verrem 303, 305,306,323,346.356,405,420, 437,464,474,500, 501,503.514, 527,544,632,634,711,712,740, 752, 760, 774, 782, 785, 802, 851,866,883,1018.
Cicero docuit Cælium, & Panſam, Hircium, Dolabellam in morem præceptoris exercuit 1108.
Ciceronis inepti imitatores placentes ſibi ſi in clauſula poſuiſſent *eſſe videatur* 726.
Cinnæ Smyrna novem annis ſcripta 940.
Claudius 90. (Imperator) qui literam Æolicam F adjecit.
Cleanthes 185,198,1048,1075.
Cleo Orator Athenis 1025.
Cleo *Stelæus* 821.
Clitarchus *Hiſtor.* 901.
In Clodium, editus liber, 266. ſupra in Cicerone.
Coccus, *Orator* 1090.
Cœlius (*M.*) in Antonium 815. *vide* Cælius.
Colotes Tejus, pictor, 174.
Comœdia, 514.
Comœdiæ veteris ſcriptores. 879. 896.
Comici 969.1014. liberrimum genus hominum 1062. Latini. 90.
Commentarii, 314.
Controverſiæ 790. vide Declamationes.
Corax 191. ſcriptor artis Rhetoricæ 212.
Corneliæ Gracchorum matris Epiſtolæ 14.
Cæcilius & Cornificius de figuris 826.
Cornificius, *Rhetor*, 395, 775, 820, 825, 826. de figuris 826. 827. non pauca de arte dicendi ſcripſit 218.
L. Cotta 999. Cottæ Epiſtola 465. 468.
Craſſus (*L.*) *Orator*, 119, 147, 204,540,660,710,929,941,961, 969,996,998,1019,1057, 1088, 1107. 1113. Oratio de colonia Narbonenſis 540. de lege Servilia. id. in judicio Curiano contentio cum Scævola. 640.
Craſſus dives Aſiæ præfectus quinque Græci ſermonis differentiis jus dixit 996.
Crates 100.
Cratinus, *Comic.* 897.
Criſpus *Paſſienus* 884. Quintiliano puero orationem pro Voluſeno Catulo habuit.id.jucunditatem ejus laudat 1088.
Criſpus *Vibius*, vir ingenii jucundi & elegantis *Orator*. 474. 1088. pro Spathale. 723.
Critolaus Peripateticus, Ariſtonis præceptor 181, 182, 193.
Curio 553. pater 1027. In Curionem editus liber, 266.
Curius (*Manius*) 552. Vibius Curius, 552. 559.
Cynicus reus de moribus 326.
Cythnius pictor, 173.
Decimi *Laelii* Oratio pro Voluſeno

ſeno Catulo habita Quintiliano puero 884.

Declamatores 281,283,286,325, 353,455,472,473,779,972. utiles 944. non nimis diu illis inhærendum 1110. minus ſanguinum habent & virium quam orationes, 925. Declamatorum extemporalium ambitio 955. infra Scholaſtici.

Demades 192. 1098. orationes ſcribere non eſt auſus 193.

Demetrius auctor Comœdiarum 1039. 1040.

Demetrius *Phalereus* 147, 887, 1039. 1087. primus inclinaſſe eloquentiam dicitur 902. ubi plura de eo & in ejus laudem.

Demoſthenes 116,151,237,273, 286,305,313,314,479.604.505. 522.526.533.576 580.728.767. 783.785.796.824.833.839.849. 850.853.860.374.901.916.928. 936.938.966. 997. 1009. 1013. 1019.1037.1048.1050.1062.1083. 1091. 1092. 1099. contra Æſchinem 313. 883. pro Cteſiphonte 305.352.472.580.783. 814.966. 1019. 1027. 1037. de Halonneſo 273. adverſus Midiam. 501. 504. Philippicæ 286.

Demoſthenes Ciceroni interdum videtur dormitare 884. 1050. pæne lex orandi 901. minus aptus ad jocos. 526. urbanus non dicax, 533. δεινότης valuit. 522. perfectiſſimus Græcorum, aliquid tamen aliquo in loco melius alii, 928. puer admodum actiones pupillares habuit, 1071. mores ejus defenduntur 1047. Platonis diſcipulus, 1062. 1091. Cicerone multo ſtrictior, 1099. laudatur 915. ejus fulmina numeris contorta 846. ſevera compoſitio, 849.

Dialectici 616.

Didymo quo nemo plura ſcripſit, accidit ut cum hiſtoriæ cuidam tanquam vanæ repugnaret, ipſius proferretur liber qui eam continebat. 98.

Diogenes *Babylonius*, 15.

Dion Syracuſanus 114.

Dion Rhetor, 223. (*Pruſæus*)

Dionyſius 825. Rhetor, de figuris, 825.

Halicarnaſſeus 216,747,857.

Dolabella 670,555,563.

Domitianus Imp. ut in omnibus ita etiam in eloquentia eminentiſſimus 296. Germanici Auguſti poemata laudantur 907. ſeq.

Domitius *Afer* 378,421,535,536. 540,544,551,555, 556, 557, 559,560,720, 723, 773, 818, 822,837,904,918, 026, 1088, 1107, libri duo de teſtibus 378. ubi ſenem à ſe adoleſcentulo cultum teſtatur. Oratio pro Voluſeno Catulo habita Quintiliano puero, 884. Oratio in libertum Claudiii Cæſ. 555. pro Cloantilla 723, 773, 818, 837. pro Lælia 837. ſummus pridem Orator, valde ſenex maluit deficere quam deſinere 1107: maturitas ejus laudatur 1088.

Orationes ejus plenæ facetis narrationibus: dictorum quoque ab eo urbane, ſunt editi libri 540.

Domi-

Domitius *Marſus* de urbanitate diligentiſſime ſcripſit, 564. 565. 566.
C. Duillio poſita columna roſtrata, 87.
Egeſias 1087.
Empedocles primus aliqua circa rhetoricem moviſſe dicitur 212. præcepta ſapientiæ verſibus tradidit 39.
Ennius, 54,74,96,178,195,648, 865.905.ſeq 1003. ſexto annali, 557. Medea, 442.in ſatyra mortem & vitam contendentes inducit, 777.
Ephorus, *Hiſtor.* 158 856.901.
Epicurus 193,614,1062,386,926. fugere omnem diſciplinam navigatione quam velociſſima jubet 1026.
Eratoſthenes 18.986.
Eriphylus *Rhodius* 948.
Evathlus, *Rhetor*. 213. artem quam edidit decem millibus denariorum didicit à Protagora id.
Euphorion *Poeta*, 986. Chalcidenſis, probatus Virgilio. 894.
Euphranor 1086. 1088.
Eupolis *Comicus*, 106. 897. 1102.
Euripides 215,405,897. ubi Sophocli præfertur.
Eurypilus *Lariſſæus* 986.
Fabius Maximus incuſans Auguſti congiariorum exiguitatem 543.
Fabius *Pictor* 74,673,990.
Flaccus (*Valerius*) *Poeta* 906.
Flavius 176,242.635.690.admiror Flavium cujus merito ſumma apud me eſt anctoritas,cum artem ſcholæ tantum componeret 635.
Flavius (*Cn.*) 685.
Florus(*Iulius*)in eloquentia Galliarum princeps, 932. 933.
Formulari, 1061.
Fulvius, 564.
(Furius Bibaculus) 735, 910.
Servius Galba, 179.
Galba (*L.*) 534,547,548,555,559.
Gallio pater, *Rhetor*, 218, 794. Didius Gallus, 179. Sulpicius Gallus, 551. Cornelius Gallus 53. elegi 908. Oratio, infra in Labieno.
Geometræ, 397.
Germanicus Auguſtus 907. vide Domitianus.
Glyco Spiridion, 511.
Antonius Gnipho, 77.
Georgias *Leontinus* 168.208.CIX. vixit annos, Empedoclis diſcipulus artem Rhetoricam ſcripſit 212. 214. (ejus Olympicus, 274.) 797.821.1111.Gorgias Platonis 205,178,179,181,182.183.
Gorgias, *Rhetor*, alius ac Leontinus Rutilio Lupo æqualis, quem Lupus ſequitur, 797.
Gracchi 729, 1088, 1097. Gracchorum & Catonis lectione horridi & jejuni, 152. eorum leges inviſæ 270.627. eloquentiæ multum contulit Cornelia mater, cujus doctiſſimus ſermo in epiſtolis, 14.
C. Gracchi in deflenda fratris nece eloquentia, 998. 1023. compoſitio durior, 832.
C. Gracchus 832. præcipuus ſuorum temporum orator, phonaſco uſus, 108.
Græci 488,489, 633,647, 1005, 1020,1035,1041,1098. ſecutus

Græcos, 447. Græci præceptis valent, Romani exemplis, 1064. nomina illis fingere promtiſſimum 761.
Græci dicunt ut vivat, quemque etiam dicere, 967.
Grammatici 756. veteres, 38. moleſti in lyricis verſibus notandis qui in oratione exciderunt, 845. ſeq.
Granius (*C.*) 81.
Herculis laudes 266.
Hermagoras *Rhetor* 67,180,208, 216,223,231,234,236,242,252. 254,291,294,393,797. Cicero eum ſecutus 254. 294. minutias ſectatur, id.
Hermagorei 624.
Hermagoras junior Theodori Gadareni diſcipulus 217. inſcripti Hermagoræ nomine libri, ſive alius hic Hermagoras fuit, 234.
Herodotus 833.834.dulcis & candidus & fuſus id. nec indignetur ſibi Herodotus æquari T. Livium 913.
Heſiodus 17. primus auctor fabularum 441. datur ei palma in medio genere dicendi 892; ὑποθήκας Heſiodi eſſe negavit Ariſtophanes Gramm. 18.
Hippias *Eleus*, *Rhetor*, 213. non liberalium modo, ſed & aliarum artium peritus, 1111.
Hippocrates clarus arte medicinæ videtur honeſtiſſime feciſſe qui quoſdam errores ſuos, ne poſteri errarent, confeſſus eſt, 225.
Hirtius, 699. 1108.
Hiſpo, 563.
Hiſtoria alii orationem jucundo ſucco, 886. adde 286.
Hiſtorici, 318. 1062.
Homerus 70,71,94,136,191, 268. 283,306,453.ſeq.653,709,735, 815,891,896.897,904,969,1034, 1068,1102, 1111,1113. Horatio videtur interdum dormitare 884. nullius non artis in eo veſtigia. 1111. omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit, 891. ubi plura in ejus laudem. Nonus liber Iliadis, 891. in utriuſque operis ingreſſu legem proœmiorum ſervavit & conſtituit. 892. verſu ejus, qui non in omni editione reperitur, victi Megarenſes Salaminem Athenienſibus ceſſere, 448.
Horatius, 2,50,66,441,532,533. 672,685,701,738,745,801,802. 804,818,846,884,894,895.909. 910,911,1016. prima parte libri de arte poetica 701. in arte poetica 2. Horatium in quibuſdam, quia licenter nimis, nolim interpretari 94. *alius Horatius qui ſororem occidit*, 259.
Hortenſii (*Q.*) *filiæ* oratio apud Triumviros habita, legitur non tantum in ſexus honorem 14. *Hortenſio Marciam tradidit Cato* 233. 944. Hortenſius (*Q.*) *Orator*, 129,563.575. 692,948,996,1074, 1088, 1113. pro Verre, 883. contra Tincam Placentinum, 54. communes loci, 129. partiendi laudem tulit 366. diu princeps oratorum, 998. placuit

aliquid

aliquid eo dicente, quod legentes non inveniunt, id.
H
Hyperides *Atticus*, *Orator* dulcis & acutus 902. 1090. pro Phryne actio, 179. infra in Meſſala.
Jamborum ſcriptores. 879.
Iphicrates, 452.
Iſæus, *Orator*, 1090.
Iſocrates 184, 214, 228, 235, 274, 326, 821, 838, 901, 902, 916, 940, 1090, 1098. octavum & nonageſimũ implevit annum 214. non magis libri bene dixiſſe quam diſcipuli bene docuiſſe teſtatur 158 ejus ſchola principes oratorum dedit 1090. actioni inidoneus. 1098. palęſtrę quam pugnę magis accommodatus, 962. ubi plura. Si tamen re vera ars quæ circumfertur ejus eſt, 178. clariſſimus Gorgiæ auditorum, 214. ars rhetorica, 215. laus Helenæ, 274. Panegyricus, id. qui parciſſime, decem annis ſcriptum tradunt. 940. Scriptores, maxime qui ſunt ab Iſocrate, 326.
Juba, 558. Primus Judaicæ ſuperſtitionis auctor, 270. De judicialibus cauſſis ſcripta. 265.
Julius (*C.*) in Helmium Manciam dictum 538.
Julius *Africanus*, præſtans Quintiliani tempore *Orator*, 918. Africani 1088.
Julius Florus, vide Florus.
Julius *Secundus*, *Orator*, familiaris Quintiliani, miræ facundiæ vir, infinitæ tamen curæ 392. 919. Secundi elegantia 1088
Junius *Baſſus* 534, 553, 1027. homo dicax, Quintiliano puero dictus aſinus albus, 545.
Juriſconſulti, 489.
Labieni ſive Cornelii Galli oratio in Pollionem 53. contra Urbiniæ hæredes, 3000. in Rabirium lege perduellionis, 465. Pollio in Labieno damnat *rebus agentibus*, 802.
Laelii *filia* reddidiſſe in loquendo paternam eloquentiam dicitur, 14.
Laelius 1018. 1095. Lælii. 1088.
Laenas *Popilius* Rhetor, Gallione prior de arte dicendi ſcripſit 219. 959. 1041.
Latro, *Orator* 794. 945. vide Porcius.
Laudes Capitolini Jovis perpetua ſacri certaminis materia, 266.
Laudationes funebres pendent frequenter ex publico aliquo officio atque ex SCto magiſtratibus ſæpe mandantur, 265. ſeq.
Laudes ſomni & mortis ſcriptæ, & quorundam à Medicis ciborum, 272.
Lauranius 840.
Leges pro concione ſuadere vel diſſuadere moris, 145. trino nundino promulgatæ, 146.
Leguleii 1067.
Lentulus (*Cneus*) actione quam eloquentia plus opinionis conſecutus. 998.
Leonides, *Alexandri pędagogus* 15
Librariorum inſectaturi inſcitiam, ſuam confitentur. 841.
Licinius *Archias* extemporalis poeta 955.
Linus 103.
Livius *Andronicus* 923.

Livius (*T.*) 66,90,152,551,668, 676,698,732,736,778,853,914. Livii lactea ubertas, 886. plura in ejus laudem, 914. Patavinitas notata ab Aſinio Pollione, 66. Epiſtola ad filium ſuaſit legendos Demoſthenem & Ciceronem, tum ita ut quiſque eſſet Demoſtheni & Ciceroni ſimillimus, 888.152. circa initia primi libri 63. frequentiſſime dubitat, 141.

Lucanus Oratoribus magis quam poetis accenſendus 907.

Lucilius, *Poeta Satyric.* 66, 73, 88, 96, 840, 864. ejus laus & contra Horatium defenſio 908 ſeq. in nono, 89.

Lucretius, *Poeta* 39, 211, 745, 905, 1113.

Luculli 1074.

Ex Lycia & Caria Rhetores, 1010.

Lycurgus duriſſimarum Lacedæmoniis legum auctor, 105.119.

Lycurgus, *Orator*, 1090.

Novem Lyrici 94,846,895.

Lyſias, *Orator*, 191,833,963, 1090. apologia pro Socrate 184. 963. optime in iis quæ ſcripſit indoctis, ſervavit veritatis fidem, 283. nihil eo, ſi Oratori ſatis ſit docere, perfectius 902.

Lyſiaca *garrulitas* 1091.

Lyſippus 1087.

Macer, *Poeta* 561, 905, 1113. Nicandrum ſecutus, 894.

Mæcenas 836.

Magorum carmina 614.

Mancla *Helmius* 538.

Manlius *Sura* 544. 1026.

Marcellus Orator de quo Cicero in Bruto. 888.

Marcus Veſtinus, 548.

Maricas 106.

Marſus 565. 566.

Mathematici pro Aſtrologis. 386.

Menander, *Comic.* 106,269,295, 825,898,1091. Euripidem ſecutus, 898. commendatur, 799. ſeq. ejus drammata ἐπιτρέποντες, ἐπίκληρος, λοχός id. ψοφοδεὴς, νομοθέτης 899. ὑποβολιμαῖος 106. 899. Hydria & Georgus 1018. Philemon illo inferior, 900.

Meſſala *Orator*, 55,67,83,691, 840,917,941. multas Orationes ſcripſit ex Græcis translatas, & cum illa Hyperidis pro Phryne, difficillima Romanis ſubtilitate contendit, 941. contra Aufidiam 883. Pollio & Meſſala defenderunt eosdem. id. liber de litera S. 90. totos libellos non de verbis modo ſingulis ſed etiam literis dedit. 92. procemia orationum, p. 300 nitidus & candidus & præ ſe ferens in dicendo nobilitatem ſuam, viribus minor, 917. dignitas Meſſalæ, 1088.

Metrodorus *Sceptius* 948.988.998.

Modeſtus 81.

Comœdiæ & mimi, 332.

Mithridates XXII. linguarum peritus 996.

Myron ſtatuarius 1087. *ejus diſcobolus*, 173.

Nævii Aproniani cauſa, 602.

Naucrates, *Iſocratis diſcipulus* 236.

Neronis dictum, 542.

Nican-

Nicander., *Poeta* 894. eum ſecuti Macer & Virgilius id.
Nicoſtratus pancratiaſtes quem ſenem adoleſcens vidit Quintilianus 159.
Nigidius, *Rhetor*, de geſtu 1031.
Senilius, Nonianus Hiſtoricus 914.
Numa 106. 269.
Ex nuptialibus ſacris apparet tam Cajos, quàm Cajas appellatas. 91.
Noſtrorum quidam. 598.
Negligentia excipientium in quæſtum notariorum corruptæ Quintiliani actiones 603.
Oppius (*P.*) 550.
Oracula. 268. 449.
Orationes veterum ac novorum. 373.
Oratores Aſiani, & Attici 862, 874, 1085, 1089, 1090. ſeq. Rhodii ab Æſchine exule. 1089. ſeq. Supra, Lydi & Cares.
Orpheus 103.
Ovidius in Metamorphoſi 407, 696, 786, 812. elegis 908. Medea 721. 912. (1105.) in Heroicis. 906. Epigrammatis 819. ex tetraſticho Macri carmine librum in malos Poetas compoſuit. 561. tranſitionibus laſcivire in metamorphoſi ſolet. 316. ingenio indulgere, quam temperare maluit. 912. laudandus tamen in partibus 906.
Pacuvius, *Poeta Tragic.* 70, 96, 912.
Palæmõ Quintiliani ętate Grammaticus 46. (67.) & fortaſſe reſpicitur 81.
Palamedes, dictus à Platone Alcidamas Eleates 213.
Pamphilus, *Rhetor.* 246.
Quales legimus panegyricos 164, 229, 274.
Panyaſis, *Poeta* 893. ubi de eo cenſura.
Parrhaſius pictor 1086.
Paſſienus *Criſpus* 553 pro Domitia uxore ſua. 513. ſeq. adverſus Ænobardum fratrem.
Patrocles Rhetor. 181. 249.
Pedianus 90. orationum Ciceronis thema exponens 398.
Pedo, *Poeta* 906. 547.
Pericles 114, 190, 903, 1083, 1091, 1098, 1102. Anaxagoræ diſcipulus 1062 primus ex iis teſte Cicerone quorum ſcriptum aliquid quod ornatum oratorium habeat ferebatur. 214. Quintilianus negat ſe aliquid illo dignum reperiſſe. id. eloquentiæ ejus nulla ad nos monumenta venerunt. 1062.
Perſius, *Satyr.* 53, 810, 910, 935.
Peripatetici. 190, 215, 1063.
Phidias ſtatuarius 134. 1087.
Philetas, *Poeta Eleg.* poſt Callimachum princeps 894.
Philemon, *Comic.* 899. ſeq. laudatur. Menandro ſæpe prælatus 900.
Philippus 555.
Philiſtus, *Hiſtor.* imitator Thucydidis 900.
Philoſophi quidam. 646.
Philoſophi qui Deos habere curam rerum humanarum negarent. 375. 386.
Philoſophi qui de arte oratoria ſcripſerunt. 501.
Philoſophorum lectio oratori com-

commendanda. 887.1059. ſeq. 1110. ſervitus ad certa verba ſe adſtringendi 618.
Fabius Pictor. ſupra in Fabio.
Pindarus, *Lyricus* 895. 916. longe princeps Lyricorum 895. in libro quem inſcripſit ὕμνος. 752.
Piſander, *Poeta* 894. Herculis acta ſcripſit. id.
In L. Piſonem liber. 266.
Plancus (*Cn.*) 920.
Plato 104, 105, 106, 119, 186, 205, 213, 214, 228, 833, 853, 916, 920, 941, 985, 1091, 1112. Gorgia. 178, 179, 181, 182, 183, 186, 205. Phædro 183, 184, 206, 213, 214. Timæo 104. 853. Pythagoreos in Italia & Ægypti ſacerdotes adiit 124. defenſio Socratis 184. Sophiſta 228. Dialogi. 384. quæ tandem ars digna literis Platoni defuit? 1112. Ejus diſcipulus Demoſthenes 1062. 1091. Homerica facultas eloquendi 903. Sympoſium 716. in ceris Platonis exordium de Rep. pluri mis modis ſcriptum inventum. 750. diligentiſſimus compoſitionis. 853.
Lex Plautia. 814.
Plautus, *Comicus* 913.
Plinius, *Secundus* 219. doctus homo & in hoc utique libro (ſtudioſorum) pæne nimium curioſus. 1031. 1032. & tacito nomine 226, 914. ſeq. De illo enim videntur quibuſdam accipienda eſſe verba poſt laudatos Aufidii Baſſi de bello Germanico libros: *Supereſt adhuc, & exornat ætatis noſtræ gloriam vir ſæculorum memoria dignus, qui olim nominabitur, nunc intelligitur. Habet amatores, nec imitatores, ut libertas, quanquam circumciſis quæ dixiſſet, ei nocuerit. Sed elatum abunde ſpiritum & audaces ſententias deprehendas etiam in iis quæ manent.* Scripſerit igitur hæc Fabius ante Annum CHriſti 78. quo Plinius obiit licet aliquot annis poſt, ſub Domitiano publicata.
Plotius, *Rhetor.* 147. de geſtu 1031.
Poetarum teſtimonia nec Philoſophis faſtidita 448. lectio confert oratori 885.
Quidam non ignobilis Poeta. 857. 858.
Poetæ 269. 296. ſeq. noſtri. 1094.
Poeticæ fabulæ 440.
Pollio, *vide* Aſinius.
Polus 183. (apud Platon.)
Polycletus ſtatuarius 1087. *ubi etiam de aliis celebribus ſculptoribus Calone, Egeſia, Calamiade, Myrone, Polycleto, Phidia, Alcamene, Lyſippo, Praxitele, Demetrio.*
Polycrates 214. Buſiridem laudavit & Clytemneſtram. 191. dicitur & orationem contra Socratem compoſuiſſe 191. 214.
Polygnotus 1085.
Pompejus (*Cn.*) 566. abunde diſertus rerum ſuarum narrator 969.
Pomponius *Secundus*, Rhetor. 689. eorum quos viderim in tragœdia longe princeps 912.
Pontificum Annales 923.
Popilius Lænas vide Lænas.

Por-

Portius *Latro* primus clari nominis Profeſſor 645. 794.
Poſidonius 248.
Præcepta vetera Rhetorum. 311.
Praxiteles ſtatuarius 201. 1087.
Pragmatici 1066.
Proculejus 554. 819.
Prodamus Muſicen & literas docens inducitur ab Eupolide. 106.
Prodicus *Cejus Rhetor.* 213. 214. 315. apud Xenophontem 777.
Propertius, *Poeta* 908.
Protagoras *Abderites, Rhetor.* 213. 228.
Protogenes 1086.
Publius Bleſſus. 545.
Inſcriptio in pulvinari Solis, Romæ 87.
Pyrrho 1063.
Pythagoras 104, 110, 967, 1048.
Pythagorei 124. 832.
Quintiliani pater. 820.
Quintiliani de cauſis corruptæ eloquentiæ liber 492. reſpicitur 147. 459. (adde 162.) duo libri artis Rhetoricæ 7. ſermones ipſo nolente vulgati 256. actionem in cauſſa Nævii Aproniani ſolam emiſit, cæteræ quæ ſub nomine meo feruntur à notariis exceptæ minimam partem mei habent. 603. de figuris alio libro (IX.) tractabimus 631. non ſolum ſcientibus iſta ſed etiam diſcentibus tradimus 691. pro Regina Berenice apud eam ipſam dixit 302. aliæ in foro actiones vel declamationes in ſchola 340 581. 585. 587. 592. ad utilitatem ſe ſubmittere ait diſcentium 593. non communes locos tradere ſe 370. 454. duodecimo qui ſummus futurus eſt libro 281.
Rabirius (*C.*) *Poeta* 906.
Rhetores qui de artibus ſcripſerunt, ab Homero exempla repetunt, 892. de partibus minutis artis ſingulares libros ediderunt.
Roſcius (*Q.*) Comœdias egit. 1023.
Antonius Rufus, 63.
Rutilius (*P.*) *Lupus Rhetor*. Quintiliani ætate 219, 796, (797. Gorgiam ſecutus.) 809. 824, 825, 826, 827. de figuris, 825.
Rutilius (*P.*) 963.
Salejus *Baſſus* 906.
Saliorum *carmina* vix ſacerdotibus ſuis ſatis intellecta 83. 106.
Salluſtius 152, 174, 281, 314, 689, 695, 708, 749, 802, 804 825. 853. 886, 913, 914, 926. magno labore & tempore uſus ad ſcribendum 931. in Salluſtium Epigramma 689. Salluſtiana brevitas, 886. 930 in bello Jugurthino 274. Catilinario, 274. 281. in Ciceronem. 314. 825.
Santra 1089.
Satyra 801.
Septem Sapientium præcepta, leges vitæ, 448.
Sarmentus, 545.
Scholaſticæ declamatt. 325, 342, 343, 474, 583, 585, 586, 589. ſeq. 611, 623 ſeq. 626, 633. Scholaſtica materia 980 in cauſis ſcholiſque 1010. ſenes in ſchola facti, 1073. & 945. ubi de Portio Latrone.

Scenici 1034.
Scævola 640. Orator JCtus 1067. luſus duodecim ſcriptorum 992.
Æmilius *Scaurus* 452. 476.
Scipio *Africanus* 90. 913. 1088. 1095.
Secundus vide Julius.
Seneca *Philoſoph.* 724. de eo judicium 920. 921. tractavit omnem fere ſtudiorum materiam, nam & orationes ejus & poemata & epiſtolæ & dialogi feruntur, 921. copia Senecæ, 1088. dictum à Seneca eleganter 796. in eo ſcripto quod Nero ad Senatum miſit occiſa matre, 724.
Seneca *Rhetor*, 689, 796, 1088. controverſ. 779.
Seneca *Tragicus* Medea, 771.
Seniores in agendo facti 376.
Septimii libri, obſervationum, 302.
Sergius (Flavius) 690.
Servilius *Nonianus*, *Hiſtoricus* 914. auditus à Quintiliano. id.
Servius, vide Sulpicius.
Seſtius 946. lege *Ceſtius* quem adverſus Ciceronis Milonianam ſcripſiſſe teſtatur etiam Seneca Rhetor præf. lib. 3. excerpt. declam.
Severus (*Caſſius*) 554.
Severus (*Cornelius*) *Poeta* 906. bellum Siculum id. puerilia opera maximam indolem oſtendentia. id
Simonides, *Poeta* artem memoriæ primus oſtendit 985. de eo cenſura, 896. vulgata fabula de negata mercedis parte pro carmine 985. Glauconi Caryſtio, an Leocrati, an Agatharcho, an Scopæ ſcriptum carmen, incertum. 986.
Siſenna 55.
Socrates 104, 119, 183, 184, 186, 205, 212, 359, 436, 444, 716, 717, 780, 986, 962, 1075, 1086.
Socratici 888. 903. 1047. dialogi Socraticorum. 384.
Sophocles, *Tragic.* 897. ubi comparatur cum Euripide. Ex Philoctete verſus 215.
Sophron, *mimorum Scriptor* adeo probatus Platoni ut ſuppoſitos capiti libros ejus cum moreretur habuerit. 106.
Sotadea 857. ab adoleſcentibus removenda 95.
Stertinius, *Rhetor.* 218.
Steſichorus, *Poeta Lyr.* 895. epici carminis onus lyra ſuſtinens id.
Stoici *Philoſophi* 46, 181, 190, 554, 715, 904, 1048. clari auctores 368. ſapientes 1045.
Stratocles actor Comœdiarum. 1039.
Suellius 554.
Sulpitius (*Servius*) *Orat.* & *JCtus* 1067, 839, 918, 959, 1074, 1088. pro Aufidia 883, 505. 345. de ſtatua 273. commentarii cauſarum 959. inſignem famam tribus Orationibus meruit. 918. 959. ſolo genere exercitationis uſus converſione de Latino carmine 941.
Sulpitii acumen 1088.
Sulpitius *Gallus* 114.
Sulpitius *Longus* 536.

Sura

Sura Manlius, *Rhetor*. 1026.
Syllæ leges 981.
XII. Tabulæ 73. 261. 484.
Technicorum decreta 174. ſupra, Artifices.
Terentius, *Comicus* 96,544,692, 771,784,805,873,913,969,1040. initio Eunuchi, 803.
Themiſtocles 794. *intra annum optime locutus Perſice*, 996.
Theocritus, *Poeta* 893. in ſuo genere admirabilis.
Theodectes, *Rhetor*, 46, 215, 334, 857. ſemel audita protinus reddere potuit 996. ſive ipſius opus eſt de rhetorice ſive Ariſtotelis, 179. 215.
Theodori ſchola 295.
Theodoreus an Apollodoreus. 166. 216.
Theodorei 216.326.223.
Theodorus Rhetor, 181, 236, 247,251,291,295,303,477.
Theodorus *Byzantius* 214. λογοδαίδαλος.
Theodorus *Gadareus*, quem Rhodi audivit Tiberius, unde Rhodium ſe dici maluit, 216. Plura ſcripſit 217. ejus auditor Hermagoras id. 216. ipſis eorum verbis utar qui hoc ex Græco Theodori tranſtulerunt, 181.
De Theodoto pædagogo Ptolemæi, ſvaſoria, 284.
Theon *Samius* pictor, 1086.
Theon Rhetor, 250.
Theophraſtus diſſentire à præceptore Ariſtotele non timide ſolet 285. eloquendi nitor divinus 904. de rhetorice liber 215. reſpicitur 265, 285, 305, 668, 857, 885.
Theopompus, *Hiſtor*. 158. 838, 900.
Thraſymachus *Chalced.* Rhetor. 212,214,222,856.
Thucydides, *Hiſtor*. 833,854.900. 926. bellicum canens, oratori tamen minus utilis, 886. nec opponere Thucydidi Salluſtium verear 913.
Tibullus, *Poet.* 908.
Timagenes Hiſtoricus & Orator 104. 901.
Timanthes pictor 173.
Timotheus Muſicus, 133.
Tinca *Placentinus* 54. ab Hortenſio reprehenſus. id.
Tiſias 186. 191. ſcriptor artis Rhetoricæ 212.
Tityus Maximus, 552. Orator 1027.
Trachallus, *Orator*. Quintiliani memoria 554. ſingularis ejus laus 1070,919,1088. contra Spathalem 724.
Tragici 815. ſupra Accius 57,96. 94,737,740,515, 321, 822, 872, 969.1014.
Trebatius, *JCtus* 294.
Tubero in Q. Ligarium, 465. 468,883,979.
Tyndaridarum fabula 986.
Tyro, *Ciceronis libertus* commentarios Ciceronis contraxit 959. de jocis M. Ciceronis libri tres 527.
Tyrtæus, *Poet.* 894. 1113.
Valgius (C.) *Rhetor*, Apollodori diſcipulus Latine ſcripſit 217. 255. 396.
Multum in Valerio Flacco nuper amiſimus, 906.

Varius

Varius *Poeta* 281. Thyeſtes ejus cuilibet Græcorum comparari poteſt, 912.
Q. Varius *Sucronenſis* 452.
P. Varro *Atacinus Poeta* 56. interpres operis alieni 905.
Varro (*M.*) *Terentius* 81. libro quo initia nobis Romæ enarrat. 74. cui non poſt Varronem (in etymologiis reddendis) ſit venia? 81. quam multa imo pæne omnia tradidit Varro. 1112. Satyræ genus quod non ſola carminum varietate mixtum condidit Ter. Varro vir Romanorum eruditiſſimus. 910. plurimos hic libros, & doctiſſimos compoſuit. 910. citatur 913. 1112. præcepta ſapientiæ verſibus tradidit 39.
L. Varus Epicureus. 554. Cæſaris amicus.
Varus (*P.*) 931.
Vectium Præneſtinorum ſermone utentem inſectatus Lucilius. 60.
Marcus Veſtinus. 548.
Vetus orator. 734.
Vibius *Criſpus* Orator Quintiliani memoria 723. 919.
Vibicus *Curius* 552.
Virgilius(*P.*) 35, 49, 50, 56, 58, 60, 63, 72, 89, 94, 104, 172, 306, 318, 521, 525, 533, 648, 649, 670, 672, 675. 685, 394, 398, 439. ſq. 445, 686, 688, 697, 706, 707, 709. 712. 717. 732. 733. 735. 736. 737, 738, 739, 740, 743, 744, 745, 747, 751, 752, 753, 770, 771, 772, 775, 777, 778, 781, 782, 783, 786, 800, 801, 802, 803, 804, 805, 806, 807, 808, 809, 810, 811, 812, 813, 816, 817, 821, 827, 841, 844, 846, 850, 856, 880, 894, 904, 908, 931, 1004, 1005, 1013, 1014, 1039, 1043, 1051, in Bucolicis 745, 772, 984, 1113. auctor eminentiſſimus 504. Nicandrum ſecutus 894. amantiſſimus vetuſtatis. 89. facetus 533. Virgilii manus ſive *αὐτόγραφα*, 89. Pauciſſimos die verſus compoſuit. 931. ſecundus Homero Virgilius, propior tamen primo quam tertio 904. primo Georgicon 706.
Fl. Virginius, *Rhetor* Quintiliani ætate 219, 249, 303, 629, 1026.
Viſellius, *Rhetor*. 796. 797. 798. de figuris 825. non negligens auctor. 796.
Volumina tota de ſtatu. 242.
Urbiniana lis, ſupra, Aſinius.
Xenophon, *Hiſtor. & Philoſ.* 777. 886, 901, 941, 1080. ore ejus locutæ Muſæ, oratori tamen parum utilis. 886. jucunditas inaffectata, ſed quam nulla poſſit affectatio conſequi. 903.
Zeno, *Philoſ.* 203, 347, 1048, 1075.
Zeuxis in pictoria legum lator dictus 1086. *ubi etiam de aliis pictoribus celebribus Aglaophonte, Polygnoto, Parrhaſio, Protogene, Pamphilo ac Melanthio, Antiphilo, Theone Samio, Apelle, Euphranore.*
Zopyrus *Clazomenius* Rhetor. 236.

X. Præterea Quintiliani nomine feruntur argumenti ficti brevio-
res

res declamationes CXLV. quæ ex 388. ſupereſſe dicuntur. Harum 136. primus edidit *Taddæus Ugoletus* Parmæ 1494. & Pariſ. apud Joannem Parvum 1509. Emendavit deinde & notis è jure veteri Romano potiſſimum petitis illuſtravit *Petrus Ærodius* Pariſ. 1563. 4. apud Morell. recuſ. Mediolani 1619. Novem reliquas ceteris è MS. Codice emendatis in ſua editione addidit P. Pithœus Pariſ. 1580. 8. & Heidelbergæ 1594. 8. apud Commelin. Exſtant etiam in editionibus Quintiliani recentioribus, ut Hackiana & Argentoratenſi. Fuerunt ſane Declamationes quædam à Quintiliano Inſtitutionum auctore non habitæ tantum, ſed & à tachygraphis exceptæ & editæ, unica tantum vulgata ab ipſo auctore adhuc juvene. Vide lib. VII. c. 11. Etiam pro Regina Berenice ipſa præſente dixiſſe ſe ſcribit lib. IV. cap. 1. Ceterum has, quas jam exſtare dixi, breves declamationes viri quidam eruditi ſuſpicantur èſſe Quintiliani patris, cujus meminit filius lib. IX. Inſtit. Orat. cap. 3. Verum cum Quintiliani declamatoris mentio quoque fiat ap. M. Annæum Senecam patrem procem. libri 10. controverſ. & controverſia 4. ejuſdem libri, non minus eorum placet *(a)* ſententia, qui eas *avo* hujuſce *Quintiliani* adſcribere malunt, vel plane diverſo ab illis tribus. Vide Nic. Fabri notas ad præf. libri X. controverſ. Senecæ. * *De minoribus declamationibus* videndus Jo. Antonius Campanus p. 540. ſeq. Epiſtolar. edit. Lipſienſis. Eas Quintiſiano avo tribuit Angelus Ugoletus Parmenſis in Epiſt. dedicatoria. Etiam *Q. Marius Corradus* lib. 1. Epiſt. 9. Quintiliani declamationes 136. memorans, quas manu ſua deſcripſit & à ſe emendatas, à Gryphio voluit excudi, ait illas alterius eſſe Quintiliani, illius paullo vetuſtioris. Sed cum aliæ aliis ſint cultiores & elegantiores, diverſorum potius ac diverſæ ætatis Rhetorum collectanea, quam Quintiliani Auguſteo ævo propioris fœtum eruditi agnoſcunt. Ibidem ſuarum in illas notarum Corradus facit mentionem. *Quæ autem ſcripta ſunt à me in Declamationes ex Rhetorum & Dialecticorum præceptis, ea venire in manus literatorum minime velim, niſi fortaſſe Epiſtolam ad Metellum, qua declamandi commoda fui perſecutus.* Hic præter principem editionem Parmenſem, quæ ex Thaddæi Ugoleti recognitione prodiit apud Angelum Ugoletum 1494. fol. uſum ſe eſſe teſtatur duobus Codicibus MSS. lib. 1. Epiſt. 11. *Semel* ὑπόθεσιν *Hieronymus protulit, neſcio an ex iis quas ad CCLII. interiiſſe cognovimus. Patrum noſtrorum*

rum

(a) Utor verbis Voſſii lib. 1. Inſtitut. Orator. cap. 11. p. 180. quem vide etiam p. 108. de natura Rhetoricæ, ubi refert Jacobum Durantium lib. 2. Variarum c. 17. mentionem facere manu exarati Codicis, qui declamationes illas tribuit M. Floro. Quis autem fuerit iſte Florus, aut quando vixerit, haud facile dixerim.

rum memoria Jacobus Sadoletus, *ac de tranſalpinis hominibus* Rudolphus Agricola *&* Cornelius Agrippa *reſpexiſſe ad argumenta ex his CXXXVI. mihi videntur*. Fuerint igitur non alii *libri de altercationibus*, de quibus Hieron. Cardanus lib. V. paralipom. c. 1. T. X. Opp. pag. 487. *Meminit Georgius Agricola in tertio* (a) *Inventionis Dialecticæ vidiſſe* libros Quintiliani de altercationibus, *qui tamen nuſquam comparuerunt*. Caſp Barthius ad Statii IX 169. Thebaid. pag. 967. *Non pauca nos alibi ad Quintiliani Declamationes, cujus libri reſtitutionem debemus meritis* Petri Pithœ, *nunquam ſatis laudandi vindiciis multorum aliorum*. *Fuit tamen ante eum diu ejus Auctoris exemplar in manibus* Ulrici Fabricii, *ſummi olim Jureconſulti, Conſiliarii & Legati in Hiſpanias quondam Trevirenſis Electoris, una cum duobus Tertulliani libris de ſpectaculis, ut memini adoleſcentem me legere in vita ejus ſcripta & præmiſſa proceſſui Judiciario dicti Fabricii à Juſtino Gobiero*. *Etiam* Baſilius Faber, *qui Scholaſticum Lexicon Latino Germanicum ſcripſit, ſe aliquot centenas Quintiliani Declamationes habuiſſe, eaſque Oporino excudendas dediſſe ſcribit in Quintiliani commemoratione*. In editione Parmenſi & alia cum notis *Petri Ærodii*, viri eruditi ſed ingenio nimium indulgentis, Pariſ. apud Fed. Morellum 1563. 4. exſtant declamationes CXXXVI. ſed in *Pithœana* apud Mam. Patiſſonium 1580. 8. additis ineditis novem jam ſunt CXLV. atque ſubjunctæ *Calpurnii Flacci* declamationes breves LI. & dialogus quem Fabio adſcribunt nonnulli de cauſis corruptæ eloquentiæ. Declamationes Quintiliani diſtinguuntur in *coloratas*, & *tractatas*. An tractatæ, quæ aliquoties tractatæ ſunt? ut declam. 261. coloratæ vero quarum thema ab ipſo declamatore primum ſingitur? ita probabiliter conjicit Pithœus, cujus editio recuſa apud Commelin. 1595. 8.

VI. At *XIX.* illæ *declamationes longiores*, quæ & ipſæ Quintiliano inſcribuntur vulgo, ac Rhetoris Fabii libris in quibuſd. editionibus ſubjici ſolent, neque ejus ſunt, qui declamationes alteras fecit, (nihil enim ſimile) neque illius, qui Inſtitutiones Oratorias ſcripſit, cui eas Eraſmus quoque abjudicat in Ciceroniano ſuo & merito, quandoquidem, ut monuit Lud. Vives lib. 4. de corruptis diſciplinis, planè aliæ ſunt à Fabii præceptis, & tales, ut contra iſtiuſmodi potiſſimum invehatur. Imo multo ante Eraſmum & Vivem Philelphus Epiſtola ad Joh. Tuſcanellam vehementiſſime eas perſtrinxit. Adde quod in codd. quibuſdam MSS. *M. Floro* tribuantur, ac à nonnullis eſſe credantur *Poſthumii* junioris, unius è triginta tyrannis, de quo ita Trebellius Pollio: *Fuit autem Poſthumus, quod ſolum memoratu dignum eſt,*

ita

(a) Cap. 15. adde ejuſdem Agricolæ lib. 2. c. 12.

ita in declamatiouibus diſertus, *ut ejus controverſiæ Quintiliano dicantur inſertæ*, *quem declamatorem Romani generis acutiſſimum vel unius capitis lectio prima ſtatim froute demonſtrat*. Eas quantivis pretii eſſe judicium eſt Barthii lib. 58. Adverſ. cap. 14. Nimis ſane benignum, ut indicio ſunt, quæ diximus. Eodem in loco affert Quintiliani fragmentum ex Albini, ſive Alcuini in Geneſin quæſtionibus. * *Majores declamationes* Quintiliano diſerte tribuit Ennodius controverſia VIII. ubi verba quædam ex quinta, cui titulus *æger redemtus*, affert, & contraria declamatione illam oppugnat. Quintiliano etiam adſcribit Vincentius Bellovacenſis, has declamationes intelligens ubi Quintiliani laudat *librum cauſarum*, quod ſæpius facit ſpeculi doctrinalis libro quarto. Quintiliano quoque veteres librorum MSS. tituli, tum Laur. Valla, Rudolphus Agricola, aliique tribuunt bene multi. Tamen tanquam Fabio indignæ, atque contra illius præcepta artificium adeo non occultantes ut etiam proferant atque oſtentent, rejiciuntur ab Andrea Schotto in diſſ. de Seneca Rhetore & declamandi ratione pag. 19. atque ante Vivem, Eraſmum, ac Schottum à Franciſco Philelpho, cujus hæc acerbior exſtat de illis cenſura: *Inventionem vehementer probo*, *eſt enim acuta & prudens*. *Sed Orationis ejus filum mibi ſane non placet*, *ſapit enim Hiſpanitatem neſcio quam*, *boc eſt barbariem plane quandam*. *Nullam babet elegantiam*, *nullum uitorem*, *nullam ſuavitatem*. *Et quæ non præcipua modo*, *ſed neceſſaria ſunt in Oratore*, *neque movet dicendo Quintilianus*, *uec ſatis docet*, *uec delectat*, *ſed videtur ſomnolentus quiſpiam & incompoſitus*. *Teuet fortaſſe Quintilianus*, *quantum ex ſcriptis animadvertere poſſumus*, *uonuulla commoda præcepta artis Rbetoricæ*. *Multa commemorat*, *multa colligit*, *ſed ita ſui diſſimilis ut quæ alios docet*, *ipſe ignorare videatur*. *Verum concedamus illi doctrinam*, *ſi ita libet*; *omnino movendi artem delectandique nullam vim babet*: *quæ quidem duo qui Oratore ſubtraxerit*, *non oratorem illum ſed aratorem demonſtrabit*. A Philelfi judicio diſſentit Lud. Vives in præfat. declamationis pro noverca, quam primæ declamationi, quæ *paries palmatus* inſcribitur, oppoſuit T. 1. Opp. p. 253. *Cujuſcunque*, inquit, *auctoris ſunt*, *non dubium quin alicujus ex illo Quintiliani ſæculo*, *uam boc dictio arguit*, *certe is bomo fuit acutiſſimus*, *& facundiſſimus*. *Nam ſi de iſtis ſentit Pbilelpbus*, *quum dicit ſapere barbariem*, *nimirum palatum ejus erat infectum ineptiæ*. Jacobus Durantius Caſellius l. 2. Variar. lect. c. 17. & nuper Alexander Politus de patria in teſtamentis condendis poteſtate lib. 3. p. 166. (Florent. 1712. 8.) auctorem eſſe contendit *Poſtumium* juniorem, meminitque MS. Codicis, qui declamationes illas tribuit *Floro*.

Decla-

Declamationem pro tribuno adverſus militem, ſub titulo *Tribuni Mariani* ab Edmundo Gibſono primum una cum Inſtitutionibus Oratoriis vulgatam emendatius recuſam exhibet editio Argentoratenſis T. 2. pag. 853. Declamationes illas XIX. caſtigavit quoque plurimis locis haud infeliciter Illuſtris Obrechtus, adjunctis inſuper Variis lect. è MSS. Bibl. Colbertinæ & Victorinæ. Quintilianum in *Fanatico*, (declamationis hic titulus) allegat Lactantius lib. I. * Novam editionem illarum XIX. declamationum caſtigatam ad Codices manu exaratos, (*a*) cum totidem declamationibus contrariis à ſe elaboratis parat Venetiis V. C. *Laurentius Patarolius*, qui uſus etiam antiquis editionibus, ut prima Veneta 1481. fol. quæ fuit in Bibl. Saraziana pag. 163. & quam inſpexit etiam celeberr. Burmannus, nec non altera ſine nota loci aut temporis, quæ exſtat in Bibl. Leidenſi pag. 256. atque à Patarolio deſcribitur his verbis: *Altera quæ apud me exſtat editio, quam ex characteris figura coævam jam priori judico, non enim apparet quando & ubi prodierit; Hæc pariter eſt in fol. ipſique cum primum Quintilianum perlegerem, notas meas perpetuas in margine appoſui*. Editionem quam memorant Venet. 1482. fol. per Lucam Venetum, Dominici filium, à prima non diverſam ſuſpicor, ibidem & apud eundem Dominici filium excuſam. Aldinam 1514. 8. in Bibl. Buntingiana p. 164. notari reperio. De nitida Oxonienſi, ſed ad nullos MSS. recognita codices, A. 1692. 8 cum brevibus notis, quæ Dialogum de cauſis corruptæ eloquentiæ ſubjunctum habet, vide Acta Erud. Tom. 2. ſupplem. pag. 317. Cæteras, quæ cum inſtitutionum libris toties præla exercuerunt, ſupra magno numero retuli. Anglica verſio prodiit Lond. 1709. hoc titulo: *The declamations of Quintilian, being an exercitacion or praxis upon his tvvelfe books concerning the Inſtitution of an Orator, translated from the beſt edition, printed in Oxford by a learned hand.*

Jo. Schultingio, qui Noviomagi Geldrorum docuit eloquentiam, animus fuit poſt Senecam Rhetorem etiam Quintiliani declamationes illuſtrare: exſtabatque nuper apud illuſtrem Virum Gisb. Cuperum commentarius ejus in primam declamationem abſolutus, in reliquas affectus: & minores declamationes cum MS. collatæ. Idem Cuperus teſtatus eſt ſe juvenem cum A. 1662. & deinceps ab Schultingii penderet ore, una cum viro illo clariſſimo contuliſſe duo MSS. Voſſii, optimæ ut ait notæ. Inter ejuſdem Iſ. Voſſii libros in Bibl. Leidenſi MSS. in membrana ſervantur (*b*) ex undevi-

(a) Journal des Savans 1711. pag. 567.
(b) Vide Catalogum Bibl. Leidenſis A. 1716. editum p. 383.

deviginti illis Quintiliani declamationes XV. contractæ. Adſcriptum eſt: *Excerpta ut veriſimile eſt ab Adelardo*, Bathonienſi nimirum, cujus præfatio ad Ricardum Bajocenſem Epiſcopum de cauſis rerum ſubjicitur. Horum excerptorum ope loca quædam aliter poſſe conſtitui atque hodie leguntur, nullus dubitat Clariſſ. Burmannus, *ſed nobis*, inquit, *temporis penuria laborantibus, & Ovidianæ majori cum voluptate Muſæ operantibus, non vacabat hæc accuratius excutere*.

VII. Scripſiſſe ſe *librum de cauſis corruptæ eloquentiæ*, teſtatur Fabius ipſe præf. libri VI. Sed libro VIII. extremo, ubi idem ſcriptum ſuum commemorat, refert ſe plenius in illo tractaſſe de tropis & ſingulatim de hyperbole quod in dialogo de Oratoribus, qui hodie exſtat, nuſquam fit. Scriptus eſt dialogus iſte de Oratoribus, ſive de cauſis corruptæ eloquentiæ (in quo Curiatius Maternus, M. Aper, Julius Secundus & Vipſanius Meſſala colloquuntur) ad Juſtum Fabium anno ſexto principatus Flavii Veſpaſiani, ſive anno CHRISTI 74. ut ex cap. 17. conſtat, & ad *Quintilianum* tanquam auctorem refertur à multis, ut à Lipſio in Tacitum, Franciſco Modio in novantiquis lectionibus, à Menagio T. 1. Anti-Bailleti p. 339. Grævio ad Heſiodum p. 7. & Juliano Pichone in ſua Taciti editione ad uſum Delphini adornata. *Tacitum* tamen auctorem malunt Petrus Pithœus, qui Quintiliani & *Calpurnii Flacci* (a) declamationibus edidit ac notis illuſtravit, Gyraldus de Poetis p. 199. Colomeſius ad Gyraldum p. 241. & Henricus Dodvvellus V. C. in Annalibus Quintilianeis p. 135. ſeq. At neque Taciti neque Quintiliani eſſe T. Faber ſenſit ad Longinum, & *Suetonio* à nonnullis adſcriptum ex eruditiſſimo Baluzio T. 2. Miſcell. p. 451. didici, neque video quos ſequar cum quos fugere debeam, videar mihi videre. Equidem Quintiliano plurima argumenta vindicant, ut ſi locum illum de tropis dicamus excidiſſe, illi forte quam veriſimillime tribueretur. Prodiit in quampluri-mis non Quintiliani modo, ſed Taciti quoque editionibus. Noviſſime etiam ſeparatim Upſaliæ admodum nitide atque emendate cum notis integris Rabodi Hermanni Schelii, P. Pithœi, Juſti Lipſii, Jo. Freinſhemii, Jo. Frid. Gronovii & Jo. Schultingii; ſelectis vero M. Antonii Mureti, Curtii Pichenæ & Val. Acidalii 1706.

(a) *Calpurnii Flacci* quinquaginta & unam excerptas Rhetorum decem minorum declamationes primus edidit illuſtravitque P. Pithœus, ſubjectas declamationibus minoribus Quintiliani Pariſ. 1580. 8. & A. 1594. 8. apud Commelinum. Vixit Calpurnius ſub Hadriano & Antonino Pio Impp. uti ex JCtorum libris J. F. Gronovius obſervavit. *Excerpta Rhetorum minorum* dicuntur à librariis, ut declamationes Senecæ Patris *Excerpta majorum Rhetorum*, quod ad ætatem referendum exiſtimem. Porro non minus Calpurnii quam Senecæ declamationes, circa argumenta exercitii cauſa conficta verſantur.

1706. 8. edidit doctiſſimus Vir *Ericus Benzelius*, perſonaſque colloquentium diligenter diſtinxit, utiliſſimo & in omnibus dialogis obſervando inſtituto: neque Voſſius de Hiſt. lat. hunc Fabio propterea abjudicaſſet, quod latum clavum, præturam, quæſturamque Quintilianum nuſquam accepiſſe legimus, ſi M. Apri non Auctoris dialogi verba illa, quæ ex capite 7. objicit, cogitaſſet. Tamen Quintilianum auctorem non eſſe, facile mihi perſuadeo etiam ex eo, quod in dialogo illo nuſquam reperio quod Fabius VIII. 3. pag. 700. ait ſe in libro hujus argumenti plenius dixiſſe, quod totidem generibus corrumpitur oratio, quod ornatur. *Cet ouvrage, dont nous avons un tres beau fragment parmi les œuvres de Tacite, n'eſt ſelon toutes les apparences ni de Quintilien ni de Tacite: (a) non que ce dialogue ne ſoit tres digne de Quintilien, mais, ce n'eſt point ſon ſtile, & la matiere n'y eſt qu'aſſleurée, au lieu qu'elle étoit approfondie & detaillée dans le livre des cauſes de la corruption de l'eloquence.* (b) Quintiliani etiam eſſe negat eruditiſſ. vir *Conradus Samuel Schurzfleiſchius*, cujus obſervationes poſtumæ in hunc dialogum in lucem prolatæ à fratre Henr. Leonhardo in Actis litterariis (c) vulgatis Witebergæ 1714. 8. Tamen pro Quintiliano auctore pugnat vir Clariſſ. *Chriſtophorus Auguſtus Heumannus*, qui noviſſime dialogum hunc recognitum à ſe & notis illuſtratum edidit Gœttingæ 1719. 8. addita Epiſtola Critica de jure Latinam Linguam augendi novis vocabulis. Dialogi hujus exemplo Anna Daceria doctiſſima fœmina, ſuperiore anno 1720. extincta, ſcripſit Gallica lingua de cauſis corrupti de pulchro judicii, *des cauſes de la corruption du goût*, libros duos, quibus Homerum adverſus Hurtadi Mottei & Jo. Harduini cenſuras defendit. *Gallice* Dialogus de cauſis corruptæ eloquentiæ ex Girii verſione vidit lucem Pariſ. 1630. 4. Tranſtulit & Maucroiſius, Canonicus Remenſis, in cujus opuſculis poſtumis prodiit Pariſ. 1710. 8. in iiſdem Gallice etiam redditus occurrit locus inſignis ex Quintiliani X. 3. & 4. Inſtit. Orator. de ſtyli exercitiis inſtituendis.

Ex editionibus Quintiliani unam referam Hackianam A. 1665. 8. in qua *Inſtitutiones* exſtant cum præf. & notis Petri Gallandii, Adr. Turnebi, Joach. Camerarii, Dan. Parei, Jo. Frid. Gronovii & ſelectis variorum. *Declamationes XIX.* cum notis paucis ejuſdem Gronovii, *Declamationes minores* cum Petri Ærodii, P. Pithœi & ejuſdem Gronovii obſervationibus. *Calpurnius Flaccus* cum notis Pithœi, Gronovii & Jo. Schultingii. *Dialogus* denique *de Oratoribus* cum Schelii commentario, notis Pithœi & Gronovii, Schultin-

(a) Memoir. de Trevoux 1719. p. 554. (b) Id. p. 580.
(c) Acta Eruditor. 1714. p. 74.

tingiique, & ex Lipſio, Pichena, atque Acidalio excerptis animadverſionibus.

* CALPURNII FLACCI Declamationes cum notis *Petri Pithœi*, qui primus edidit, *Johanniſque Frid. Gronovii* & *Jo. Schultingii* illuſtratæ leguntur in editione Quintiliani *Schreveliana*, & noviſſima *Petri Burmanni*, qui ſuas etiam & *Almelooveenii* obſervationes quaſdam adſperſit, & qui poſt Pithœum eaſdem recenſuit *Eliæ Obrechti*. Alios Calpurnios perſequitur Jo. Glandorpius in Onomaſtico Hiſtoriæ Romanæ p. 187. ad 193.

CAPUT XVI.

DE STATIO POETA.

Statii ætas. 1. *Scripta*. 2. *Vetus interpres Luctatius*. 3. *Editiones ibid*. * *Index Scriptorum in Scholiaſte veteri Statii allegatorum*. 4.

I. P. PAPINIUS STATIUS (*a*) Neapolitanus extemporali Poemata componendi facilitate Imperatori Domitiano gratiſſimus, & à majeſtate carminis *Aquilinus* librariis dictus fuit: Tamen victus in agone quinquennali Domitiani, aliis Poetis contra ipſum coronatis, ut ipſe innuit carmine ad Claudiam uxorem & in patrem epicedio. Quod vero aliqui narrant eum præacuto ſtylo ab indignante Imperatore eſſe confoſſum, magis videtur credibile, quam quod Aligerius Dantes prodidit, eum Chriſtiano addictum nomini, ſævitiam Domitiani in Chriſtianos pro virili temperaſſe. Diem obiit ſupremum ex H. Dodvvelli quidem rationibus A. CHRISTI XCVI. Domitiani poſtremo. * Statius modo *prænomen* fuiſſe obſervatur, ut in priſcis inſcriptionibus Statius AEbucius, Statius Marcellus, & apud Livium Statius Cælius Impe-

(a) Pater quoque hujus Statii, Præceptor Imp. Domitiani multa proſa & carmine ſcripſit, ut filius teſtatur Epicedio in patrem lethargo ſublatum lib. 5. Sylva 3. Alius L. Statius Urſulus Toloſenſis Rhetor ſub Nerone. Vide Scal. p. 173. ad Euſeb. & Gevartium Papinianar. lect. lib. 1. cap. 1. Alius quoque Statius Cæcilius Comicus æqualis temporibus M. Porcii Catonis. Statium ſervile nomen fuiſſe docet Gellius IV. ult. Porro Cornelius à Beughem p. 130. incunab. Typographiæ facili librarii vel calami errore perperam affirmat Statium floruiſſe ſub Diocletiano Imperatore: Perperam quoque Domitius Calderinus Frid. Morellus Lindebrogius & alii *Papinium Surculum Statium* appellant. Ceterum de Statii noſtri rebus ac vita conſulendi annales Statiani editi à præſtantiſſimo viro H. Dodvvello Oxon. 1698. 8. Loca veterum de Statio, editionibus melioribus præmiſſa, & à Barthio T. 3. p. 1567. ſeq. recenſita ſunt. Vide etiam, ſi placet, quæ Tho. Crenius V. C. parte XI. animadverſ.

Imperator Samnitium: modo *nomen*, ut in iiſdem inſcriptionibus C. Statius Fauſtus, C. Statius Primigenius, C. Statius Neuretus, Statius Saturninus: & L. Statius Urſulus, Toloſenſis Rhetor ſub Nerone, de quo Pontacus ad Euſebii Chron. pag. 569. & Statius Seboſus Plinio & Solino laudatus ſupra. 498. 515. modo *cognomen* denique, ut Cæcilius Statius Comicus (de quo Gellius, IV. 19.) & Poeta noſter P. Papinius Statius. Vide Jo. Marium Mattium lib. 2. Opinionum c. 13. T. IV. Miſcellan. erudit. Gaudenrii Roberti p. 430. ſeq. Extemporali Statii verſus pangendi facultati invidiſſe Martialem, atque ideo ſub Sabelli nomine IX. Epigr. 20. perſtrinxiſſe ſibi perſuaſit Gevartius cap. 35. Papiniarum lectionum. Inopia ejus tangitur à Juvenali ſat. VII. 87.

Eſurit, intactam Paridi niſi vendat Agaven. Ipſe epicedio in Patrem queritur quod *vilis bonos ſtudiis*. Adulatorum maximum, ut Poetarum ſuo ævo, longeque poſt & ante principem vocat Barthius in notis Tom. I. pag. 287. Julius Cæſar Scaliger *equum alatum*. Thoma de Pinedo judice pag. 488. ad Stephanum Byz. Statius Papinius *eruditus Poeta in Sylvis, ſublimis in Thebaide, blandus in Achilleide*. Franciſcum Malherbam Lyricorum Gallicorum principem, ad Statii clangorem & crepitacula inſaniiſſe, illaque prætuliſſe Virgilio, indigne fert Huetius pag. 24. ſeq. de vita ſua: Tempus obitus à Barthio quoque Tom. I. pag. 366. ad A.C. XCVI. ſive Domitiani poſtremum refertur.

II. Exſtant ejus *Sylvarum* (*a*) *libri quinque*, quorum primus Stellæ, ſecundus Meliori, tertius Pollioni, Marcello quartus, quintus denique Abaſcantio ſingulis Epiſtolis ab auctore inſcribitur, ex quibus Vavaſſor p. 211. 228. de ludicra dictione collegit eum minus valuiſſe in ſoluta quam ligata oratione, quod de Virgilio (*b*) quoque fertur. Porro in his libris ſylvæ quædam verſibus

(a) De ſylvis quæ apud Græcos dicuntur *σχεδιάσματα*, vide G. Jo. Voſſii inſtitutiones poeticas lib. III. c. 21. & Gaſp. Gevartium lect. Papin. cap. 2. & Jac. Pontani *Φιλολογικῶν* IV. 19.

(b) Equidem Laertius in Xenocrate IV. 15. *ποιητικῇ μὲν ἐπιβαλλόμενον πεζογραφεῖν ἐπιτυγχάνειν. πεζογράφον δ' ἐπιτιθέμενον ποιητικῇ πταίειν*. Sed tam Virgilii proſa, quam Ciceronis Juliique Cæſaris ac Bruti verſus iis ſe minus probavit, qui Maronis Poemata, & Tullianæ orationis flumen ac vim acutam Bruti, Cæſariſque in ſcribendo elegantiam admirabantur. Unde Caſſius Severus de Salluſtio ita judicabat, ut ejus orationes nihilo meliores eſſe diceret, quam aut Ciceronis verſus, aut Virgilii proſam. Seneca 3. controverſ. præf. *Virgilium illa felicitas ingenii oratione ſoluta reliquit, Ciceronem eloquentia ſua in carminibus deſtruit*. Confer dialogum de oratoribus c. 21 Juvenal. X. 121. ſeq. Theodectem magis tragico carmine, quam proſa placuiſſe refert Hyginus apud Gell. X. 109. Similiter de Malherbio Poeta Gallorum celeberrimo cives ejus obſervant, *que ſa proſe beaucoup plus negligeè que ſes vers l'a fait comparer a l'irondelle, qui marche mal, encorqu' elle vole tres bien*. De Molierio clariſſimi nominis Comico Gallo

bus Phalæcis, vel Alcaicis ut IV. 5. & Sapphicis IV. 7. reliquæ Epicis ſcriptæ ſunt. * Sylvæ Statii è recenſione Thomæ Stephens prodiere Cantabrig. 1651. 8.

Thebaidos (*a*) ſive de captis à Theſeo Thebis *libri XII.* compoſiti ad imitationem Antimachi & Æneidos Virgilianæ, de qua ipſe:

Sed longe ſequere, & veſtigia ſemper adora.

Statii opus reſpicit Stephanus Tornacenſis Epiſt. V. *divinam ejus reſponſionem ut Thebais Æneida longe ſequor, & veſtigia ſemper adoro.*

Achilleidos de iis, quæ bellum Trojanum (*b*) antecefferunt *libri II.* etſi in quibuſdam MSS. unus liber procedat, in aliis vero in quinque diſpeſcatur, inſcite, judice Barthio LII. 13. Adverſar. Utrumque Poema Achilleidem, & Thebaidem Statius dicavit Domitiano Imp. quem à Poeſeos ſtudio commendat præter Statium Silius. Achilleidem vero abſolvere fata prohibuerunt. * *Achilleidos* ne illa quidem quæ perfecit Statius ad nos omnia perveniſſe exiſtimabat Barthius T. I. p. 460. qui ad lib. IV. ſilv. 3. pag. 366. iidem dubitat utrum libros, quibus Domitiani res geſtas in agone Albano celebraſſe ſe innuit, unquam ediderit in manus hominum.

III. Princeps Statii editio non eſt Veneta A. 1490. ut putabat Bernartius, & Gevartius pag. 173. lect. Papinian. quæ Luctatii in Thebaidem commentarios junctos habet, nam præter Sylvas excuſas Parmæ 1472. fol. per Stephanum Corallum & cum *Domitii Calderini* Veronenſis Secretarii Apoſtolici, commentario Rom. 1475. fol. per Arnoldum Pannartz additis notis in Sapphonem

Nn 2 Ovi-

Io Menagius in Menagianis pag. 45. *la proſe de Moliere vaut beaucoup mieux que ſes vers*, Eobano Heſſo contra Eraſmus lib. 26. Epiſt. 45. gratulatur contigiſſe, *quod M. Tullio fuit negatum, quod Philelphus arroganter ſibi vindicavit, ut ita pangeret carmen, quaſi nunquam attigiſſet ſolutam orationem, ita ſcriberet proſam, quaſi cum Muſis nihil unquam fuiſſet commercii.* Idem de Buchanano pronuncies, ac de Hugone Grotio. * His adde Cornelium Gallum, qui *ſæpe Poetarum mendacia dulcia finxit*, nec minus ipſe de ſe: *Orator toto clarus in orbe fui.* De Antonio Maria Viſdomini, Auguſtinus Oldoinus in Athenæo Liguſtico pag. 545. refert hos verſus Dominici Carmellæ:

Qui proſa volat, Etruſco qui carmine vadit,
Hic demum Latio carmine ſerpit humi.

(*a*) Thebaidem è Græcis Poetis ſcripſere Antagoras, Antiphanes, Colophonius, Menelaus Ægeus, (fortè Anæus ex Anæa Cariæ civitate) Anonymus quidam Pauſaniæ in Bœoticis & Svida in [illegible] laudatus, & alii. Vide Colomeſ. ad Gyrald. p. 148. apud Eraſmum in adagio *Bœotia auris* pro Anaxagora Thebaidos librum recitante, legendus Antagoras. Statii Thebaidem laudat Juvenalis VII. 83. ad quem locum confer Caſaubonum in Domitianum Svetonii c. 4. Grævium p. 90. ad Heſiod. E latinis ante Statium in hoc argumento verſatus eſt Ponticus, de quo acutiſſimus Brouckhuſius ad Propertii lib. 1. Eleg. 7. & lib. 2. Eleg. 25.

(*b*) Vide Dan. Heinſium ad Nonni Dionyſiaca p. 183.

Ovidii & Propertii loca obſcuriora: etiam *Achilleis* prodiit cum commentario *Jo. Britannici*, Brixiç 1485. fol.& *Sylvæ* cum Calderini, Achilleis cum *Franciſci Maturantii*, & *Thebais* cum *Luctatii* commentario, Venet. 1483. fol. Repetita deinde hæc editio commentariis inſtructa Venetiis A. 1490. fol. per Barthol. de Zanis, nec non 1498. & 1508. fol. Parmenſem laudat quoque Nic. Heinſius ad Valer. Flaccum, pag. 316. Romanam Perizonius legavit Bibl. Leidenſi. Hinc memorandæ editiones Aldinæ 1502. & 1519. 8. Pariſienſis Simonis Colinæi 1530. 8. Lugdunenſis Gryphiana 1547, 12. Baſileenſis 1541. 8. apud Henr. Petri. Lugdunenſis 1559. 12. apud hęredes Seb. Gryphii. Plantiniana cum annotationibus eruditis *Joannis Bernartii* 1595. 8. recuſa hæc ęditio Lugd. 1598. 12. Genev. 1605. & 1612. 12. Pariſienſis, ex diligenti recenſione *Friderici Tiliobrogæ* ſive *Lindebrogii* cum Variis Lect. & *Luctatii* ſive *Lactantii* (a) *Placidii* ſcholiis antiquis in Thebaidem emendatius editis atque in Achilleidem nunc primum vulgatis è Codice MS. Franciſci Pithœi (*b*) 1600. 4. & Genevæ anno eodem.

(a) Ab aliis Lutatius vel Luctatius Placidus, aliis Placidus Lactantius appellatur, ſub quo nomine gloſſæ veteres latinæ & in Ovidii Metamorph. argumenta exſtant. Longe quidem diverſus eſt ab elegantiſſimo ſcriptore Lactantio Firmiano, Arnobii diſcipulo, cujus eloquentiæ & eruditioni pauca ſimilia in iſtis ad Statium ſcholiis leguntur. Theodoſii Imp. æqualem fuiſſe affirmat Joh. Rhodius diſſ. de acia p. 25. At non tantum meminit Sedulii ſed Boethii quoque, unde Juniorem eſſe recte colligit Voſſius de Poetis Latinis c. 46. Perſeum præceptorem ſuum in VI. Thebaid. p. 213. laudare videtur his verbis: *Sed de his rebus* (de Antipodibus ibi ſermo) *prout ingenio meo connectere potui, ex libris ineffabilis doctrinæ Perſei præceptoris ſeorſim libellum compoſui.* Voſſii judicio commentaria ejus ſunt centones ex Servio, Hygini Mythologicis & Aſtronomico ejuſdem Arateo, & aliis quibuſdam, quod de eod. Luctatio ante Voſſium etiam pronunciaverat Joſ. Scaliger p. 19. ad Euſeb. Adde Voſſium p. 736. de Hiſt. latinis. Merito tamen Nicolao Loenſi *doctus lectuque dignus exegetes* audit, *præter quidem gloſſemata.* Confer Barthii commentar. in Statium T. 2. p. 871. & LII. 13. Adverſar. Priore loco Voſſium quoque reprehendit Barthius, quod ſcripſerat Lutatium à Lindebrogio primum editum, & centones vocaverat ex Servio & Hygino, quorum tamen commentationes vix centeſimam illius partem ſibi ſibi poſſint vindicare. Lutatius in Thebaidem jam Venet. 1490. fol. cum Statio lucem viderat, ſed in Achilleidem primus edidit Lindebrogius è MS. Codice Franciſci Pithœi. In catalogo Pſeudonymorum Viri Cl. Vincentii Placcii p. 216. pro Luctatii Commentario *in Statium* typographus perperam *in Tacitum* excudit. Porro Chriſtianum ſcriptorem fuiſſe apparet ex iis quæ in IV. Thebaidos ſcribit p. 144. *Dei vocabulum ſciri à nullo hominum poteſt, ſed quid veritas habeat, percipe. Hujusne Dei nomen ſciri poteſt, qui nutu tantum regit, continet cuncta, cujus arbitrio deſerviunt, cujus nec æſtimari poteſt mundus, nec finibus claudi? Sed cum magi vellent virtutis ejus ut putabant ſeſe comprehendere ſingulas appellationes, quas per naturarum poteſtates abuſive modo deſignarunt, & quaſi plurimorum nominum nobilitate Deum appellare conati ſunt quaſi ab effectu, cujuſque rei ductis vocabulis ſicut Orpheus fecit & Moyſes Dei ſummi antiſtes & Eſajas, & his ſimiles.* Plura hujus Scholiaſtæ loca illuſtravit emendavitque Thomas Munkerus notis ad Mythographos latinos;

(b) Hæc editio cum novis emendationibus & obſervationibus Lindebrogii MSS. tum ad Statium tum ad ejus commentatorem ſervatur Hamburgi in Bibl. Joannea.

dem: Commeliniana cum notis *Jani Gruteri*, Heidelbergæ 1600.

Fed. Morelli & Domitii Calderini obſervationes ad Statii ſylvas, cum Lindebrogii annotationum ad easdem corollario, Pariſ. 1602. 4. *Joannis Barclaji* notæ in Statii Thebaidem, incaſſum hactenus a me perquiſitæ Muſſiponti 1601. 8. **Georgii Merulæ* notas in Statium memorant Geſnerus in Bibl. & Jac. Gaddius T. 2. de ſcriptoribus non Eccleſ. p. 72. *Marci Muſuri* Orthographia Statiana ſubjicitur editioni Aldinæ A. 1502. 8. Sed & Luctatii ſcholia in Statium ab Aldo excuſa A. 1508. notavit Jo. Maſſon in Hiſt. Critica Reip. literar. T. 1. pag. 191. Commentarius *Bernartii* in Sylvas Statii (à ſcholiis & notis antea editis diverſus) lucem vidit Antuerp. ex officina Plantini 1599. 8.

Statius cum notis *Emerici Crucei*, Pariſ. 1618. 4. additis Scholiis Luctatii, & recentium animadverſ. * Barthio T. 1. p. 233. judice *Cruceus Papinium prius diligentius legere & penitius intelligere debebat, quam in tantum ſcriptorem commentarium moliri, tam male propitiato ejus genio*. Caſp. Gevartius III. 9. elector. pag. 113. *Miſeret me profecto, quoties illius interpretis notationes lego, qui meris commentariorum ſuorum ſenticetis aureolas elegantiſſimi Poetæ Sylvas nuper obduxit*. Plures ibidem in Crucei ſcholiis, ſive ut vocat ſcoriis ad Statium admiſſos errores caſtigat uſque ad p. 153.

Cum Papinianis lectionibus *Caſparis Gevartii*, Lugd. Bat. 1016. 8. Statius minori forma excuſus Amſt. 1624. ex recenſione *Danielis* ni fallor *Heinſii*. Cum notis *Franciſci Guieti* & verſione Gallica *Michaelis Morolleſii*, Pariſ. 1658. 8. tribus vol. Editio Statii *Daumiana*, quam cum locupletiſſimis *Caſp. Barthii* commentariis, inſperſis ad Thebaida & Achilleida *commentariis ac gloſſis veterum* hactenus bonam partem ineditis, & *Scholiaſte Luctatio* multis locis corruptis caſtigato, Chriſtianus Daumius curavit Cygneæ 1664. 4. 2. volum. In hac editione Poeta ex recenſione Joh. Frid. Gronovii deſcriptus præmittitur, cujus Papinium Amſtelodami An. 1653. 12. editum impenſe laudat Thomas Reineſius p. 151. Epiſt. ad Daumium. *Valde me delectarunt notæ tam accuratæ & in pondere non magno ſatis ponderoſæ, viri ad reſtituendum genuinum auctoris ſenſum, peculiari quopiam genio nati à Charitibuſque educati*. Confer Hugonis Grotii Epiſt. 673. ubi ſuas ad loca quædam Statii conjecturas ad Gronovium tranſmittit. Ejusdem Gronovii in Statium diatribæ ſeorſim prodierant Hagæ Comitis 1637. 8. Hinc ipſi lites intercefſerunt cum Emerico Cruceo, qui illi Antidiatribam Pariſ. 1639. forma minore, & deinde Muſcarium ad Statii ſylvas, Pariſ. 1640. 8. oppoſuit. At Gronovius eum probe depexum dedit edito elencho antidiatribes Mercurii Fronda-

toris, Pariſ. 1640. 8. Denique Statium ſelectis variorum notis illuſtratum edidit *Joh. Veenhuyſen* Lugd. Bat. ex officina Hackiana 1671. 8. *Claudius* vero *Beraldus* in uſum Delphini notis, paraphraſi, & indice omnium verborum ornavit Pariſ. 1684. 4. Ex Joſ. Scaligeri Epiſtola 374. apparet eum quoque & Joh. Wovverium junctis operis novam Statii, veterumque in eum Scholiorum editionem molitos Anno 1600. At enim eorum conatus, vulgato Pariſiis Lindebrogii, æmuli Wovveriani, Statio ſufflaminati videntur. Lipſius quoque in Epiſtola ad Janum Lernutium teſtatus eſt ſibi notata quædam fuiſſe ad ſublimem hunc Poetam.

* Verſioni *Gallicæ* proſariæ *Marolleſii* adjunctæ notæ *Franc. Gujeti*, *Po. Peyraredi*, aliorumque. *Italico* carmine Thebaidem expreſſit *Hyacinthus Nini*, Senenſis. Habeo excuſam Senæ 1630. 8.

Lexicon & paraphraſin Statianam adornavit Henricus Schævius. Specimen Lexici illius pridem produxit, qui Schævio præceptore uſus fuit Morhofius lib. 3. polyhiſtoris cap. 10: ſed integrum ab auctore abſolutum exſtare Setini apud filios teſtatus eſt A. 696. Michael Filitzius in ſpecimine Analectorum ad Olaum Borrichium de Poetis. Hinc A. 1702. in Novis literariis pag. 73. ejus vulgandi ſpes facta eſt à Frederico Redtelio ſcholæ Setinenſis Conrectore. *Inveniet etiam amicus quidam noſter*, inquit Rodolphus Martinus Meelfuhrerus præfat. Acceſſionum ad Bibl. promiſſam Almelooveenii A. 1699 *quas è MSto quodam, quo olim Jo. Trithemius Abbas Spanheimenſis, uſus fuit, aliorum in Statium obſervationibus addet.*

IV. INDEX SCRIPTORUM

in Scholiaſte veteri Statii allegatorum.

ad paginas edit. Lindenbrogianæ.

Ægyptii. 40.
Apollonius de Palamede. 434.
Aratus. 187.
Ariſtophanis tragœdia Oedipus. 420.
Ariſtoteles dicit poſt annorum millia & Nymphas & Faunos perire. 519.
Aſper 441.
Bacchylides. 80. 254.
in Boetico legitur, *copia pleno cornu*. 124.
Callimachus. 87. 120.
Cicero 13, 19, 24, 53, 60, 62, 70, 76, 92, 132, 153, 178, 201.
Corvilius quatuor Mercurios eſſe ſcribit. 142.
Cratinus 80.
Ennius 198, 376, 432. Pythagoræ anima in Ennium migravit, 105.
Epicurei. 105.
Eſaias Propeta 144.

Euri-

Euripides 171. 432.
Hiſtoria Heleni. 33. lege Hellanici, notante Barthio.
Heſiodus 105. in his libris quos de Theogonia ſcripſit. 142.
Hetruſci 144.
Homerus 12, 25, 56, 101, 106, 127, 148, 182, 184, 203, 211, 357, 432.
Homerus Latinus. 203, 376.
Horatius 4, 5, 9, 11, 12, 21, 22, 31, 40, 48, 64, 86, 88, 100, 105, 109, 129, 131, 145, 151, 166, 176, 188, 205, 207, 208, 209, 211, 231, 244, 250, 254, 266, 282.
Hoſtanes Perſa 40.
Juvenalis 24, 28, 34, 40, 59, 83, 152, 181, 182, 214, 437, 464.
Lactantius Placidus infra in Perſ.
Lucanus 3, 5, 9, 10, 11, 14, 24, 29. & omnibus fere paginis.
Lucanus in catagonio. 320.
Lucani Iliacon 112. 211.
Lucilius. 451.
Lucretius. 14, 67, 97, 113, 213, 264.
Maro 30. 31. infra, Virgil.
Martialis libro octavo 101.
Martianus (Capella) 17. pro Martiali.
Metrodorus periegeticus. 105.
Minos Cretenſis. 145.
Mintanor Muſicus 114.
Moyſes, DEI ſummi antiſtes. 144.
Olympius. (an Nemeſianus?)
Olympus. 47.
Oraculum. 191.
Orpheus. 144.
Ovidius 16, 22, 30, 82, 91, 101, 103, 132, 133, 141, 142, 155, 176, 189, 201, 214, 236, 245, 246, 418, 451.
Pacuvius 432.
Sed hujus tractatus ſecretæ Philoſophiæ *(de ſpiritu Divino omnia gubernante)* magna laus Perſis debetur, quod apud eam gentem horum ſecretorum primum ratio habita eſt. Vel Perſes ſcilicet ille magnus *(lege magus, & Zoroaſtrum intellige)* præceptor hujus Philoſophiæ. 213. Sed de his rebus *(media pendente terra & antipodibus)* prout ingenio meo connectere potui, ex libris ineffabilis doctrinæ Perſei *(lege Perſæ, atque iterum intellige Zoroaſtrum)* præceptoris, ſeorſum libellum compoſui, Lactantius Placidus. 213.
Perſius 5, 56, 120, 121, 153, 203.
Petronius Arbiter. Lucanum ſecutus 114.
Philoſophi 47.
Phyſici 289.
Pindarus 48.
Lactãtius Placidus, ſupra in Perſ.
Plato 144. 213.
Platonica Secta. 213.
Plautus 53, 116, 200. 231.
Poetæ 441. &c.
Pomponius armorum judicio 369.
Pythagoras 105, 144, 145, 202, 233, 288.
Salluſtius 25, 48, 60, 74, 83, 87, 88, 126, 129, 163, 170, 180, 205, 207, 220, 253, 358, 359.
Sedulius 286.
Seneca in Thyeſte. 145.
Sophocles 203.
Tages. 144.
Terentianus 104.
Terentius 17, 29, 33, 38, 44, 60, 65, 90, 97, 114, 194, 209, 379, 409, 417.
Tibullus 193.

Tireſias 147, 246. ut teſtatur liber de thuris ſignis qui ipſius Tireſiæ ſcribitur. 141.
Varro 12, 207, 282.
Velius Longus. 441.
Virgilius, omnibus fere paginis. Quaſi Philoſophus Epicureus. 105.

CAPUT XVII.

DE Q. CURTIO.

Curtii ætas, & ſententia eorum qui Hiſtoriam ejus recentis ſcriptoris commentum eſſe opinantur exploſa. 1. Supplementa libri primi & ſecundi 2. Editiones. 3.

I. Q. (*a*) CURTIUS RUFUS quis fuerit & quando vixerit incertum eſt. Nam locus lib. 10. cap. 9. unde ætatem ejus colligere conati ſunt viri eruditi, ita ambiguus eſt, ut ibi per *novum ſidus* P. Pithæus & Jac. Bongarſius *Auguſtum*: Popma, Matthæus Raderus, & Jacobus Perizonius V. C. *Tiberium*, Juſtus Lipſius, Barnabas Briſſonius, Valens Acidalius, & Mich. Tellerius *Claudium*, Janus Rutgerſius, Gerh. Joh. Voſſius, Joh. Henr. Bœclerus, Joh. Loccenius, Philippus Caroli, & nuper V. C. Joannes Clericus *Veſpaſianum*, Joh. Iſaacus Pontanus *Trajanum*, Caſpar denique Barthius pag. 1165. ad Claudian. *Theodoſium* intellexerit. Et fuit ſane Theodoſii ævo Curtius quidam ſive Turcius Rufus Apronianus, qui Virgilium emendavit, ſed longe is à noſtro haud dubie diverſus fuit, cujus ætatem innuit & alter locus IV. 4. *Tyrus nunc tandem longa pace cuncta referente ſub tutela Romanæ manſuetudinis acquieſcit*. Jam ſi idem eſt Curtius, de quo Tacitus libro XI. cap. 21. Annalium, & Plinius Jun. (*b*) lib. VII. Epiſt. 27. vel uti Iſ. Caſaubono, Voſſio, Perizonio, aliiſque, atque ſi hoc addere operæ pretium eſt, mihi quoque veriſimillimum videtur, cujus inter claros Rhetores meminit Svetonius, mirum fuerit hiſtoriam ejus elegantiſſime ſcriptam à veteribus non memorari. Unde

(a) Mentio etiam Q. Curtii ap. Ciceronem lib. 3. Epiſt. 2. ad Q. Fratrem: Alius Curtius Montanus Juvenali Sat. 4. & 11. & Tacito lib. 4. hiſt. memoratus; Curtius denique Salaſſus apud Euſeb.

(b) Neſcio cujus Rufi opus omnibus numeris abſolutum laudat idem Plinius lib. IX. Epiſt. 38. Etiam Tacitum quædam è Curtio in Annales ſuos tranſtuliſſe notat Lipſius ad VI. annal. p. 142. Vide eundem ad XI. p. 274. Arriano antiquiorem Curtium (non ex Arriano pleraque ſua ut volebant Iſaacus Pontanus, & Angelus December mutuatum) fatetur etiam Jac. Gronovius V. C. notis ad Arriani Alexandrum p. 260. in quibus Freinshemii ſupplementa & notas ad Curtium ſubinde caſtigat.

de reperti denique ſunt, qui obſervatis quibuſdam in Curtio locis, quæ cum Geographia (*a*) difficulter conciliari poſſunt, qualia tamen in Herodoto etiam & aliis graviſſimis (*b*) auctoribus occurrere conſtat, non dubitarent affirmare, libros qui ſub Curtii nomine feruntur, confectos eſſe ab erudito quodam Italo ante annos trecentos. Vide Bodinum (*c*) c. 10. Methodi Hiſt. ubi Curtium Platinæ æqualem fecit, Guid. Patini Epiſtolam 27. A. 1650. ſcriptam p. 96. editionis primę, & Dan. Guil. Molleſrum diſſ. de Curtio Altdorf. 1683. 4. Sed hoc facile refellitur iis, quæ Wagenſeilius in pera librorum Juvenilium T. 4. p. 178. diſſeruit in hæc verba: *Etſi quacunque de cauſa non occurrit apud Antiquiores, qui extant, Curtii mentio, tamen ii, quorum ætas tria ſecula longe excedit, ejus meminere, ut ſic ſaltem longe ante illa tempora vixiſſe illum neceſſe ſit. Johannes nimirum Sariſberienſis, Carnotenſis Epiſcopus, quem Anno 1182. vita exceſſiſſe conſtat, Curtium allegat in Policratico lib. 8. cap. 18. Philippus vero Gualterus Epiſcopus Inſulanus, quem nonnulli Sariſberienſi æqualem temporum autumant, alii, ut Voſſius de Poetis latinis, Anno 1250. claruiſſe ferunt, in Alexandreide, ſive carmine, quo libris X. cecinit res geſtas Alexandri, Curtium ad verbum, (d) quantum poterat imitatus eſt. De Alphonſo quoque decimo Hiſpaniæ Rege, qui ſapientis cognomen meruit & Anno 1252. imperare cœpit, Antonius Panormitanus in vita ejus prodiit, eum cum gravi morbo laboraret remedia Medicis fruſtra præſcribentibus cœpiſſe legere Q. Curtii hiſtoriam de Alexandro M. adeoque illius dulcedine captum fuiſſe, ut ex ſola lectione ſanitatem recuperarit, hæc ſæpe deinde repetiit verba erumpens:* Valeant Avicenna, Hippocrates, Medici ceteri,

vivat

(a) Vide Rapini obſervatt. de Hiſtoria & Hiſtoricis (reflex. ſur l'Hiſtoire) p. 233. & Vignolium Marvillium T. 1. Miſc. Hiſt. & litterar. p. 57. Non paucos alios nævos in hoc ſcriptore animadvertit Joannes Clericus vir doctiſſimus in judicio de Q. Curtio, quod exſtat parte poſteriore Artis Criticæ ſect. 3. Acerbius quandoque Curtium inſectari arguit Jac. Perizonius vir & ipſe eruditiſſimus notis ad Æliani Var. p. 728. Reſpondit Perizonio Clericus ſub Theodori Goralli nomine in præfat. ad Pedonem Albinovanum. Clerico Perizonius in Q. Curtio Ruſo reſtituto in integrum & vindicato. Lugd. Bat. 1703. 8. Clericus denique Perizonio librum ejus recenſens in Bibl. ſelecta T. 3. p. 171. ſeq.

(b) Confer Clerici artem Criticam parte 1. p. 33.

(c) Bodinum impugnavit Joannes Reinoldus prælectione centeſima in libros Apocryphos T. 1. p. 1239. Motellum *Magnus Daniel Omeiſius* ſive *Hermannus Breverus* Rigenſis diſſ. de Curtii ætate Altdorf. 1683. 4.

(d) Idem notatum Barthio LII. 16. Alexander quoque Benedictus in libris de bello Veneto integras deſcriptiones è Curtio eſt mutuatus. Neque dicere licet Pſeudo-Curtium è Gualtero ſua expreſſiſſe, cum Curtius à Sariſberienſi ante Gualterum lectus fuerit. Laudatur etiam Curtius à Joanne Tortelio lib. de Orthographia edito An. 1485. & liber Curtii primus à Jacobo de Creſollis Lombardo, qui ante annos amplius 400. ſcripſit, obſervante Barthio p. 1165. ad Claudian. Saltem incredibile videtur temporibus illis poſt Gualterum quemquam fuiſſe idoneum ad Hiſtoriam ſcribendam tam eleganter, & tam nativo colore antiquitatis.

vivat Curtius ſoſpitator meus. *Quanquam quid verbis opus eſt? monſtravit mihi olim ſolidum Reip. literariæ columen, omnique laude dignus Vir Antonius Magliabechus in Bibl. Medicea codicem Curtii antiquiſſimum, atque Lucæ Holſtenii, quod ſimul literis conſignatum exhibebat, veriſſimoquo in talibus pollebat judicio, haud minus annis ſeptingentis gravem. Quod ſupereſt, hic ſcriptor ab iis, qui grandem & pudicum Latinitatis ſermonem amant, aſſidue in manu ſinuque geſtari debet. Sunt enim illi verba electiſſima, acutæ crebræque ſententiæ, expoſitiones mirificæ, conciones multa facundia inſtructæ; ita, ut oratio ejus, utique ſervet Majeſtatis ſuæ pondus*. * Jo. Iſaacii Pontani de Curtio ſententia, qui illum è Tacito quædam mutuatum & ex Arriano pleraque tranſtuliſſe exiſtimavit, videnda Sylloge Epiſtolarum editarum ab Antonio Matthæo, Pontani nepote, Lugd. Bat. 1708. 8. p. 108. 166. 229. 258. ſeq. Petrus Blæſenſis Epiſt. 101. inter libros in ſcholis celebres prædicat profuiſſe ſibi *frequenter inſpicere hiſtorias Q. Curtii*. Scholas frequentavit Petrus circa A. C. 1150. MS. Codicem Hiſtoriarum Curtii annorum octingentorum, qui exſtat in Bibliotheca Colbertina, laudat Bernardus de Montfaucon V. C. præfat. ad Palæographiam Græcam. Alium Schonhovii, exaratum ante aliquot ſæcula e rugis evolvit Hadr. Junius. Alius Codex antiquus Curtii membranaceus in Bibl. Menarſiana pag. 64. De Alfonſo Hiſpaniæ Rege, qui per Curtii lectionem morbo levari ſe ſenſit, traditur etiam apud Æneam Sylvium p. 476. Opp. Vicentius quoque Bellovacenſis, qui teſtatur ſe ſcripſiſſe Anno Innocentii IV. ſecundo, hoc eſt CHriſti 1244. loca ex Q. Curtio profert in ſpeculo hiſtoriali IV. 61. & alibi.

II. Ex *libris decem de rebus Alexandri* Regis Macedonum duo (*a*) primores interciderunt, qui in antiquioribus editionibus ab Anno 1545. Supplementis *Chriſtophori Brunonis*, Monachii in Bavaria bonarum literarum Profeſſoris, utcunque reſarciuntur. His in editione Lugdunenſi A. 1615. 12. adjunguntur alia quædam deſcripta è Bibliotheca S. Victoris (*b*) à Joanne Maſſonio Bajocenſi in Neuſtria Archidiacono Papyrii fratre. Horum auctorem eſſe *Franciſcum Petrarcham* notavit (*c*) Joſephus Scaliger. Etiam

Quin-

(a) Ita quidem editiones & plerique libri MSS. etſi codex manu exaratus Petri Danielis, librum primum duntaxat, alii ne illum quidem integrum deeſſe innuunt. Vide Raderum c. 8. proluſionum ad Curtium, & Freinshemium in limine notarum. Porro fallitur Morerius, qui in Lexico Hiſtorico affirmat Raderum ſupplementa in Curtium compoſuiſſe.

(b) Vide Colomeſii Bibl. ſelectam p. 185. & Catalogum MSS. Iſaaci Voſſii cod. latin. IV.

(c) Scaliger in Scaligeranis ſecundis p. 61. *Omnia Q. Curtii quæ habemus deſcripta ſunt ex unico exemplari, reliqua recentia ſunt ad unum omnia. In Bibliotheca S. Victoris primus liber Q. Curtii erat, ſed deprehendi compoſitum eſſe à Petrarcha.*

Quintianum Stoam (*a*) libros illos ſuppleviſſe, ex Antonio Poſſevino & Jac. Gortonio narrat *Joh. Freinshemius*, qui longe luculentius doctius & plenius defectum librorum illorum ſupplevit, ut Mich. Tellerius dixerit, jacturam fere optabilem fuiſſe, quam tam feliciter & opportunè reſtituerit Freinshemius. Idem Freinshemius & alias in Curtio lacunas ſupplevit, quæ occurrunt lib. 5. c. 13. & libri ſexti principio, & lib. 10. c. 1. & 4. Ab eo tempore vir doctiſſimus *Chriſtophorus Cellarius* cum Brunonem ſterilitate, Freinshemium copia & prolixitate quodam modo peccare animadverteret, novis ſuccinctis & elegantibus ſupplementis Curtium auxit. Nova denique ſupplementa Curtii adornavit amicus noſter clariſſ. *Chriſtianus Junckerus*. * In antiquis editionibus ordo turbatus eſt, ita ut quintus & ſextus liber in unum contrahantur, adeoque novem tantum libri numerentur, pro ſeptimo nimirum ſextus, pro octavo ſeptimus, atque ita deinceps uſque ad ultimum, in quo multæ lacunæ. In nonnullis etiam ut quoque in verſione Italica Pub. Candidi, quæ ſequuntur à capite duodecimo, poſt verba: *intuentibus lacrymæ obortæ*, petita feruntur è libro Curtii non decimo, ſed duodecimo. *Seguita el reſto del duodecimo libro del Quinto Curtio Ruffo*. Alexander Decembrius libro VI. de politia literaria cap. 67. ubi nonnulla in Curtio reprehendit, librum unum tantum ab initio deſiderari exiſtimabat: Glareanus in libros duodecim Curtium dividit.

III. Editiones & interpretes Curtii diligenter recenſuit Freinshemius in prolegomenis commentario ſuo præmiſſis, cujus induſtriæ nonnulla adjungam. Primò inter Curtii editiones recenſenda eſt perantiqua ſine temporis notatione apud Vindelinum Spiram fol. cum his in fine verſibus:

Vindeline, meæ prius hic rediturus in auras
Spiritus, & corpus linquet inane meum,
Quam tua nobilitas, virtus atque inclyta fama
Pectore labatur, candide amice meo.

Tum editio A. 1474. quæ fuit apud Caſparem Barthium. Erat & in Gudiana editio in fol. recuſa per Georgium Laver. * Mediol. 1481. fol. per Ant. Zarotum, impendio Jo. Leguani. Veron. 1491. fol. in Bibl. Nic. Heinſii. Veneta 1494. fol. edente Bartholomæo Merula, quem Barthius ſcripſit primum optimo auctori corrumpendo audaciæ ſignum ſuſtuliſſe. * Veneta 1497. fol. quam Perizonius legavit Bibl. Lei-

(a) Stoam ſupplementa Curtii feciſſe negat Mottanus Vayerus in judicio de Hiſtoricis T. 1. p. 376. Idem de *Henrico Glareano*: *Henry Glarean n'eſt ſuivi par perſonne dans ſa diſtribution de l'Hiſtoire de Quinte Curce en douze livres, reſtabiliſſant les deux premiers; & diviſant le reſte en dix autres, au lieu des huit ordinaires*. Integrum Curtii opus extitiſſe MS. Viennæ Auſtriæ in Bibl. VVolfgangi Lazii, falſa ut videtur fama fuit.

Leidenſi, & 1502. fol. Argentorat. 1508. fol. cum annotatt. *Eraſmi*. Tubingenſis A. 1513. fol. apud Anſelmum Badenſem, ex Veneta expreſſa, cum præfat. Barthol. Merulæ. Florentina apud Phil. Juntam A. 1517. 8. ex recognitione *Lucæ Robiæ*, cujus ad Alex: Acciajolum præfatio poſt Petri Bargetani ad Robiam Hendecaſyllabos præmittitur. Baſileenſis 1517. fol. per Beatum Rhenanum cum notis Eraſmi, Hutteni, Glareani, Hœningeri, adjecta Alexandri Epiſtola (*a*) ad Ariſtotelem de Indiæ ſitu ac mirabilibus. Argentoratenſis 1518. apud Schuterium fol. cum Eraſmi Annotat. & Epiſtola ad Erneſtum Bavariæ Ducem. Aldina 1520. 8. * Complutenſis Laurentii Balbi Lilienſis 1524. 4. Pariſienſis, Eraſmi, 1533. 8. apud Simonem Colineum. Repetita A. 1543. & 1553. 8. Baſileenſis 1534. per Tho. Wolfium cum notis Eraſmi, & Ulr. Hutteni floribus elegantiarum. Veneta A. 1535. itemque altera. Colonienſis 1538. apud Joannem Gymnicum, cum Eraſmi notis, floribuſque Hutteni. Lugdunenſis apud Gryphium 1541. 8. & altera in 12. 1551. Baſileenſis A. 1545. fol. apud H. Petri, cum ſupplemento primorum librorum ex Arriano, Plutarcho, Juſtino & Diodoro per *Chriſtophorum Brunonem*, Vita Alexandri à Joanne Monacho ſcripta, & Epiſtola Alex. de Indiæ ſitu, notiſque Eraſmi & Hutteni floribus. Antuerpienſis 1546. 8. * curante *Hadriano Junio*, qui antiquiſſimi Codicis Schoenhoviani lectiones diligenter annotavit & ex eo Curtium caſtigavit. Et Francofurtenſis cum Acidalii animadverſ. itidem in 8. Lugdunenſis 1545. 8. 1555. 12. & tertia A. 1584. 12. apud Anton. Gryphium cum *Chriſtophori Brunonis* præfatione & ſupplementis, emendationibuſque Franciſci Modii, & variis lectionibus ex vetuſto Codice Benedicti Theocreni, ſubjuncta etiam vita Magni Alexandri auctore Joanne Monacho. Hujus editionis notitiam debeo Chriſtophoro Auguſto Heumanno in erudito ſchediaſmate de libris Anonymis & Pſeudonymis p. 127. Lugdunenſis A. 1546. cum Alexandri Epiſtola. Lugdunenſis 1551. & alia 1569. parum accurata, ut Acidalio notatum. * Antuerpienſis 1568. 12. cum eadem vita Alexandri à Jo. Monacho ſcripta & ab Angelo Coſpo latine reddita.

Henrici Glareani in Curtium notæ, Baſil. 1575. 8. excuſæ. Curtius à *Franciſco Modio* ad MSS. Codices recognitus, cum ejus notis, Colon. 1579. 8. atque iterum 1591. 8. Editus Lugduni eodem A. 1591. Curtius ab Antonio Candido, una cum Plutarcho de vita & fortuna Alexandri, & Gnomologia Curtiana. Hinc memoranda editio Francofurtenſis Anno 1597. cum *Valentis Acidalii* animadverſionibus A. 1594. ibidem excuſis. Genevenſis A. 1602. apud Jacobum

(a) De hac dixi lib. 2. Bibl. Græcæ c. 10. §. 17.

bum Stoer; & altera A.1614. Raderianæ cum ſynopſibus, & argumentis *Matthæi Raderi* Monachii 1615.12.Coloniæ 1630. 8. Lugdunenſis A.1615.12. in qua occurrunt ſupplementa Curtii è Bibl. S. Victoris, de quibus ſupra §. 2. dixi. Amſtelodamenſis Anno 1621. apud Guil. Janſonium. * Leidenſis cum notis Titi Popmæ, A.1622. 1633.12. Leidenſis cum notis *T. Popmæ* & *Ioannis Loccenii*, A. 1625. 12. Recuſæ ſunt Loccenii notæ etiam in editione Amſt. 1656. 12. Colonienſis A.1628. fol. amplis & eruditis *Matthæi Raderi* commentariis illuſtrata. Amſtelodamenſis An. 1628. 12. cura *Io. Iſaacii Pontani*, apud Joannem Janſonium, *quam ego*, inquit Freinshemius, *habeo pro emendatiſſima earum quæ hactenus prodierunt*. Eſt & altera perquam nitida & emendata Elzeviriana Lugd. Bat. 1633.12. Curtius è recenſione *Nic. Blancardi*, Lugd. Bat 1649. 8. Ex *Andreæ Reyheri* editione, Gothæ 1658. 8 * Cum notis *Io. Loccenii* Lipſiæ 1674. 1685. præmiſſa Joach. Geſenii præfatione. Et cum Loccenii indice Philologico, Amſt. 1648. 12.

Præ cæteris vero laudandus ipſe iterum *Joannes Freinshemius* eſt, qui Curtium accuratè recenſitum, minutiſque ſectionibus diſtinctum cum variis Lect. (*a*) commentariis doctis & copioſis, novis ſupplementis, locupletiſſimoque indice vulgavit Argentorati 1640. 8. 2. Volum. In capite quarto Prolegomenon, quibus de Curtii ætate, dictione, editoribus differit, alii etiam ſcriptores Græci, & latini, qui res (*b*) Alexandri M. litteris conſignarunt, recenſentur, quibus non pauca addi poſſunt ex Reineſii Epiſtolis ad Hoffmannum, p.311. ſeq. De commentario autem Freinshemiano ita ad Jo.Lud.Fabricium ſcripſit Taneguidus Faber lib.I Epiſt.5. *Librum commentarium, quem in Curtium edidit, poſtquam à nobis abiſti, legimus, nullam unquam bonarum rerum meſſem uberiorem videor vidiſſe, nullam latius patentem omnigenorum librorum lectionem, opus haud dubie ultima poſteritate dignum*. Sæpius ab eo tempore in Germania & Belgio Curtius prodiit, cum iisdem Freinshemii & ſelectis aliorum notis per paginas ſingulas textui ſtatim ſubjectis: præcipuè laudata editio Argentoratenſis ſtudio Jo. Henrici Rapp. 1670.4. (*c*) Ut editionem cum notis variorum Amſt.1664. & 1672.8.*Cornelio Schrevelio* curante vulgatam, & Francof.1668.8.recuſam prætercam, in qua Freinshemii commentarii, ſed non integri ſunt adjecti. Exſtant & Curtius cum Freinshemii ſupplementis excuſus Amſt.1687.8.*Cum

emen-

(a) Freinshemium hinc inde reprehendit Jac. Gronovius in notis ad Arrianum de expedit. Alexandri. Vide & Jo. Clericum parte III. Artis Criticæ p.708.

(b) Confer ſi placet Bibliothecam meam Græcam lib. III. cap. VIII.

(c) Editio Argentoratenſis 1670. 4. notas *Freinshemii* non ſingulis paginis ſubſtratas, ſed ante locupletiſſimum Indicem ſeparatim impreſſas exhibet.

emendationibus quibusdam *Iani Rutgerſii*, & *Ioſephi Scaligeri* palmaria correctione loci lib. III. Amſt. 1670. forma minore. Rutgerſii emendationes occurrunt etiam in edit. Lugd. Bat. 1625. 12. Ex recenſione *Nic. Blancardi* Amſtel. 1673. 8. Ex Freinshemii editione cum indice neceſſario, cura *Ioam. Gezelii*, Aboæ 1675. 12.

In uſum Delphini novam Curtii editionem adornavit *Michael Tellerius*, Pariſ. 1678. 4. * prælo iterum ſubjunctam Lond. 1705. 8. In hac editione Tellerii perquam incommodum eſt, quod capita aliter diſtincta exſtant quam in aliis editionibus. *Philippi Caroli* obſervationes poſthumæ in Curtium ejusdem ad Gellium animadverſionibus ſubjunctæ edente Chriſtophoro Arnoldo lucem adſpexerunt Baruthi 1681. 12. & Norimbergæ 1667. 8. *Samuel* quoque *Piiiſcus* ſelectis commentariis, variiſque iconiſmis æri affabre inciſis, quas ex Lipſii & aliorum Antiquorum ſcriptis repetiit, illuſtratum edidit Curtium Ultrajecti 1685. & auctius (*a*) 1693. 8. & iterum Ultraject. 1708. 8. * Cum pluribus etiam iconibus in æs inciſis & variorum notis Raderi, Bongarſii, Popmæ, Salmaſii, Gronovii, Loccenii & Freinshemii nitide excuſus eſt Amſtelod. 1696. 8. apud Petrum vander Aa.

Circa idem tempus *Chriſtophorus Cellarius* eundem ſcriptorem floridiſſimum novis ſupplementis, tabulis Geographicis, notis & diſſertatione de moribus Alexandri utiliter auctum in lucem emiſit Lipſiæ 1688. 1691. 1696. 12. & 1711. 12. cui editioni ſuas in tironum uſus notatas adjunxit *Chriſtianus Schœtgenius*. Hinc amicus noſter Chriſtianus Junckerus Curtium edidit cum notis perſpicuis in uſus tironum, Chronologia Curtiana è Jo. Clerici Critica excerpta, ſupplementis novis Monarchiæ Græcæ Hiſtoriam uſque ad ejus finem complectente, & diſpoſitionibus Orationum (*b*) in Curtio, Logico Rhetoricis imitationum exemplis & indice, Dresd. 1700. 8. Lipſ. 1708. 8. Denique Curtius notis perpetuis minime contemnendis (ad modum Minelli ut habet titulus) illuſtratus prodiit curante *M. Andrea Stubelio* Lipſ. 1701. 12. & ſuppreſſo auctoris nomine Amſt. 1702. 12. Auctor eruditus notarum teſtatur ſe uſum quoque obſervatis Bongarſii, Palmerii, Sebiſiique. Hic eſt Stubelius, cui præclaram illam, & poſt Buchneri, Jac. Thomaſii, J. Gothofr. Henichen, ac præcipue Chriſtophori Cellarii curas locupletiſſimam & accuratiſſimam theſauri ſive Lexici Baſilii Fabri editionem debent ſtudioſi. * Ex recenſione

(a) De mendis typographicis atque integris verſibus in hac editione omiſſis queritur Chriſtianus Junckerus.

(b) Conf. Valentini Tilonis Curtium Oratorem Amſt. *1664.* 12. & Imitationes Curtii XCVIII. à M. I. C. Vvagner Germanice editas Pirnæ *1699.* 8.

ſione *Michaelis Mattaire*, Lond. 1716. 12. apud Jo. Jhonſonum. Curtius cum novis Germanicis ſupplementis, notiſque Germanicis accuratis & ad tironum captum uſuſque accomodatiſſimis, ab viro egregio qui ſub nomine *Emanuelis Sinceri* latere voluit. (*a*) Auguſtæ Vindel. 1716. 8. (*b*)

Verſiones Curtii quamplurimæ exſtant. De *Germanica* quidem Jo. Friderici von Leiſten ſive Lehſten, Francofurti 1653. 8. & 1696. 4. recuſa, ſiniſtram fert ſententiam J. H. Bœclerus in brevi iſagoge ad Auctores claſſicos recte tractandos p. 20. * Longe hanc verſionem poſt ſe relinquit nova neſcio quo concinnata auctore, quæ ſuperiore Anno 1720. Halæ Saxonum lucem vidit 8. *Danice* ſupplementa Freinshemii & liber Curtii tertius per Magnum Wingaardum, Hafniæ 1704. *Bohemicam* verſionem Kaczerii Archigrammatei Poſonienſis neſcio an editam memorat Dan. Guillelmus Mollerus diſſ. de Curtio ₰. 21. *Italice* per Nic. Caſtellum Lipſ. 1698. 8. Jacobus quoque Gaddius de Scriptoribus non Eccleſiaſticis T. 1. p. 118. refert vidiſſe volumen MS. in membrana pulcherrimis miniaturis ornatum quo vetus Curtii verſio in linguam Etruſcam continebatur: la ſtoria d'Aleſſandro Magno compoſta da Q. Curtio Rufo in latino, dipoi tradotta in volgare Lombardo da *P. Candido*, al Sereniſſimo Prencipe Filippo Maria Duca di Milano di Pavia & Anghiera Conte & di Genova Signore, & emendato in Firenze, e ridotto in lingua Toſcana. * At vetus Italica interpretatio circa A. 1438. Mediolani elaborata à Publio Candido, vidit lucem Florentiæ 1530. 8. ex officina Philippi Juntæ & Venet. 1535. 8. ſubjecta comparatione Alexandri & Cæſaris, eodem Candido auctore. Aliam verſionem Italicam Curtii à Thomaſio Porcacchio adornatam memorat Hieronymus Ghilini in theatro virorum doctorum Tom. I. p. 217. Vidit illa lucem Venet. 1558. 4. *Gallica* N. Seguierii prodiit Pariſ. 1613. 8. Vogelaſii vero Pariſ. 1647. 4. & jam quinta editione 1659. 4. recuſa etiam Amſt. 1673. 8.

Notum eſt *Claudium Fabrum Vogelaſi Dominum* Gallicæ Curtii verſioni integros triginta annos inſudaſſe. Balzaco dicta *L'Alexandre inimitable*. Freinshemii ſupplementa non Vogelaſius vertit, ſed *Petrus Ryerus*. Quod non animadverſum D. Chriſtiano Thomaſio (*c*) qui miratur Vogelaſium in primo ſtatim libro capite

(a Deutſche Acta Erud. XLV. pag. 639.

(b) Noviſſime Q. Curtium cum omnibus ſupplementis, variantibus lectionibus; Commentariis, ac notis perpetuis Variorum edidit Henricus Snakenburg cum iconibus r4. Delphis 1724.

(c) Vide Chriſtiani Thomaſii mutiige Gedancken A. 88. part. 2. p. 354. ſeq. Ceterum Adamus Ebertus in relationibus è Parnaſſo p. 192. ait Vogelaſium expertum eſſe fatum, quod

pite primo gravem errorem commiſiſſe. * In Annæ Daceriæ, Pariſiis nuper extinctæ elogio (*a*) notatur eam à parente ſuo Tanaquillo Fabro ſeorſim ſenſiſſe in hoc, quod Faber perinde ut alii multi Vogelaſianum Curtium velut ſpecimen eloquentiæ Gallicæ inſigne fuerit admiratus: Anna vero multa in illo ut affectata, & parum Gallica reprehendit. Antiquior Curtii verſio Gallica in membrana cum iconibus eleganter depictis ex Bibl. Reginæ Svecorum Chriſtinæ pervenit in Menarſianam pag. 67. Etiam in Catalogo Bibliothecæ locupletis Marckianæ A. 1712. Hagæ Com. per auctionem publicam diſtractæ pag. 100. memoratur Curtius Gallice ante aliquot ſæcula translatus ſcriptusque in pergamena, & imaginibus pulcherrimis ornatus folio magno. MSium etiam Gallice in membrana ſervat Bibl. publica Jenenſis, teſte nobiliſſ. Struvio introduct. in notitiam rei literariæ pag. 182. *Belgica* Glaſemakeri verſio Amſt. 1663. 8. ut accurati interpretis laudatur in Catalogo Bibliothecæ illuſtris viri Gerhardi van Maſtricht, pag. 717. *Anglicè* Lond. 1694. *Anglica* interprete Johanne Digby armigero, Lond. 1715. 12. duobus Volum. nitido charactere typorum. Hanc Gallicæ Vogelaſii nihil cedere elegantia judicant Memoriarum Trevoltinarum auctores A. 1716. p. 179 *Polonice*, Cracov. 1624. fol. *Ruſſice*, ab Elia Kopyevvitz, Moſcuæ 1710 4. Mem. de Trevoux A. 1710. pag. 1098. & 1711. p. 1658. *Hiſpanice* à Gabriele de Caſtaneda A. 1534. fol. Liceat etiam commemorare Flores Curtii, & Salluſtii vulgatos ab Ulrico Hutteno. Argentorat. 1528. 8. Excerpta Curtiana in Jo. Henrici Bœcleri diſſ. Academicis Tom. II. pag. 653. ſeq. & Q. Curtium Rufum deartuatum, ſive Phraſeologiam Curtianam per Joh. Krieg. Gedani 1696. 8. Officia Curtii ſententioſa, ſive ſententiæ è Curtio collectæ, & trochæis expreſſæ ſunt à Jo. Henr. Erneſti. Lipſ. 1712 4. Ejuſdem uſurpata à Curtio in particulis Latinitas, tam in ſe ſpectata, quàm cum Corneliana collata, in ſpecimen conſcribendi (*b*) in unum auctorem Lexici. Lipſ. 1718. 8.

Mi-

quod tonſor aliquis Lutetiæ habuerit, qui tonſuram ſecundum morem noviſſimum incipiendo, illius mutationem intellexiſſet antequam & alteram pervenit partem, ſic illum quoque ſecunda vice recenſita verſione, & opere ferme finito, animadvertiſſe præſentem linguæ Gallicæ genium non reſpondere ei, qui viguiſſet, cum verſionem ordiretur, ideoque triplicandum fuiſſe tentamen. Martial. VII. 82. *Eutrapelus tonſor dum circuit ora Luperci Expungitque ſetas, altera barba ſubit*. Similis interpretis cunctatoris mentio in T. 2. Menagianorum pag. 18. *M. Patru à été quatre ans à traduire la premiere periode de l'Oraiſon de Ciceron pour le poete Archias, encore n'a t il pas rendu ces mots*: quod ſentio quam ſit exiguum.

(a) Journal. des Savans 1721. Jan.

(b) Journal des Sav. 1719. Sept. pag. 348. *Si l'on goute cette methode en Allemagne, toutes les preſſes de ce pais la ne ſouffrent pas y imprimier les dictionnaires.*

Michaelis Fetteri ſuccus Curtianus, i. e. Obſervationes Hiſtorico politicæ è Curtio, Witeb. 1668. 12. Phraſeologia Curtiana M. Chriſtiani Frid. Kocheri. Ulm. 1717. 8.

De Epiſtolis Curtio ſuppoſitis ita Jo. Fridericus Gronovius in elencho antidiatribes Mercurii Frondatoris p. 99. *Quis æſtimabit ſcriptum nibili cui docti viri nomen adſcribitur? Quis Epiſtolas Q. Curtii, Pauli & Senecæ amœbæas, otioſorum & putidiſſimorum hominum figmenta miratur, quia illuſtria nomina præferunt?* * Illas prodiiſſe Venetiis 1502. didici è Bibl. Barberina. Sed ipſe in Bibl. Keilmanniana evolvi Epiſtolas Curtii nomine editas Regii 1500. 4. ab Ugone Rugerio ſive de Rogeriis, Regienſe, dominante Bononiæ Joanne II. Bentivolo. Paucis foliis conſtant, diviſæque ſunt in *libros quinque*; venditantur autem ſcriptæ non à Q. Curtio Hiſtorico, ſed à Curtio longe vetuſtiore Duce Romano, variiſque aliis Romanorum & Carthaginienſium Ducibus, & Senatus Rom. nomine ad Curtium, & nomine Fabii, Lucii, Papyrii COS. & Decemviri, Hannibalis, Perſici, Haſdrubalis, Ariolorum, Fauſtini, Jambuli, Poſtumii Decemviri, Quintiani Procos. Valgarii, Eulibii, Portii, Portiæ, Sertorii, Alethis Regis Corinthi, Cincinnati, Hiſtilii, Numæ Pompilii, Sertorii, Viridiani, Ennii Montani, Maſiniſſæ, Manlii Torquati, Alexandri, Bruti Conſulis primi, Livii, Sextii, Antoniani, Appii Claudii, Pampiniani (*a*) magni, Julii, Catonis Uticenſis, Parthici majoris, Fabii max. Marci Curii, Fabricii, M. Attilii Reguli, Fulvii, Metelli, M. Marcelli, Samnitium, Scipionis Africani, Sulpicii auguris, Cambii adoleſcentis, Corneliæ, Lupii Liribii. Libro quarto præfigitur oratio brevis contra aſſentatores & detractores.

CAPUT XVIII.

DE JUVENALI.

Iuvenalis ætas. 1. *Satyræ.* 2. *Earum editiones atque interpretes.* 3. *Index Scriptorum in Scholiis antiquis ad Iuvenalem laudatorum.* 4.

I. DECIMUS (*b*) JUNIUS JUVENALIS Aquinas, cum ſatyra non abſurde compoſita in Paridem pantomimum, qui

(a) Pompeji.

(b) Non *Decium*, ſed Decimum hujus ſcriptoris prænomen eſſe docet Lud. Carrio libro emendationum & capite primo. Ab antiquis librariis communiter *Æthicum* cognominari

in deliciis aulæ erat, Domitianum *(a)* offendiſſet, per honorem militiæ quanquam octogenarius urbe ſummotus eſt, miſſuſque ad præfecturam cohortis in extrema parte tendentis Ægypti, ut narrat Svetonius in ejus vita, quamobrem *Hiſtrionis exſul* vocatur à Sidonio IX. 270. * *Aquinatem* ſe profitetur Juvenalis ipſe III. 319. *Ethici* nomine paſſim laudant ſequioris ætatis ſcriptores, ut Petrus Blæſenſis in Epiſtolis, Jo. Sariſberienſis, Vincentius Bellov. & alii. Honorius Auguſtod. præf. ad lib. 4. de philoſophia Mundi: *ut jam verbis Verbicii* (leg. Umbricii) *poſſit uti, atque ideo nulli comes ex eo tanquam maneus & exiſtens* (b) *corpus non utile dextræ*. Petrus, Epiſt. 77. *Non ſumus ergo pares*, dicit Umbricius Blæſenſis *melior qui ſemper & omni nocte dieque* &c. Juvenal. III. 104. Scripſiſſe pleraque Trajani imperio, imo Hadriani, jam obſervavit Lipſius quem vide lib. IV. Epiſtolicarum quæſt. 20. & Salmaſius ad Solini c. 32. p. 319. ſeq. Marium Priſcum, qui ſub Trajano condemnatus eſt, tangi Sat. 1. v. 49. notat Camillus Silveſter Comes Rhodiginus in notis ad Italicam Juvenalis Metaphraſin p. 47.

II. Exſtant ejus *Satyræ XVI. in libros quinque digeſtæ*, ut primus quinque priores, ſecundus Sextam, tertius & quartus ſinguli ternas, quintus reliquas quatuor complectatur. Satyra 1. alios poetas perſtringit, expoſita cauſa cur ipſe acceſſerit ad hoc genus ſcribendi 2. tangit Hypocritas 3. urbis incommoda 4. convivas Domitiani 5. paraſitos 6. mulierum flagitia & ſcelera 7. artium (*c*) neglectarum querelam continet & 8. de claritate natalium 9. perſtringit cinœdos 10. vota inania & ridicula 11. luxum 12. Heredipetas 13. docet ſcelera tandem non impunita abire 14 de exemplis parentum, 15. de

nari notat Barthius in Adverſariis. Lib. VI. cap. 1. ut Martialem *coquum*, Propertium, *nautam*, Ovidium *Getam*, Statium *Aquilinum*, Prudentium *Amœnum*. Confer Nic. Antonium Bibl. Vet. Hiſpanæ lib. 1. p. 62.

(a) Fallitur vetus Scholiaſtes, qui ad ſat. 7. v. 92. notat Neronem à Juvenale tangi, & hunc propterea miſſum eſſe in exſilium à Claudio Nerone. Forte legendum: *à Calvo Nerone*, id eſt à Domitiano. In Pentapolin Libyæ relegatum eſſe à Domitiano Juvenalem ſcribit Jo. Malalas T. 1. Chronographiæ p. 341. cujus verba repetit Svidas in Lexico. Henricus vero Dodvvellus V. C. qui Juvenalis vitam perſequitur in Annalibus Quintilianeis, contendit eum ſub Hadriano demum ſatyras edidiſſe, in exſilium ab eodem miſſum A. C. 119.

(b) *Extincta* Juvenal. III. 48.

(c) Tarteronus præfat. ad Juvenal. *la ſeptieme quinzieme, & ſeizieme Satire ne furent pour lui que des coups d'eſſay. Il commenca ſes coups de maitre âgè d'environ quarante trois ans, & fit les treize autres dans le cours de vingt annèes, c'eſt à dire juſqu'à la troiſieme du regne de l'Empereur Adrien, & ſe repoſa enſuite, ou mourut*. Confer quæ de Juvenali Franciſcus Vavaſſor libro de ludicra dictione p. 242. ſeq.

15. de religionibus peregrinis, 16. de (*a*) privilegiis commodiſque militiæ.

III. * Juvenalis editiones pleraſque jam retuli ſupra in Perſio cui ſolet conjungi, & licet junior ætate, ſubjici. Sed exſtant etiam aliæ mihi tunc indictæ. Juvenalis cum commentario *Domitii Calderini* Veronenſis, ad Julianum Medicem, Petri Coſmi F. Rom. 1474. fol. & Venet. 1475. fol. per Jacobum de Rubeis; & Vicentiæ per Henr. Liberarium 1480. fol. & Venet. 1483. & 1485. fol. per Baptiſtam de Tortis, & Venet. 1483. fol. per Thomam de Alexandria, & Mediolan. 1483. fol. per Leonhardum Pachel & Ulderienm Scincenzeler ſocios. *Angeli Sabini* paradoxa in Juvenalem, per Georgium Sachſel de Reichenhal & Bartholomæum Golſch de Hohenbart Clericos Rom. 1474. fol. Cum *Georgii Merulæ* Alexandrini (*b*) enarrationibus, addito ejuſdem commentario in orationem Ciceronis pro Ligario Tarviſii 1478. fol. per Barthol. de Confoloneris, & Venet. 1478. fol. per Gabrielem Petri, & Brixiæ 1486. fol. & cum aliorum notis Venet. 1493. & 1497. &c. Juvenalis per Jacobum de Rubeis, Pinarolii 1479. fol. Lipſiæ 1497. 1507. fol. Argent. 1518. 4. &c. Cum commentariis *Antonii Mancinelli*, Veliterni Norimb. 1497. fol. Juvenalis cum Mancinelli, Calderini, *Georgii Vallæ*, & Georgii Merulæ commentariis prodiit Venetiis A. 1498. fol. per Joannem de Tridino de Cereto. Juvenalis & Perſius cum commentario erudito *Ioannis Britannici* Brixiani 1503. fol. & additis quibuſdam *Angeli Politiani*, *Phil. Beroaldi* & *Baptiſtæ Egnatii* annotationibus Mediolan. 1514. fol. *Badii* item *Aſcenſii* Pariſ. 1519. & adjunctis ſcholiis *Cælii Secundi Curionis* Baſil. 1551. fol. apud Froben. & Juvenalis addito ad Britannici, & Curionis commentaria etiam veteri ſcholiaſte, Pariſiis 1602. 4. apud Claudium Morellum & 1613. 4. Juvenalis & Perſius ex editione nitida Rob. Stephani Pariſ. 1544. 8. Cum notis brevibus *Theodori Pulmanni*, qui tribus Codd. MSS. uſus & *Hadr. Iunii* obſervationes addidit Antuerp. 1565. 8. & 1566. 12. Juvenalis, Paraphraſi *Federici Ceruti* Veronenſis illuſtratus Venet. 1597. 4. Auguſtæ Taurinor. 1599. 1603. 4. In Juvenalem & Perſium Obſervationes *Bernardi Autumi* lucem viderunt Pariſ. 1607.

Præſtantiſſimam Juvenalis editionem debemus V. C. Henrico Chriſtiano (*c*) Henninio, in qua Poetæ vita ex codice Iſaaci Voſſii

Oo 2 au-

(a) De auctore hujus Satyræ 16. videtur addubitare Grotius ad Lucæ III. 14. & Rutgerſius p. 338. Var. Lect.

(b) Calderini adverſarii. Confer Diarium Venetum, Giornale de'letterati d'Italia T. 17. p. 300.

(c) Clariſſ. *Henninius*, cui luculentam Juvenalis editionem debemus, Hiſtoriarum & Eloquentiæ in Academia Duisburgenſi Profeſſor, diem obiit A. 1706. ſucceſſore Henrico Maſcampio, cujus præclaræ Inſtitutiones Hiſtoriæ exſtant.

auctior, & diſſertatio Nic. Rigaltii de Satyra Juvenalis præmittitur ex edit. Pariſ. 1616. 12. tum Poetæ verſibus per ſingulas paginas ſubjiciuntur veterum (*a*) Scholia ex editione P. Pithœi Pariſ. 1585. 8. & integer Iſaaci Grangæi commentarius ibid. 1614. 4. excuſus. Seorſim deinde comparent commentarii Joh. Britannici (*b*) & Scholia Cœlii Secundi Curionis cum excerptis enarrationibus Georgii Merulæ. Hinc notæ & caſtigationes Theodori Pulmanni, P. Pithœi, Nic. Rigaltii: commentarii Domitii Calderini, & ſelecta ex quæſtionibus Angeli Sabini ſuper Juvenale, ex Georgii Vallæ, Antonii Mancinelli, Jodoci Badii Aſcenſiii commentariis, Scholiiſque Adr. Turnebi, Eilhardii Lubini, Bernhardi Autumni, & Thomæ Farnabii. Has obſervationes excipit ſylloge notarum ab Henninio excerptarum è ſcriptis utriuſque Voſſii, Joſ. Scaligeri, Salmaſii, Grævii, Octavii Ferrarii, Barthii, Bocharti, Sam. Claverii, Ludovici Dorleans, Joſ. Ant. Gonſalii de Salas, Scioppii, Rutgerſii, J. F. Gronovii, Nic. Heinſii, Ez. Spanhemii, Jac. Ouzelii, Philippi Rubenii & aliorum. Clariſſimi deinde Almeloveenii & ipſius Henninii Spicilegia inſequuntur cum peplo notarum ad veterum Scholia, concinnato ex Pithœi. Rutgerſii, Almeloveenii, Henninii & aliorum obſervationibus. Denique ſuccedit index omnium vocabulorum ad hanc editionem accommodatus, qualem à Joſepho Langio in Juvenalem & Perſium nos habere ſupra in Perſio dictum eſt, ubi & alias quaſdam inſi-

(a) Non unius autoris eſſe quæ P. Pithœus ſub veteris ſcholiaſtæ nomine vulgavit, ſatis eſt perſpicuum. Ante Pithœum in octavam ſatyram quædam vulgaverat Georgius Valla, ſed non ita diligenter exſcripta, quæ *Probo* autori tribuit. Sed Valerii Probi, Berytii Grammatici eſſe nequeunt, quæ in quibuſdam aperte ſapiunt ævum Imperatorum Chriſtianorum. Itaque fuerint alterius Probi ſcriptoris Chriſtiani, de quo Lupus Ferrarienſis Epiſt. 34. & 20. ubi ſatyram illius memorat, qua Ciceronem ac Virgilium cœlo intulit, contendens CHRISTUM morte ſua etiam paganis ſapientibus profuiſſe. *Petrum Birthium* Scholiorum in Juvenalem autorem appellat Gonſalus de Salas ad Petronium p. 130. Sed verius eſt centonem eſſe è variis & à variis conſutum, *alicubi*, ut ait Pignorius, *ſine delectu*. Et multa alia ejuſmodi ſcholia in MSS. libris præterea occurrere eruditi obſervant, quorum etiam nonnulla affert in commentario ſuo Domitius Calderinus. Lambecius certe lib. VI. de Bibl. Vindobonenſi p. 243. narrat ſe in veteribus MSS. reperiſſe ſcholia ad Juvenalem, quæ à Pithœanis plurimum differrent, ut fruſtra ex iis medelam locis hiulcis ſperaverit. Adde, ſi placet, quæ Barthius LVI. 3. Adverſar. Noviſſime Jacobus Tollius Juvenalem edere voluit cum ſcholiaſte Veteri tertia parte aucto, è Codicibus ut mihi perſuadeo Vindobonenſibus.

(b) Jo. Britannicum non fuiſſe primum e recentioribus eruditis qui Juvenalem illuſtravit, ex his ipſius Britannici verbis probe obſervat Bælius adverſus Cœlium Sec. Curionem: *Juvenalis Satyras etſi temporibus noſtris à nonnullis egregio litteratis Commentatoribus vel cum magna ipſorum laude enarrata fuerunt, aggreſſi ſumus, quod omnino animadverteremus in toto opere multa ab iis ſive incuria quadam ſive conſulta opera prætерita eſſe*. Prodiit Juvenalis cum notis Britannici & Vet. Schol. Brixiæ 1501. fol. cum commentario Domitii Calderini Rom. 1474. fol.

inſignes Juvenalis editiones memoravi, quia hi duo Satyrici fere junctim edi ſolent. Cæterum Henniniana editio Juvenalis de qua hactenus dixi, lucem adſpexit Ultrajecti 1685 4. * Cum notis deinde ac perpetua interpretatione *Ioſephi Iuvencii* S. J. editio Juvenalis auctior, cui acceſſit nova appendix de Diis & Heroibus Poeticis Pariſ. 1715.

Duabus *Gallicis* verſionibus ab Henninio memoratis, quarum una Andreæ Quercetani eſt, altera Morolleſii, adde tertiam à Tarterono concinnatam Pariſ. 1689. 12. & quartam Silvecani, qui verſibus Gallicis reddidit & obſcuriora loca notis adjectis explicavit, ibid. 1690. 1691. 12. 2. volum. Tertia Tarteroni recuſa etiam eſt Amſt. 1695. 12. qui proſam Gallicam latino Juvenali è regione poſito addidit, prætermiſſis ſubinde ad editionis Colonienſis Anno 1610. 8. & ad Pratei, Rodelli & Joſephi Juvenci (*a*) exemplum locis obſcœnis, propter quam fœditatem Cæſar Scaliger III. 98. Poetices ait *ſe vel jubere vel optare toto opere abſtinere virum probum*. Et Octavius Ferrarius qui hujus Poetæ multa loca egregie illuſtrat II. 14. electorum, ait ſe plenum Commentarium dare meditatum, *ſed abſterruit*, inquit, *frequens obſcœnitas. Non enim conſilium emaſculare, quod infortunium Hiſpano Poetæ* (Martiali) *contigit, qui inteſtabilis factus eſt, & ſi lanieua placuiſſet, totus fere excidendus erat. Plurima enim ut cenſet Cæſar Scaliger, in eo occurrunt non modo non explicanda, ſed ne legenda quidem honeſto Viro.*

Juvenalem *Italica* Metaphraſi poſt veterem *Georgii Summæ* ſive *Summaripæ* Veronenſis interpretationem A. 1475. (*b*) compoſitam & Tarviſii 1480. fol. excuſam, atque poſt imperfectas verſiones *Aſcanii Varotarii*, JCti Patavini & *Franciſci Rotæ* Cremonenſis, Juvenalem A. 1692. donavit *Fridericus Nornius* Aretinus, defunctus A. 1705. 30. Nov. cujus etiam latinæ ſatyræ ſedecim felici genio ad Juvenalis imitationem elucubratæ exſtant, in quarum editione Leidenſi *Nomius* appellatur pro Nornio. Ut primas duas ſatyras Italicis verſibus reddidit Varotarius, ita ſextam *Ludovicus Dulcis* Venet. 1538. 8. Sed noviſſime illuſtriſſ. Comes *Camillus Sylveſter* Rhodiginus integrum Juvenalem & Perſium cum metaphraſi ſua Hetruſca è regione ſita in lucem dedit Patavii 1712. 4. adjunctis etiam eruditis notis, quibus præter alia Inſcriptiones Antiquæ antea ineditæ eruditorum oculos advertent.

(a) Prodiit Juvēncii editio Rothomagi 1697. 12. *Qui Commentarios*, inquit, *& notas in Juvenalem ediderunt, alii quia breviores ideo obſcuri, alii quia prolixiores, obtundunt potius quam juvant; alii denique fœdos quoſdam locos illuſtrare contendunt, quos obſcurare ac premere debuerant; hæc tria fugere diligenter ſtuduimus.*

(b) Giornale de' letterati d'Italia T. VIII. p. 31.

Anglica Rob. Stapletonus Oxon. 1644. 8. & Londin. 1660. fol. cum animadverſionibus & iconibus ære deſcriptis, ac Bartholomæus Holyday Oxon. 1673. fol. Noviſſime etiam Jo. Drydenius. Sed & illuſtris Stepneus quædam Juvenalis Anglico carmine haud inſcite reddidit. *Hiſpanica* addito commentario Diegus Lopez. Madrit. 1642. 4. *Belgica* Valentinus, Lugd. Bat. 1682. 12. *Germanica* Johnſonus Henninio inſpectus. * Satyram XIV. metaphraſi *Danica* donavit vir Clariſſ. Chriſtianus Falſterus. *Belgico* carmine prodiit Juvenalis, Harlem. 1709. 8. poſt ſingulas quasdam ſatyras ut VIII. XI. XIII. A. 1679. 1695. 1704. editas a membro ſocietatis litterariæ Amſtelod. cui ſymbolum *nil volentibus arduum*, nec non à *Laurentio BaKe* & *Petro Nuits*. Boekſaal van Europe 1695. Jul. & Aug. p. 48. tuemaandelyke uyttrekſels 1704. Maj. Iun. p. 539. Henrici Schævii paraphraſin latinam vulgaturum ſe recepit Fridericus Redtelius, Conrector ſcholæ Stetinenſis. Vide nova litteraria maris Balthici A. 1702. p. 73.

Hadriani Valeſii & Jo. Bourdelotii notas ad Juvenalem & Perſium in lucem edendas Pariſiis ſcripſit Clariſſ. Jacobus Bernardus in novellis Reip. litterariæ A 1700. T. 1. p. 357. * *Scholiaſtem veterem* ineditum in Juvenalem, quem Mediolani ſervat Bibliotheca Ambroſiana, laudat Octavius Ferrarius lib. 2. de re veſtiaria cap. 1. *Guntheri Henrici Plathneri*, Barthio olim probati, lectionum Iuvenalium libri V. MSS. in Bibl. Gothana. Hafniæ novam Iuvenalis editionem ad MSS. caſtigatam cum notis parat Vir Nobiliſſimus *D. Chriſtianus Reitzer*. *Iſ. Caſauboni* notæ, qui A. 1591. tribus MSS. à Dionyſio Gothofredo ſuppeditatis uſus (vide Epiſt. 112. edit. Grævianæ) Iuvenalem ſimiliter uti Perſium illuſtrare voluit, *Caſparis* item *Barthii* laudatæ Daumio pag. 52. Epiſt. ad Reineſ. & *Jani Douſæ* in Iuvenalem præcidanæa non viderunt lucem. Iuvenalem à Iac. Thomaſio collatum cum MS. Cod. & veteri editione, memorant auctores Ephemeridum litterariarum, quæ Germanice editæ ſunt Lipſiæ 1710. p. 603. Servo & ipſe varias lectiones ex Codd. Gudianis deſcriptas ad editionem Schrevelianam, & obſervationes quasdam Frid. Brummeri Lipſienſis, eleganti ipſius manu appoſitas in margine.

Si inter ſe conferantur triumviri Satyræ veteris latinæ, Iuvenalis, Perſius, & Horatius, libenter ſubſcribo ſententiæ Io. Baptiſtæ Capellii, quam hoc diſticho fuit complexus

Acrior eſt Aulus, florentior eſt Juvenalis,
Plus Venuſina ſapit ſeria Muſa jocis.

De Iuvenali redivivo Polonico, ſive Lucæ Opalinii, Palatini quondam Posnanienſis ſatyris quinquaginta, mores Polonicos

Car-

Carmine illius gentis vernaculo perſtringentibus, adi ſi placet Acta Eruditorum Lipſienſia T. 2. ſupplementi p. 150. ſeq. E recentioribus latinis Poetis, qui Iuvenalis veſtigiis haud infeliciter inſtiterunt, unicum iterum laudare liceat Fridericum Nomium Anglarienſem, cujus Satyræ ſedecim viderunt lucem Lugd. Bat. 1703. 8. Dicuntur etiam Romæ prælis jam ſubjici Satyræ XVII. eleganter latino verſu ſcriptæ ſæculo XV. ſub Paulo II. à Paracleto Fuſco Cornetano, Epiſcopo Acernenſi.

IV. INDEX SCRIPTORUM

in Scholiis antiquis ad Juvenalem laudatorum.

ad paginas edit. MDCX.

Academica ſecta. *Sat.* VII. *verſ.* 173.
Afranius Palliatarum (*a*) ſcriptor. I. 7.
Antiochus & Stratocles Comœdi. III. 98.
Apicius ſcurra nobilis ſub Tiberio V. 4.
Archigenes Medicus magnus. V. 235.
Areopagitarum ſententiæ IX. 101.
Ariſtophanes Socratem, & diſcipulos ipſius lacerans, pejor utriſque II. 10.
Aruſpices. VI. 556.
Attilius Serranus, pauper Poeta. VII. 80.
Auctor incertus Poeta. p. 72, 83, 159.
Bathyllus pantomimus VI. 63.
Bibaculus VIII. 16.
Cæſaris libri duo famoſiſſimi anti Catones VI. 337.
Callimachus p. 87.
Carus mimus cum Latino actore mimico, memoratur I. 35.
Cato Uticenſis Philoſophus XIV. 43.
Cato Cenſorius. II. 40.
Celſi libri VII. Inſtitutt. Orator. VI. 244.
Egnatius Celer Philoſophus Bareæ Sorani Magiſter VI. 151. I. 33.
Cicero p. 26, 30, 34, 72, 77, 92, 94, 107, 118, 133, 137, 175, 123, 123. in Corneliana VII. 118. in Epiſtolis & Philippicis. VII. 199. verſus male compoſitus X. 122. tertio de Rep. X. 362. in Catone VI. 337. majore XI. 78. libro de natura Deorum primo XV. 4.
Cinna VI. 54.
Criſpinus Alexandrinus IV. 24.
Cordus ſeu Codrus qui tragœdiam Theſei ſcripſit. I. 1.
Cynica, mater hæreſis Stoicæ. XI. 121.
Demetrius Cynicus. V. 36.
Demetrius cauſidicus. I. 33.
Democritus Abderita inter ſtultos prudentiſſimus natus X. 50.
Demoſthenem & Ciceronem affluens ingenium, & eloquentia morti ſubjecit. X. 118. 129.

(a) Togatarum, Octav. Ferrar. VII. 1. de re veſtiaria.

Diogenes Cynicus qui in dolio dormiebat: XIV. 309.

Ennius p. 93.

Epiſtolæ laureatæ & quæ pinna figebantur IV. 149.

Eupolidis Baptæ II. 92.

Gallorum lingua *broge* ager, *allæ* aliud. VIII. 234.

Heliodorus Medicus VI. 372.

Heliodorus Stoicus Philoſophus L. Junii Silani Magiſter I. 33. 35.

Helvidius Priſcus. V. 36.

Herodoti ſeptima hiſtoria; VIII. 199.

Homerus p. 60. 128. fuit annis ante urbem conditam CLX. poſt Ilium captum CCLX. VII. 39.

Horatius p. 22, 26, 41, 42, 65, 70, 73. 90, 125, 161, 173. nigri coloris dicitur fuiſſe. XII. 227. Venuſinus I. 51.

In Horatiana domo Poetæ recitabant, I. 12.

Iſæus orator Romæ omnibus eloquentior III. 74. de quo Plinius Epiſt. id.

Judæi, infra Moyſes.

Julius Creticus qui ſub Cæſar. illuſtres cauſas egit. II. 67.

Juvenalis pag. 29. 64. 80. 101. 111. 173. verſus quinque novi VI. 613. 630. in exilium miſſus ob VII. 92.

Rubrenus Lappa, Tragicus poeta VII. 27.

Latinus archimimus IV. 53. VI. 44.

Lenius Auruncanus Satyrarum ſcriptor. I. 20.

Lex Julia de damnandis adulteris. II. 37. de infamibus puniendis II. 44. Leges agrariæ Tiberii Gracchi III. 137.

Lucanus pag. 34, 50, 66, 74, 81, 82, 90, 98, 107, 179, dives VII. 79.

Lucilius p. 28, 39, 40, 55, 110, ubi Lucullus in MS. IX. 5.

Marius Maximus. IV. 53.

Valer. Martialis Epigr. IV. 38. p. 24, 48, 142,

Mathematicorum Ephemerides. VI. 572.

Mela. II. 60.

Memnonis ſtatua magice conſecrata XV. 5.

Judæi legem Moyſis exponentes VI. 541.

Ad Nævolum ſcribit Juvenalis IX. 1.

Neaniſcologi (Pontanus ad Macrob. pag. 661. nealeſchologi) VIII. 191.

Neronis Imp. Troados libri VIII. 221.

Ovidius pag. 20.

Palæmon Grammaticus Quintiliani Magiſter VI. 451.

Palfurius Sura, Stoicus IV. 53.

Pegaſus JCtus, liber non homo IV. 77. Pegaſicum jus. id.

Ad Perſicum ſcribit Juvenalis XI. 1.

Perſius pag. 25, 28, 32, 92.

Phyſici XIII. 225.

Piſo Calpurnius V. 109.

Pompejus Planta ſcripſit bellum Othonis & Vitellii 99.

Plinius Epiſt. III. 74.

Probus VI. 613.

Proverbia, Facinus majoris abollæ III. 115. dat veniam corvis II. 63. uva uvam. II. 81. δὶς κράμβη θάνατος. VII. 154. Gallinæ filius albæ XIII. 141.

Pythagoras XV. 173.
Quintilianus p. 70. 75. 94. orator egregius VI. 279.
Rufus, Allobrogum Cicero. VII. 214. alius Muſonius Rufus. I. 33.
Salluſtius pag. 24. 45.
Salejus (al. Salinus) pauper Poeta, VII. 80.
Scæva Memor, Tragicus Poeta Veſpaſiani tempore I. 20.
Σχῆμα ὑπονοίας XIV. 156. Pithœus ἐπιμονῆς.
Seneca V. 109.
Seſevus * p. 46.
Sibyllini libri IV. 61.
Silius Auruncanus, Satyricus I. 20.
Socrates XIII. 186. ejus dictum γνῶθι σεαυτόν. XI. 27.
Solon. X. 274. XIV. 328.
Soſtratus Poeta qui Xerxis Regis facta deſcripſit. X. 178.
Statii Thebais VII. 87. ſeq:
Stoici. XV. 108.
Sulpitia VI. 536.
Corn. Tacitus p. 33. 165. ſcripſit bellū Othonis & Vitellii II. 99.
Terentius p. 42, 44, 72, 95, 110, 116, 127, 143, 154, 163, 164, 177, 182,
Themata deliberativarum & controverſiarum VII. 168.
Thraſea Pætus V. 36.
Thraſyllus Platonicus & Mathematicus. VI. 575.
Tiberii ad Senatum Epiſtola de damnando Sejano X. 63.
Tibullus p. 97.
Tragœdia XV. 29. 30.
Turnus in Satyra I. 71. Scevæ Memoris frater I. 20.
Vagellius Rhetor Mutinenſis XVI. 23.
Virgilius p. 20, 22, 24, 29, 32, 34, 37, 38, 41, 42, 43, 44, 48, 51, 56, 57, 60, 75, 80, 81, 84, 86, 95, 96, 107, 108, 111, 114, 115, 117, 118, 120, 127, 129, 137, 139, 142, 145, 149, 152, 153, 156, 157, 162, 167, 169, 171, 176, nigri coloris dicitur fuiſſe VII. 227.
Zeno Stoicæ ſectæ auctor. XV. 107. 109.

CAPUT XIX.

DE SEX. JULIO FRONTINO.

Frontini ætas. 1. *Libri de aquæductibus.* 2. *Stratagemata.* 3. *De Coloniis.* 4.

I. SEXTUS JULIUS FRONTINUS (*a*) Vir Conſularis, Veſpaſianorum, Domitiani, Nervæ, & Trajani temporibus

(a) Fallitur Gaddius, qui T. 1. de ſcriptoribus non Eccleſiaſticis p. 193. ait hunc Frontinum fuiſſe Rhetorem Alexandri Severi. Sed idem cum noſtro videtur, qui ab Æliano in Tacticis, à Dione & Martiali appellatur Fronto. Vide Sixtum Arcerium ad Ælian. p. 93. 94. 98. Sane Frontonis, & Frontini nomina confuſa olim fuiſſe patet etiam ex Luciano de ſcribenda hiſtoria T. 1. p. 616. edit. Amſt. Effigies Frontini in numo Smyrnæorum apud Sponium Miſcell. p. 140. Vide & Jac. Gronovium T. 3. Theſauri Antiqu. Græcar. num. 72.

bus floruit, variiſque muneribus functus ſub Trajano deceſſit, Succeſſorem in auguratu habens (*a*) Plinium Juniorem. Monumentum ſibi exſtrui vetuit his verbis: *Impenſa monumenti ſupervacua eſt, memoria noſtri durabit ſi vita meruimus.* * De Frontini effigie nummis impreſſa vide etiam numiſmatum antiquorum ſyllogen Londini 1708. 4. editam pag. 10. ubi idem nummus, qui à Sponio affertur: ſed perquam incertum videtur ad noſtrum referat Frontinum, nec Procos. auſus fuiſſet effigie ſua nummum ſignare. Et apud Vaillantum exſtat nummus Hadriani, in quo occurrit nomen Frontini Fuſci. ΕΠΙ ΣΤΡΑΤ. ΦΡΟΝΤΕΙΝΟΥ ΦΟΥΣΟΥ. De quo me docuit illuſtris vir Giſb. Cuperus.

II. Exſtant libri duo *de aquæductibus urbis Romæ*, quos ſcripſit, cum aquarum officium ei à Nerva injunctum eſſet. Aliquoties prodierunt una cum Vitruvio, ex Jocundi Veronenſis caſtigatione Florent. 1513. 1522. 8. Argent. 1543. 4. & adjecti ſunt Onuphrii Panvinii de Rep. Romana commentarii cum Joh. Obſopœi notis Pariſ. 1588. 8. Occurrunt etiam in editione ſcriptorum Frontini Keucheniana. Noviſſime eos tomo IV. theſauri Antiquitatum Romanarum Clariſ. Grævius inſeruit additis notulis Keuchenii, & ſubjectis tribus diſſertationibus eruditiſſimi Viri Raphaelis Fabretii de eodem argumento, quæ lucem viderant Romæ 1680. 4. & Frontino non mediocrem lucem afferunt. Vide etiam, ſi placet, Aldum Manutium in quæſitis per Epiſtolam T. IV: Lampadis artium Gruterianæ p. 181. ſeq. Jac. Cujacii Obſervationes XVI. 17. & Lipſii admiranda Urbis Romæ III. 11. Manuſcriptus codex, quo Poggius (*b*) primum uſus ad vulgandum hunc librum, exſtat in Bibl. montis Caſſini, ut refert Mabillonius T. 1. muſei Italici p. 133. * Philippus Rubenius lib. II. electorum cap. 35. *De libellis aquæ ductuum non ſine cauſa dubitari poteſt an ejuſdem ſint Frontini qui ſtrategemata collegit. Purior enim & emendatior in illis videtur ſermo.* Eodem loco nonnulla ejuſdem emendat illuſtratque.

III. *Strategematicon* (*c*) ſive de ſollertibus Ducum Græcorum, Romanorum & aliorum in bello factis & dictis *libri III.* quibus deinde adjunxit *quartum*, in quibus, ut ipſe ait, exempla potius ſtrategicon ſive diſciplinæ militaris, quam ſtrategematicon exhibentur. * Strategematica Frontini memorat inter alios Petrus Blæſenſis Epiſtola XCIV. Primam editionem horum librorum Keuchenius exiſtimavit eſſe, quæ Pariſ. 1513. cum Vegetio ac Solino

(a) Vide Plin. lib. 4. Epiſt. 8. & lib. 9. Epiſt. 19.

(b) Poggius ipſe in deſcriptione ruinarum urbis Romæ teſtatur hos ſe libellos reperiſſe abſconſos abditoſque in monaſterio Caſinenſi.

(c) Idem argumentum Græce octo libris poſt Frontinum exſecutus eſt *Polyænus*, quem Iſaaco Caſaubono debemus. De eo dixi in Bibliotheca Græca lib. IV. cap. 15.

lino prodiit, ſed exſtat altera longe antiquior Bononienſis A. 1495. ex caſtigatione Philippi Beroaldi. Video etiam laudari editionem Iucundi Veronenſis. * In Bibl. Sarraziana p. 82. inter libros in quarto n. 902. memoratur editio ſtrategematum Frontini Romana A. 1494. neque hæc præteriit præſtantiſſimum Maittairium, qui Annalibus typograph. p. 327. teſtatur eam poſt Vegetium excuſam cum Modeſto de re militari, typis Eucharii Silber, Alemani. —Prodierunt etiam Baſileæ 1555. fol. curante Joanne Heroldo una cum Valerio Maximo & aliis exemplorum ſcriptoribus. Diu poſt Vegetius & Frontinus cum notis *Franciſci Modii* Brugenſis lucem viderunt Coloniæ 1580. 8. Deinde cum ejuſdem Modii notis & *Godeſchalchi Stewechii* conjectaneis Lugd. Bat. 1592. 8. 1607. 4. & Veſaliæ Cliviorum 1670. 8. Præterea cum notis *Petri Scriverii*, Lugd. Bat. 1644. 12. inter alios ſcriptores rei militaris, Vegetium latinum, & è Græco verſos Æneam, Ælianum & Polybii de caſtrametatione Romanorum Eclogam. Et inter alia Frontini ſcripta cum notis Rob. Keuchenii Amſt. 1661. 8. Denique cum notis *Sam. Tennulii*, qui *Franciſci Guieti*, *Joh. Frid. Gronovii*, & aliorum virorum doctorum animadverſionibus & quatuor Codicibus MSS: uſum ſe profitetur, Lugd. Bat. 1675. 12.

Italicam verſionem Jo. Baptiſtæ Pii Gaddius celebrat: exſtat & alia M. A. Gandini Venet. 1574. 4. *Gallice* vertit Nic. Perottus: Ablancurtius ad calcem Apophtegmatum è Plutarcho, Laertio & aliis priſcis Scriptoribus collectorum, Pariſ. 1695. 12. *Hiſpanice* Guilleuus & Didacus Gratianus de Avila. *Anglica* translatio prodiit Lond. 1539. 8. *Germanicam* denique Marci Tatii Leonhardus Fronſpergerus inſeruit parti primæ operis, quod ſpeculum bellicum inſcripſit, fol. Francof. 1578.

Lucam quoque Holſtenium in Frontino illuſtrando elaboraſſe didici è Marqu. Gudii Epiſtolis. Hodie autem illam ſpartam ornandam in ſe ſuſcepit eruditus Danus, Nicolaus Bezonus, ut mihi ſignificavit cum ante aliquod temporis in hac urbe verſaretur, * cujus in flore ætatis elegantioribus litteris erepti obſervationes ſtudioſis non invidebit nob. vir Fridericus Roſtguard. Inter recentiores ſtrategemata collegerunt latine Elias Winſtrupius Danus, Amſt. 1632. 12. Emericus Roſeus &c. Elias præcipue Reuſnerus in ſtrategematographia, ſive theſauro bellico de ſtategematis Francof. 1609. 4. Gallice Renatus Rouſſe au Pariſ. 1514. 8.

IV. *Libri de Coloniis* duplex, idque longe diverſum exemplar occurrit, de quorum utroque & de iis, quæ ſub Frontini nomine inter ſcriptores agrimenſorios leguntur, *de qualitate & liminibus agrorum* cum *Aggeni Urbici* in Frontinum commentariis, egi infra libro

bro IV. Nunc ſufficiat notaſſe editiones duas omnium ſcriptorum Frontini hactenus memoratorum, quarum alteram debemus Petro Scriverio Lugd. Bat. 1607. 4. cum Vegetio aliiſque rei militaris ſcriptoribus, alteram Roberto Keuchenio Amſt. 1661. 8. qui notas non indoctas addidit.* *Aggenum Umbricum* qui in Frontinum de limitibus agrorum ſcripſit, Fulvius Urſinus in Virgilio cum Græcis ſcriptoribus collato pag. 75. appellat *Aggabenum*.

V. Libri de ſcientia militari, quos ante libros Strategematum ad Trajanum ſcripſit Frontinus, temporum injuria perierunt. Vide Stevvechium ad Veget. lib. 2. cap. 3. Voſſium de Hiſt. Latinis p. 737. Naudæum Bibliographiæ militaris p. 44. &c.

CAPUT XX.

DE M. VALERIO MARTIALI.

Martialis (a) *ætas*. 1. *Epigrammata*. 2. *Editiones*. 3. *Suppoſita Martiali*. 4.

I. M. VALERIUS MARTIALIS, ex Bilbili Celtiberiæ oppido, Hiſpanus, ſectator Epicuri ſcribendique Epigrammatis non inſulſus (b) artifex, at Scurrilis interdum ac frequenter obſcœnus (c), Domitiani Nervæ, & Trajani tempora inge-

(a) Alius Gargilius Martialis hiſtoriarum ſcriptor Vopiſco ac Lampidrio memoratus ac forte Sidonio IX. Epiſt. 14. ubi Juvenci Martialis hiſtoriam memorat. Feneſtella quoque Annalium conditor, Martialis dicitur à Fulgentio lib. 3. Mythol. Confer Savaronem ad Sidonium p. 586. Notus præterea Martialis Lemovicenſium Apoſtolus; ſub cujus nomine Epiſtolæ binæ, ſed ſpuriæ exſtant latine, quas Geverh. Elmenhorſtius notis illuſtravit Hamb. 1614. 4. Gargilius Martialis de cura boum, huc uſque ineditus fuit in Bibl. Iſaaci Voſſii. De hoc Caſſiodorus c. 28. divinar. lect. *De hortis ſcripſit pulcherrime Gargilius Martialis, qui & nutrimenta olerum & virtutes eorum diligenter expoſuit.* Eodem opere uſus Palladius de re ruſtica lib. IV. tit. 9. & alibi. Martialem Medicum Eraſiſtrateum cujus libri duo Ἀνατομικῶν tunc exſtabant, quique Galeno annum ætatis trigeſimum quartum agente jam erat ſeptuagenarius, memorat libro de ſcriptis propriis T. 4. p. 367. Prætereo L. Cincium L. Fil. Martialem in vet. inſcriptione apud Sponium p. 59. Miſc. De noſtro Martiali Epigrammatum Poeta multis agit Nic. Antonius Bibl. veteris Hiſpanæ lib. 1. cap. 13. quem ſi placet vide. Apud Lampridium in Alex. Severo c. 38. laudatur *Martialis coci Epigramma*, ſed in antiquis Codd. & prima edit. vocabulum *coci* deſideratur teſte Salmaſ. itaque non opus Meurſii emendatione c. 13. auctar. Philolog. qui pro *coci* legebat *coce* quod putabat ſcriptum pro quoque. Sane Martialis à recentioribus dicitur *Cocus*, ut à Jo. Satisberienſis VI. 3. policrat. Jacobo Magno Toletano in Sophologia &c.

(b) Vide præter alios Franciſcum Vavaſſorem in libro de Epigrammate.

(c) Michael Verinus caſtiſſimus juvenis in diſtichis:

Carmina

ingenio ſuo illuſtravit, ſenex autem urbe relicta patriam ſuam repetens, in illa obiit ſub eodem Trajano. * Martialis ipſe de ſe III. 95.

Præmia laudato tribuit mihi Cæſar uterque (Titus & Domitianus)
Natorumque dedit jura paterna trium.
Ore legor multo, notumque per oppida nomen
Non exſpectato dat mihi fama rogo.
Eſt & in hoc aliquid, vidit me Roma tribunum,
Et ſedeo, qua te ſuſcitat Oceanus (in quatuordecim, inter Equites.)

Calendis Martiis natum ſe, paſſim docet, ut IX. 53. X. 24. XII. 60. Marcellam uxorem celebrat XII. 21. 31. Et hortos ſuos IV. 64. XII. 31. patriamque Bilbilin XII. 18. &c. undam Salonis lib. I. 49. & IV. 54. unde Bernardus Molanenſis:

Quis probra talia, tanta nefaria, totque venena
Quis ferat edere, non ego paupere pauper avena,
Et Maro deficit hic, neque ſufficit os Ciceronis,
Naſo retunditur, arida redditur unda Salonis.

De patria Martialis exſtat D. Michelis Martinez de Villar liber de patronatu, Antiquitatibus, Regimine ac Viris illuſtribus Bilbilitanæ Civitatis atque Archidiaconatus, quem laudat Papebrochius Tom. I. Act. Sanctor. Junii p. 108. De Martiali ipſo & ejus Vita videndus V. C. Joannes Maſſonus in vita Plinii jun. p. 112. ſeq. ubi probat eum non ante adultum annum CHriſti 101. (U. C. 854.) obiiſſe. Ibidem promittit ad examen revocare quæ de ætate ejus & ſcriptis notavit H. Dodvvellus in prælectionibus Cambdenianis ad Spartian. & in Annalibus Quintilianeis. Temporum notationem in Martiali inſigniter illuſtrat Guil. Loydius Epiſtola ad Antonium Pagium, quam hic edidit in cenſura Annalium Baronii ad A. C. 88. De Martiali Lemovicenſium Apoſtolo ajunt eadem Acta Sanctor. 30. Junii. Gargilium Martialem *de cura boum* habuit etiam & cum Vegetii veterinaria vulgare voluit Jo. Rhodius. Ejuſdem Horticulturam MS. aſſervari in Bibliotheca Ampliſſimi Senatus Lipſienſis, falſam famam fuiſſe comperio. Sed illud de cura boum ſcriptum, cujus apographum è Bibl. Leidenſi à do-

Carmina ſunt fateor pulcherrima vatis iberi,
Ad mores faciunt non tamen illa bonos.
Hic eſt Verinus, qui anno ætatis XVIII. moriturus, hæc de ſe, diſticho 318.
Promittunt Medici Venerem mihi ferre ſalutem,
Non tanti vita ſit mihi certa ſalus.
Andream Naugerium nobilem Venetum refert Jovius in elog. quotannis recurrente geniali die ſcripta Martialis ſolennibus flammis ſolitum uſtulare, manibus Catulli annuum ſacrificium.

à doctiſſ. Perizonio accepit, publico diutius non invidebit Clariſſimus Vir Chriſtianus Schœtgenius. Martialem Sabini libertum memorat Plutarchus in amatorio pag. 770. Martialem Equitem, percuſſorem Antonini Caracallæ, Herodianus IV. 12. Martialem martyrem Cæſaraugustanum Prudentius &c. Martialem Epiſcopum in Umbria Spoletanum celebrant Acta Sanctor. Tom. 1. Junii p. 395. Turpilii Martialis mentio in Veteri Inſcriptione, ibid. p. p. 942. His adde denique Martialem cui reſcribit Alexander Imp. in Codice Juſtinianeo lib. 9. tit. 23. & cui Diocletianus & Maximinus, lib. 4. tit. 37. & Martialem Arvernum (*a*) circa A. C. 1482. clarum variis ſcriptis, quæ refert Franciſcus à Cruce Bibl. Gallicæ p. 312. jungens illi Martialem Deſchamps, Medicum circa A. 1576. Martialem Guietum, Poetam, & Martialem Maſurierium Theologum & Canonicum Pariſ. circa A. 1540. Notus quoque Martialis Meſtræus, itidem Gallus, qui Ignatii Epiſtolas latine tranſtulit.

II. Exſtant ejus *Epigrammatum libri XIV.* quorum penultimo *Xeniorum*, ultimo *Apophoreton* (*b*) titulum ipſe auctor inſcripſit. Qui vero Epigrammatum libris præmittitur *liber ſpectaculorum*, eruditis non improbabili conjectura videtur eſſe collectio carminum non ab uno Martiali, ſed à variis poetis conſcriptorum in ſpectacula fratrum Titi ac Domitiani, edita forte à Martiali, qui inſertis propriis quibusdam Epigrammatis illam *συναγωγὴν* locupletavit. * Librum Epigrammatum IX. & X. de induſtria contractiores feciſſe ſe teſtatur Valerius Martialis XII. 5. Libro ultimo *apophoretorum* titulum impoſuit, quo nomine appellantur Munuſcula quæ in Saturnaliis, & aliis feſtis ac ſolennibus Conviviis domum reportanda convivæ accipiebant. Vide quæ viri docti ad Svetonii Auguſt. cap. 75. & Petronium P. Burmanni p. 277. Thomaſinum de donariis veterum cap. 17. Tom. 12. theſauri Antiquitatt. Rom. p. 818. Roſvveidum ad S. Paulini Epiſt. 1. pag. 747. & Benedictinorum notas ad S. Ambroſii exhortationem virginitatis, T. 2. p. 277.

III. Editio princeps Martialis à Michaele Maittaire p. 71. Annal. typograph. laudatur Veneta per Vindelinum Spirenſem ſine anni nota in 4. *Georgio Alexandrino* correctore, cum hoc Epigrammate, cujus primus verſus ſyllaba prima abundat ſive procephalus eſt: *Raphael Zovenzonius Iſter Vindelino Spirenſi ob ejus incredibilem imprimendi ſolertiam. D. D.*

Con-

(a) De hoc Martiali Arverno Memoires de litterature T. 1. p. 106. ſeq. 459. ſeq.

(b) Apophoreta Martialis ſimili diſtichorum libello imitatus eſt vir ſummus Hugo Grotius p. 356. ſeq. Poem.

Conſummatiſſimus ille Martialis
Impreſſus digitis Vindelianis
Hic eſt: hic lepidus facetiarum
Princeps & ſalis Attici Latinique.
Hunc, hunc lector emas, tibi futurum
Præclarum comitem domi foriſque
Iſtri conſilio tui Poetæ.

Hanc ſecutæ Ferrarienſis 1471. 4. quæ exſtat in Bibl. Leidenſi: Romana 1473. fol. quam Scriverius in cœlum laudibus extollit; Mediolanenſis 1478. 4. impenſis Philippi de Lavagnia, & Argentorat. 1515. 4. Cum *Domitii Calderini* (quinque MSS. Codd. uſi) commentariis, ad Laurentium Medicem Venetiis 1474. fol. arte & ingenio diligentiſſimi impreſſoris Jacobi de Rubeis, natione Galli. Et Venet. 1475. fol. per Joannem de Colonia, & Joannem Manthen. & Venet. 1480. fol. cui editioni jam ſubjungitur Calderini defenſio cum recriminatione in calumniatorem; & 1482. fol. diligentia Thomæ Alexandrini & ſociorum ejus, atque Mediolan. 1483. fol. per Baptiſtam de Tortis, & 1491. fol. per Philippum Pincium de Canato. Cum commentario *Calderini* & *Georgii Merulæ* (*a*) Venet. fol. 1493. 1495. 1498. 1510. Cum commentariis *Petri Marſi* Venet. 1492. fol. apud Bonetum Locatellum. Meminit Nic. Antonius, qui tamen negat ſe vidiſſe, nec mihi videre illos contigit. *Iac. Crucii* Bononienſis annotata in Virgilium, Ovidium, Lucanum, Martialem, Senecæ Tragœdias &c. Pariſ. 1511. fol. apud Badium Aſcenſium. Martialis cum *Iac. Micylli* notis Baſil. 1539. 8. apud Hervagium. Martialis ſine notis Venet. apud Aldum 1501. 8. quam editionem habeo collatam cum MS. Codice ab Obadia Trevv; item Venet. 1510. 1517. Lugd. 1522. & Pariſ. 1528. 8. 1540. 1544. 12. apud Simonem Colineum, & 1554. 4. apud Vaſcoſan. editiones raræ & nitidæ. Lugd. 1535. 8. & 1546. apud Gryphium. Baſileæ 1538. 8. apud Henr. Petri, & 1559. 8. & 1563. 12. per Nicolaum Brylingerum, & Goslar. 1612. 12. Xenia & apophoreta Lipſ. 1498. 4. Selecta Martialis & Iuvenalis Daventriæ 1512. 4 per Jacobum de Breda.

Adr. Iunius, cujus Martialis Jano Douſæ inſcriptus prodiit Antvv. 1566. 8. & 1579. 12. ex Plantini officina, & Lugd. apud Anton. Gryphium (*b*) 1584. 12. quædam Martialis antea inedita è MS. Codice vulgavit lib. V. c. 17. animadverſ. *Ramireſii* commentarium fuere, qui dicerent eſſe *Franciſci Sanctii* Brocenſis, qui notas ſuas Ramireſio dederit ſuo ipſius nomine edendas. Vide Clariſſ. Viri Maturini

(a) Calderino adverſarii. Giornale de'letterati d'Italia T. 17. p. 302. 321.
(b) Hanc editionem ſervo collatam cum inſigni MS.

turini Veiſſerii la Croſe Vindicias veterum ſcriptorum pag. 192. Cum *Hadr. Iunii* & *Theodor. Pulmanni* notis & *Chriſtophi Coleri* ad quædam loca caſtigationibus, & Joſephi Langii indice Argentor. 1595. 12. apud Lazarum Zetznerum. Cum *Theodori Marcilii* notis Pariſ. 1584 8. Martialis cum notis Calderini, G. Merulæ, *Deſid. Heraldi* & *Nic. Rigaltii* Pariſ. 1601. 4. apud Claudium Morellum. In metaphraſi Græca Epigrammatum quorundam, quam *Ioſ. Scaliger* adornavit, & quæ ſeparatim etiam excuſa 1607. 8. nonnulla caſtigantur à *Bernardo Moneta* notis ad Menagiana T. 3. p. 228. ſeq. *Theodori Marcilii* notas in Martialem perſtringit etiam Scaliger Epiſt. LXIII. & LXVI. Idem notante Nic. Antonio Marcilius eſt, qui ſub *Claudii Muſamberti* nomine commonitoria ad *Ramireſii* quatuor libros hypomnematum in Martialem edidit, quæ viderunt lucem Pariſ. 1607. 8. Sed Muſambertus iſte juvenem eſſe ſe innuit, Marcilius autem jam A. 1584. commentarios in Martialem ediderat. Ex Iani Gruteri recenſione Francof. 1602 12. quæ editio cum MS. Viennenſi ab eodem Grutero collata ſervatur in Bibl. Leidenſi, in qua etiam obviæ præter plures MSS. Martialis Codices aliæ editiones hujus ſcriptoris cum caſtigationibus MSS. doctorum virorum, Iſ. Voſſii, Franciſci Iunii &c. Plures Martialis editiones recenſentur apud Nic. Antonium in Bibl. veteri Hiſpana T. 1. p. 65. ſeq. Præcipuæ ſunt Pariſienſis A. 1617. fol. quæ *indicem* omnium vocabulorum auctore *Ioſepho Langio*, ex edit. Argent. 1595. 12. adjectum habet, & præterea inſtructa eſt commentariis doctorum virorum, notiſque Domitii Calderini, *Georgii Merulæ* Alex. *Theodori Pulmanni*, *Hadr. Iunii*, *Nic. Rigaltii* (a), *Chriſtophori Coleri*, *Steph. Claverii*, *Fed. Morelli*, & *Ramireſii de Prado* Hiſpani in librum ſpectaculorum, & quatuor primos Epigrammatum libros (*b*), atque adverſus hunc commonitoriis *Claudii Muſamberti* Abbavillæi. *Theodori* item (*c*) *Marcilii* in librum ſpectaculorum *Deſiderii Heraldi*. In hac editione occurrit quoque *Metaphraſis Græca* feliciſſima ſelectorum Martialis Epigrammatum compoſita à viro ſummo *Ioſepho Scaligero*, & cum Iſ. Caſauboni præf. edita Pariſ. 1607. 8. atque inter Poemata Scaligeri P. Scriverio curante Lugd. Bat. 1619. 12.

Martialis tertiis *Matthæi Raderi* Jeſuitæ curis illuſtratus, Mo-

(a) Confer Rigaltii notas ad Artemidor. p. 58. ſeq.

(b) Prodierant Pariſ. 1607. 4. Inſolentem typhum hujus Ramireſii perſtringit Tho. Gatakerus c. 26. & 39. Adverſar. Confer Nic. Antonium p. 66. 67. laudatæ ejus Bibl. veteris Hiſpanæ.

(c) Marcilii notæ prodierunt Pariſ. 1584. & perſtringuntur à Joſ. Scaligero in diatriba miſſa ad Scriverium. Heraldi obſervationes editæ ibid. 1602. 4.

(a) Moguntiæ 1627.fol. Prima editio lucem vidit A.1602.altera 1611.f. Ingolſtadii. De prima ſic Joſephus Scaliger Epiſt.159. ad M. Velſerum: *Valde laudo operam Raderi veſtri in Martialem. Itaque me auctore multi emerunt librum illum, ut ego pretium illius excandeſcecerim. Laudo, inquam, eruditionem hominis & candorem Germanicum, qui ſine ulla rubigine & maledicentia tam bene de bono ſcriptore meritus ſit.* Confer Velſeri Epiſt. 21. * Martialis ex *Raderi* recenſione, ſed ſine notis, Ingolſtad.1602. 8. Coloniæ Agripp. 1624.12. Dilingæ 1626. 12. obſcœnis reſciſſis.

Martialis ex accuratiſſima recognitione *Petri Scriverii*, cum notis ejuſdem Scriverii, *Jani Gruteri*, *Joſ. Scaligeri*, *Jo. Brodæi* (ex libro X. Miſcellaneor. T. IV. Lampadis artium Gruterianæ) *Hadr. Turnebi*, *Angeli Politiani*, *Juſti Lipſii*, *Jani Rutgerſii & Iſaaci Pontani*, Lugdun. Bat. 1619. 12. inſignis, neque ubivis obvia editio, atque iterum 1650. Amſtel. forma minore. Schreveliana Martialis editio cum notis integris *Thomæ Farnabii* & ſelectis variorum Lugdun. Bat. 1656. 1661. 1670. 8. * Cum notis *Thomæ Farnabii* Lond. 1615. 8. Sedan. 1624. 8. Amſt. 1645. 12. Colleſiana, quam in uſum Delphini adornavit *Vicentius Colleſius* Pariſ. 1680. 4. recuderunt Londinenſes Anno 1701. 8. & eodem anno Amſtelod. 8. Huguetani, emendatam variis locis tum in libro ipſo, tum in indice omnium verborum, & numiſmatis antiquis illuſtratam à Ludovico Smids, Med. D. * Ex Michaelis Maittaire recenſione nitida editio Martialis Lond. 1716. 12. apud Jac. Thonſonum.

Librum ſpectaculorum & primum Epigrammatum prolixis commentariis illuſtravit *Nicolaus Perottus* de Saxo Ferrato Archiepiſcopus Sipontinus, qui ſæpius editi ſunt ſub invidioſa inſcritione *cornu copiæ*, Venetiis ap. Aldum, Tuſculani & Baſileæ 1526. fol. * Jo. Maregi A.1407. defuncti commentariolos in Martialem memorat

Pp morat

(a) Obſervandum eſt, Raderum obſcœna prætermiſiſſe. *Nobis*, inquit, *non licet eſſe tam latinis, qui Muſas colimus pudiciores*. Adde Jac. Du Porti poemata pag. 179. & Tho. Crenii animadverſ. parte III. p. 18. ſeq. Ceterum primus, qui ex Martiali loca nupta reſecuit fuit *Geſnerus*, ſi credas Grutero Epiſt. ad Jungermannum, inter Gudianas p. 210. Martialis ex Geſneri caſtigatione prodiit Tiguri 1544. 8. cum notis *Jac. Micylli*. Sed pridem ante Geſnerum Pariſiis A. 1514 idem fecerat *Franciſcus Sylvius* Ambianàs. Vide Vavaſſorem libro de Epigrammate p. 255. ſeq. & Belii Lex. T. 3. p. 2717. Etiam A. 1535. & 1554. Martialis lucem vidit, qui caſtus & ab omni obſcœnitate purgatus in fronte voluminis dicitur. Etſi librum titulo haud reſpondere obſervat idem Vavaſſor pag. 258. *Edmundi Augeris* Jeſuitæ Martialis ab omni turpitudine vindicatus Antv. 1568. 8. apud Plantin. *Andrea Fruſii* Galli Rom. 1608. 8. & Lugd. 1618. minore forma. His accedit denique Martialis à *Joſepho Juvencio* è Soc. Jeſu Pariſiis ante paucos annos editus, & *Petri Rodelli* editio, qui libros quinque Epigrammatum è Martiale ſelectorum cum notis ſuis vulgavit Toloſæ 1680. 8.

morat Jo. Lelandus p. 411. de Britanniæ Scriptoribus. *Balthaſaris Bonifacii* conjecturæ in Martialem prodiere Venet. 1635. 4. *Cæſaris Zaroti* de Medica ſive Philoſophica Martialis tractatione commentarius, ibid. 1657. 4. Martialis *Gallica* proſa redditus à *Michaele de Marolles*, Pariſ. 1655. 4. * *Iuvencii* Gallicam Metaphraſin (*a*) & *Faillii* in Martialem notas (neſcio a.. editas) haud vidi.
* *Io. Burmeiſteri* Martialis renatus, ſc. *Parodiæ Sacræ* ad Martialem, totidem ejus Epigrammaton libris correſpondentes 12. Goslar. 1612.
Hadr. Beverlandi notæ ineditæ ad Martialem & Juvenalem MSS. memorantur in novellis Reip. litterariæ A. 1699. T. 1. p. 468.
* Neſcio quem Martialis interpretem perſtringit Barthius ad Statium Tom. 1. pag. 473. an Marcilium? an Scriverium? qui Scaligero in Epiſtolis Lentulus, & in quo nihil ornati, nihil culti reperiri ait Holſtenius Epiſt. ad Elmenhorſtium (*poſt Gudianas*) pag. 920. Salmaſii & Iſ. Voſſii editionibus fata interceſſere.

IV. Epigrammata quædam Martiali perperam tributa, & ab Hadriano Iunio inſerta P. Scriverius rejecit ad calcem ſuæ editionis. Scriverium ſecuti plures, ut Schrevelius in edit. Amſtelod. 1644. 12. in qua *Io. Frid. Gronovii* notæ in loca quædam etiam occurrunt. Tamen in illis à Scriverio rejectis nonnulla Martiale haud indigna legi judicat Nic. Antonius Bibl. vet. Hiſpanæ T. 1. p. 67. Adſcribam & hæc ex Chriſtiani Daumii viri doctiſſimi notis ad Catonis diſticha p. 140. *Martialis nomine ὑποβολιμαῖος ſcriptor laudatur Hieronymo Paduano libro* undique ſuſcepto *cap.* 6. Alterius cenſor, & eſto tuus. *Niſi is forte Gofridus Wintonienſis eſt, qui vixit A.* 1107. *& teſte Balco centur.* 2. *c.* 59. *f.* 168. *& ex eo, Ioanne Pitſeo p.* 192. 193. *ſcripſit Epigrammata Satyrica, quorum initium:* Undique ſuſceptum qui miſcuit &c. * Epigramma, quod è priſco lapide inter inſcriptiones veteres exhibet Gruterus p. DCLV. 3. Barthius V. 13. Adverſar. Martiali tribuit.

C A-

(a) Hiſtoire des Ouvrages des Savans 1693. Nov. pag. 130. *le P. Jouvency Jeſuite a publié une traduction des Epigrammes de Martial, demtis obſcœnis* id. p. 131. *Mr. de la Faille a publié quelques petites ouvrages, comme des notes ſur Martial,*

Digitized by Google

CAPUT XXI.

DE C. CORNELIO (*a*) TACITO.

Taciti ætas. 1. *Annalium libri* 2. *Hiſtoriarum*. 3. *Vita Agricolæ*. 4. *De Germanis*. 5. *Dialogus de cauſis eloquentiæ* 6. *Editiones Taciti*. 7. *Verſiones*. 8.

I. C. CORNELIUS TACITUS Eques Romanus, gener Cn. Julii Agricolæ, ſub Veſpaſianis, Domitiano (*b*), Nerva (ſub quo conſulatum geſſit Anno U. C. 850. CHRISTI 97. ſuffectus T. Virginio Rufo) & Trajano varios honores geſſit, ſcriptis vero ſuis prudenti & arguta brevitate diſertis immortalem ſibi laudem & gloriam comparavit.

II. Exſtant ejus *Annalium* (*c*), quo opere res Romanas à Tiberii principatu ad mortem Neronis uſque perſecutus fuerat Tacitus, *libri* (d) *VI. primi*, quorum quintus mutilus eſt, ſextus qui integer ad nos pervenit, in Tiberii exceſſu definit. Deinde poſt quatuor librorum (*e*) lacunam *liber undecimum* ἀκέφαλος *ad librum XVI.* (*f*) *ſed extrema parte mutilum* à C. Valerii Aſiatici ſub Claudio Imp. per inimicorum fraudes ad voluntariam mortem adacti exitio ad interitum Thraſeæ & Pœti, quem Nero mori juſſerat.

III. Ab his Annalium libris diverſo (*g*) ſcribendi genere exarati

(a) Alius, ut videtur, Cornelius Verus Tacitus in inſcriptione veteri apud Reineſ. quem vide p.307. Epiſt. ad Boſium: & Bælii Lex. in Tacito, nota (k) p.2829.

(b) Vide quæ Lipſius in vita Taciti, & ad lib. 1. Hiſt. c.1.

(c) Sic ipſe vocat IV. 32. ut fallantur, qui Ephemerides ſive Acta diurnalia appellant, à quibus diſerte diſtinguit XIII. 31. Annales vero & Hiſtoriæ quomodo differant, vide apud Gellium V. 18. Primo annales fuerunt, poſt Hiſtoriæ factæ ſunt, ſi credimus Victorino in 1. Rhetoricorum Cic. p. 81.

(d) Andreas Aleiatus in Encomio Hiſtoriæ ad Galeacium Vicecomitem ait Leonem X. Pontificem M. quinque primos Taciti libros à Barbaris redemiſſe. Quinam illi Barbari ſint docet Lipſius ad illa verba lib.2. Annalium c.9. *Flumen Viſurgis interfluebat. Mutua Romanorum Germanorumque clade nobilis amnis, cui famam præcipue Tacitus dedit, & ipſe Tacito, (mirum fatum) vitam. Nam quinque hi primores libri inventi Corbejæ quod monaſterium ad Viſurgim eſt. Atque illinc depromptum vere hunc theſaurum Quæſtor quidam Pontificius ad magnum Leonem detulit, donatus ab eo aureis quingentis.* Hinc gloriam Corbejæ & ſplendorem veritatis ab Alciato obfuſcatam queritur Vir Cl. Chriſtianus Franciſcus Paulini in Theatro illuſtrium virorum Corbejæ Saxonicæ. Quinque illi libri primum editi Romæ A. 1515. cura Philippo Beroaldo à Pontifice commiſſa.

(e) Lipſius juvenis ſupplementa Taciti ſcribere molitus eſt, ſed poſtea abjecit conſilium.

(f) Iſ. Voſſius notis ad Melam p. 40. hæc allegat verba ex Taciti libro vigeſimo: *Per Gallias edixere, ut miſſis legatis in commune conſultarent.* Exſtant lib.4. Hiſt. c.67.

(g) Fateor, mihi olim minus abſurdam viſam fuiſſe Antonii Quærengi opinionem, qui uti Leo Allatius in apibus urbanis p. 45. auctor eſt, ſingulari ſcripto probandum ſuſcepe-

rati fuere à Tacito *libri Hiſtoriarum*, quorum *quinque primores* ſimiliter ſuperſunt (niſi quod quintus extremo mutilus eſt) & complectuntur res à conſulatu Galbæ & Titi Vinnii uſque ad pacem initam inter Cerealem Romanum & Civilem Batavum, qui audita Vitellii morte turbas excitaverant. Non deſunt Viri docti, qui libros Hiſtoriarum à Tacito ante Annales ſcriptos eſſe contendunt, quoniam ipſe XI. 11. Annalium ad illos lectorem remittit: *Utriuſque principii rationes prætermitto, ſatis narratas libris quibus res Imperatoris Domitiani compoſui*. Ut adeo orſus fuerit Tacitus ab Imperatoribus ætatis ſuæ conjunctioribus, deinde ad priores ad remotiores dicendos ſe converterit, qua ratione Plutarchum quoque in vitis ſuis pertexendis uſum fuiſſe notat Jo. Rualdus in ejus vita c. 21. *Quod ſi vita ſuppeditet*, inquit Tacitus lib. 1. Hiſtoriar: cap. 1. *principatum divi Nervæ & imperium Trajani, uberiorem ſecurioremque materiam ſenectuti ſepoſui*. Sed hoc opus nunquam perfeciſſe videtur, etſi ſunt qui tradant annum ætatis octogeſimum attigiſſe. Ceterum ex hoc ipſo loco conſtat Hiſtorias à Tacito ſcriptas Nerva jam defuncto. Locum è Tacito laudatum ab Oroſio VII. 3. atque inde ab auctore Hiſt. Miſcellæ, pro ſuppoſititio habet Joannes Maſſon V. C. in Jani templo reſerato pag. 48. * Scribendæ Hiſtoriæ provinciam Plinio juniori ſuſcipiendam cum non perſuaſiſſet Tacitus, ipſe quod amico injunxerit, arripuit. Vide Sidonium lib. 4. Epiſt. 22. In Codice Florentino vocatur P. Cornelius Tacitus. De cognomine Imperatore M. Cl. Tacito præter alios adi Laur. Begerum in theſauro Palatino pag. 353. ſeq. Hujus

tanto

ſcceperat, Taciti libros falſa conjectura dividi in duo genera atque opera diverſa, Hiſtoriarum alterum, alterum annalium: itaque veriſimile videri libris illis quinque hiſtoriarum cœpiſſe operis Hiſtoriei, quod à Tacito exaratum memorat S. Hieronymus, partem poſteriorem fuſius & accuratius perſcriptum ab exceſſu Neronis Imp. fuiſſeque in ordine librum XVIII. XIX. XX. XXI. & XXII. Sed lectis iis, quæ hac de re à Clariſſ. Bælio in Lexico p. 2825. & 2827. diſputata ſunt, accuratiuſque perpendens verba Hieronymi lib. III. in Zachariæ cap. XIV. *Cornelius quoque Tacitus qui poſt Auguſtum uſque ad mortem Domitiani vitas Cæſarum triginta voluminibus exaravit*, & conſiderans ſpatium temporis, quod libris quinque Hiſtoriarum ſcriptor perſequitur, nondum integri biennii, cum tamen ab exceſſu Neronis ad Domitiani exitium majus quam duodetriginta annorum ſpatium intercedat, idque pluribus maximis ac perquam variis eventibus inſigne, ſaltem dubiam illam Quærengi ſententiam atque incertam eſſe affirmo, quoniam niſi valde diſſimilis ſibi fuit Tacitus non minore, quam viginti quinque librorum ſpatio illa pertexere potuit. Accedit quod in quinto Hiſtoriarum libro hodie leguntur, quæ repetit è quinto Taciti libro Tertullianus lib. de ſpectaculis. Quæ vero c. 16. Apologetici, ubi iterum quintus liber laudatur, proferuntur, exſtant libro 16. Annalium, ubi numerum potius corruptum velim cauſari vel memoriam Tertulliani vacillantem quam cum Briſſonio ad leg. Codicis Theodoſiani de ſpectac. p. 17. mihi perſuadere aliter olim Taciti fuiſſe libros digeſtos. Pro Quærengi tamen opinione facit quod utrinque Tertullianus ſine diſtinctione operis, tantum numerum librorum laudat, & quod Hieronymus libros illos triginta teſtatur cœpiſſe *poſt Auguſtum*, à quo tempore Annalium libri ordiuntur.

tanto magis hoc loco juvat meminiſſe, quod illius ſtudio fortaſſe debemus, quæcunque ex Taciti ſcriptoris lucubrationibus adhuc temporum injuriis erepta ſunt. Nam ut Vopiſcus in Taciti Imp. vita cap. 10. *Cornelium Tacitum ſcriptorem Hiſt. Auguſtæ, quod parentem ſuum eundem diceret, in omnibus Bibliothecis collocari juſſit, & ne lectorum incuria deperiret, librum per annos ſingulos decies ſcribi publicitus in ævi Conſulum archivis juſſit & in Bibliotheeis poni.* Ut Livius Hiſtoriam ſuam ab initio Hexametri orditur, ita Salluſtius bellum Jugurthinum, & Tacitus Annales incipiunt ab integro Hexametro. Sed & in operis ipſo decurſu plures Tacito non cogitanti verſus exciderunt, quos obſervavit D. Io. Bambanius, lectione Taciti aſſidua delectatus inprimis, & variis centonibus è Tacito Hamburgi circa A. 1690. editis notus.

Urbem Romanam à principio Reges habuere, (a)
Se coram mandata darent, acclamavere, (b)
- - - per ludibrium rogitantes, (c)
Damnatos ſibi jam miſceut, flagrantior inde, (d)
- - inter ſigna interque Aquilas veherentur, (e)
- - - qualem ira & diſſimulatio gignit, (f)
Subjectis campis magna ſpecie volitabant, (g)
Afficerent, quanto laudabilius periturum, (h)
Donec conſenſu Patrum deterritus eſt, ne, (i)
- - bellum anceps an pax inboneſta placeret, (k)
Occurrens armatis, & ſcelus exprobans, ac, (l)
Caſtra alia excipient? illic ſigna armaque veſtra, (m)
- - imperitabat pollens nobilitate, (n)
Commendans, poſtremo fletu præpediente, (o)
- - - tradunt undanteſque bitumine moles, (p)
- - - ſive inſcitia ædificandi, (q)
Auguriis Patrum & priſca formidine ſacram, (r)
Reges, & monſtratus fatis Veſpaſianus, (s)
Incertus teſtamentum pro pignore ſcribam, (t)

Similiter in Iſocrate Oratore ad triginta verſus offenſos notavit Jacobus Gaddius de ſcriptoribus non Eccleſiaſticis Tom. 1. p. 264. & à Cicerone ipſo, qui verſus in oratione per imprudentiam dictos, vehementer vitioſum genus & longa animi proviſione fugiendum appellat, plures paſſim verſus aliud agenti admiſſi ſunt, quos produxit amicus noſter Rev. Frid. Simon Lœflerus in diſſ.

(a) Annal. 1.1.1. (b) 1.19.3. (c) 1.20.3. (d) 1.22.1. (e) 1.37.3. (f) 2.57.4. (g) 15.9.1. (h) 15.59.4. (i) 15.73.4. [k] 15.25.2. (l) Hiſt. 1.43.1. (m) 3.24.4. (n) 3.45.2. (o) 3.68.4. (p) 4.6.9. (q) Germ. 16.2. (r) 39.1. [s] Agric. 13.6. [t] Or. 13.7.

de verſu inopinato in proſa, Lipſ. 1688. §. XVIII. In eadem diſſ. multa alia in aliis ſcriptoribus obſervata verſuum ſponte natorum exempla afferunt, quemadmodum & à Taubmanno ad Plauti Trinumm. IV. 1. p. 1171. Barthio Adverſar. IV. 13. VIII. 21. XI: 16. XVI. 14. XXXI. 17. XLI. 22. à Jo. Henr. Meibomio ad Caſſiodori formulam Archiatrorum pag. 73. & Jo. Jac. Schudt in Judæo Chriſticida p. 409. Sed & in ſacris Scriptoribus (a) Hexametri notati ſunt Matth. XIV. 14. Luc. X. 24. 25. XXI: 18. Jo. VI. 63. XIII. 5. XVI. 28. XVIII. 36. XIX. 39. Tit. III. 2. & 3. Jac. I. 17. IV. 4. Ebr. XII. 13. & Pentametri Luc. XIV. 30. Rom. IV. 13. & 1. Tim. VI. 16. Jambici denique bini quaternarii Matth. VII. 7. Scazon ſenarius Matth. XIII. 13. Anacreonticus Luc. XVIII. 41. Sane cum metra verſuum infinita excogitari poſſint, & quæ excogitata ſunt, ab libero ingenio & electione hominum unice dependeant, non hoc opus fuit ſacris ſcriptoribus, nec hæc cura ſollicitare illos debuit, ut omnes verſus ubique effugerent, neque divinus qui ſcribentes moderatus eſt Spiritus, dignum hoc exiſtimavit, à quo eos velut à re vitioſa revocaret. Quam in rem plura diſſerit laudatus Lœſlerus in Epiſtola ad Rev. D. Georgium Serpilium de verſibus, qui in ſoluta Novi Fœderis Oratione habentur, Lipſiæ 1718. 4. Sed ad Tacitum noſtrum redeamus. De Codice Corbejenſi annalium Juſtus Lipſius in diſpunctione notarum Codicis Mirandulani: *Codicem illum tuum advocas, quorum unice unicum in tota Europa exemplar eſſe hactenus audimus. Id Leoni X. Pontifici Opt. Max. oblatum, in Corbejenſi Monaſterio ad Viſurgim repertum, ſervat etiamnum inclyta illa Bibliotheca Medicea.* Em. Cardinalis Henricus Noriſius ad Cenotaphia Piſana p. 462. *Exſtat in Bibl. Medicea Taciti volumen, quod unum in Germania repertum ac Leoni X. oblatum Philippus Beroaldus in publicum emiſit. Is Codex Annales de Imperio Tiberii Cæſaris complectitur.* Illuſtriſſ. Furſtenbergius in monumentis Paderborn. pag. 62. Epigrammate in Viſurgim fluvium:

Sed quota pars rerum ſuperaret Roma tuarum,
Aut quiſnam Arminii noſceret arma mei,
Ni mihi quam Tacitus ſcriptor dedit inclytus, illi
Reddita Corbejæ munere vita foret.

Plura idem Furſtenbergius pag. 71. 72.

Si Tacitus recudendus ſit, optem aſſumi Berneggerianam editionem in minores ſectiones diſtinctam & locis parallelis atque argumentis per ſingulas paginas notatam, addique itidem quæ in meo

(a) M. Adam Erdmann Miri fragen aus der Muſica ſacra p. 41. Unſchuldige Nachrichten von Ulten und Neuen 1707. pag. 41.

meo Codice in ſumma qualibet pagina adſcripſi nomina Conſulum, annum CHriſti & annum Imperatoris, cujus res Tacitus perſequitur, addita die qua imperare quiſque incepit. In libri quinti Annalium fine deſunt acta duorum annorum Tiberii XVII. & XVIII. (à 19. Aug.) qui reſpondent annis CHriſti XXXI. & XXXII. Sed poſt ſextum librum deſideratur Imperium integrum Caligulæ cum ſex primoribus annis Claudii Imp. hoc eſt res, quæ contigerunt ab An. CHriſti XXXVIII: ad XLVIII. Ultimus liber Annalium deſinit in Anno Neronis 13. (à 13. Oct.) cui reſpondet CHriſti LXVII. Hiſtoriarum liber 1. incipit à Galbæ imperio, A. CHRISTI LXIX.

IV. Exſtat præterea Soceri ipſius, *Cn. Julii Agricolæ*, Viri Conſularis & Britanniæ Præfecti, *vita*, quam præter *Matthiam Berneggerum* & *Julium Salinerium* ſeorſim illuſtravit *Michael Virdungus* Norimb 1637. 8. *Marcus Zuerius Boxhornius* (a), Lugd. Bat. 1642. 12. *Auguſtus Buchnerus*, Lipſ. 1683. 8. &c. Confer etiam, ſi placet, *Jo. Andreæ Boſii* emendationes, in ejus Epiſtola 78. ad Reineſium. Et *H. Savilii* notas ad Taciti Hiſtorias & Agricolam ex Anglico latine verſas ab Iſaaco Grutero, Amſt 1649. 12. * Taciti *Agricola* cum Buchneri notis lucem vidit Lipſ. 1673. Dresdæ 1679. 8. edente Joh. Frid. Heckelio. Ab Jo. Andrea Boſio idem liber brevibus cum Notis & gloſſario vulgatus eſt Jen. 1656. 8. & 1664. 8. additis Boxhornii animadverſionibus. Vitam Agricolæ à Tacito ſcriptam H. Stephanus ſubjecit vitis Plutarchi è Cruſerii verſione à ſe editis, Pariſ. 1650. 8. Gallica verſio hujus libelli, quæ Pariſiis 1639 12. ſine auctoris nomine edita eſt, *Hoberium* auctorem agnoſcit, à quo Tertullianum de patientia & de oratione Gallice verſum habemus. Vide Colomeſii Bibl. ſelectam p. 20. * Germanice vertit C. A. Heumannus, & Latina paraphraſi notiſque illuſtravit, ſed necdum edita eſt hæc quod ſciam Clariſſ. Viri lucubratio.

V. *Libellus de ſitu, moribus, populiſque Germaniæ*, quam è vicino Belgio, cui regendo procurator erat impoſitus, propius cognoſcere Tacitus potuit. * Librum *de moribus Germanorum*, ut è c. 37. patet, A. C 89 Conſulatu ſecundo Trajani Tacitus ſcripſit. Eum Andreas Jacobi Catharenſis ſubjunxit Diodori Siculi libris VI. à Poggio Latine verſis, Venet. 1476. fol. Prodiit etiam in collectione Herm. Conringii nonumentorum veterum de ſtatu Germaniæ Helmſt. 1634. 1652. 1678. 1687. 4. Similis collectio præmiſſa eſt tomo primo ſcriptorum rerum Brunſvvicenſium illu-

(a) Scripſit etiam Boxhornius vindicias ſuorum in Taciti Agricolam commentariorum adverſus Anonymum.

ſtris Leibnitii, in qua & ipſa Taciti quædam illuſtrantur. Populos Germaniæ à Tacito memoratos inquirunt Philip. Cluverius in Germania antiqua, Chriſtoph. Cellarius Tom. I. Geographiæ antiquæ, aliique Geographi, & in tabella exponit Petrus Bertius libro primo rerum Germanicarum cap. 19. Liber de moribus Germanorum ex editione *Joannis Rhagii* Æſticampiani, Lipſ. in ædibus Melchioris Lotteri 1509 4. & cum commentariolo, Baſil. 1519. 8. & cum notis *Jodoci Willichii, Henr. Glareani & Philippi Melanchthonis*, 8. Francoſ. ad Viadrum 1551. *Andreæ Althameri* Norimb. 1529. 8. & edente Simone Fabricio Auguſtę Vindel. 1580. 8. & Amberg. 1609. 8. *Mich. Beutheri* Argent. 1594. 8. *Chriſtophori Coleri* Hanov. 1602. 8. *Mich. Virdungi* Norimb. 1637. 8. ut editiones *B. Rhenani* in lib. rerum Germanic. & *Simonis Schardii* in tom. I. de reb. Germ. prætereạm. Etiam cum *Georgii Caſp. Kirchmajeri* obſervationibus ſeorſim prodiit Wittembergæ 1664. 8. *Matthiæ Berneggeri* quæſtiones Miſcellaneæ in Taciti Germaniam & Agricolam Argentor. 1640 8. * Illuſtrarunt præterea Henricus Glareanus, Gabriel Ackeleyns (cujus diſſ. Politicophilologicæ prodierunt Soræ 1646. 8.) M. Zuerius Boxhornius, Jo. Strauchius, Cyriacus Lentulus, & Ægid. la Carry. (Montalban. 1649. 4.) Diligenter illuſtratus hic liber à *Jo. Chriſtoph. Vettero* Chriſtianerlangæ (*a*) 1714. 8. Gallice vertit Blaſius Vigenerius Pariſ. 1575. & ante eum Claudius Guillaumerus 1552. additis commentariis.

VI. Solet etiam Tacito à quibusdam tribui *Dialogus de corrupta Eloquentia*, de quo ſupra in Quintiliano dictum. Gallice vertit *Girius*. * Cæterum *Epiſtola*, quæ inter Plinianas exſtat IX. 10. a Catanæo & H. Stephano refertur ad Tacitum, ſed præter Codd. MSS. fidem, atque adeo male. Conſtat enim per univerſos novem libros nullam alienam Epiſtolam operi ſuo Plinium inſeruiſſe, itaque neque huic brevi & minime ſingularis aut notabilis argumenti Epiſtolio locum fuiſſe daturum, niſi ipſe eam ſcripſiſſet. Probe etiam obſervatum Caſaubono eſt, attente legenti non poſſe videri reſponſum ad Plinii lib. I. Epiſt. 6. ſed potius ad aliam Taciti quæ intercidit.

VII. Editiones & Interpretes Taciti Cl. Hankius de Rom. rerum ſcriptoribus, Tho. Crenius VIII. animadverſ. aliique magno numero recenſent, ex quibus præcipuos hinc commemorabimus prætermiſſos ab illis additiuri. Prima Annalium editio, (quæ laudatur à Chevillerio de origine typographiæ Pariſ. pag. 39.) à libro XI. eſt Veneta 1468. vel 1469. (*b*) (nulla enim anni nota adſcri-

(a) Journal des Savans 1715. Novembr. p. 508.
(b) Mich. Maittaire p. 66. Annal. typograph.

adſcripta eſt) per Vindelinum Spiram fol. cum hoc ad calcem tetraſticho:

Cæſareos mores ſcribit Cornelius, eſto
Iſte tibi codex; hiſtoriæ pater eſt.
Inſigni quem laude feret gens poſtera, preſſit
Spira premens artis gloria prima ſuæ.

Hiſtoriarum libri poſt Romanam edit. An. 1495. excuſi itidem Venet. 1497. fol. Ex edit. Rivii Venet. 1512. fol. Libri Annalium primores primum cum reliquis Taciti, auſpicio Leonis X. ex Codice Corbejenſi vulgati à filio Philippi cognomine, Philippo (a) Beroaldo Rom. 1515. fol. addito ad calcem voluminis hoc edicto (b) velut prætorio & laude digniſſimo: *Nomine Leonis X. propoſita ſunt præmia non mediocria bis, qui ad eum libros veteres, neque bactenus editos adtulerint*. Hæc editio à Clariſſ. Perizonio legata Bibliothecæ Leidenſi. Fuit etiam Neapoli in Bibl. Joſephi Valletæ. Prodiere etiam Annales Mediolan. 1516. 4. & apud Aldum 1534. 4. & Baſil. 1544. fol. Ex edit. Andreæ Alciati Baſil. 1519. fol. Venet. 1535. 8. 1554. 4. Rhenani Baſil. 1544. fol. Tacitus Florent. 1552. 8. Lugd. 1551. & 1559. forma minore. Liber I. Annalium à Mureto emendatus. Rom. 1580. 8. Ab eo tempore non dubitandum eſt *M. Antonium Muretum* inter primos optime de Tacito promereri cœpiſſe, cujus notæ in quinque libros primores vulgatæ demum Ingolſtad. 1604. 8. cum notis ad Salluſtium. Mureto prior ſua edidit Juſtus Lipſius (c), cujus commentarii doctiſſimi in Tacitum ſępiſſime ſunt excuſi (d) qualibet forma. Præferri autem merentur, qui contextum è quinta ejus recenſione facta Anno 1595. & ſecundas illius curas, notiſque numeros adjectos habent. *Ioſiæ Merceri* notæ in Tacitum, Pariſ. 1559. 12. 1590. 8. Tacitus cum ejusdem Lipſiique notis, Pariſ. 1606. 8. *Mureti* & *Acidalii* Notæ prodiere etiam Hanov. 1607. 8. *Curtii Picbenæ*, magno Duci Hetruriæ à ſecretis, qui Tacitum ad Cod. Mediceum recenſuit 1602. 8. Francof. 1600. 8. *Æmilii Forretti* notæ Lugd. 1541. 8. occurrunt etiam in edit. Taciti Pariſ. 1608. fol.

Lipſii obſervationes Tacito ſuo adjecit *Io. Frid. Gronovius*, quem cum

(a) Beroaldi ſtudium & diligentiam in Tacito edendo laudat Petrus Victorius Caſtigatt. ad Cic. p. 546.

(b) Aub. Miræus de ſcriptoribus Sec. XVI. & XVII. p. 128.

(c) Sunt qui Lipſium plagii in Muretum ac Chiffletium commiſſi arguunt, ſed ut videtur præter cauſam. Lipſium certe abſolvit ipſe Muretus XI. 1. Var. Lect. tantum præventum ſe à Lipſio queritur. Confer Jac. Thomaſinum de plagio & Crenium VII. animadverſ. pag. 43. ſeq. & p. 49. ubi de Chiffletio.

(d) *Lipſii* Tacitus Antu rp. 1574. 1581. 8. & 1585. fol. & quarta editio 1588. 8. quinta 1595. 8. deinde ſæpius, in 8. & 4. atque in fol. apud Plantin.

cum ſuis, & Rhenani, Urſini, Mureti, Acidalii, Freinshemii, aliorumque, & in his *Hugonis* etiam *Grotii* (*a*) notis in lucem emiſit Amſt. 1673. 8. & 1685. 8. 2. Vol. in qua utraque editione etiam Variæ Lect. MS. Oxon. additæ à Jacobo Gronovio.* Cæterum libellus ſub nomine *Pompeji Lampugnani* editus, cui Tit. *Collatio Notarum Juſti Lipſii in Cornelium Tacitum, cum MS. Codice Mirandulano*, Bergomi A. 1602 8. & cui Lipſius diſpunctionem Codicis Mirandulani oppoſuit, auctor à quibusdam habitus fuit, ſed perperam, *Robertus Titius*. Vide Marci Velſeri Opera pag. 876. ſeq. pag. 826. ſeq. 828. Alii tribuerant Frehero, Hippolyto à Collibus alii, de quibus duobus meminit Placcius in theatro Pſeudonymorum pag. 411. Fuit & Hieron. Lampugnanus, qui Rom. 1627. edidit Compendium introductionis ad Inſtitutiones, & de ratione ſtudendi in utroque jure. Poſt Lipſium laude dignus *Janus Gruterus*, qui cum Schediaſmatibus ſuis integriſque decem virorum doctorum notis Tacitum à ſe recenſitum edidit Francofurti 1607. 8. *B. Rhenani* nempe, *Andreæ Alciati*, *Æmilii Ferreti*, *Marci Vertranii*, *Fulvii Urſini*, *Marcelli Donati*, *Franciſci Modii*, *Joſiæ Merceri*, *Curtii Pichenæ* & *Chriſtoph. Coleri*. Poſt Gruterianam prodiit Pariſina 1608. fol. cum ſedecim virorum doctorum commentariis & notis. Nihil porro accuratius & ad uſum accommodatius eſt editione Taciti (*b*), quam in ſectiones ſubdiſtinctam cum locis parallelis, & argumentis in ſumma quaque pagina adſcriptis, accuratiſſimoque & locupletiſſimo indice adornarunt *Matthias Berneggerus* & *Joh. Freinshemius* Argent. 1638. 1664. 8. Sane Criticorum audacia non pauca in hoc præſtantiſſimo ſcriptore corruperat, ut Leo Allatius p. 108. de patria Homeri profeſſus ſit, illi ſe licentiæ ſingulari libro obviam iviſſe, ſed ad hanc rem nos quidem non dubitamus illos duumviros longe aptiores fuiſſe Allatio.

Tacitus cum novis (*c*) cogitationibus *Ludovici de Orleans* ad Annales, Pariſ. 1622. fol. *Annibalis Scoti* commentarii in Annales & Hiſt. Francof. 1592. fol. *Vincentii Lupani* annotationes in Annales Taciti, Pariſ. apud Rob. Steph. 1556. 8. Extant in edit. Pariſ. 1608.

* *Joh. Henr. Bœcleri* Comment. ad Annales Lib. I. capita 15. priora Argentor. 1643. 4. & cum notis ad libros Hiſtoriarum, 1664. 8. *Hen-*

[a] Prodierant in edit. Taciti 1640. 12. ap. Elzevir.

[b] Laudatur à Grotio Epiſt. 1092.

[c] Apud Colomeſium p. 209. ad Gyraldum legas, *novus ſed aliquando ineptus cogitator Lud. Dorleans*. Res ipſa autem ſuadet Colomeſium ſcripſiſſe, *non ineptus cogitator*. Paſſim hic laudatur, quandoque etiam reprehenditur à Joanne Taſſino lib. de ludis ſæcularibus.

Digitized by Google

8. *Henrici Savilii*, Amſt. 1649. 12. At *Pauli Merulæ* lectionibus in Tacitum, *Dan. Heinſii (a)* in Taciti Annales, & *Io. Andreæ Boſii* editioni cum Notis Varior. & diſſertationibus in Agricolam: ac *M. Z. Boxbornii* Notis uberioribus in Tacitum & in libros Hiſtoriarum deciſionibus politicis, interceſſere fata. Taciti libri IV. cum notis Paſchalii, Pariſ. 1584. fol. *Iulii Salinerii* annotationes prodiere Genuæ 1602. 4. Tacitus cum obſervationibus *Boxbornii* Amſt. 1645. 8. *Cyriaci Lentuli* notæ, Marpurg. 1665. 8.

Theodorus quoque *RycKius* Tacitum de integro caſtigatum cum inſignibus animadverſionibus in lucem emiſit Lugduni Bat. 1687. 12. duobus vol. Denique *Iulianus Pichon (b)* luculentam ejusd. ſcriptoris editionem in uſum Delphini adornavit Pariſiis 1682. 1687. 4. quatuor voluminibus, & Venet. 1708. 4. Tacitus cum optimis exemplaribus collatus adjectis capitum numeris Amſt. 1701. forma minore. Noviſſime Tacitum Lugduni Batav. 1720. 4. ex nova parentis ſui *Iacobi Gronovii* ad MS. Florentinū recognitione luculentis typis excudi curavit qui egregie per paterna & avita veſtigia ad laudem doctrinæ & ingenii contendit *Abrahamus Gronovius*, adjunctis integris notis B. Rhenani, Fulvii Urſini, Mureti, Joſiæ Merceri, Lipſii, Valentis Acidalii, Curtii Pichenæ, Jani Gruteri, Hug. Grotii, Jo. Freinshemii, & Jo. Frid. Gronovii, & nunc primum editis Jac. Gronovii, & Jo. Jenſii; ſelectis autem Alciati, Aurelii, Barclaji, Boxhornii, Coleri, Marcelli Donati, Ferreti, Gutherii, Kirchmaieri, Loccenii, Lupani, Reineſii, Ruperti, Salinerii, Savilii, Scheferi, Vertranii, Virdungi, & aliorum. Additæ etiam Variæ lectiones Codicis Bodlejani, quem editor contulit, & ad librum de moribus Germanorum Arundeliani notatas ab Iſaaco Voſſio, & ad Dialogum de cauſis corruptæ eloquentiæ, annotationes Joannis Schultingi ex editione A. 1665.

Chriſtophori Forſtneri notæ politicæ in Tacitum editæ ſunt Argent. 1628. 8. & omiſſorum in Not. ad Tacitum liber 1631. 8. *Nic. Vernulæi* obſervationum ſyntagma Lovan. 1651. 8. *Jani Gruteri* diſcurſus. Hidelb. 1604. 4. & auctiores ad calcem Livii, fol. & ſeparatim Lipſ. 1679. 4. *Scipionis Amirati* diſſ. politicæ Italice Venet. 1598. 4. 1607. 4 & Brixiæ 1609. 4. ac Latine Helenopoli ſive Francof. 1609. 4. 1618. 8. Obſervationes politicæ & Hiſtoricæ *Cauvignii* Pariſ. 1613. 8. *Petri Canonherii* quæſtiones in Tacitum Rom. 1609. 4. Fran-

(a) Vide Brioſii Epiſtolas p. 101.

(b) In Tacito Pichonis hoc eſt ſingulare, quod ſcriptorum nomina è quibus notæ collectæ ſunt adponit, quod in aliis ſcriptoribus in uſum Delphini editis omiſſum queritur Jo. Clericus in Bibl. univerſalis T. 10. p. 304. Nimis ſiniſtre & abjecte de Pichonis editione Langletus Freſnæus tom. 1. Meth. hiſtor.

4. Francof. 1610. 4. Aphoriſmi Politici *Balthaſaris Alami Barrienti*, Italice etiam verſi ex Hiſpanico per Hieron. Caninum de Anghiari, Venet. 1620. 4. *Virgilii Malvezzi* diſcorſi ſive diſſertationes in Tacitum editæ Italice Venet. 1622. 4. & 1635. 4. & contra Malvezzium obſervationes quædam Theologico Politicæ, Belgica lingua editæ à *Balthaſare de Huc* (*a*) Lugd. Bat. 1694. 8. Diſcorſi di *Philippo Cavriana* ſopra i primi cinque libri de Cornelio Tacito Florentiæ 1600. 4. Oſſervationi di *Giorgio Pagliari dal Boſco*, ſopra i primi cinque libri de gli Annali, Mediolan. 1611. 4. Conſiderationi di *Pio Mutio* Brixię 1623. 4. Rifleſſioni generali ſopra l'opere di Corn. Tacito eſpreſſe in una lettera direta à Filalete da *D. Franceſco Bonamini*, Dottore in Theologia, Venet. 1700. *Galleria di Minerva* T. 4. p. 107. Scripta in Tacitum Trajani Boccalini, Chriſtophori Pflugii, Milleti ſive Mellieti, Gabrielis Ackeleye, Ameloti &c. prudentes prætermittimus, quod ea ad auctorem intelligendum ſæpe minus faciant, cujus affectata quandoque obſcuritas, ita videtur in majorem ejus gloriam & admirationem ceſſiſſe, ut πολιτικώτερα longe, multoque plura interdum quam de quibus unquam cogitavit, dixiſſe putetur. Sic ipſum Tacitum obſervant viri docti multorum dicta & facta in ſcriptis ſuis torquere non in eum finem quem illi qui dixerant intendebant, imo ne quidem de illo cogitabant, ſed quem callida Cornelii diffidentia & perverſum ex ſuo ingenio alios judicandi ſtudium dictitabat. Contra eos, qui dictionem Taciti criminantur, vide quæ diſputat Muretus volum. 2. Orat. 16. 17. 18.

* *Jo. Antonii Bernardini* S. J. an nobilis Venetus doctrinæ civilis ſtudioſus rectius conſulat Ciceronem an Tacitum? Bonon. 1715. 8. una cum ejus carminibus. *Memoir. de Trevoux* 1710. *Jul. p.* 1290. Dominicus Bohurius libro, la maniere de penſer, dialog. III p. 239. *C'eſt à la verité un grand Politique & un bel eſprit que Tacite, mais ce n'eſt pas à mon avis un excellent hiſtorien. Il n'a ni la ſimplicité ni la clarté que l'Hiſtoire demande: il raiſonne trop ſur faits, il devine les intentions des Princes plutot, qu'il ne les decouvre, il ne raconte point les choſes comme elles ont été, mais comme il s'imagine qu'elles auroient pû être. Enfin ſes reflexions ſont ſouvent trop fines & peu vraiſemblables.* Cum his conferenda quæ pro commendando Tacito diſertiſſimus Orator Octavius Ferrarius proluſione XVII. *Caroli Paſchalii* gnomæ, ſeu axiomata Politica ex Tacito. *Pauli de Juanicze Juanicki* Inſtitutio Politica, Taciti verbis concinnata Lugd. Bat. 1648. 12. *Jo. Theodori Sprengeri* Tacitus axiomaticus de Principe, Miniſtris, & Bello Frf. 1663. 12. *Cyriaci Lentuli* arcana regnorum Her-

(*a*) Bockſaal van Europe A. 1694. p. 318.

Herborn. 1655. 8. *Jo. Tobiæ Geisleri* de ſtatu Politico ſecundum præcepta Taciti formato, Amſt. 1656. 12.

VIII. In diverſas quoque linguas Tacitus converſus legitur. Nam inter (*a*) *Gallos* poſt Angelum Capellum, memoratum Crucimanio in Bibl. Gallica p. 9. ſeq. Stephanum Plancæum ſive de la Planche, Pariſ. 1555. & 1581. & Claudium Fauchetum ſive Falcetum, Pariſ. 1582. 83. 84. in fol. & 4. & 8. Francof. 1612. 8. confer Sorelli Bibl. Gallicam pag. 200. & Crucimanii p. 57. & 80. Jo. Balduinum 1628. 4. Rudolphum le Maiſtre 1636. fol. Achillem Harlæum Chanvollonum Pariſ. 1644 fol. celebres translationes Perroti Ablancurtii 1651. 8. & Ameloti Huſſæi, qui primos ſex Annalium libros Gallica veſte induit, & de claris Taciti interpretibus diſſertationem dignam lectu præmiſit libro, cui titulus *la Morale de Tacite*, ubi inter alios Ablancurtius, (*b*) tanquam parum accuratus interpres perſtringitur. * Nicolai Perroti Ablancurtii verſionem Pariſ. 1651. 8. & Lugd. 1661. 12. tribus Volum. editam perſtrinxerat Amelotus Huſſæus in Tiberio ſuo edito Bruxellis 1683. 4. & recuſo Pariſ. An. 1684. 8. Hinc Fremondus Ablancurtius Perroti filius A. 1686. libellum Ameloto oppoſuit cui titulus: *L'Ablancourt vangé*. Itaque Amelotus ipſe cœpit ſuam Taciti verſionem in lucem edere, in cujus præf. plura adverſus Ablancurtium, Pariſ. 1690. 4. & Hagæ 1692. 2. vol. 12. & Roterd. 1709. 12. 4. vol. in qua poſtrema edit. translatio libri XI. XII. XIII. accedit, & Notæ Politicæ atque Hiſtoricæ ſingulis paginis ſubjectæ ſunt. Recuſa hæc editio Amſt. 1716. 12. quatuor Volum. *Bibl. ancienne & moderne de Mr. le Clerc* Tom. V. pag. 450. P. Richeletus in delectu Epiſtol. Gallicarum T. 1. p. 210. ad Ablancurtii Epiſtolam, qua Tacitum ſuum dedicavit Richelio: *On croit que celui, qui a donné a Tacite en François le plus beau tour & l'air le plus vif, c'eſt d'Ablancourt. Son ſtile eſt ſerré, & a quelque choſe de la force de ſon Original. Un auteur moderne, n'eſt pas, ce ſemble, de ce ſentiment, puisqu'il traduit de nouveau Tacite. On penſe que s'il venoit dans cens ans, il auroit plus de raiſon de ſe donner cette peine, mais qu'aujourdhui il ne travaille que pour les beurrieres.* *Hetruſco* ſermone reddidit

(a) Non Taciti verſionem, ſed hiſtoriam Regum Galliæ exhibet liber, qui inſcribitur: *Le Tacite François avec des reflexions Chrêtiennes & Politiques par Geriziers*. Pariſ. 1684. 4.

[b] Guido Patinus T. 1. Epiſt. 314. *Monſieur Ablancourt eſt un habile homme. On le blame pourtant de s'être trop donné de licence à ſon Tacite, & de fait je ne l'entens pas ſi bien que le latin. Je ne ſuis point de votre avis touchant ces traductions, pas une ne me plait. Il n'y en à point qui vaille le tiers de ſon original, ſi ce n'eſt peut être les Metamorfoſes d'Ovide traduites per Renouard, & encore tout cela n'eſt bon qu'à ceux qui n'entendent pas le latin.*

didit Bernardus de Avanzatis Florent. 1637. fol. ſed ita obſcure adhibitis verbis obſoletis & abuſu remotis, ut vix à Florentinis ſuis intelligi affirmat Janus Nicius Erythræus. Caninii verſio Italica Annalium lucem vidit Venet. 1544. 4. 1628. 4. * Canini Angiarii verſio ab Adriano Polito interpolata, una cum ipſius Apologia, & Balthaſaris Alami Barrienti aphoriſmis ex Hiſpanico translatis Venet. 1620. 1670. 4. Exſtat & verſio Scipionis Amirati, tum Adriani Politii, Rom. 1611. 4. & Georgii Dati Venet. 1563. 1607. 4. Francof. 1611. & quæ cum Balthaſaris Alami aphoriſmis prodiit Venet. 1644. 4. * Vita Agricolæ ex Chriſt. Roſarii verſione Romæ, 1625. 4. *Hiſpanice* tranſtulit Emanuel Sveyro Antuerp. 1613. 4. Balthaſar Alamus Barrientus (cujus jam aphoriſmos Italice translatos memoravi) Madrit. 1614. fol. Dom. Carolos Colomo, Antonius de Herrera &c. *Anglica* (*a*) quoque verſione Annalium per Richardum Grenevvey, Lond. 1604. edita uſus eſt Jo. Freinſhemius in comparatione verſionum Taciti Angl. Hiſp. Germ. Gall. 1. 2. & Ital. 1. 2. per quatuor primos Annalium libros, ſubjecta ſpecimini paraphraſeos Cornelianæ, ſive paraphraſi eorundem IV. librorum, Argentor. 1641. 8. *Germanicè* translatum memini à Carolo Melchiore Grotnitzio fol. Jac. Micylli verſionem Francof. 1612. editam laudat Schottelius. Freinſhemius uſus eſt antiquiore verſione edita Mogunt. 1535. * Tacitus Latine editus cum *Germanica* verſione Jac. Micylli, Rectoris Francof. ac deinde Profeſſoris Heidelbergenſis, ſic excuſa ut poſt pericopam brevem quamque latinam Taciti, ſemper eadem ex Micylli vernacula interpretatione latinis deſcripta literis ſubjiciatur Francof. 1612. 8. Caroli Melch. Grotnitzii Grodnovienſis interpretatio prodiit A. 1657. 8. *Belgicam* duplicem vulgatam eſſe verſionem narrat Borremanſius, unam Fenacolii Amſt. 1645. 8. ſed quarum neutra vel ab ipſis poſſit intelligi Belgis. Quare aliam politiorem fideliorem que ab Hoofdio adornatam edi optat p. 109. Variarum Lectionum. Prodiit (*b*) illa omnium plauſu excepta Anno 1684. editore Gerardo Brand, & noviſſime operibus Hoofdii junctim editis Amſtelod. 1704. fol. tomo quarto ſive ultimo inſerta eſt. Confer de nobili hoc ſcriptore & Belgarum Tacito Petro Cornelio Hoofdio, Petrum Francium Orat. XXIII. quæ eſt de laude Amſtelodami. Inter alia p. 305. refert, quod incredibile poſſit videri, & à Gerardo Brand in Hoofdii vita con-

(a) Prodiit eadem verſio Annalium Anglica, cum libris Hiſtoriarum & vita Agricolæ ab H. Savili translatis & commentario illuſtratis, Lond. 1612. fol.

(b) De præclara Belgica verſione Hoofdii, vide Diarium VV. Sevvelli, tvveemaendlykeuyt trekſels A. 1704. Nov. & Dec. p. 441.

confirmatur, Tacitum ab eo, ut dictionem ejus plane ſibi redderet familiarem, perlectum eſſe totum bis & quinquagies.

* Codex Taciti cum Commentariis ipſa Lipſii manu, inde à Franciſco Hottomanno, Scipione Gentili & Mich. Piccarto emendatis auctiſque ex Wagenſeiliana venit in Bibliothecam Ampliſſ. Senatus Lipſienſis. A. 1606. rumor ſed vanus fuit libros quoſdam Taciti recens repertos in regno Neapolitano. Vide Velſeri Opera p. 880. Deperdita Taciti ſunt præter libros Annalium & Hiſtoriarum amiſſos, *Orationes* quædam Plinio in Epiſtolis laudatæ ut II. Epiſt. 11. in cauſa Marii Priſci: *reſpondit Cornelius Tacitus eloquentiſſimè, & quod eximium ejus orationi ineſt*, σεμνῶς. Periit & *liber facetiarum*, cujus meminit Fulgentius.

CAPUT XXII.

DE PLINIO Juniore & XII. Panegyricis.

Plinii Junioris ætas. 1. *Epiſtolæ.* 2. *Earum editiones.* 3. *Panegyricus.* 4. *Aliorum veterum latinorum panegyrici.* 5. *Plinii ſcripta deperdita.* 6. *Liber de viris illuſtribus & Altercatio cum Hadriano Imp. male tributa Plinio.* 7. *Index Scriptorum à Plinio Juniore in Epiſtolis laudatorum.* 8.

I. C. PLINIUS SECUNDUS CÆCILIUS (*a*) ex Novo Como Italiæ Tranſpadanæ oppido, Plinium Majorem avunculum, Quintilianum & Nicetam Sophiſtam Præceptores habuit, diſertiſſimum in foro cauſarum Patronus: variis honoribus, iiſque maximis (*b*) in Republ. geſtis, Imperatori Trajano chariſſimus obiiſſe videtur poſtremis annis ejus imperii. Vitam Plinii poſt Cataneum, Lycoſthenem, Rittershuſium & Chriſtophorum Cellarium conſignavit Saſſius Gallicus interpres, & diligentiſſime Joannes Maſſon, à quo ſcripta Plinii vita editioni Oxonienſi Epiſtola-

(a) A Joſepho Scaligero vocatur *C. Plinius Secundus Cæcilianus*. Sed vide Voſſium lib. 1. de Analogia c. 7. *Veronenſem* appellat Beda de ſex ætatibus, ſive per errorem, ſive propter avunculum Veronenſ.m Plinium, à quo fuit adoptatus. Confer Jo. Manſionarii animadverſionem de duobus Pliniis Veronenſibus oratoribus.

(b) Cum conſulari poteſtate in Bithyniam miſſus eſt à Trajano. Confer Gruteri inſcript. p. 454. & A. Pagi ad A. C. LXIX. num. IX. ubi diſces conſularem poteſtatem (civilem) diverſam fuiſſe ab imperio conſulari (militari). Etiam Conſulem fuiſſe conſtat ex ipſius Panegyrico. Licet enim à Dione, Caſſiodoro & aliis inter Conſules non refertur, Trajanus ei tertium ſuum conſulatum Anno CHRISTI 100. reſignavit, ut præter alios notatum Joanni Lightfooto p. 155. ſeq. Opp. poſthum.

ſtolarum A. 1703. 8. præmittitur. Caſtigantur in hac vita nonnulla tradita ab H. Dodvvello in Annalibus Statianis & Quintilianeis, à quo & ipſo viro præſtantiſſimo Annales Plinianos exſpectavimus. * Plinii vitam ante *Joannem* Maſſonum deſcripſit etiam, ac per annos digeſſit *Iacobus de la Baune* S. I. præmiſitque Plinii Panegyrico in uſum Delphini illuſtrato Pariſ. 1677. 4. Tabellam qua ſtemma Plinii & cognati ejus exponuntur, vide ſis in *Tho. Reineſii* Epiſt. 54. ad Rupertum pag. 503.

II. Exſtant ejus *Epiſtolarum* florida ingenioſaque elegantia inſignium *libri decem*, quorum ultimus Epiſtolas Trajani & Plinii mutuas de rebus graviſſimis (*a*) ſcriptas complectitur, & Cunrad.

(a) Inprimis notatu digna Epiſtola 97. cujus Tertullianus in Apologetico, Euſebius III. 13. Oroſius, Paulus Diaconus, Syncellus, aliique meminerunt, in qua Plinius ex Imperatore rogat quomodo cum Chriſtianis agendum ſit, in quibus præter inflexibilem obſtinationem nihil ſupplicio dignum potuerit deprehendere. Epiſtola 98. reſpondet Trajanus conquirendos non eſſe, delatos autem & convictos niſi Chriſtiano nomini renunciaverint puniri oportere. Has duas Epiſtolas ſeorſim cum commentariis ſuis ediderunt Gerh. Jo. Voſſius Amſtelod. 1655. 12. D. Chriſtianus Korrholtus Kiloni 1674. 4. Eaſdem illuſtravit Franciſcus Balduinus in commentariis ad edicta veterum Principum Romanorum de Chriſtianis, Baſileæ ap. Oporin. 8. Conr. Rittershuſius in Principe Trajano, Amberg. 1608. Jo. Teſmarus, Marpurg. 1681. 4. Jo. Chriſtophorus Artopœus in Philologia loci Pliniani de cognitione inſtituta adverſus Chriſtianos, &c. Ex iiſdem ut opinor Epiſtolis anſa data fuit ſutoribus fabularum, ut duo craſſiſſima figmenta excogitarent & nobis proderent, quorum unum in Lucii Dextri ſive ſiniſtri tenebrionis potius commentitio chronico legitur, Plinium à Tito in Creta Inſula converſum ad fidem Chriſtianam, ſeptima Sextilis ad Novocomum Martyrium obiiſſe, quod Bivarius p. 273. alio figmento probat, auctoritate nempe ementitorum *Titi actorum*, quæ Zenas legis peritus, & Apoſtoli diſcipulus, cujus Paulus ad Tit. III. meminit, in litteras miſit, Hanc fabulam præter alios explodunt Tho. Ittigius in diſſ. de Patribus Apoſtolicis p. 101. ſeq. Marcus Zuerius Boxhornius, in Hiſt. univerſali p. 168. ſeq. cujus verba cum ſcholiis ſuis Jac. Thomaſius ſuæ Plinii Epiſtolarum editioni præmiſit; Guil. Caveus in vita Titi Anglice ſcripta num. 9. & ex ipſis Catholicis Petrus Halloix ad vitam Ignatii T. 1. illuſtrium Eccleſiæ orientalis ſcriptorum p. 423. Alterum commentum occurrit in Pſeudo Damaſceni ſermone de defunctis p. 424. in vita Gregorii M. à Joanne Diacono ſcripta II. 44. Glycæ Annalibus p. 240. in legenda 46. Jacobi de Voragine, & in Conſtantienſis Concilii reprobatione articulorum Jo. VVicleſi artic. 19. (ut alios jam omittam) quod dicitur Trajanus Imperator in vitam revocatus precibus S. Gregorii I. Papæ, veniamque peccatorum ſuorum impetraſſe. Hujus rei Apologiam ſcripſerunt Alphonſus Ciacconus ſingulari diatriba, Franciſcus de Mendoza lib. 2. de floribus Sacris Problemate 6. Alphonſus Salmero T. 14. diſp. 27. &c. ſed eam fabuloſa cenſent *Alphonſus Toſtatus*, *Dionyſius Carthuſianus*, *Dominicus Soto*, *Franciſcus Suarez*, *Rob. Bellarminus* & *Cæſar Baronius* ap. Georgium Calixtum de bono perfecte ſummo p. 66. quibus adde *Blaſium de Viega* & *Jo. Becanum* ap. Jo. Gerhardum Loco de inferno §. 63. *Poſſevinum* & alios apud eundem Confeſſ. Cathol. pag. 246. edit. in fol. & apud Gisb. Voetium T. 5. diſp. ſelect. p. 538. ſeq. *Gabrielem Naudæum* p. 14. Apologiæ pro viris doctis Magiæ poſtulatis, *Leonem Allatium* p. 123. ſeq. de libris Eccleſiaſticis Græcorum, *Natalem Alex.* Sec. 2. part. 1. p. 113. *Paſchaſium Queſnellum* ad Leonem M. diſſ. 1. p. 285. *Halloixium* T. 1. de vitis illuſtrium ſcriptorum Oriental. p. 420. ſeq. *Dionyſium Sammarthanum* in Hiſt. Gregorii M. & *Nic. Comnenum* in

præ-

rad. Ritterſhuſii commentariis illuſtratus eſt, quæ ſeparatim lucem adſpexerunt Ambergæ Anno 1609. præmiſſa Plinii & Trajani vita. Quoniam Sidonius novem tantum libros agnoſcere videtur (ut Jo. Manſionarius octo.) Hinc librum decimum, quem à Petro Leandro è Gallia in Italiam allatum primus A. 1502. vulgavit Hieronymus Avantius Veronenſis, pauci quidam pro hypobolimæo habuerunt, quos multis refellit Catanæus. Rectius alii reliquis eum præferendum putant. Vignolius Marvillius T. 3. Miſc. Hiſt. litterar. p. 197. *Le dixieme livre des Epitres du Ieune Pline eſt le chef d' œuvre de ce grand homme. Ses autres lettres ont de grandes beautez, & des agremens ſinguliers pour les gens qui aiment les belles lettres, mais celles-ci qui regardent le miniſtere, ſont incomparables, principalement quand elles ſe trouvent accompagnées, des reponſes de Trajan, qui leur aportent un grand luſtre. Iamais rien ne m' à fait mieux concevoir ce que les Romains apelloient* Imperatoria brevitas, *que ces reponſes ſi breves & ſi ſages. Si les pours eſprits ſe meloint d' écrire, ils n' écriroient pas autrement. C' eſt la le plus haut point de la perfection.* Plinii imitatione Symmachus quoque libro decimo Epiſtolarum ſuas ad Imperatores Theodoſium, Gratianum & Valentinianum Epiſtolas fuit complexus. * Plinii Epiſtola de Chriſtianis ad Trajanum Imp. ſcripta anno Trajani nono, vota decennalia præcedente, cum Plinius Bithyniæ pro Prætore præeſſet à XV. Cal. Octobr. anni octavi Trajani. Vide Sam. Petiti diatribam de jure, Principum edictis Eccleſiæ quæſito pag. 40. Idem pag. 37. obſervat Epiſtolas amœbæas Plinii & Trajani collocatas eſſe temporis, quo exaratæ ſunt, ordine. Sed illam de Chriſtianis epiſtolam noviſſime illuſtrandam in ſe ſuſcepit *Iuſtus Henningus Bohmerus* JCtus Hallenſis in diſſertationibus Juris Eccleſiaſtici antiqui ad Plinium Secundum & Trajanum Lipſiæ 1711. 8. De illa conferes etiam ubi habebit Vincentium Bellovacenſem X. 66. ſpeculi Hiſtorial. & Jac. Pontanum VIII. 16. Philocaliæ pag. 298. ſeq. & binas Jo. Henrici Albini diſſertationes, editas Witebergæ 1693. Similis argumenti Epiſtolam *Tiberiani*, Palæſtinæ primæ præfecti ad eundem Trajanum refert Jo. Malala pag. 356. Chronicæ Hiſtoriæ. Meminit & Joannes Antiochenus in Excerptis Peireſc. p. 818. Apologiam Alphonſi Ciacconii pro fabula de Trajano per preces Gregor. I. Papæ in vitam revocato ridet Iſ. Caſaubonus in Caſaubonianis p. II. Exſtat hæc fabula etiam apud Jo. Sariſberienſem V. 8. policratici, & Vincentium Bellov. X. 68. ſpeculi Hiſt. exploditur à

Qq To-

prænotionibus Myſtagogicis è jure Canonico &c. Gemina narratio de Dinocrate defuncto Perpetuæ precibus ex pœnis inferorum liberato reperitur in actis Perpetuæ, & Felicitatis à Luca Holſtenio vulgatis.

ſtolarum A. 1703. 8. præmittitur. Caſtigantur in hac vita nonnulla tradita ab H. Dodvvello in Annalibus Statianis & Quintilianeis, à quo & ipſo viro præſtantiſſimo Annales Plinianos exſpectavimus. * Plinii vitam ante *Joannem* Maſſonum deſcripſit etiam, ac per annos digeſſit *Iacobus de la Baune* S. I. præmiſitque Plinii Panegyrico in uſum Delphini illuſtrato Pariſ. 1677. 4. Tabellam qua ſtemma Plinii & cognati ejus exponuntur, vide ſis in *Tho. Reineſii* Epiſt. 54. ad Rupertum pag. 503.

II. Exſtant ejus *Epiſtolarum* florida ingenioſaque elegantia inſignium *libri decem*, quorum ultimus Epiſtolas Trajani & Plinii mutuas de rebus graviſſimis (*a*) ſcriptas complectitur, & Cun-

rad.

(a) Inprimis notatu digna Epiſtola 97. cujus Tertullianus in Apologetico, Euſebius III. 13. Oroſius, Paulus Diaconus, Syncellus, aliique meminerunt, in qua Plinius ex Imperatore rogat quomodo cum Chriſtianis agendum ſit, in quibus præter inflexibilem obſtinationem nihil ſupplicio dignum potuerit deprehendere. Epiſtola 98. reſpondet Trajanus conquirendos non eſſe, delatos autem & convictos niſi Chriſtiano nomini renunciaverint puniri oportere. Has duas Epiſtolas ſeorſim cum commentariis ſuis ediderunt Gerh. Jo. Voſſius Amſtelod. 1655. 12. D. Chriſtianus Kortholtus Kiloni 1674. 4. Eaſdem illuſtravit Franciſcus Balduinus in commentariis ad edicta veterum Principum Romanorum de Chriſtianis, Baſileæ ap. Oporin. 8. Conr. Rittershuſius in Principe Trajano, Amberg. 1608. Jo. Teſmarus, Marpurg. 1681. 4. Jo. Chriſtophorus Artopœus in Philologia loci Pliniani de cognitione inſtituta adverſus Chriſtianos, &c. Ex iiſdem ut opinor Epiſtolis anſa data fuit ſutoribus fabularum, ut duo craſſiſſima figmenta excogitarent & nobis proderent, quorum unum in Lucii Dextri ſive ſiniſtri tenebrionis potius commentitio chronico legitur, Plinium à Tito in Creta Inſula converſum ad fidem Chriſtianam, ſeptima Sextilis ad Novocomum Martyrium obiiſſe, quod Bivarius p. 273. alio figmento probat, auctoritate nempe ementitorum *Titi actorum*, quæ Zenas legis peritus, & Apoſtoli diſcipulus, cujus Paulus ad Tit. III. meminit, in litteras miſit. Hanc fabulam præter alios explodunt Tho. Ittigius in diſſ. de Patribus Apoſtolicis p. 101. ſeq. Marcus Zuerius Boxhornius, in Hiſt. univerſali p. 168. ſeq. cujus verba cum ſcholiis ſuis Jac. Thomaſius ſuæ Plinii Epiſtolarum editioni præmiſit; Guil. Caveus in vita Titi Anglice ſcripta num. 9. & ex ipſis Catholicis Petrus Halloix ad vitam Ignatii T. 1. illuſtrium Eccleſiæ orientalis ſcriptorum p. 423. Alterum commentum occurrit in Pſeudo Damaſceni ſermone de defunctis p. 424. in vita Gregorii M. à Joanne Diacono ſcripta II. 44. Glycæ Annalibus p. 240. in legenda 46. Jacobi de Voragine, & in Conſtantienſis Concilii reprobatione articulorum Jo. VVicleſi artic. 19. (ut alios jam omittam) quod dicitur Trajanus Imperator in vitam revocatus precibus S. Gregorii I. Papæ, veniamque peccatorum ſuorum impetraſſe. Hujus rei Apologiam ſcripſerunt Alphonſus Ciacconus ſingulari diatriba, Franciſcus de Mendoza lib. 2. de floribus Sacris Problemate 6. Alphonſus Salmero T. 14. diſp. 27. &c. ſed eam fabuloſa cenſent *Alphonſus Toſtatus*, *Dionyſius Carthuſianus*, *Dominicus Soto*, *Franciſcus Suarez*, *Rob. Bellarminus* & *Cæſar Baronius* ap. Georgium Calixtum de bono perfecte ſummo p. 66. quibus adde *Blaſium de Viega* & *Jo. Becanum* ap. Jo. Gerhardum Loco de inferno §. 63. *Poſſevinum* & alios apud eundem Confeſſ. Cathol. pag. 246. edit. in fol. & apud Gisb. Voetium T. 5. diſp. ſelect. p. 538. ſeq. *Gabrielem Naudæum* p. 14. Apologiæ pro viris doctis Magiæ poſtulatis, *Leonem Allatium* p. 123. ſeq. de libris Eccleſiaſticis Græcorum, *Natalem Alex.* Sec. 2. part. 1. p. 113. *Paſchaſium Queſnellum* ad Leonem M. diſſ. 2. p. 285. *Halloixium* T. 1. de viris illuſtrium ſcriptorum Oriental. p. 420. ſeq. *Dionyſium Sammarthanum* in Hiſt. Gregorii M. & *Nic. Comnenum* in

præ-

rad. Ritterſhuſii commentariis illuſtratus eſt, quæ ſeparatim lucem adſpexerunt Ambergæ Anno 1609. præmiſſa Plinii & Trajani vita. Quoniam Sidonius novem tantum libros agnoſcere videtur (ut Jo. Manſionarius octo.) Hinc librum decimum, quem à Petro Leandro è Gallia in Italiam allatum primus A. 1502. vulgavit Hieronymus Avantius Veroneuſis, pauci quidam pro hypobolimæo habuerunt, quos multis refellit Catanæus. Rectius alii reliquis eum præferendum putant. Vignolius Marvillius T. 3. Miſc. Hiſt. litterar. p.197. *Le dixieme livre des Epitres du Ieune Pline eſt le chef d'œuvre de ce grand homme. Ses autres lettres ont de grandes beautez, & des agremens ſinguliers pour les gens qui aiment les belles lettres, mais celles-ci qui regardent le miniſtere, ſont incomparables, principalement quand elles ſe trouvent accompagnées, des reponſes de Trajan, qui leur aportent un grand luſtre. Iamais rien ne m'à fait mieux concevoir ce que les Romains apelloient* Imperatoria brevitas, *que ces reponſes ſi breves & ſi ſages. Si les pours eſprits ſe meloint d'ècrire, ils n'ècriroient pas autrement. C'eſt là le plus haut point de la perfection.* Plinii imitatione Symmachus quoque libro decimo Epiſtolarum ſuas ad Imperatores Theodoſium, Gratianum & Valentinianum Epiſtolas fuit complexus. * Plinii Epiſtola de Chriſtianis ad Trajanum Imp. ſcripta anno Trajani nono, vota decennalia præcedente, cum Plinius Bithyniæ pro Prætore præeſſet à XV. Cal. Octobr. anni octavi Trajani. Vide Sam. Petiti diatribam de jure, Principum edictis Eccleſiæ quæſito pag. 40. Idem pag. 37. obſervat Epiſtolas amœbæas Plinii & Trajani collocatas eſſe temporis, quo exaratæ ſunt, ordine. Sed illam de Chriſtianis epiſtolam noviſſime illuſtrandam in ſe ſuſcepit *Iuſtus Henningus Bohmerus* JCtus Hallenſis in diſſertationibus Juris Eccleſiaſtici antiqui ad Plinium Secundum & Trajanum Lipſiæ 1711. 8. De illa conferes etiam ubi habebit Vincentium Bellovacenſem X. 66. ſpeculi Hiſtorial. & Jac. Pontanum VIII. 16. Philocaliæ pag. 298. ſeq. & binas Jo. Henrici Albini diſſertationes, editas Witebergæ 1693. Similis argumenti Epiſtolam *Tiberiani*, Palæſtinæ primæ præfecti ad eundem Trajanum refert Jo. Malala pag. 356. Chronicæ Hiſtoriæ. Meminit & Joannes Antiochenus in Excerptis Peireſc. p.818. Apologiam Alphonſi Ciacconii pro fabula de Trajano per preces Gregor. I. Papæ in vitam revocato ridet Iſ. Caſaubonus in Caſaubonianis p. II. Exſtat hæc fabula etiam apud Jo. Satisberienſem V. 8. policratici, & Vincentium Bellov. X. 68. ſpeculi Hiſt. exploditur à

Qq To-

prænotionibus Myſtagogicis è jure Canonico &c. Gemina narratio de Dinocrate defuncto Perpetuæ precibus ex pœnis inferorum liberato reperitur in actis Perpetuæ, & Felicitatis à Luca Holſteinio vulgatis,

ſtolarum A. 1703. 8. præmittitur. Caſtigantur in hac vita nonnulla tradita ab H. Dodwello in Annalibus Statianis & Quintilianeis, à quo & ipſo viro præſtantiſſimo Annales Plinianos exſpectavimus. * Plinii vitam ante *Joannem* Maſſonum deſcripſit etiam, ac per annos digeſſit *Iacobus de la Baune* S. I. præmiſitque Plinii Panegyrico in uſum Delphini illuſtrato Pariſ. 1677. 4. Tabellam qua ſtemma Plinii & cognati ejus exponuntur, vide ſis in *Tho. Reineſii* Epiſt. 54. ad Rupertum pag. 503.

II. Exſtant ejus *Epiſtolarum* florida ingenioſaque elegantia inſignium *libri decem*, quorum ultimus Epiſtolas Trajani & Plinii mutuas de rebus graviſſimis (*a*) ſcriptas complectitur, & Cunrad.

(a) Inprimis notatu digna Epiſtola 97. cujus Tertullianus in Apologetico, Euſebius III. 13. Oroſius, Paulus Diaconus, Syncellus, aliique meminerunt, in qua Plinius ex Imperatore rogat quomodo cum Chriſtianis agendum ſit, in quibus præter inflexibilem obſtinationem nihil ſupplicio dignum potuerit deprehendere. Epiſtola 98. reſpondet Trajanus conquirendos non eſſe, delatos autem & convictos niſi Chriſtiano nomini renunciaverint puniri oportere. Has duas Epiſtolas ſeorſim cum commentariis ſuis ediderunt Gerh. Jo. Voſſius Amſtelod. 1655. 12. D. Chriſtianus Kortholtus Kiloni 1674. 4. Eaſdem illuſtravit Franciſcus Balduinus in commentariis ad edicta veterum Principum Romanorum de Chriſtianis, Baſileæ ap. Oporin. 8. Conr. Rittershuſius in Principe Trajano, Amberg. 1608. Jo. Teſmarus, Marpurg. 1681. 4. Jo. Chriſtophorus Artopœus in Philologia loci Pliniani de cognitione inſtituta adverſus Chriſtianos, &c. Ex iiſdem ut opinor Epiſtolis anſa data fuit ſutoribus fabularum, ut duo craſſiſſima figmenta excogitarent & nobis proderent, quorum unum in Lucii Dextri ſive ſiniſtri tenebrionis potius commentitio chronico legitur, Plinium à Tito in Creta Inſula converſum ad fidem Chriſtianam, ſeptima Sextilis ad Novocomum Martyrium obiiſſe, quod Bivarius p. 273. alio figmento probat, auctoritate nempe ementitorum *Titi actorum*, quæ Zenas legis peritus, & Apoſtoli diſcipulus, cujus Paulus ad Tit. III. meminit, in literas miſit. Hanc fabulam præter alios explodunt Tho. Ittigius in diſſ. de Patribus Apoſtolicis p. 101. ſeq. Marcus Zuerius Boxhornius, in Hiſt. univerſali p. 168. ſeq. cujus verba cum ſcholiis ſuis Jac. Thomaſius ſuæ Plinii Epiſtolarum editioni præmiſit; Guil. Caveus in vita Titi Anglice ſcripta num. 9. & ex ipſis Catholicis Petrus Halloix ad vitam Ignatii T. 1. illuſtrium Eccleſiæ orientalis ſcriptorum p. 423. Alterum commentum occurrit in Pſeudo Damaſceni ſermone de defunctis p. 424. in vita Gregorii M. à Joanne Diacono ſcripta II. 44. Glycæ Annalibus p. 240. in legenda 46. Jacobi de Voragine, & in Conſtantienſis Concilii reprobatione articulorum Jo. VViclefi artic. 19. (ut alios jam omittam) quod dicitur Trajanus Imperator in vitam revocatus precibus S. Gregorii I. Papæ, veniamque peccatorum ſuorum impetraſſe. Hujus rei Apologiam ſcripſerunt Alphonſus Ciacconus ſingulari diatriba, Franciſcus de Mendoza lib. 2. de floribus Sacris Problemate 6. Alphonſus Salmero T. 14. diſp. 27. &c. ſed eam fabuloſa cenſent *Alphonſus Toſtatus*, *Dionyſius Carthuſianus*, *Dominicus Soto*, *Franciſcus Suarez*, *Rob. Bellarminus* & *Cæſar Baronius* ap. Georgium Calixtum de bono perfecte ſummo p. 66. quibus adde *Blaſium de Viega* & *Jo. Becanum* ap. Jo. Gerhardum Loco de inferno §. 63. *Poſſevinum* & alios apud eundem Confeſſ. Cathol. pag. 246. edit. in fol. & apud Giſb. Voetium T. 5. diſp. ſelect. p. 538. ſeq. *Gabrielem Naudæum* p. 14. Apologiæ pro viris doctis Magiæ poſtulatis, *Leonem Allatium* p. 123. ſeq. de libris Eccleſiaſticis Græcorum, *Natalem Alex.* Sec. 2. part. 1. p. 113. *Paſchaſium Queſnellum* ad Leonem M. diſſ. 1. p. 285. *Halloixium* T. 1. de vitis illuſtrium ſcriptorum Oriental. p. 420. ſeq. *Dionyſium Sammarthanum* in Hiſt. Gregorii M. & *Nic. Comnenum* in

præ-

rad. Ritterſhuſii commentariis illuſtratus eſt, quæ ſeparatim lucem adſpexerunt Ambergæ Anno 1609. præmiſſa Plinii & Trajani vita. Quoniam Sidonius novem tantum libros agnoſcere videtur (ut Jo. Manſionarius octo.) Hinc librum decimum, quem à Petro Leandro è Gallia in Italiam allatum primus A. 1502. vulgavit Hieronymus Avantius Veronenſis, pauci quidam pro hypobolimæo habuerunt, quos multis refellit Catanæus. Rectius alii reliquis eum præferendum putant. Vignolius Marvillius T. 3. Miſc. Hiſt. litterar. p. 197. *Le dixieme livre des Epitres du Ieune Pline eſt le chef d'œuvre de ce grand homme. Ses autres lettres ont de grandes beautez, & des agremens ſinguliers pour les gens qui aiment les belles lettres, mais celles-ci qui regardent le miniſtere, ſont incomparables, principalement quand elles ſe trouvent accompagnèes, des reponſes de Trajan, qui leur aportent un grand luſtre. Iamais rien ne m' à fait mieux concevoir ce que les Romains apelloient* Imperatoria brevitas, *que ces reponſes ſi breves & ſi ſages. Si les pours eſprits ſe meloint d'ècrire, ils n' ècriroient pas autrement. C'eſt la le plus haut point de la perfection.* Plinii imitatione Symmachus quoque libro decimo Epiſtolarum ſuas ad Imperatores Theodoſium, Gratianum & Valentinianum Epiſtolas fuit complexus. * Plinii Epiſtola de Chriſtianis ad Trajanum Imp. ſcripta anno Trajani nono, vota decennalia præcedente, cum Plinius Bithyniæ pro Prætore præeſſet à XV. Cal. Octobr. anni octavi Trajani. Vide Sam. Petiti diatribam de jure, Principum edictis Eccleſiæ quæſito pag. 40. Idem pag. 37. obſervat Epiſtolas amœbæas Plinii & Trajani collocatas eſſe temporis, quo exaratæ ſunt, ordine. Sed illam de Chriſtianis epiſtolam noviſſime illuſtrandam in ſe ſuſcepit *Iuſtus Henningus Bohmerus* JCtus Hallenſis in diſſertationibus Juris Eccleſiaſtici antiqui ad Plinium Secundum & Trajanum Lipſiæ 1711. 8. De illa conferes etiam ubi lubebit Vincentium Bellovacenſem X. 66. ſpeculi Hiſtorial. & Jac. Pontanum VIII. 16. Philocaliæ pag. 298. ſeq. & binas Jo. Henrici Albini diſſertationes, editas Witebergæ 1693. Similis argumenti Epiſtolam *Tiberiani*, Palæſtinæ primæ præfecti ad eundem Trajanum refert Jo. Malala pag. 356. Chronicæ Hiſtoriæ. Meminit & Joannes Antiochenus in Excerptis Peireſc. p. 818. Apologiam Alphonſi Ciacconii pro fabula de Trajano per preces Gregor. I. Papæ in vitam revocato ridet Iſ. Caſaubonus in Caſaubonianis p. II. Exſtat hæc fabula etiam apud Jo. Sariſberienſem V. 8. policratici, & Vincentium Bellov. X. 68. ſpeculi Hiſt. exploditur à

prænotionibus Myſtagogicis è jure Canonico &c. Gemina narratio de Dinocrate defuncto Perpetuæ precibus ex pœnis inferorum liberato reperitur in actis Perpetuæ, & Felicitatis à Luca Holſteinio vulgatis,

Toſtato in 4. Reg. 4. qu. 57. Theoph. Raynaudo Tom. XV. Opp. pag. 429. Pompejo Sarnelli in Epiſtolis Eccleſiaſticis Italice editis Neapoli 1680. 4. Epiſtola XXXVIII. Raimundo Capiſuchio Romano in controverſiis Theologicis p. 244. ſeq. Rom. 1670. fol. Nic. Comneno Papadopoli in prænot. Myſtagogicis p. 36. ſeq. Patav. 1697. fol. & à Paulo Preuſero diſſ. de Trajano Imp. precibus Gregorii M. ex inferno liberato Lipſ. 1710. 4. Codicem Mediceum *Epiſtolarum* Plinii laudat Nicolaus Heinſius in notis ad Valerium Flaccum p. 316.

III. Prima editio Epiſtolarum Plinii eſt ex *Ludovici Carbonis* recenſione, ſine loco & typographo in fol. A. 1471. excuſam teſtatur Vir Clariſſ. Mich. Maittaire Annal. typograph. p. 91. & refert editorem in præfatione his utentem verbis: *Ludovicus Carbo Sal. Plu. dicit illuſtriſſimo & Excellentiſſimo Principi Borſio, Duci Mutinæ ac Regii, Marchioni Eſtenſi, Comitique Rodigii. Gratulari licet ſæculo noſtro; Dive Borſi, Dux præſtantiſſime; in quo certe optimarum Artium ſtudia maxime floreant; eloquentia & legitima illa eruditio ſuum tandem decus agnoſcat; in priſtinamque dignitatem reſtituta ſit, adeo late pateat Romana & Græca facundia, ut jam & Galli & Britanni bonos Oratores, & Poetas habere videantur: ad quam quidem rem commodiſſimum adjumentum præſtiterunt nobiliſſima Germanorum ingenia, qui artificioſiſſimas imprimendorum Librorum formas excogitarunt, ut ſapientiſſimorum Auctorum plurima ſimul eodem temporis momento Volumina in promptu eſſent; omneſque utiliſſimi Codices & in magna copia & in leviore ſumtu parari poſſent. - - - Inprimiſque has Plinii ſecundi Junioris Epiſtolas opera mea emendatas correctaſque impreſſoribus miſi, ut quod rariſſimum eſſe ſolebat, jam commune omnibus fieri incipiat.* Hinc recuſæ ſunt Neapoli ex recognitione *Juniani Maji* Parthenopæi, per Matthiam Moravum, 1476. fol. Mediolani 1478. fol. per Philippum de Lavagnia, Mediolanenſem: Tarviſii 1483. 4. per Joannem Vercellium. Plinii & Trajani Epiſtolæ mutuæ, 4. ſine anni & loci notatione. Epiſtolæ, Panegyricus & de viris illuſtribus, 4. ſine anno & loco. Hinc prodierunt Romæ A. 1490. 4. per Eucharium Silber, aliàs Franck, natione Alemannum, curante Pomponio Læto, qui in Epiſt. dedicatoria ad Varinum Jambertum Innocenti VIII. Pontificis miniſtrum à cubiculo, collatis à ſe & revolutis vetuſtis exemplaribus emendatas Plinii Epiſtolas teſtatur. Exſtat & editio Bononienſis à Jo. Jucundo ad MS. Pariſienſe emendata, & à Beroaldo recenſita Anni 1498. 4. non 1488. ut excuſum in Novellis Reip. literariæ A. 1708. Novembr. p. 596. & Tarviſina; tum Veneta ap. Aldum A. 1504. in qua ex mem-

membranis Gallicis ab Aloyſio Mocenico Senatore Veneto in Italiam allatis nonnulla acceſſerunt, quæ in prioribus deſiderabantur. * Exſtant & editiones Pariſ. 1510. 8. Venet. 1518. 8. apud Aldum, quæ editio cum notis MSS. fuit in Bibl. Almelooveniana p. 226. Hinc Argentorati 1514. ex *B. Rhenani*; Baſileæ 1521. 4. & eodem anno 8. apud Cratandrum; & Pariſ. 1529. 8. apud Rob. Stephanum, cum libro Aurelii Victoris de viris illuſtribus; & Lugd. 1539. 8. cum libro de Viris illuſtribus, Svetonio, & Obſequente; & Antuerpiæ 1542. 8. & Pariſiis apud Paulum Stephanum 1599. 1605. 1611. 12. & Baſileæ ex *Io. Sichardi* recenſione prodierunt. Aliquoties etiam recudit *Henricus Stephanus* cum Græcarum vocum, & ſententiarum interpretatione, & ad loca quædam ſuis atque generi ſui *Iſ. Caſauboni* notis, quæ in ſecunda editione A. 1591. 12. demum acceſſere: prior ſine illis lucem vidit 1581. 12. Præterea exſtant cum commentario inprimis laudato (*a*) *Ioh. Mariæ Catanæi*, Mediolan. 1506. fol. apud Alex. Minutianum, & Pariſ. apud Paulum Stephanum 1601. Genev. 1625. 1643. 4. ut omittam *Jani Gruteri* & *Claudii Minois* annotationes. * In editionibus antiquioribus & illa Catanæi, liber octavus noni, & nonus octavi locum occupat, & revera librum octavum ſerius quam nonum à Plinio editum fuiſſe diſputat Jo. Maſſon (*b*) in vita Plinii pag. 164. ſeq. Eundem ordinem probavit *Gaudentius Merula* in ſuis commentariis. De hiatu porro, qui in editionibus antiquioribus & Codicibus MSS. poſt libri VIII. Epiſt. 8. verba: *atque etiam navium patiens*, ita meminit Eraſmus in cenſura Epiſtolæ S. Hieronymo adſcriptæ ad Præſidium de cereo Paſchali Tom. 5. edit. Jo. Marcianæi pag. 164. *Vidimus in Epiſtolis Plinianis tot jam ſæculis pro una lectam, & ab eruditis pro una expoſitam, cum in medio decem intercederent Epiſtolæ. Quod quidem ex uno duntaxat exemplari deprehenſum fuit, ſed adeo vetuſto, ut ætate Pliniana ſcriptum videri poſſit. Nam quis hoc alioqui divinare valuiſſet?* Cum *Auguſti Buchneri* animadverſionibus excuſæ ſunt Plinii Epiſtolæ Francofurti ad Viadrum 1644. 12. Ex recenſione *Marci Zuerii Boxbornii* Lugd. Bat. 1653. 1659. 12. Cum notis Buchneri, Iſ. Caſauboni, H. Stephani & *Caſp. Barthii*, (cujus poſtremi obſervationes ex ejus Adverſariis Andreas

(a) In editionibus antiquioribus, etiam *Catanei*, ordinem librorum immutatum reperio: pro nono enim poſuit librum octavum, pro octavo nonum. At in commentariis ipſum ſuis *Merulam* ſequi, qui veteres ſcriptores Mediolani enarravit, notat Carolus Mutianus Rufus Epiſtola 117.

(b) Vita Plinii ordine Chronologico digeſta à Joanne Maſſon V. C. longe auctior quam editioni Oxonienſi Epiſtolarum, & Panegyrici A. 1703. 8. præmiſſa fuerat, lucem vidit ſeparatim Amſt. 1709. 8. In illa ſæpius diſcedit à ſententia Virorum præſtantiſſimorum, Antonii Pagi & Henrici Dodwelli.

Rivinus collegi Jenæ 1650. 8.) Francof. ad Viadr. 1665. 8. additis Plinii, & aliorum panegyricis. Cum notis Alberti Chriſtiani Rothii Lipſ. 1694. 8. Eximiæ editiones ſunt *Veenbuſiana*, quæ *Io. Veenbuſio* digerente obſervationes excerptas variorum & *Io. Frid. Gronovii* adjunctas habet Lugd. Bat. 1669. 8. *Thomaſiana* cum *Iac. Thomaſii* eruditis de auctore & qui eum illuſtrarunt prolegomenis, accurateque ſelectis variorum & ineditis hactenus *Caſp. Barthii* notis Lipſ. 1675. 8. Hæc ἔκδοσις minus emendate repetita eſt Halæ Saxonum 1686. 8. & Lipſiæ 1695. 8. quibus poſtremis editionibus acceſſerunt notæ quædam, & Plinii Panegyricus cum Analyſi brevibuſque notis *M. Alberti Chriſtiani Rothii*, Eccleſiaſtæ nuper Lipſienſis. *Cellariana*, cum obſervationibus & indicibus *Chriſtophori Cellarii*, Lipſ. 1693. 12. & 1700. 12. Denique Oxonienſis (*a*) *Thoma Hearne* V.C. caſtigata ad MSS. & notas adjunctas vitamque Plinii à doctiſſimo Maſſono præfixam habens A. 1703. 8.

* *Chriſtophorii Cellarii* notis in editione Lipſ. 1711. 12. adjuncta ſcholia profutura tironibus, auctore *M. Jo. Chriſtiano Hertzogio*. Denique anno 1712. Lipſiæ 12. Epiſtolæ & Panegyricus prodierunt illuſtratæ ſcholiis perpetuis ad modum Minelli, à *M. Io. Fridr. Weinich*.

Deſcriptio villarum lib. II. Epiſt. 17. & lib. V. Epiſt. 6. tam accurata eſt & diligens, (*b*) ac ſi illas vendere Plinius inſtituiſſet. His recte intelligendis, præter *Felibienii* Gallicam interpretationem, quæ poſt edit. Pariſ. 1698. 12. (*c*) cum iconibus ære deſcriptis & notis ex architectonicæ artis penu petitis recuſa eſt Amſtelod. 1706. 12. conſulenda *Io. Mariæ Lancisii* Archiatri nuper Pontificis diſſertatio de Plinianæ villæ ruderibus, Rom. 1714. fol. (*d*) & in operibus Lanciſii junctim recuſis Genev. 1718. 4. Libri VII. Epiſt. 27. ad Suram de eo *num ſint aliquid phantaſmata*, ad examen revocant Hallenſes in nova Bibliotheca ſect. XXXIV. p. 276. ſeq. ubi reſponſio exhibetur ad illam Epiſtolam ſub Guſtavi Janſoni nomine; Memini etiam narrationem de Agrinoto Pythagorico Philoſopho, geminam cum ea quam ibi de Athenodoro Tarſenſi Philoſopho Stoico refert Plinius, rideri à Luciano in Philopſeude. *Iob. Pricæi* in Epiſtolas Plinii, quas jam ad prælum paraverat, notas necdum vidiſſe lucem dolendum eſt.

Gallica verſio elegans Epiſtolarum Plinii auctore *Saſſio* (Mr. de Saçy, Avocat aut Conſeil) prodiit 1701. 12. tribus voluminibus.

(a) De editione Oxonienſi vide Acta Erud. 1704. p. 182.
(b) Menagiana T. IV. p. 58.
(c) Hiſt. des Ouvrag. des Savans 1698. p. 108.
(d) Acta Erud. 1715. p. 334.

bus. In prima editione A. 1699. 12. tantum exſtant libri quatuor priores. * *Gallice* ante Sacium interpretatus fuerat Bouchardus, cujus mentionem facit Sorellus in Bibl. Gallica. *Italica* verſio excuſa nuper Romæ 1714. 4. lettere di Plinio il giovane, tradotte dal Canonico *Giovanni Antonio Tedeſchi*, e tra gli Arcadi *Orticolo Eleo*. *Germanice* haud contemnendo ſtudio translatas dedit notaſque addidit V. C. Joannes Sartorius, Eloquentiæ in Gymnaſio Gedanenſi Profeſſor Lipſ. 1712. 8.

Binis epiſtolis lib. 2. Epiſt. 17. & lib. 5. Epiſt. 6. illuſtrandis, quibus villas ſuas ruſticas deſcripſit Plinius, apprime faciunt ichnographiæ inſertæ Comiti ruſtico Pithœi, & notæ Felibinii, quas Gallicæ harum Epiſtolarum verſioni adjunxit ediditque Pariſ. 1698. 12. Titulus libri: *Les plans & les deſcriptions de deux des plus belles maiſons de Campagne de Pline le Conſul, avec des remarques ſur tous lex batimens* &c. Epiſtolam quintam libri tertii, & libri ſexti Epiſtolam decimam ſextam, quibus ſcripta, & interitum Plinii majoris, avunculi ſui, Plinius junior perſequitur, notis illuſtravit *Joannes Harduinus* in limine Plinii Hiſt. naturalis. * Chriſtophori Gothofredi Barthii diſſ. de ſeceſſibus veterum ad mentem Plinii junioris, prodiit Halæ Saxonum 1701. 4. Abrahami Jæſcke Plinius junior Rhetor, ſive præcepta Rhetorica ex Plinii Epiſtolis excerpta & illuſtrata, Lipſ. 1708. 4.

IV. Ex variis orationibus, *quas* in demonſtrativo & judiciali genere Plinius compoſuit, ſolus exſtat *Panegyricus Imp. Trajano dictus*, cum ab eo Conſul deſignatus eſſet Anno U. C. 855. Hanc præſtantiſſimam orationem, cujus ipſe lib. 3. Epiſt. 13. & 18. meminit, una cum Epiſtolis ediderunt illuſtraruntque Cataneus, Janus Gruterus, Boxhornius, A. C. Rothius, Tho. Hearne, & vir multis aliis nominibus præclare meritus de bonis litteris Chriſtophorus Cellarius. His adde editionem Epiſtolarum & Panegyrici Argentoratenſem A. 1635. 4. cum notis variorum, collectore & editore Jo. Jacobo Stoeckero, & Oxonienſem cum notis vulgatam Anno 1686. Seorſim quoque Panegyricum illuſtratum edidit *Juſtus Lipſius*, & Wittebergæ Anno 1674. 8. *Georgius Caſparus Kirchmayerus*. Exſtat etiam elegantiſſima editio in Belgio cum eruditis *Dom. (a) Baudii*, & Variorum notis adornata Lugduni Bat. 1675. 8. * Voiturio judice, nimium in Panegyrico indulſit

(a) Baudius A. 1603. Lugduni Batavorum publicis prælectionibus Plinii panegyricum expoſuit. *Nec me deterret*, inquit, *ab hoc incepto, ſed potius cunctanti calcar admovet quicquid eruditiſſimus Cataneus, Livineus, & utroque multis rebus potior Lipſius in eo genere elaborarunt* —— —— *Vix ulla recitatio noſtra caret juſta reprehenſione τῶν λιπάτων δεψιῶν, cum anteſtatione tamen honoras*, Centur. 3. Epiſt. 1. ad Vvovverum.

dulſit Plinius ingenio ſuo, & acumina captavit, quæ etiam ſententia Dominici Bohurii in libro, la maniere de bien penſer dialogo 3 pag. 236. ſeq. Apud Iſidorum VI. 8. Originum, & Rabanum Maurum libro V. de univerſo cap. 5. T. 1. Opp. p. 96. Panegyricus eſt *licentioſum & laſcivioſum genus dicendi in laudibus regum, in cujus compoſitione homines multis mendaciis adulantur. Quod malum à Græcis exortum eſt, quorum levitas inſtructa dicendi facultate & copia incredibili, multas mendaciorum nebulas ſuſcitavit*. Exſtat etiam diſquiſitio Pliniana F. I. A. an vivo Principi dicendus ſit Panegyricus, edita A. 1656. 4. quæ mihi ejusdem generis videtur eſſe percontatio, ac ſi quis quærat, num laudandus ſit defunctus. Laus enim, virtutis teſtimonium ac ſtimulus, nec in extincto ſera aut ſupervacua, nec in vivo & ſpirante propter adulationis qualemcunque ſuſpicionem reprehendenda eſſe videtur.

Panegyricum Plinius dixit in frequenti Senatu præſente Trajano, anno ipſius imperii tertio, Urbis 853., CHRISTI 100. ætatis ſuæ 39. Kal. Septembris, cum iniret Conſulatum bimeſtrem cum Cornuto Tertullo. Hic editus etiam eſt Viennæ A. 1513. curante Jo. *Cuſpiniano*: & Baſileæ, cum aliis Panegyricis ex edit. *B. Rhenani*, apud Froben. 1520. 8. & ſeorſim ex recenſione *Tan. Fabri*, Salmur. 1671. 12. atque cum Plinii Epiſtolis in modum Minelli illuſtratis à *M. Io. Fridr. Weinich* Lipſ. 1712. 12. In editione Argentoratenſi A. 1635. 4. quæ locupletiſſimo & pulcherrimo Indice inſtructa eſt, & *Matthiæ Bernеggero* debetur, nec ſolum in capita, Gruteri exemplo, ſed etiam in minores ſectiones diviſa, præter Boxhornii Orationem de Trajani vita, Orationemque Baudii, Lipſii vero, Gruteri, Livineji ac Rittershuſii, Berneggerique ipſius & variorum annotationes, comparent notæ *Io. Friſchmanni*. Notas Baudii negat doletque ſe potuiſſe conſequi. Excuſus etiam Plinii Panegyricus Holmiæ 1699. 8. & cum notis Lipſii & *Chriſtophori Behr*, Gedani 1700. 4. Et cum notis, & indice *Godfridi Ludovici*, & exercitatione de Orationibus Panegyricis Schleuſingæ 1700. 8. Denique cum notis *Iacobi de la Baune*, & ſelectis Variorum, *Lipſii*, *Livineji*, *Cataneі*, *Herm. Ragani*, *Baudii*, *Rittershuſii* & aliorum, Lond. 1716. 8. Cum verſione *Italica* è regione poſita Geneſii Soderini: Venet. 1688. 12. Vide muſeum Minervæ Venetæ (Galleria di Minerva) T. 2. p. 373. de illo Soderino, Giornale de' letterati d' Italia Tom. XXII. pag. 262. ſeq. *Gallice* vertit poſt Jacobum Bauchart (*a*) Pariſ. 1631. 8. & Menardierium 1638. 4. 1642 12. Abbas Eſpritius, Academiæ Regiæ Gallicanæ Sodalis Pariſ. 1677. 12. Atque hæc verſio addita eſt recuſæ apud Belgas

(a) Specimen illius in memoriis Trevoltinis A. 1709. mem. ſe Majo p. 903. ſeq.

Belgas interpretationi Epiſtolarum Plinii, quæ Lud. Sacio auctore Pariſ. 1701. 12. lucem vidit. Denique Panegyricum & ipſe Sacius (*a*) ejusdem Academiæ Gallicanæ inclytus Collega tranſtulit Gallice Pariſ. 1709. 12. *Danice* M. Petrus Brinch, cum notis, Hafniæ 1708. 8.

V. Eadem Plinii oratio familiam ducit inter XII. PANEGYRICOS VETERES Variorum auctorum, qui Plinii Epiſtolis ſubjiciuntur in editione Francof. ad Viadr. 1650. 1665. 8. * Panegyrici veteres ſubjuncti etiam ſunt Epiſtolis Plinii à Caſaubono illuſtratis, editiſque ab Henrico Stephano 1591. 12. Hujus editionis è Bibliotheca Gudiana exemplum accepi, in quo Panegyrici ab erudita manu collati ſunt cum MS. Nactus etiam ſum editionem Gruteri Francof. 1607. 12. itidem cum MS. commiſſam. Cæterum panegyricos ipſos paulo diligentius jam commemorare juvat. Sequitur igitur poſt Plinianum

II. *Claudii Mamertini* Senioris Panegyricus dictus *Maximiano Herculeo* Auguſto, die Urbis Romæ natali XI. Cal. Martii in Gallia, (Treveris fortaſſe) A.C. 292. De hujus Panegyrici auctore dubiam litem eſſe ait Hadrianus Junius, lib. IV. animadverſ. cap. 11. ubi inſignem ejus locum illuſtrat.

III. *Ejusdem* Genethliacus *Maximiani & Diocletiani* Auguſtorum, dictus coram Maximiano poſt ejus quinquennalia eodem A.C. 292. non diu poſt priorem.

IV. *Eumenii pro reſtaurandis ſcholis* Æduorum Auguſtodunenſibus Oratio ad Virum perfectiſſimum Præfectum Galliæ Lugdunenſis primæ, dictus poſt A.C. 297. Conſtantio Cæſare necdum Auguſto. Eumenius iſte Rhetor fuit Auguſtoduni in Gallia, non vero Cliviopoli ad Rhenum. Vide Jo. Braunium de veſtitu Sacerdotum Hebræorum lib. II. c. 3. pag. 390. ſeq. & Tillemontii Hiſt. Imperatorum Tom. IV. pag 47. ubi inter alia obſervat Eumenii panegyricum, quem Herculeo prius dixerat, intercidiſſe. Statuam Eumenio poſitam una cum veteri inſcriptione habes etiam apud V.C. Jo. Frid. Nilantium notis ad Benedictum Balduinum de calceo pag. 109. Ex porticu vero illa Auguſtodunenſi, in qua omnium locorum ſitus, ſpatia, intervalla deſcripta fuiſſe teſtatur Eumenius panegyrico pro reſtaurandis ſcholis cap. 20. adhuc reliquiæ quædam reſtant nuper inventæ & obſervatæ. Vide Memorias literarias Dombenſes ſive Trevoltinas A. 1706. pag. 2097. ſeq.

V. *Ejuſdem* (an incerti) *Epithalamius* Maximiano Herculeo & genero Conſtantino Auguſto dictus A.C. 308. in nuptiis cum Fauſta Maximiani Imp. filia celebratis.

(a) Journal des Savans 1709. pag. 105.

VI. *Ejuſdem* Panegyricus *Conſtantio* Imp. Treveris Auguſtodunenſium dictus poſt Britanniam ſuperatam A. C. 296. abſentibus duobus Auguſtis, Diocletiano & Maximiano, Cæſareoque Galerio.

VII. *Ejuſdem* Eumenii Panegyricus *Conſtantino* Auguſto dictus Treveris circa A. C. 309. die ejus Urbis natali, paulo poſt natale feſtum Conſtantini (25. Jul.) Auguſtodunenſium nomine, quam Urbem ut inviſat petit capite XXII. Aquisgranum Patriam ſuam videtur innuere, licet Sigonius Bibractem Æduorum intellexerit. Vide Velſeri Opera pag. 406. Capite ultimo liberos ſuos Conſtantino commendat, quinque numero, inque his unum jam ſumma fiſci patrocinia tractantem.

VIII. *Ejuſdem* gratiarum actio Flavienſium ſive eorundem Auguſtodunenſium (hæc enim eſt Flavia Æduorum, confer Tillemontium Tom. 4 Hiſt. Imperator. pag. 189.) nomine de remiſſis debitis à *Conſtantino* Auguſto, dicta Treveris A. C. 311. Vide eundem Tillemontium pag. 177. 567. 475. Antonii Pagi diſſ. Hypaticam pag. 142.

IX. *Incerti* (a) (*fortaſſe Nazarii*) Panegyricus *Conſtantino* Auguſto Conſtantii F. Treveris dictus A. C. 313. poſt devictum Maxentium.

X. *Nazarii* Panegyricus dictus *Conſtantino* Aug. Filiiſque Cæſaribus Romæ Cal. Martii A. C. 321. Mentio hujus Nazarii apud S. Hieronymum in Chronico, & Auſonium in commendatione Profeſſorum Burdegalenſium XIV. verſ. 9. Hieronymus quoque filiam Nazarii *Eunomiam* virginem Chriſtianam in Eloquentia patre non inferiorem celebrat.

XI. *Claudii Mamertini* (diverſi ab eo cujus Panegyricos Maximiano dictos ſupra memoravi) pro Conſulatu gratiarum actio ad *Julianum* Imp. dicta Romæ Cal. Januarii A. C. 362. Mamertinum Promertinum, Juliani Prætorio præfectum vocat Adrianus Junius lib. IV. cap. 9. animadverſ. Mentio hujus Mamertini apud Ammianum Marcellinum XXI. 8. & 10. Confer Tillemontium Tom. 4. Hiſt. Imperatorum p. 964. ſeq. & de Nazario p. 385. ſeq.

XII. *Latini Pacati Drepanii* Panegyricus præſenti Theodoſio M. Auguſto dictus A. C. 361. Romæ Cal. Sept. ſpectante Senatu, cum Imperator interfecto Aquilejæ Maximo triumphans in Urbem reverſus fuiſſet. Hunc Drepanium Nitiobrigem (ex Agınno Nitiobrigum Metropoli) fuiſſe innuit Sidonius VIII. 11. Epiſt. Proconſulem ex Auſonio intelligimus, qui ejus ſæpe meminit. Filium

(a) Aquiſgranum patriam ſuam videtur innuere c. 21. licet Sigonius Bibractem Æduorum intellexit. Vide Velſeri Opera p. 406.

Filium quoque appellat, ætatis vel amoris cauſa. Cæterum alius & junior eſt Pacatus, ad quem Symmachus VIII. 12. & XI. 58. 69. Epiſt. Junior quoque Drepanius Florum hymnographus, de quo infra Petrus præterea Franciſcus Chiffletius in Paulino illuſtrato alium notat fuiſſe Pacatum, qui Uranio promiſit S. Paulini ſe vitam verſibus ſcripturum eſſe. Alius deinde Minutius Pacatus Grammaticus, de quo Socrates III. Hiſt. & Svidas in Πάκατος. Seorſim Drepanii Pacati Panegyricus Joh. Scheferi commentario illuſtratus prodiit Holmiæ 1651. 8. Miris laudibus effertur à Caſp. Barthio p. 559. ad Claudian.

Hiſce in quibusdam editionibus additur *Auſonii* gratiarum actio pro Conſulatu, dicta *Gratiano* Auguſto A. C. 379. & ſępius edita una cum cæteris Auſonii ſcriptis, de quibus dixi lib. 3. c. 10. H. Stephanus adjunxit etiam Panegyricos *Claudiani*, verſibus ſcriptos, & inter jucundiſſimi illius Poetæ carmina obvios. Addunt & editiones nonnullæ Panegyricum *Ennodii*, Italiæ Regi *Theodorico* dictum Mediolani vel Ravennæ circa A. C. 507. vel 508. editumque cum aliis Ennodii ſcriptis etiam inter Sirmondi Opera Tomo I. & aliquibus Caſſiodori editionibus, & ad calcem Vitæ Theodorici à Jo. Cochleo ſcriptæ, atque à Jo. Peringskiold V. C. illuſtratæ Holmiæ 1699. 4. pag. 201. ſeq. cum Sirmondi & Andr. Schotti notis pag. 605. ſeq.

Panegyricos poſt B. Rhenanum Baſil. 1520. 8. Paulum Navium Venet. 1576. 8. Jo. Levinejum, Lævini Torrentii ſororis filium, Autuerp. 1599. 8. Paulum Stephanum 1600. fol. accurate recenſuit Janus Gruterus, qui Francofurti 1607. 12. edidit cum ſuis, Livineji, *Val. Acidalii* & *Conr. Rittersbuſii* notis & caſtigationibus. Hiſce Pariſienſes addidere, ad Plinii quidem Panegyricum notas Catanei, Fr. Balduini, Lipſii, & Hermanni Rayani, ad Eumenii pro reſtaurandis ſcholis & Pacati Panegyricum Theodoſio dictum obſervationes Fr. Balduini, ad Auſonii gratiarum actionem notas Eliæ Vineti & Joſ. Scaligeri, ad Ennodii orationem Scholia Andreæ Schotti & Jac. Sirmondi, tum in omnes Panegyricos annotata Claudii Puteani, Theodori Pulmanni, Andreæ Schonhorii, non prætermiſſis etiam quæ ad loca nonnulla obſervarunt Petrus Faber Sanjorianus & Franciſcus Juretus Pariſ. 1643. 12. 2. Vol.* Prodierunt etiam Duaci A. 1595. 8. ex officina Balthaſaris Belleri, inſcriptique ſunt *Latino-Attici Oratores*, ſubjecta Jul. Cæſaris Scaligeri Oratione in luctu Audecti Cæſaris filii. Repetita hæc editio Viennæ Auſtriæ 1694. 12. Conr. Ritterſhuſii reliquiæ conjecturarum in Panegyricos veteres viderunt lucem

cem A. 1604. 4. Inſulæ, ad calcem paræneticorum veterum Goldaſti. Editio præclara Jacobi de la Baune S. I. in uſum Delphini adornata Pariſ. 1677. 4. Amſtel. 1701. 8. digna eſt quæ recudatur, jam enim propter raritatem ſeptem vel octo venditur Joachimicis. In paucis locis à ſenſu Plinii aberravit, ut cap. 41. verba: *feres Cæſar curam & ſollicitudinem conſularem*, exponit: *Tu itaque ærarii curam quam gerere Conſul debeo in te tranſtuliſti*. Cum vera ſententia ſit: *Non male feres Cæſar, me tanquam conſulem de bono ſollicitum publico ex te quærere &c.* Cap. 24. *Ambulas inter nos, non quaſi contingas*. Interpretatur: *perinde quaſi nemo te in via contingat atque eunti obſtet*. Sed contingere dicitur de inſigni fortuna ac felicitate. Itaque Plinius dicere voluit, Trajanum inter privatos ambulare tanquam pares, non ut qui velit hoc ab illis ita accipi, ac ſi per hoc eis contingeret inuſitatus honor & ſingularis felicitas. Hinc ſtatim ſubjungit: *& copiam tui non ut imputes facis*. Attamen hæc atque ſi quædam ſunt id genus non adeo multa alia haud obſtant, quo minus egregiam illuſtrandis Panegyricis operam navaſſe merito exiſtimetur. Panegyricum Plinii ex Jac. de la Baune editione additis ad ejus notas variorum annotationibus Lond. 1716. 8. recuſum diſces ex Actis Erud. 1717. p. 183. Chriſtophorus Cellarius Plinii panegyricum à ſe illuſtratum plus ſemel vulgavit cum ejuſdem Plinii Epiſtolis, Panegyricos autem cæteros ſeparato volumine, Halæ Sax. 1703. 8. de qua editione vide ſis Acta Erud. illius anni p. 155. Noviſſime Panegyricos ad quinque Codices MSS. caſtigatos cum verſione Italica notiſque Hiſtoricis & numiſmatibus Imperatorum, quibus Panegyrici dicti ſunt, ad exemplum Jacobi le Baune edidit *Laurentius Patarol* (*a*) Venet. 1708. 8. Expectamus etiam illuſtrandos à Clariſſ. Viro Chriſtophoro Gottlieb Schvvartz, Profeſſore humaniorum litterarum digniſſimo in Academia Altdorfina. Gallicam Panegyricorum verſionem promiſit Jo. Marius Marca Tilladetus.

VI. Multa vero alia ſcripſit Plinius, ut libros de Helvii ultione, quorum meminit lib. VII. Epiſt. 30. & lib. IX. Epiſt. 13. & Orationes, è quibus ipſe laudat Actionem pro Accia Variola lib. VI. Epiſt. 33. è qua Sidonius VIII. 10. Epiſt. ait eum plus gloriæ de centumvirali ſuggeſtu domum retuliſſe, quam cum M. Ulpio (Trajano) incomparabili Principi comparabilem panegyricum dixit. Orationem ad municipes ſuos, cum Bibliothecam dicaret, lib. I. Epiſt.

8. &

(a) Journal des Savans A. 1709. pag. 356. & 1711. p. 568. Memoires de Trevoux 1711. p. 1485.

8. & lib. II. Epiſt. 5. Varia itidem luſit carmine, tam Græco, quam latino, de quibus vide lib. VII. Epiſt. 4. Sed illa omnia pridem interciderunt.

Quanta cura & diligentia in ſcribendo uſus fuerit, ipſe auctor eſt lib. VII. Epiſt. 17. ad Celerem: *Nullum emendandi genus omitto, ac primum quæ ſcripſit ipſe pertracto, deinde duobus aut tribus lego, mox aliis trado annotanda, notaſque eorum ſi dubito cum uno rurſus aut altero penſito, ac ſi quid mihi credis, tunc acerrime emendo, nam tanto diligentius quanto ſollicitius intendo - - - - Cogito quam ſit magnum dare aliquid in manus hominum, nec perſuadere mihi poſſum, non & cum multis & ſæpe tractandum, quod placere & ſemper & omnibus cupias.*

VII. Sæpius quoque ſub Plinii nomine lucem vidit *liber de viris illuſtribus*, ſed ille auctorem agnoſcit Aurelium Victorem, ut infra libro tertio eſt annotatum. Neque *Altercatio cum Hadriano Imp.* ſive reſponſa ad interrogata Adriani, ſunt Plinii Secundi, uti in edit. Monaſterienſi A. 1597. inſcribuntur, ſed Secundi ſophiſtæ Athenienſis, quem Epithyrum vocatum eſſe legitur ap. Philoſtratum lib. 1. de Vitis ſophiſtarum p. 543: ubi ἐπίουρον h. e. *ſubſeudem* ſive *clavum ligneum* ſcribendum recte ex Svida monuit Holſtenius & Bochartus. Apud eundem Svidam perperam legas hunc ipſum Secundum Sophiſtam Plinium cognominatum eſſe. Sed utique ſcripſerat Svidas: οὐχ ὃς ἐχρημάτισε Πλίνιος. De hoc Secundo dixi lib. II. Bibl. Græcæ c. 13. p. 502. ſeq. * In Bibl. Bodlejana exſtant Anglosaxonica Dialecto quæſtiones & reſponſiones inter Adrianum & Ritheum, ſub quo monſtro nominis Epictetus latere videtur. Meminit Catalogus MSS. Angloſax. in Tomo 2. theſauri linguarum Septentrionalium Hickeſiani p. 93.

Plinii noſtri Secundi fere æqualis fuit *Iulius Secundus* Orator, cujus elegantiam celebrat Quintilianus XII. 10. & X. 1. De eodem conſulendus auctor de cauſis corruptæ eloquentiæ. Neſcio an diverſus *Secundus* Orator, quem Othoni Imp. ab Epiſtolis fuiſſe narrat Plutarchus in Othone p 1070. E. Alius *Carinus Secundus* Rhetor, quem Caligula in exſilium egit, quod exercitii cauſa in Tyrannos declamaſſet, teſte Dione lib. LIX. p. 656. Alius Secundus Salluſtius, de quo Ammianus XXII. 3. Ceterum admodum frequens priſcis Romanis à numeris nomina imponere. Sic *Marcus Primus* occurrit apud Xiphilinum Auguſto p. 71. *Tertii* amanuenſis ſui meminit S. Paulus Rom. XVI. 22. *Tertulli* etiam huc ſpectant & *Tertulliani* ac *Tetradii*, *Pentadique*. De *Quarto* quodam conſulenda Martyrologia 3. Nov: & Bivarius ad Pſeudo-Dextrum p. 103. *Quinti*, *Quintilli*, *Quintillæ* paſſim occurunt, uti *Sexti* quoque & *Septimii*, *Septimiique*, neque *Octaviorum* obſcurum nomen. *Septimæ*

etiam

etiam cujuſdam mentio apud Ciceronem IX. 10 ad famil. ad quem locum Paulus Manutius annotat, filias haud raro ab ordine naſcendi appellatas, *Primam*, *Secundam*, *Tertiam*, *Tertullam* &c. De *Nono* Medico dictum libro VI. Bibliothecæ Græcæ, *Decimi* magis etiam obvii, & pro undecies mille Martyribus, quas Urſulæ ſocias ferunt, nonnulli eruunt *Undecimillam* Martyrem. * Nominibus hominum, quæ à numerorum aliquo petere ſoliti ſunt priſci, addes *Primum* Epiſcopum Alexandrinum apud Euſeb. IV. 1. Hiſt. & 4. *T. Cæſium Primum* in Voto ad Fortunam Præneſtinam apud P. Pithœum libro IV. Vett. Epigrammatum. *M. Unicum* Poetam Elegiarum ſcriptorem apud Martialem XII 43. *Primulum* Martyrem, X. Maji Tom. 2. Act. Sanctorum Maji pag. 551. *Primum* Presbyterum ibid. pag. 427. *S. Primam*, cultam Carthagine, de qua Procopius VI. 5. de ædificiis Juſtiniani. *Saturninum Secundum*, de quo Valeſius ad Sozomeni VI. 3. *Quartum* & *Quintum* Martyres pag. 555. *Sextum Annalem*, de quo jocus Tullii apud Macrobium VI. 1. Omitto quæ de *Pentadiis*, *Octaviiſque* referre in promtu eſt, & quæ de *Sextis* Reineſius in ſyntagmate Inſcriptionum p. 847. De *Tertia*, *Quarta*, *Tertulla*, *Quinta*, *Decima* Ez. Spanhemius de uſu numiſmatum Tom. 2. p. 40. ſeq. *Ximillam* neſcio quibus rationibus præferunt nonnulli præ *Undecimilla*. Δωδεκάτης meretricis nomine Comœdiam ſcripſerat Philyllius teſte Svida. Sed miſſis hiſce inſtitutum noſtrum proſequamur.

VIII. INDEX Scriptorum à PLINIO juniore in Epiſtolis laudatorum.

Accius lib. V. Epiſt. 3. Æſchines I. 20. II. 3. IV. 5. IX. 26.
Antoninus bis Conſul, & Poeta IV. 3, 18, 27. V. 10.
Antonius (Marcus) V. 20.
Appius (al. Oppius) IX. 35.
Aratus V. 6.
Ariſtophanes. I. 20.
Artemidorus Philoſophus III. 11.
Aſinii Galli libri de comparatione patris, & Ciceronis VII. 4.
Attilii dictum *præſtat otioſum eſſe quam nihil agere* I. 9.
Augurinus (*Sentius.*) IV. 27. IX. 8.
Auguſtus V. 3. X. 71. 83.
Brutus (*Marcus*) V. 3.
Cæſar (C. *Julius.*) I. 20. III. 12. V. 3.
Callimachi Epigrammata IV. 3.
Calpurnii Piſonis ἐρωτοπαίγνιον. V. 17.
Calvus I. 2. 16. IV. 27.
Caninius Dacici belli ſcriptor VIII. 4.
Capito (*Titinius*) VIII. 12.
Cato I. 20. III. 12. IV. 7. 27.
Catullus I. 16. 90 IV. 27. V. 3.
Cicero, *Vide* Tullius.
Cluvius IX. 19.
Cœlius I. 20.

Demoſthenes I.20.II. 3. IV. 5.7. VI.33.VII.30.IX.23.26.
Dion (*Coccejanus*) X.85.86.
Domitius Afer. II. 15.
Ennius Poeta V. 3.
Euphrates Philoſophus I.10.
Eupolis Comicus I. 20.
Euricius I. 16.
Fannius (*C.*) ejus libri tres,quibus ſcripſit exitus occiſorum aut relegatorum à Nerone V. 5.
Frontinus (*Iulius.*) IV.8. IX.19.
Gætulicus V. 3.
Geminius IX. 11.
Gracchi(*Tiberius & Cajus*)I.20.
Herennius Senecio IV.7.
Herennius Severus IV.18.
Herodis Epigrammata IV. 3.
Heſiodi ἀγαθὴ δ᾽ ἔρις. III. 7.
Homerus I.6,18,20.III. 9.IV.3. V.6,19,20.VI.8.VIII.2,4. IX. 1,13,26.
Horatius IX. 22.
Hortenſius (*Quintus.* V.3.
Hyperides I. 20.
Iſæus II. 3.
Iſocrates VI. 29.
Julius. *Vide* Cæſar.
Julius Africanus nepos Julii Oratoris VII.6.
Largius Licinius II. 14.
Lentulus. V. 3.
Licinianus (*Valerius*) IV. 11.
Livius II.3. VI.20.
Lucejus V. 3.
Lucretius IV. 18.
Lyſias I. 20.
Martialis III. 21.
Maximus IV. 20. libri pro ſe in Blateram IX.1.
Memmius (*C*) V. 3.
Menander VI. 21.
Meſſala (*Marcus*) V. 3.
Nepos (*Cornelius*) IV.18. V.3.
Nerva V. 3.
Nero V. 5.
Nicetes Sacerdos VI. 6.
Octavius Poeta II. 10.
Oppius. vide Appius.
Paſſienus Paulus elegorum ſcriptor. VI.15.IX.22.
Pericles I. 20.
Platonica ſublimitas I. 10.
Plautus I.16.VI.21.
Plinius Major III.5.VI. 16.hiſtorias & quidem religioſiſſime ſcripſit V. 8.
Pollio I. 20.
Pollio (*Aſinius.*) V. 3.
Pomponius Secundus amicus Plinii majoris, qui ejus vitam ſcripſit III. 5. tragœdiarum ſcriptor. VII. 17.
Proculus Poeta III. 15.
Propertius VI.15. IX.22.
Quintilianus Plinii jun. præceptor VI.6.32.
Regulus (*Marcus.*) I.5.20.II.20. IV.2.7.VI.2.
Romanus, (*vide* Verginius & Vocon.) IX. 28.
Rufi liber omnibus numeris abſolutus IX. 38.
Rufus(*Virginius*) V.3.IX.19.
Sacerdos, *vide* Nicetes.
Sardus IX. 31.
Saturnius(*Pompejus*)I.16.
Scævola (*Quintus*) V. 3.
Seneca (*Annæus*) V. 3.
Senecionis libri de vita Helvidii VII. 19.
Silius Italicus III. 7.
Spurinna (*Veſtricius*)II.7. III. 1. 10.

10. IV. 27. V. 17:
Svetonius Tranquillus III.8.V. 11.X.95.96.
Sulla (*Lucius*) V. 3.
Sulpitius (*Ser.*) V. 3.
Tacitus(*Corn.*) I 6. 20.II.1.11.IV. 15. VI. 9, 16, 20. VII. 20, 33. VIII. 7. IX. 10, 14. Virginium Rufum Conſul pro funere laudavit. II. 1.
Terentius I.16.VI.21.
Thucydides IV.7.V.8.
Titus Cæſar. V. 3.
Torquati. V. 3.
Tullius (*Marcus*) III. 15. IV. 8. V.3. VII.17. IX.2.26. pro Muræna, pro Vareno, pro Cluentio, pro Cornelio. I.20.in Verrem. id epigramma in Tironem ſuum. VII.4. non omnino Marci noſtri λήκυθοι fugimus. I. 2.
Tyro libertus Ciceronis VII.4.
Varro V. 3.
Verginius Romanus. Ejus mimiambi & Comœdiæ VI. 21.
Virgilius III.7.V.3, 6.VI. 20, 33.
Voconius Romanus II.13.III. 13. X. 3.
Xenophon. V. 32.

INDEX eorum, ad quos Epiſtolas (a) ſcripſit Plinius junior.

Acilio lib.III.Epiſt.14.
Albino VI.10.
Anniano II. 16.
Antonino IV.3.18.V.10.
Apollinari II.9.V.6.
Appio IX. 35.
Arriano I.2. II.11.12.IV.8.12.VI. 2.VIII.21.
Atrio (al.Actio, Attio vel Arrio) *Clementi* I.10.
Augurino IX.8.
Avito II. 6.
Baſſo *Pomponio* IV. 23.
Bebio *Hiſpano* I.24.
Caleſtrio *Tironi* I.12.
Calphurniæ *Uxori* VI.4,7.VII.5.
Calvinæ II. 4.
Calviſio II.20. III. 1. V. 7. VIII.2. IX.6.Calviſio *Rufo* III. 19.
Caninio II.8.III.7. VI.21.VII.18. VIII.4. IX. 33. Caninio Rufo I. 3.
Capitoni V. 8.
Catilio III. 12. Catilio *Severo* I.22.
Celeri VII. 17.
Cereali II.19.Cereali *Velio* IV.21.
Clementi IV. 2. Clementi *Atrio* I. 10.
Cocciæ & *Spurinnæ* III. 10.
Coloni IX. 9.
Corelliæ VII.14.Corelliæ *Hiſpullæ* III.3.
Corneliano VI.31.
Cornelio *Minutiano* IV. 11. *Priſco* III. 21. *Tacito*, vide *Tacito*, *Titiano* I.17.
Cornuto VII.21.31.
Euricio I.16.
Fabato *proſocero* IV.1.V.12. VI.12. 30.VII.11.16.23.32. VIII.10.
Fabio *Iuſto* I. 11.*Valenti* IV.24.
Falconi IV. 27. VII. 22. IX. 15. Falconi *Pompejo* I.23.

Fero-

(a) Similem indicem in Ciceronis Epiſtolas dedi in ſupplemento ad lib. 1. c. 8.

Digitized by Google

Feroci VII. 13.
Firmo *Romano* I. 19.
Flacco V. 2.
Fundano IV. 15. VI. 6.
Fundano *Munitio* I. 9.
Fuſco VII. 9. IX. 36. 40.
Gallo II. 17. IV. 17. VIII. 20.
Gemino VII. 24. VIII. 5. 22. IX. 11. 30.
Geniali VIII. 13.
Genitori VII. 30. IX. 17. Genitori *Julio* III. 11.
Hiſpano VI. 25. Hiſpano *Bebio* I. 24.
Hiſpullæ IV. 19. VIII. 11. Hiſpullæ *Corelliæ* III. 3.
Julio *Genitori* III. 11.
Junio *Maurico* I. 14.
Juniori VIII. 15. IX. 12.
Juſto VII. 2. Juſto *Fabio* I. 11.
Laterano IX. 27.
Lepido IV. 7.
Licinio *Suræ* IV. 30.
Luperco II. 5. IX. 26.
Macrino II. 7. III. 4. VII. 6. 10. VIII. 17. IX. 4.
Macro *vel* Marco III. 5. V. 18. VI. 24.
Mamiliano *ſive* Maximiliano IX. 16. 25.
Marcellino V. 16. VIII. 23.
Marco, *vide* Macro.
Maurico II. 18. VI. 14. Maurico *Iunio* I. 14.
Maximiliano, *vide* Mamiliano.
Maximo II. 14. III. 2. V. 5. VI. 11. 34. VII. 26. VIII. 19. 24. IX. 1. 23. Maximo *Meſſio* III. 20. IV. 25. *Nonio* IV. 20.
Meſſio, *vide* Maximo.
Minutiano III. 9. IV. 11. VIII. 12.
Minutio VII. 12. Minutio *Fundano* I. 9.
Montano VII. 29. VIII. 6.
Muſtio (al. Muſcio) IX. 39.
Naſoni IV. 6.
Nepoti II. 3. III. 16. IV. 26. VI. 19.
Nonio *Maximo* IV. 20.
Octavio II. 10. Octavio *Rufo* I. 7.
Paterno IV. 14. VIII. 16. Paterno *Plinio* I. 21.
Paullino II. 2. V. 19. IX. 3. 37.
Paullino *Valerio* IV. 16.
Pompejæ *Celerinæ*, *ſocrui* I. 4.
Pompejo *Falconi* I. 23. *Saturnino* I. 8.
Pomponio *Baſſo* IV. 23.
Pontio V. 15. VI. 28. VII. 4.
Præſenti VII. 3.
Priſco II. 13. VI. 8. VII. 8. 19. Priſco *Cornelio* III. 21.
Proculo III. 15.
Quadrato VI. 29. IX. 13.
Quintiliano VI. 32.
Reſtituto VI. 17. VII. 1.
Romano IV. 29. VI. 15. 33. VIII. 8. IX. 7. 28. Romano *Voconio* I. 5. II. 1. III. 13. *Firmo* I. 19.
Rufino VIII. 18.
Rufo V. 21. VII. 25. Rufo *Calviſio* III. 19. *Caninio* I. 3. *Octavio* I. 7. *Sempronio* IV. 22.
Rufoni IX. 19.
Ruſtico IX. 29.
Sabiniano IX. 21. 24.
Sabino IV. 10. VI. 18. IX. 2. 18.
Sardo IX. 31.
Saturnino V. 9. VII. 7. 15. IX. 38. Saturnino *Pompejo* I. 8. *Scauro* V. 13.
Sempronio *Rufo* IV. 22.
Senecioni *Soſio* I. 13.
Septitio I. 1. VII. 28. VIII. 1.

Septitio *Claro* I. 15.
Serviano III.17.VI.26.
Severo III.6.18.IV.28.V.1.VI.27. IX.22.Severo *Catilio* I.22.
Soſio *Senecioni* I.13.
Soſſio IV. 4.
Sparſo IV. 5. VIII. 3.
Spurinnæ V. 17. Spurinnæ & *Cocciæ* III. 10.
Svet. *Tranquillo* I 18. v. *Tranquillo.*
Suræ VII.27.Surę *Licinio* IV.30.
Tacito *Cornel.* I. 6. 20. IV. 13. VI.9.16.20.VII. 20. 33.VIII.7. IX. 10. 14.
Tironi VI. 1. 22. IX. 5. Tironi *Caleſtrio* I.12.
Titiano IX. 32. Titiano *Cornelio* I.17.
TRAJANO Imp. libro X.
Tranquillo: III. 8.V. 11. IX. 34. vide *Svetonio*.
Triario VI. 23.
Tuſco VII. 9.
Tyroni, vide *Tironi*.
Valenti IV. 24.
Valeriano II. 15. V. 4. 14.
Valerio *Paullino* IV. 16.
Velio *Cereali* IV. 21.
Venatori IX. 20.
Vero VI. 3.
Vodonio *Romano* I.5.II.1. III.13.
Urſo IV 9.V.20.VI.5.13. VIII.9.

CAPUT XXIII.

DE FLORO, & AMPELIO.

Flori ætas. 1. *Epitome rerum Romanarum*. 2. *Editiones*. 3. *Argumenta librorum T. Livii*. 4. *Ampelius*. 5.

I. L. ANNÆUS (*a*) FLORUS patria ut videtur Hiſpanus, & forte ex Senecarum gente, ſub Hadriano Imp. ſcripſit, ceu ipſe innuit,

II. *Epitome de geſtis Romanorum*, ſive *Rerum Romanarum libros IV*.

(a) In quibuſdam codd. L. Julius Florus, in aliis L. Annæus dicitur, quo de vide Voſſium de Hiſt. Latin. pag. 164. Hinc Volaterranus eum putavit eſſe Julium Florum Secundum, quem jam dixi ab eloquentia laudari à Quintiliano, qui & patruum ejus Julium Florum commemorat. Elias Vinetus vero ad Auſon. & A. Schottus ad Aurel. Victorem non dubitant breviarium hoc tribuere L. Annæo Senecæ, Lactantii auctoritate ut videtur perſuaſi, qui VII, 15. ubi Flori ſententiam de ætatibus Populi Romani referre videtur, Senecam laudat auctorem. Sed non plane verba breviarii adducit, neque adeo ſententiam accurate, atque idem vel ſimile potuit etiam Senecæ in mentem venire. Rectius itaque Voſſius cum Salmaſio eundem eſſe exiſtimat Florum, qui in Epiſt. ad Hadrianum Imp. ap. Chariſium ait ſe poematis delectari, & cujus in Hadrianum verſiculos refert Spartianus. Idem Voſſius Florum noſtrum ſuſpicatur auctorem Octaviæ, quæ inter Senecæ tragœdias ultima eſt. Etiam pervigilium Veneris, & verſus Trochaici de qualitate vitæ ſub Flori nomine circumferuntur, de quibus dixi libro IV. Alius Julius Florus auditor Porcii Latronis, Galliarum ſub Tiberii Imperio in eloquentia primus, qui laudatur à Seneca Rhetore & Quintiliano. Alius Florus ſub Nerone, de quo Arrian. Epiſt. lib. I. cap. 2. &c. Etiam Florus quidam loquens inducitur à Plutarcho VIII. 1. & 10. ſympoſ. Dicebant autem veteres florus pro florido, ut alii colorus pro colorato. Vide Voſſ. de vitiis ſermonis p. 231. edit. novæ.

IV. (*a*) ab U. C. ad Jani templum prima vice clauſum ſub Auguſto Imperatore. Supra lib. 1. cap. 11. obſervatum eſt, T. Livii Hiſtoriam Romanam idem fere ſibi temporis ſpatium deſcribendum propoſuiſſe, unde fuerunt qui Livii Epitomen his libris contineri dicerent. Sic in editione Florentina An. 1510. 8. Juſtino hi libri ſubjiciuntur ex Phil. Beroaldi recenſione, hoc titulo: *Flori Epitomata quatuor quam cultiſſima in X. T. Livii Decades*. Sed à Livio non ſemel in hoc opere diſſentire Florum notavit Lipſius in Electis lib. II. cap. 5. Multus autem Florus eſt in laude rerum à Romanis geſtarum, ut non tam narrare bella, quam perpetuum victoriarum pæanem, florida, ſed interdum ad Poeticam (*b*) accedenti dictione decantare videatur *brevis hic & comtus Hiſtoricus*, ut vocatur à Julio Celſo p. 118. edit. Grævii. * Florus ſub Trajano ſcripſiſſe colligitur ex verbis procemii lib. 1. *niſi quod ſub Trajano principe movet lacertos, & præter ſpem omnium ſenectus Imperii, quaſi reddita juventute revireſcit*. Qui ſub Adriano malunt, cum Nazariano Codice legunt *movit lacertos*. His aſſentirer, ſi deinde diceret *reviruit*, (non *revireſcit*) nec Hadriani omitteret mentionem. Quod vero ait ab Auguſto, haud multo minus fuiſſe cum ſcriberet, annos CC. legendum Cl. Neque his eſt adverſum, quod poſtea etiam alia ſcripſit Florus Hadriani ætate, unde à Chariſio lib. 1. pag. 38. citantur Annæi Flori ad D. Adrianum, verba: *Poematis delector*, & pag. 113. *quaſi de Arabe aut Sarmata manubias*. Et Spartianus in Adriani vita cap. 16. refert eum Floro poetæ ſcribenti ad ſe, *Ego nolo Cæſar eſſe* &c. reſcripſiſſe: *Ego nolo Florus eſſe* &c. Huic enim Floro etiam tribuunt viri eruditi quæ inter vetera poemata vulgavit Petrus Pithœus, de qualitate vitæ, & pervigilium Veneris, & tertium quod incipit: *venerunt aliquando roſæ*. Hermannus Zœſtius, Monachus Ciſterclenſis, qui ſæculo XV. ſcripſit, de Eccleſiaſtica poteſtate c. 6. ſecutus Lactantium VII. 15. *Non inſcite* Seneca *Romanæ urbis tempora diſtribuit per ætates*. Hoc à Floro factum, fieri etiam potuit à Seneca. Vel Annæum Senecam pro Annæo Floro Lactantius & inde Zœſtius laudavit. Quintilianus lib. X. cap. 3. memorat Julium Florum patruum Julii Se-

Rr cundi

(a) Stephanus Pighius ad Valerii Max. IV. 8. hæc ſupplenda eſſe monet in Flori 2. 7. 8. *Aderant Rhodii nauticus populus. Nam Rhodos opinatiſſima inſularum metropolis cum pane omnibus Cycladibus arma pertimeſcens Romam jam dudum ſe fœderatam populo illi conjunxerat, & navali bello ſolatia condonabat*. Multa ex Floro repetit Jornandes de origine Mundi & actibus Romanorum.

(b) Dictionem audaciorem & frigidas argutias erroreſque nonnullos in Floro reprehendit Grævius in præf. Apologiam pro Floro adverſus Grævium ſcripſit Laur. Begerus in Prolegomenis ad ſuam edit. Utramque lectu dignam commentationem recudi curavi in Præfationibus & Epiſtolis Grævii à me collectis & editis Hamburgi 1707. 8.

cundi miræ facundiæ viri, & ipſum in eloquentia Galliarum principem. Ab hoc ſanguinem ducere Florum noſtrum ſcribit notis ad Quintilianum Turnebus. *Hinc credo*, inquit Burmannus pag. 933. *hauſit Erycius Puteanus lib. 1. Hiſt. Inſubricæ opinonem ſuam, Florum fuiſſe filium hujus Flori, nobiliſſimi Oratoris, & de quo Senecæ controverſia 25. Sed ille* L. Annæus Florus *cum vocetur, ex Annæa gente & Hiſpanus fuiſſe videtur*, (a) *unde & in MSS. quibuſdam* Senecæ *quoque nomen habet. Vide Voſſium 1. de Hiſt. Latin. cap. 30. & ex eadem forte gente* Sex. Annæus Florus *fuit in lapide apud Fabrettum pag.* 615. De Julio Secundo *vidimus ad cap. 1. hujus libri*. M: Julius Florus *occurrit apud Gruterum DCCXCII. 3. an vero hic deſcendat ex Julio Floro, ad quem eſt Horatii Epiſtola tertia libri primi, neſcio, neque etiam an idem ſit qui Tacito lib. III. annal. 40. inter nobiliſſimos Trevirenſes memoretur*. Julii Flori *etiam* prologum de hiſtoriis *ſive* de ætatibus ſeculi *exhibet Philippus Labbeus in Bibl. nov. MStor. Tom. 2. pag.* 190. *ſed qui, ſi verus eſt titulus, inferiorum longe eſt temporum, ut ſtilus ſordidior oſtendit, ſcriptor*. At in prologo iſto Julius ipſe Florus citatur, ait enim; *Hunc Julius Florus auctor ſive collector vocavit flores hiſtoriarum, idcirco quia eundem ordinavit à Nino primo Rege Aſſyriorum, & ab Abraham uſque ad NativitatemCHriſti. Sed quia abhinc uſque ad noſtrum tempus collectus eſt, Chronicum omnium temporum vocamus* &c. Multa è Floro Jornandes, multa etiam Freculfus in Chronico, Vincentius Bellov. & & alii juniores. Ex Freculfo loca quædam Flori reſtitui poſſe Clariſſ. Schœtgenius annotavit. Cæterum in caſtigandis antiquis ſcriptoribus ex ſequiorum, verba eorum jam decurtantium, jam interpolantium teſtimoniis cautius agendum eſſe docet Rupertus ad Florum pag. 108. ubi de Jornande. Florum, perpetuum Horatii imitatorem obſervat Roſellus Baumon in Maſſoni Hiſt. Critica Rei literar. Tom. 14. p. 222. Columnam roſtratam (*b*) non illam ipſam veterem Duillianam, ſed ejus loco aliam diu poſt illa tempora reſtitutam & A. C. 1560. Romæ in foro inter arcum Septimii & Capitolii radicem effoſſam (*c*) hodie adhuc ſupereſſe Viri docti non ſine veriſimilitudine ſuſpicantur. Vide Sirmondi Opera Tom. IV. pag. 587. 598. Eam exhibet etiam Laur. Begerus, ad Flori II. 2. *Petrus Ciacconius* Toletanus ſupplevit & illuſtravit Rom. 1608. 8. Prodiit etiam ſuppleta & commentario illuſtrata à *Gangeſio Gozzeo*, Rom. 1635. 4. Italicè.

III. Edi-

(a) Confer Nic. Antonium lib. 1. in Bibl. vet. Hiſpanæ c. 16.

(b) Meminere Plinius XXXIV. 5. Quintilianus I. 7. pag. 87. Silius VI. 663. Sextus Rufus in deſcriptione Romæ, regione VIII. & Servius ad 3. Georg. qui videtur indicare duas fuiſſe.

(c) Vide Steph. Vinandum Pighium T. 2. faſtorum Rom. ad A. U. C. 493. p. 24.

III. Editionibus à viro Cl. Martino Hanckio annotatis, in quibus præſtat quæ *Jo. Freinshemio* accurante cum notis, Chronologia & indice prodiit Argentorati 1636. 1655. 8. adde principem Pariſienſem in 4. ſine anni & loci nota (excuſam Pariſiis in Sorbonæ domo, circa A. 1470. ut ex Chevillerio notat Maittaire pag. 87. annal. typograph.) & Lipſienſem in fol. ſine anni notatione; in aliis exemplis Annus 1512. (*a*) in aliis 1516. (*b*) additur. Prodiit etiam Mediolani 1510. fol. ex *Philippi Beroaldi*, ut ajunt, caſtigatione, cujus Epiſtola ad Petrum Mariam Rubeum Floro præmittitur. Non indiligens editio appellatur Freinshemio in limine notarum ad Florum. *Joh. Cuſpinianus*, qui Florum à ſe recenſitum edidit Viennæ apud Joannem Winter, 1511. 4. in Epiſtola ad Joachimum Vadianum, & Joannem Marium ait typographos falſo jactaſſe, quod *Beroaldus* emendando Floro manus medicas admoviſſet; & nihil minus illas ſæpe eſſe quam medicas, notavit Rupertus notis ad Flori I. 11. 9. p. 182. Confer Nic. Antonii Bibl. Hiſpanam Veterem lib. 1. cap. 17. p. 81. Juſtinus & Florus, Venetiis 1512. fol. (*c*). Florus apud Aldum A. 1521. cum Polybio è verſione Perotti. * Cum notis *Joannis* Ricutii Vellini, qui à patria *Camertis* nomine notior eſt, Colon. 1537. apud Gymnicum, & 1540. 8. 1557. 8. Pariſ. 1541. apud Chriſtianum Vvechelum, una cum Sexti Rufi breviario: & 1560. 12. per Hieron. Marnepum: & Venetiis 1549. forma minore: Moguntiæ 1551. 8. Baſileæ 1557. 8. Florus Pariſ. 1545. 4. L. Annæi Flori, vel potius (ut editori viſum) Senecæ rerum Romanarum ex T. Livio epitome in quatuor libros diſtincta, cum *Eliæ Vineti* pluribus MSS. Codicibus uſi notis, Pictavis 1563. 4. Altera Vineti editio vidit lucem Pariſ. 1576. 4. Cum notis *Joannis Stadii*, Brabanti, Antuerp. 1567. 1584. 1593. Colon. 1579. 1583. 1600. 8. 1626. 12. & Urſellis 1619. 8. Ex recenſione *Frid. Sylburgii*, cum Var. Lect. in tomo primo hiſtoriæ Rom. ſcriptorum minorum, Francof. apud Vvechel. 1588. fol.

Commelinianam editionem Heidelberg. Anno 1597. 8. prioribus correctiorem laudat Claudius *Salmaſius*, cujus notæ & *Jani Gruteri* additæ in altera Commeliniana Anni 1609. 8. Idem Salmaſius Epiſtola ad Berneggerum: *Notæ illæ, quas pæne puer in Germania olim veſtra extruſi in lucem, nihil niſi puerile ſapiunt, & infinitis præterea mendis ſcatent typographicis. Eas recognoſcere & multis locis facere meliores, diu eſt in animo - - - Optimum & vetuſtiſſimum* (800. amplius annorum) *fuit exemplar Palatinæ olim*

Rr 2 *Biblio-*

(a) Bibl. Menarſiana p. 67. (b) Bibl. Perizoniana.
(c) Bibl. Menarſiana p. 70.

Bibliothecæ Nazarianum, quo uſus ſum in Floro recenſendo, & ejus opera innumeras ex eo auctore mendas ſuſtuliſſe memini. Lugdunenſis Editio A. 1606. 8. in qua libri quatuor cum notis *Eliæ Vineti*, (quæ prodierant Pictav. 1563 4.) *Joannis Camertis* (Baſil. 1529. 8. & 1532. fol. Pariſ. 1539. 4.) *Iuſti Lipſii* & *Iani Gruteri*, (Heidelb. 1597. 8.) Epitome Livii autem cum notis *Caroli Sigonii* & *Martini Delrii*. * Cum aliis Romanæ hiſtoriæ ſcriptoribus minoribus ex Jani Gruteri recenſione Hanov. 1611. fol. ut alias ſimiles aliorum jam collectiones prætercam, quas lib. IV. cap. 4. recenſui, in quibus Florus ſimiliter occurrit. Cum notis *Ioh. Iſaacii Pontani* prodiit Amſt. 1627. forma minore, & 1635. 1654. Florus à *Io. Freinshemio* notis & indice inſigniter illuſtratus primum vidit lucem Argentorat. 1632. 8. Cum notis *M. Zuerii Boxbornii* ad quædam loca Lugd. Bat. 1632. 12. Cum *Jacobi Zevecotii* obſervationibus maxime politicis Hardervici 1633. 12. Amſt. 1638. 12. Halæ Sax. 1665. 12. Obſervationibus Chriſtoph. Adami Ruperti politicis, moralibus, hiſtoricis & philologicis, Norimbergæ 1659. 8. vulgatis ſubjunctæ ſunt Anonymi non contemnendæ in eundem ſcriptorem obſervationes politicæ. Cum notis *Rutgeri Hermanidæ* Neomagi 1662. 8.

Cum notis variorum, integriſque Salmaſii notis & locupletiſſimo Freinshemii indice, addito etiam Ampelio prodiit iterum Florus Amſt. 1660. 8. cura S. M. D. C. ſive *Cornelii Schrevelii* Et ex *Nic. Blancardi* recognitione Lugd. Bat. 1648. 8. Franeck. 1690. 8. De Græviana cum Variorum notis vide Acta Erud. A. 1692. pag. 538. Florus apud Dan. Elzevirium 1664. 12. nitide excuſus, ſubjectumque habens libellum Variarum lectionum ex notis Gruteri, Salmaſii, Vineti, aliiſque nonnullis editionibus; & Amſtel. 1672. 8. cnm notis Variorum. Cum iisdem prodiit etiam Hamburgi ſine anni nota apud Henricum Volckerum 12. Cum *Joannis Minelli* notis, Roterodam. 1664. 1670. 1680. 12. Cum indice Freinshemii contracto, Aboæ 1675. 12. curante Jo. Gezelio.

Schola belli & Pacis Floriana ſive obſervationes in Florum auctore *Arnoldo Maur. Holtermanno*. Marpurg. 1673. 8.

His adde editionem Flori *Ultrajectinam* variis numorum, veterumque monumentorum (*a*) iconibus, & obſervationibus *Io. Georg. Grævii* illuſtratam A. 1680. 8. Pariſinam, quam in uſum Del-

(a) In his facile eminet omnium monumentorum latinæ linguæ propemodum antiquiſſimum, columnæ roſtratæ imago in æs inciſa ad lib. 2. cap. 2. cum Petri Ciacconii ſupplementis. Hanc columnam Populus Rom. conſecravit memoriæ C. Duillii, qui victoriam navalem primus à Pœnis reportavit.

Digitized by Google

Delphini concinnavit *Anna Tanaquilli Fabri* filia 1674. 4. & Angli recuderunt 1692. in 8. ac Veneti 1714. 4. Denique *Wetſtenianam* cum integris *Claud. Salmaſii* (*a*) & Grævii longe auctioribus, Freinshemianis pleriſque, & ſelectis Jo. Camertis, *Jo. Stadii* (Antuerp. 1564. 8.) Eliæ Vineti, Jani Gruteri, *Jo. Iſaaci Pontani* (Amſt. 1672. 12.) *Chriſtoph. Adami Ruperti* (Norimb. 1659. 8.) atque aliorum annotationibus, iconiſmis ex Ultrajectina editione petitis, & Freinshemiano indice Amſt. 1692. 8. & 1702. 8. apud Georgium Galletum. Denique *Laurentius Begerus* luculentiſſimam Flori editionem ſereniſſimo Principi regni Pruſſici hęredi conſecratam adornavit notis Criticis atque Hiſtoricis, & pulcherrimo numorum ac veterum monumentorum apparatu inſtructam. Sed duo tantum libri priores editi ſunt Berolini 1704. fol. reliquos antequam perficeret, fatis conceſſit elegantioris ille antiquitatis peritiſſimus interpres & ruſpator curioſiſſimus Anno 1705. 20. Febr.

Florus cum notis *Chriſtiani JuncKeri* ad modum Minelli Lipſ. 1704. 12. Florus & Ampelius, edente *Michaele Maittaire* Lond. 1715. 12. typis nitidis (*b*). Cum notis Germanicis in tironum uſus Halæ Magdeburgicæ 1720. 12. Laur. Begerus, in præfatione luculentæ ſuæ editionis Florum tuetur adverſus cenſuram Clariſſ. Grævii, quo nomine acerbius paullo perſtringitur à Viro docto notis ad Petronium p. 119. 451. Grævii cenſuram una cum Begeri pro Floro Apologia recudi curavi inter præfationes & Epiſtolas Grævianas Hamb. 1707. 1713. 8. *Io. Henrici Bœcleri* commentarius in librum Flori quartum inter ejus diſſertationes Academicas occurrit p. 504. ſeq. Ejuſdem ſcriptoris nonnulla in fortuitis ſuis emendavit vir Cl. *Iacobus Tollius*, quibus ſe ait elegantiori editioni præludere. Sed is cum magna literarum jactura fati invidiam ſecum trahens nuper abiit illuc, unde negant redire quenquam. Iaque non Florum tantummodo ſed Artemidorum quoque & tot alia χαρέσατα incaſſum ab eo expectavimus.

Gallice poſt L. Conſtantem libros quatuor Flori vertit Nic. Coffetellus Ord. Prædicatorum, Regi Galliæ à Conſiliis & Epiſcopus Maſſilienſis, cujus Hiſtoriæ Romanæ Gallice ſcriptæ ac Pariſiis 1647 1663. fol. editæ præmittitur. Poſt Coffetellum Mottanus Vayerus Mottani celebris Sceptici filius An. 1656. 1670. cu-

(a) Salmaſius vix quatuordecim annos natus Florum illuſtravit ediditque Anno 1608. Et ipſe de ſe ita ad Jungermannum: *Florus meus non ultra diem ſeptimum ex quo illi manum admovere cœpimus nos tenuit, & fuiſſet ſane pudendum ſi diutius nos tenuiſſet, cum ſtultum eſſe laborem ineptiarum notiſſimo verſu ſeratur.* Auctiores poſtea Salmaſii notæ prodiere, ut in edit. Lugd. Batav. 1655. 8.

(b) Bibl. ancienne & moderne de Mr. le Clerc, Tom. V. p. 144.

jus vide ſis Hexaemeron ruſticum pag. 31. &c. Et novam verſionem parari à Prevoſtio, notavit Diarium Londinenſe, Hiſtory of the vvorks of the learned A.1703. p. 222. Exſtat & Merici Caſauboni *Anglica* verſio cum notis, Lond. 1659. 8. *Danica* Magni Wingaardi, Hafniæ 1708. & neſcio cujus *Italica* 1546. 8. & alia interprete Santo Conto della Rocca Contrada, Rom. 1639. 12. Venet. 1676. 12. & per Michaelem Angelum Barbonum 1673. 12. tum *Germanica* Hieron. Bruckneri, Gothæ 1679. 8.

Ad imitationem noſtri ſcriptoris compendia hiſtoriæ variarum nationum ſub Flori nomine prodierunt, ut Petri Berthault Florus Francicus Pariſ. 1630. Lamberti Sylvii Florus Anglicus Lugd. Batav. 1652. 12. Joachimi Paſtorii Florus Polonicus, Lugd. Bat. 1641. 12. Amſtel. 1664. 12. Gedani 1679. Jo. Nadani Florus Hungaricus Amſt. 1663. &c. Etiam Hiſtoriam ſuam Danicam Flori Danici titulo proſcripſit Vitus Beringius, Othiniæ 1698. 1709. fol. * Flori nomine inſcripſerunt libros ſuos Petrus à Streithagen Florum Chriſtianum ſive Hiſt. Eccleſiaſticæ libros IV. Colon. 1640. 8. Auguſtinus Ribothus Florum Chriſtianum (*a*) Pariſ. 1666. 1677. 8. Hieronymus Pexenfelder S. J. Florum Biblicum, 1680. fol. Antonius Boleranus Florum ſanctum ab Orbe condito uſque ad CHRISTI tempora Pariſ. 1668. 1674. 12. Everhardus Waſſenbergius Florum Germanicum Dantiſci 1642. 12. (*b*) Deutſcher Florus von den drenſtrig jahrigen Arieg Francof. 1647. 12. Erycius Puteanus Hiſtoriæ Barbaricæ libros VI. compendio ad exemplum Flori conſcriptos Antuerp. 1634. forma minore.

IV. Weſteniana editio, aliæque non paucæ exhibent præterea ſub Flori nomine *Breviarium T. Livii* ſive *Argumenta librorum Hiſtoriæ Livianæ CXLII.* itaque non eorum modo quos habemus, ſed deperditorum quoque, ſolis exceptis CXXXI. & CXXXII. uti ſupra in Livio diximus. Hæc argumenta, quæ in univerſis fere Livii editionibus occurrunt, utrum Flori ſint, nec ne, minus exploratum eſt: à quibuſdam ipſi Livio tribuuntur teſte Hankio p. 301. lib. I. de Rom. Rer. ſcriptoribus. Ita certe video ſentire Dionyſium Gothofredum. Alii ut Bonifacius XV. 5. Hiſt. ludicræ duos diverſos Floros comminiſcuntur.

V. Claud. Salmaſius Floro inſuper ſubjecit L. AMPELII, Scriptoris Sidonio (*c*) memorati, cæteroqui incertæ ætatis, *libellum memo-*

(a) Confer Tho. Ittigii præf. ad Hiſtoriam Eccleſ. Sæculi primi.

(b) Vide Clariſſ. Jo. Hubneri noſtri Bibl. Hiſtoricam Hamb. Centuria 2.

(c) Vide Sirmondum ad Sidonium p. 236. Etiam inter excerpta ex Himerii Sophiſtæ declamationibus occurrit ap. Photium Cod. 243. ἐκ τῦ εἰς Ἀμπέλιον προτιμητικῦ. Confer de hoc Ampelio Procès. Ammianum Marcellinum lib. XXVIII. c. 4. & ibi Valeſ.

L. Am-

memorialem è Franciſci Jureti codice à ſe recenſitum, cui eleganti varietate narrationes totius orbis celebriores breviter complectitur, & ab eo tempore plurimis Flori editionibus adjunctus ſæpius prodiit. Salmaſii in hunc librum promiſſæ annotationes cum plenioribus ejus in Florum commentariis lucem minime adſpexere. Locos aliquot emendavit illuſtravitque Thomas Munckerus notis ad Mythographos latinos. Comperi etiam Ampelii librum cum Flori tetrabiblo & breviario Rufi Feſti in Hetruſcam linguam converſum prodiiſſe Romæ 1672. 12. * L. AMPELIUS Trajano Imp. cujus meminit junior eſt, ſcripſitque libellum ſuum memorialem ad Macrinum quendam. Alius ut videtur Ampelius, cujus apud Symmachum II. 33. & V. 54. 66. (al. 52. 64.) Epiſt. mentio: Alius ad quem Joannis II. Papæ (qui ab A. C. 532. Dec. 19. ſedit) Epiſtola: *Illuſtribus ac mognificis Avieno, Senatori, Liberio, Severino, Fideli, Avito, Opilioni, Ioanni, Silverio, Clementino & Ampelio*. Alius etiam Ampelius Eremita, cujus vitam habes in Actis Sanctor. XIV. Maji T. 3. p. 364. ſeq. Ampelius Italice cum Floro & Rufi Feſti libro prodiit Santo Conto interprete Romæ 1639. 12.

CAPUT XXIV.

DE C. SVETONIO TRANQUILLO.

Svetonii ætas. 1. Vitæ Cæſarum 2. Vitæ Grammaticorum, Rhetorum, Poetarum 3. Plinii Vita & liber de viris illuſtribus Svetonio præter rem tributa. 4. Svetonii editiones. 5. Scripta deperdita. 6. Obiter de monumento Ancyrano. 7.

I. C. SVETONIUS (*a*) TRANQUILLUS, Grammaticus & Rhetor Romanus, ſcriptor Vopiſci judicio emendatiſſimus & candidiſſimus, Plinii (*b*) Junioris amicus & ab eo adſcitus in contubernium, Trajani beneficio cum ἄτεκνος eſſet jus trium

I. Ampelius Antiochenus præfectus Urbi, ante annum Urbis MCXXIV. Vide Reineſ. p. 117. Epiſt. ad Hoſmannum.

(a) Tranquillus dici maluit, cum pater ejus, Svetonius Lenis diceretur. Diverſus à C. Svetonio Paulino, de quo Tacitus, quemque cum Tranquilli parente confundit Muretus XV. 11. Var. lect. & Xichon Polentonus in vita Svetonii noſtri ap. Pighium in annalibus Rom. V. 3. p. 600. Fuit & Svetonius Octavianus, à quo vitam Taciti Imp. ſcriptam refert Vopiſcus.

(b) Plinius X. 95. Epiſt. ad Trajanum. *Svetonium Tranquillum probiſſimum, honeſtiſſimum, eruditiſſimum virum, & mores ejus ſecutus & ſtudia jampridem, Domine, in contubernium adſumſi, tantoque magis diligere cœpi, quanto propius inſpexi.*

liberorum conſecutus, Magiſter Epiſtolarum, ſed ab Hadriano remotus ab illa provincia, quod apud Sabinam, uxorem Imperatoris, injuſſu ejus, ut ait Spartianus, familiarius ſe egiſſet. * De Svetonio conſules cenſuram Jo. Antonii Campani, in ejus Epiſtolis p. 545. ſeq. edit. Lipſienſis: & obſervationes Laiſnei, ſcriptas Gallice, (*remarques ſur la perſonne & les ècrits de Svetone*,) & inſertas nuper Archimbaldi novæ collectioni (*a*) opuſculorum fugitivorum, tomo 1.

II. Ex ſcriptis ejus exſtant *vitæ XII. Imperatorum* pari libertate (*b*) ab eo deſcriptæ ac ipſi vixerunt: *C. Iulii Cæſaris*, quæ initio mutila eſſe videtur Turnebo, Urſino, Torrentio, Pitiſco, & ante hos Lud. Vivi, qui etiam ſupplementi loco quædam de Julia gente Cæſariſque juventa commentatus eſt, quæ occurrunt in editione Svetonii Plantiniana cum Torrentii notis 1574. 8. & in Vivis operibus Tomo I. pag. 686. ſeq. *Octavii Cæſaris Auguſti*, *Tiberii Neronis Cæſaris*, *C. Cæſaris Caligulæ*, (*c*) *Tib. Claudii Druſii Cæſaris*, *Neronis Claudii Cæſaris*, *Sergii Sulpicii Galbæ*, *M. Salvii Othonis*, *A. Vitelli*, *utriuſque Veſpaſiani*, & *T. Flavii Domitiani*. Hæ vitæ in quibuſdam codd. & Svidæ teſtimonio in VIII. (*d*) libros tribuuntur, quam ſententiam in ſua edit. ſequitur Iſ. Caſaubonus: at aliis ac M. Zuerio Boxhornio & Pitiſco, qui numerum Svidæ corruptum putat, ſingulæ vitæ ſingulos libros abſolvunt, quibus præit Vincentius Bellovacenſis in ſpeculo Hiſtoriali, qui duodecim Svetonii libros laudat.

III. *Liber de Illuſtribus Grammaticis*. *De claris Rhetoribus liber*, ſed majorem ſui partem mutilus. Ex libro de (*e*) Poetis *vita Terentii* à Donato excerpta, *vita Horatii* quam Porphyrio ad Horat. lib. 2. Epiſt. I. diſerte tribuit Svetonio, *vita Perſii*, *vita Lucani* & *vita Juvenalis*, quam alii malunt referre ad *Probum*, ſed ex ſtyli convenientia Svetonio vindicat Salmaſius ad Solin. p. 320.

IV. *Pli-*

(a) Nouveau recueil de pieces fugitives d'hiſtoire, de literature &c. par Mr. l'Abbè Archimbaud, Paris 1717. 8. Europe ſavante 1718. Fevr. p. 260. ſeq.

(b) Hanc à Tillemontio in Hiſt. Imperatorum & aliis quibuſdam reprehenſam recte tuetur Bælius in Lexico edit. ſecundæ: ubi etiam obſervat Chronologici ordinis ſecurum Svetonium vitas per rerum capita maximam partem digeſſiſſe, & diligentiſſime annotaſſe quæ ad vitam, mores, indolem & ingenium cujuſque Imperatoris ſpectare obſervavit.

(c) Euſebius de vita Conſtantini Lib. I. cap. 10. ἢ γὰρ οὐκ αἰσχρὸν Νέρωνος μὲν τὴν μνήμην καὶ τῶν τῆς μακρῷ χειρόνων δυσσεβῶν τινων καὶ ἀθέων τυράννων ἀόκνου εὐτυχῆσαι συγγραφέων οἳ δὴ φαύλων ὑποθέσεις δραμάτων ἑρμηνείᾳ κομψῇ καλλωπίσαντες πολυβίβλοις ἀνέθηκαν ἱστορίαις, ἡμᾶς δὲ σιωπᾶν &c.

(d) Lupus Ferrarienſis Epiſt. 91. Svetonium de vita Cæſarum in duos nec magnos Codices diviſum à Marquardo Abbate mitti ſibi deſiderat.

(e) Confer Rol. Mareſii Epiſtolas p. 473. edit Lipſienſ. 8. & Voſſium de imitatione cap. VII. §. 9. Poeſis unde cœperit, ex Tranquillo refert Iſidorus Hiſp. VIII. 7. Originum.

IV. *Plinii Majoris vita* Svetonio indigna eſt, ut argumento non uno Voſſius de Hiſt. Latin. oſtendit, & Scaliger ad Euſebium non dubitat plusquam quatuor Sæculis ſcriptam eſſe poſt Svetonii obitum. Aliam ejuſdem Plinii vitam incerto auctore ſcriptam vulgavit poſt alios Jo. Harduinus. *Liber de viris illuſtribus* non magis Svetonii eſt quam Plinii Junioris, ſed Aurelium Victorem auctorem habet, ut jam monui. Similiter falſi ſunt qui ex loco Oroſii VI. 7. *libros* Cæſaris *de bello Gallico* ad Svetonium retulere, de quibus Bælius in Lexico edit. 2. in *Cæſar.* nota 5. * Ex vita Virgilii Svetoniana, multa ad verbum repetit Tiberius Donatus. De Plinio nonnulla ex Tranquilli Svetonii catalogo virorum illuſtrium affert Vincentius Bellovacenſis libro X. ſpeculi hiſt. cap. 67. Rabanus Maurus de arte Grammatica Tom. 1. Opp. p. 46. *Tranquillus vetuſtæ ſcriptor Hiſtoriæ ſic de poetis Gentilium & de poematibus refert: Cum primum homines exuta feritate rationem vitæ habere cœpiſſent, ſeque ac deos ſuos noſſe, cultum modicum ac ſermonem neceſſarium commenti ſunt* (ita ex Iſidori VIII. 7. Orig. lege pro *convenientibus*) *ſibi: utriuſque magnificentiam ad religionem deorum ſuorum excogitaverunt. Igitur templa illis, domibus pulchriora, & ſimulacra corporibus ampliora faciebant. Ita eloquio etiam quaſi anguſtiore honorandos putaverunt, laudeſque eorum & verbis illuſtrioribus, & jucundioribus numeris extulerunt. Id genus quia forma quadam efficitur quæ* ποιότης *dicitur, poema vocitatum eſt, ejuſque fictores poetæ.*

V. Svetonii editores & interpretes complures Sabellicus, Beroaldus, Egnatius, Eraſmus, Glareanus, Pulmannus, Fulvius Urſinus, Juſtus Lipſius, Marcellus Donatus, Janus Gruterus, Jacobus Zevecotius, Matthias Berneggerus, Joannes Henricus Bœclerus, M. Zuerius Boxhornius &c. ab Hankio in libro utroque de Romanarum rerum ſcriptoribus, & Tho. Crenio IV. animadverſ. enarrantur. (*a*) Hoc igitur loco fas ſit præcipuas editiones, ac illi omiſſas, laudaſſe. * Prima fuit Romana, eaque duplex Anni 1470. utraque in fol. una per Conradum Svveynheim, & Arnoldum Pannartz, cum Epiſtola *Io. Andreæ* Alerienſis Epiſcopi ad Paulum II. & altera, cum *Io. Antonii Campani* Epiſtola ad Franciſcum Piccolomineum Cardinalem Senenſem, Romæ in pinea regione via Papæ, apud Udalricum Han. Vide Michaelis Maittaire annales typographicos p. 70. Ex his altera extat in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi.

Venetiis 1471. fol. per Nicolaum Jenſon.

Hoc ego Nicoleos Gallus cognomine Ienſon

Im-

(a) Editiones Svetonii referuntur etiam à Dan. Guil. Mollero in diſſ. de Svetonio, Altdorf. 1685. §. 27. & à Pitiſco ad calcem editionis luculentæ Svetonii A. 1714. 4.

Impreſſi, miræ quis neget artis opus?
At tibi dum legitur docili Svetonius ore,
Artificis nomen fac, rogo, Lector, ames.

Romæ iterum 1472. fol. per Svveinheym & Pannartz. Mediolani 1475. fol. per Philippum de Lavagnia, quam pro prima habet Cl. Montfauconus in Diarii Ital. p. 230. Cum *Antonii Sabellici* commentariis Venet. 1490. fol. Liber de claris Grammaticis & Rhetoribus, Venetiis apud Bernardinum Venetum in 4. ſine anni nota, una cum Apicio de re coquinaria. Svetonii Cæſares cum *Philippi Beroaldi* Bononienſis & *Sabellici* commentariis Venet. 1496. 1499. fol. & apud Barthol. de Zanis de Porteſio 1500 fol. & 1506. fol. Pariſ. 1512. fol. Cum notis *Jo. Baptiſtæ Egnatii*, A. 1516. 1521. 8. Venetiis apud Aldum, ac deinde alibi ſæpius, additis etiam ejuſdem Egnatii de Romanis principibus libris III. Cum annotationibus *Eraſmi*, itidem A. 1517. ac deinde ſæpius variis in locis. Præfatio Eraſmi habetur inter ejus Epiſtolas XXVIII. 16. edit. Lond.

Svetonius ſine notis, Florentiæ 1510. 8 1515. 8. Argentorat. 1520. 4. Cum Egnatii & Eraſmi annotationibus Pariſ. 1527. 8. apud Simonem Colineum, & 1543. 8. apud Rob. Stephanum, quam editionem ex Codice Memmiano expreſſam notant eruditi; nec non Lugd. apud Seb. Gryphium 1534. 8. 1565. 8. minore forma 1551. 1558. Cum obſcuriorum locorum explicatione per *F. M. Gallum*, & Egnatii atque Eraſmi notis Coloniæ apud Jo. Gymnicum 1539. 8. & cum *Gisberti Longolii* caſtigationum acceſſione, apud Gualtherum Fabricium 1568. 8. Cum Sabellici, & Beroaldi commentariis, notiſque Egnatii & Eraſmi Lugd. 1548. fol. Cum notis *Henrici Glareani* A. 1553. Cum Egnatii, Eraſmi, & *Theodori Pulmanni* annotationibus Antuerp. 1574. 8. Cum *Lævini Torrentii* eximio commentario, edito primum Antuerp. 1578. 4. Cum notis Egnatii, Eraſmi, Glareani & Pulmanni, tomo ſecundo Hiſtoriæ Rom. Scriptorum ex recenſione *Frid. Sylburgii* Francof. apud Wechel. 1588. fol.

Svetonii vitam poſt *Tuccium Marianum*, Florentinum diligentius ſcripſit *Elias Vinetus*, ediditque cum Svetonii libellis duobus de Grammaticis & Rhetoribus, quibus vitam Plinii majoris à Svetonio ſcriptam, vitamque Horatii qualem Petrus Nannius ediderat ſubjunxit Pictavis 1556. 4. Prima editio libellorum de Grammaticis, & Rhetoribus eſt Veneta 1518. 8. apud Aldum, cum Plinii Secundi Epiſtolis & panegyrico, Victoris viris illuſtribus, & Julio Obſequente. Prodierunt etiam cum Victore, & Obſequente Pariſ. 1544. 8. & Baſileæ.

Svetonius cum Eraſmi & Egnatii notis in Cæſares, *Achillis Sta-*

tii

tii atque *Eliæ Vincti* Commentario in librum de Grammaticis, & Rhetoribus Lugd. per Antonium Gryphium 1585. forma minore. *Fulvii Urſini* notæ in quædam Svetonii loca, cum fragmentis Hiſtoricorum Latinorum ab Antonio Auguſtino collectis, & ejuſdem Urſini notis in Salluſtium, Cæſarem, Livium, Vellejum, Tacitum & ſex Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores Antuerp. 1595. 8.

Cum commentario *Iſ. Caſauboni* A. 1595. 4. editio, cui A. 1596. appendicula animadverſionum cum notis ad monumentum Ancyranum acceſſit. Vide Caſauboni præfationes Epiſtolis ejus editionis Almelovenianæ præmiſſas p. 20. 22. ſeq. & ex iterata Caſauboni recenſione cum animadverſionum ejus appendicula Genevæ 1615. 12. *Marcelli Donati*, Ponzani Comitis & S. Stephani equitis dilucidationes in Livium, Tacitum, Svetonium, Ammianum Marcellinum, & Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores, prodierunt Venet. 1604. 4. & recuſæ ſunt Grutero curante in tomo ſexto lampadis artium, ſive theſauri Critici Francof. 1612. 8. Omitto *Nic. Bellermontii* diſſertationes in Curtium, Svetonium, Tacitum &c. Baſil. 1626. 8.

Svetonius cum Sabellici paraphraſi, Beroaldi commentariis & annotamentorum appendice, Egnatii, Eraſmi, Glareani Pulmanni notis, Torrentii & Caſauboni commentariis, *Fulvii Urſini* notis, *Theodori Marcilii* emendationibus, notiſque *Juſti Lipſii* Pariſ. ſumtibus Hadriani Beyſi, 1610. fol. *Juſti Lipſii* in Veſpaſianum, Titum & Domitianum Svetonii Offenbaci 1610. 8. Svetonius cum Caſauboni & Marcilii notis Pariſ. 1611. 4. Prodiit etiam cum Caſauboni notis anno eodem, Lugduni 4. Ex *Iani Gruteri* recenſione cum ejus notis, in tomo I. Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptorum Hanov. 1611. fol. *Io. Iſaaci Pontani*, forma minore, cum indiculo vocum ac locutionum Svetonianarum. Confer A. Matthæi ſyllogen Epiſtolarum p. 379. &c. *Iac. Zevecotii* in Cæſarem Svetonii, obſervata politica Amſt. 1630. 12. Marpurg. 1638. 12. *Bartholi Bartholini* loca quædam vitæ Cæſaris explicata, Hafniæ 1665. 4. Ex *Matthiæ Berneggeri* copioſis, quos parabat in Svetonium, commentariis, tantum lucem viderunt diatribæ in vitam Cæſaris Argentor. 1624. ſeq. 4. Præterea ſpeculum boni Principis, ſive vita Titi Veſpaſiani illuſtrata, ibid. 1625. 4. & diatribæ XI. in vitæ Auguſti capita primora XXXVI. ibid. 1632 -- 1639. 4. Hunc finem doctiſſimarum diatribarum acerba litteris fata eſſe voluerunt, inquit Bœclerus ad Vellejum II. 89. 4. p. 264. Hæc Berneggeriana junctim recuſa ſunt Argentorat. 1654. 4. aucta & emendata ex chirographo auctoris.

Svetonius cum notis *M. Zuerii Boxhornii* Lugd. Bat. 1632, 1645. 1661. 12. Cum commentario Caſauboni & *Io. Henr. Bœcleri* diſſertatio-

titionibus politicis & uberrimo indice Argentorat. 1647. 4. In hac editione poſt Svetonii fragmenta etiam *Politiani* in Svetonium præfatio p. 332. legitur.

His adde editiones Svetonii *Schildianam* cum notis Varior. & nonnullis Lipſii ac Salmaſii obſervatt. & caſtigationibus Lugd. Bat. 1647. 8. 1652. 1662. 1667. 8. *Grævianam* cum integris *Lævini Torrentii* (Antvv. 1591. 4.) & *Iſaaci Caſauboni* (Pariſ. 1606. 4.) commentariis, *Theodori* item *Marcilii*, *Franciſci Guieti*, *Jo. Frid. Gronovii* & *Jo. Georgii Grævii* notis, *Achillis* præterea *Statii* (Antvv. 1574.) & *Eliæ Vineti* (Lugd. 1585. 12.) ad libros de Grammaticis & Rhetoribus, locupletiſſimoque *Matthiæ Berneggeri* indice Trajecti 1672. 4. & Hagæ Comitis 1691. 4. in qua etſi minus emendate repetita editione præter effigies Imperatorum ex numis Guil. Cœtierii Rectoris Daventrienſis, & *Guil. Goeſii* conjectanea Hagæ Comitis 1578. 4. ſeorſim edita, nec pœnitenda Grævii notis ſeparatim adjunctis augmenta acceſſerunt. Quemadmodum in tertia eaque locupletiſſima editione Traject. 1703. 4. qua vix abſoluta fatis conceſſit vir præſtantiſſimus Grævius, non modo animadverſiones ſuas auxit è Memmianis excerptis & antiquarum membranarum collatione, ſed integrum addidit præterea *Caroli Patini* commentarium, qui Svetonii Cæſares è numiſmatis antiquis illuſtravit Baſil. 1675. 4. 1707. 4. *Oxonienſem* cum notis brevibus ſed ſelectis & ad uſum lectorum comparatis A. 1676. & 1690. 8. è theatro Scheldoniano: *Pariſienſem* in uſum Delphini, quam notis & omnium indice vocabulorum adornavit *Auguſtinus Babelonius* A. 1684. 4. *Pitiſcianam* notis ſelectis ac copioſis variiſque iconibus eleganter ac utiliter illuſtratam à *Samuele Pitiſco* Trajecti ad Rhen. 1690. 8. 2. Volum. Amſtelodamenſem *Wetſtenianam* 1697. 12. ex recenſione Grævii cum ejus notis, ac denique *Leidenſem* 1698. 12. à Salmaſio recenſitam cum codice Memmiano, additis emendationibus *Jacobi Gronovii*.

* In notis ad Svetonii p. 804. *Grævius* ſuos Obſervationum libros laudat, quos non memini editos eſſe, uti nec *Abr. Berckelii* dictata in Svetonium, quæ fuere MSta in Bibl. Almeloovenian ap. 177. nec *Iac. Perizonii* in eundem ſcriptorem prælectiones; nec *Salmaſii* notas quas in Svetonium promittit pag. 57. ad Hiſt. Auguſtam: Poſt *Caroli Patini* induſtriam Svetonium è nummis antiquis uberius illuſtrare aggreſſus fuit V.C. *Jo. Carolus Shottus*, Præfectus Bibliothecæ Sereniſſ. Regis Boruſſiæ. Vide Ephemerides Pariſ. 1708. menſe Octobri pag. 216. Acta Erud. 1711. p. 329. Sed laudatiſſimos ejus conatus mors antevertit; extinctus enim eſt vir præſtan-

ſtantiſſimus Berolini 1717. 12. Dec. cum vix annum quadrageſimum quintum ætatis attigiſſet.

Svetonius *Sam. Pitiſci* ſtudio illuſtratus luculenter recuſus eſt (*a*) Leovardiæ 1714. 4. quæ non ſplendidior modo, ſed quoque locupletior eſt editio. De *Grainvilli* nova editione quam parat reſciſſis paucis quibuſdam caſtas aures offendentibus, vide Memorias Trevoltinas A. 1706. p. 340.

Gallice Svetonius ex verſione Guilelmi Michaelis de Tours Pariſ. 1520. 1530. 4. Georgii de la Bouthiere, Lugd. 1569. 4. Pariſ. 1616. Rothom. 1654. & Bernardi Teilii (quem integra quandoque capita ſuppreſſiſſe & ſententias Svetonii frequenter corrupiſſe notant viri docti) Pariſ. 1661. 4. 1663. 12. 1667. 12. Amſt. 1663. & 1670. 12. Nuper etiam Henrionium accepimus Gallicam novam Svetonii verſionem parare, iconibus & monumentis veteribus ornatam. Vide Diarium Londinenſe, Hiſtory of the vvorks of the learned. A. 1703. pag. 222. *Italice* P. del Roſſo Venet. 1539. 8. *Germanice* interprete *Philomuſo*, hoc eſt illuſtriſſ. Comite Henr. Detlevo Holkio, Hafniæ 1664. 8. quam verſionem in carcere concinnavit, & Regi Daniæ Friderico III. inſcripſit. *Hiſpanice* Jaimo Bartholomæo, Tarracone 1596. Explication de un lugar de Svetonio, y examen de la Deidad que conſulto Veſpaſiano en el Carmelo, per Gaſpar de Mendoza. en Sevilla 1678. 4. *Danice* interprete Comite illuſtriſſ. Holkio. *Anglice* Lond. 1690. 8. *Belgice* &c.

VI. Multa alia ſcripſerat Svetonius, quæ interciderunt. Ex his fuere: *περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι παιδιῶν*. *De ludis ſive luſibus Græcorum* lib. I. Svid in Τράγκυλλος, & Servius in V. Æneid. ubi male excuſum *de puerorum luſibus* laudat etiam Tzetzes Chil. VI. hiſt. 85. & Euſtathius ad Iliad. ά. *Lib. I. Hiſtoriæ ludicræ* Gell. IX. 7. *De ſpectaculis & certaminibus Romanorum* περὶ τῶν παρὰ Ρωμαίοις θεωρικῶν καὶ ἀγώνων lib. II. Svid. περὶ τοῦ κατὰ Ρωμαίους ἐνιαυτοῦ *de anno Romano* lib. I. id περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων, *de notis quibus Critici in libris utebantur*, liber I. id. περὶ τῆς Κικέρωνος πολιτείας. *Pro Ciceronis Republica* adverſus Didymum Chalcenterum Grammaticum (qui Ciceroni maledixerat teſte Ammiano XXII. ult.) Svid. περὶ ὀνομάτων κυρίων καὶ ἰδεῶν ἐσθημάτων καὶ ὑποδημάτων καὶ τῶν ἄλλων οἷς τις ἀμφιέννυται. *De nominibus propriis, & de genere veſtium*. Svid. & Servius in VIII. Æneid. περὶ δυσφήμων λέξεων ἤτοι βλασφημιῶν καὶ πόθεν ἑκάστη. *De vocibus mali ominis ſive maledictis, & unde quodcunque*. Svid. & Etymolog. in ἀρχολίπαρες. Περὶ Ρώμης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ νομίμων καὶ ἠθῶν. *De Roma ejuſque inſtitutis & moribus* libri II. Svid. In hoc opere fortaſſis

(a) Acta Eruditor. T. VI. ſupplementi p. 195. Never Bucher Baal parte L. p. 104.

taſſis tradiderat etymologiam vocis triumphi, quam è Tranquillo affert Iſidorus XVIII. 2. Originum. Στέμμα Ῥωμαίων ἐπισήμων, *Stemmata* ſive *Genealogiæ illuſtrium Romanorum*. Svid. *Libri III. de Regibus*, quos carmine in epitomen coegit Paulinus teſte Auſónio Epiſt. XIX. *De inſtitutiòne officiorum*. Priſcian. lib. VI. *Prætorum liber octavus*. id. libro VIII. *De vitiis corporalibus* Serv. in Æneid. VIII. *De rebus variis* id. & Chariſius lib. 2. Etiam in Iſidori Hiſp. libro de natura rerum c. 37. quædam nomina ventorum è Tranquillo referuntur, & c. 38. locus prolixus de ſignis tempeſtatum ex *Tranquillo in partis*, ſed puto legendum *in variis*. Jo. Grialus legit *in pratis*, ut λειμῶνας ſive *prata* inſcripſerit libros ſuos de rebus variis Svetonius. Alii *in parergis* vel *Arateis*, quæ lectiones minus placent.

VII. In editione Pitiſci, & Græviana, aliiſque quibuſdam habes etiam *monumentum Ancyranum* de rebus Aug. Imp. Juſti Lipſii & Iſaaci Caſauboni notis illuſtratum, & varias de 12. Imperatoribus, quorum vitæ à Svetonio deſcribuntur veteres inſcriptiones. At de monumento illo Ancyrano plura erit dicendi locus infra libro IV.

CAPUT XXV.

DE APICIO.

Apicii libri de re culinaria eorumque editiones. 1. Apicii plures 2.

I. CÆLII APICII patria, ut ſuſpicabatur Carolus Avantius (*a*), Hiſpani de obſoniis & condimentis, ſive *de re culinaria libri X.* inventi ſub Nicolao V. Pontifice in Inſula Megalona (*b*) ab Enocho Aſculano cum Porphyrionis in Horatium Scholiis, ut tradit Leander Albertus Bononienſis in deſcriptione Italiæ p. 267. & Philippus Bergomas in Chronici continuatione ad A. C. 1454. qui *M. Cæcilium* appellat. In eundem ſemilacerum & ſqualore obſitum Apicii codicem centum fere annis interjectis incidit *Albanus Torinus*, ut ipſe teſtatur præfat. ad ſuam horum librorum editionem, quam ex Megalonenſi & Veneta editione

(*a*) Vide Jo. Rhodium de acia c. 14. p. 155. Cæterum Nic. Antonius in Bibliotheca veteri Hiſpana nullam Apicii mentionem fecit.

(*b*) Platina in vita Nicolai V. p. 325. Glandorpius in Onomaſtico p. 105. Bælius in Lexico ubi de Apicio differit. Jac. Cujacius XVI. 5. Obſ. & Voſſius in Ariſtarcho pag. 133. edit. novæ A. 1695.

tione (*a*) A. 1503. 4. apud Joannem de Cereto de Tridino excuſa vulgavit Baſileæ, dicavitque Georgio Wurtembergæ & Mompelgardi Comiti 1541. 4. additis excerptis ex Jo. Damaſceno de variis condituris & Paulo Ægineta de facultatibus alimentorum, cum libris decem Baptiſtæ Platinæ (*b*) Cremonenſis de tuenda valetudine, natura rerum & popinæ ſcientia. Recuſa hæc eodem anno forma octava Lugduni (*c*) apud Gryphium. Anno poſt, Apicii libros caſtigatos notiſque illuſtratos recudi curavit *Gabriel Humelbergius*, Tiguri 1542. 4. quem Torini editionem pro lubitu mutaſſe ait Barthius p. 1576. Adverſariorum, cum tamen nec Humelbergii editionem tum vidiſſet, ut lib. 38. cap. 18. diſerte innuit: neque Humelbergius, cujus editio eodem, quo Toriniana, tempore ſub prælis verſata eſt, Torini Apicium oculis uſurpaſſe videatur. Idem itaque Barthius inſpecta tandem Humelbergiana editione pag. 1714. eum multa ex MSS. & ingenio feliciter reſtituiſſe haud diffitetur. Vide excellentiſſimi Viri Martini Liſteri præf. ad Apicium. Vide etiam Lambecium lib. 3. de Bibliotheca Vindob. p. 352. Denique Reginæ Annæ Medicus inſignis, nuper vero ante breve tempus fato functus *Martinus Liſterus* Apicium cum variis lectionibus & notis tum Humelbergii, tum ſuis vulgavit Lond. 1705. 8. Cum vero illius editionis centum vix & viginti (*d*) exempla fuiſſent excuſa, egregius Vir *Thedor. Janſonius ab Almelooveen* eundem non modo recudi curavit Amſtelodamenſibus typis A. 1709. 8. ſed etiam excerptas ex Barthii Adverſariis, Variiſque lectionibus Reineſii, & Antonii von der Linden obſervationes adſperſit, indicemque ſubjunxit longe locupletio-

(a) Apicius prodierat ſine anni nota in 4. Venetiis apud Bernardinum Venetum cum Svetonio de Grammaticis & Rhetoribus: & Mediolani 1490. 4. per Blaſium Lancilotum.

(b) In editione Argentinenſi A. 1517. 4. hoc Platinæ opus ſeparatim excuſum inſcribitur: *de honeſta voluptate & valetudine, vel de obſoniis & de arte coquinaria* libri X. in præfar. Platina ait ſe imitatum *Catonem virum optimum, Varronem omnium doctiſſimum & Columellam ac Cælium Apicium*. E græcis hoc argumentum olim tractaverat Pancratius quidam ſub Leone & *Zenone* Imp. clarus teſte Svida, ut alios Athenæo laudatos omittam.

(c) Inter MSS. Marquardi Gudii, editio Apicii Lugdunenſis extat collata cum antiquo codice, litteris fere iisdem ſcripto, quibus Pandectæ Florentinæ, hodie obvio in Bibl. Vaticana, inter libros, qui fuere Ducis Urbinatium & deinde Romani palatii, extincta familia Ducali, quæ Ducatum iſtum à Romanis Pontificibus in feudum tenuerat. Easdem varias lectiones ex Gudii apographo in uſum meum vel ejus qui nova editione Apicii de rep. litteraria bene promereri voluerit deſcriptas ſervo ab Henrico Volcmaro Scherzero, Jo Adami Theologi filio.

(d) Non XXVI. ut legas in Memoriis Trevoltinis A. 1705. Octob. p. 1816. Obſervationes quædam in Diario Lipſienſi, Never Bucher Baal parte 1. p. 60. ſeq.

pletiorem, & lectiones Codicis antiquiſſimi Vaticani à me tranſmiſſas addidit. Laudatiſſimus Liſterus *Apicium* pro titulo libri habet, *Cælium* vero pro nomine auctoris, puta Aureliani, an alterius, ita ut tota inſcriptio ex ipſius ſententia ſit: *Apicius Cælii de re coquinaria*. Sane Apicium auctorem non eſſe *(a)* vel inde colligas, quod lib. VI. cap. 7. differens de phœniceptero, de avis illius lingua ſilentium; tamen Plinio X. 48. teſte, *phœnicopteri linguam præcipui ſaporis eſſe Apicius docuit*, *nepotum omnium altiſſimus gurges*.

Liber primus inſcribitur ἐπιμελὴς, ſecundus Ἀρτόπτης ſive ut rectius in Humalbergii editione & MS. Vaticano Σαρκόπτης, tertius Κηπουρικὰ, quartus πανδέκτηρ, quintus ὄσπριος ſive leguminarius, ſextus τροφήτης in edit. Lugdunenſi & Baſil. pro quo *Tropetes* in MS. ſive potius (ut emendat Humelbergius) Ἀεροπετὴς, ſeptimus πολυτελὴς, octavus τετράπους, nonus θάλασσα, & decimus ἁλιεύς:

Libri quarti cap. 1. *Salacattabia Apiciana*, libri quinti cap. 4. *Apiciana concila*, libri ſeptimi cap. 4. *offulæ Apicianæ*, libri octavi cap. 7. & libri ſexti cap. 4. *jus frigidum crudum Apicianum* memorantur, quæ obſoniorum cocturarumque genera nomen accepiſſe videntur vel ab Apicio quodam *(b)* Nicomedis Regis æquali, quem περὶ ἀσωτίᾳ πάντας ἀθρώπους ὑπερηκοντικέναι narrat Poſidonius ap. Athenæum libro IV. Dipnoſoph. De quo Svidas in ἀφύα, & forte in Μάρκος Ἀπίκιος. Ab hoc Marco panes ſaccharo conditi vulgo etiamnum dicuntur *Marci panes*, ut notat Balthaſar Bonifacius IX. 5. ludicræ. Vel potius ab alio quodam juniore M. Gabio Apicio, qui ſub Auguſto & Tiberio fuit *ad omne luxus ingenium mirus* & *nepotum omnium altiſſimus gurges*, ut à Plinio Majore lib. 9. c. 17. lib. 10. cap. 48. appellatur. Ἀσωτίας πέρας Eunapio & Dione teſte πάντας ἀνθρώπους ἀσωτίᾳ ὑπερβαλὼν, qui ejus παιδικὰ fuiſſe narrat Sejanum, in Tiberii deinde aula Miniſtrum principem.. Hujus mentio ap. Senecam Epiſt. 95. & 120. lib. de vita beata c. 11. & conſolat. ad Helviam c. 10. Dionem lib. 57. p. 616. Tacitum IV. Annal. Martialem III. 22. Svidam & alios. Fortaſſis etiam apud Ælianum II. 42. de animal. niſi ibi pro Ἄκολον non legendnm Ἀπίκιον cum Geſnero, ſed Κρωβύλον. Confer Ælian. IV. 16. Var. Hiſt. Porro Apicii nomen pro quovis guloſo occurrit ap. Ju-

(a) Bibl. Angloiſe Tom. 1. p. 500. ex Duglaſſio.

(b) Lib. 7. cap. 14. horum librorum invenio Varronem citari his verbis: *Varro ſic utique de bulbis dixit: Aqua decoquant bulbos qui Veneris oſtium quærunt* &c. De betaceis Varronis vide lib. 3. cap. 1. & confer Turnebi Adverſar. lib. 18. c. 3. Lib. 8. cap. 7. Porcellum Vitellinum puto dici à lurcone Vitellio, de quo Lampridius in Heliogabali vita: *cœnas & Vitellii & Apicii vicit*,

ap. Juvenalem Sat. XI. Sidonium lib. 4. Epiſt. 7. &c. qui & *Apicianos plauſus* dixit lib. IV. Epiſt. 25. Meminit quoque Tertullianus c. 5. de pallio, & c. 4. Apologetici, cocorum veluti ſectam quandam ait dictam eſſe ab Apicio, ut Grammaticorum ab Ariſtarcho, Medicorum ab Eraſiſtrato. Apionis Grammatici liber περὶ τῆς Απικίου τρυφῆς ſive de ganea Apicii memoratur Athenæo lib. VIII. Ab hoc Apicio *placentas Apicianas* idem Athenæus dictas refert lib. 1. & 14. & *condimentorum Apicianorum* meminit Tertullianus lib. de anima, *coctura Apicianæ* Plinius lib. 19. qui etiam lib. 8. c. 51. inventum Apicii fico arida ſaginandi ſues recitat. Alias ejus delicias vide apud Lampridium in Heliogabalo cap. 20. Præter hos duos Apicios tertii (*a*) quoque gulæ magiſtri eodem nomine mentio eſt apud Athenæum libro primo, cujus verba Svidas in voce ὄςρεα exſcribit. Ille fuit ætate Trajani Imperatoris, cujus nomen ne apud Svidam corruptum ſuſpicemur (cum Lipſio ad Taciti IV. Annal.) vetat ille quem dixi Athenæus. Ecquis vero ex trium horum numero auctor ſit illius de re cibaria ſive coquinaria operis, non ita promptum eſſe explicatu videtur. Nemo ſane primo illi tribuet; hic enim non potuit illa condimenta Apiciana, aliorumque Juniorum lurconum obſonia commemorare. Alter vero ſub Auguſto & Tiberio, ne eaſdem cauſas jam addducam M. Gabii non (*b*) Cælii vel M. Cæcilii prænomine utebatur: Reliquus itaque tertius fuerit, cui per me libros illos cum viro Clariſſimo Olao Borrichio Cogitatt. de variis Latinæ Linguæ ætatibus p. 18. adſcribat, qui non ſuſpicetur potius ab argumento quam ab auctore nomen Apicii præfixum gerere, excerptumve ex majore opere vel ex variis ſcriptoribus contractum fuiſſe. Confer Barthium lib. 34. Adverſar. cap. 18. & Voſſium lib. 1. cap. 14. de Analogia, qui conjicit auctorem horum librorum eſſe *M. Cælium*

Sſ quen-

(a) Sic apud Græcos plures ejusmodi fuere luxurioſi comedones, Philoxeni nomine, de quibus Athenæus.

(b) Niſi aliæ cauſæ obſtarent, forte hoc argumentum à nomine petitum exigui momenti eſſet. Nam fatetur Torinus, ſe lacero & ſqualore obſito in codice vix nomen divinaſſe. Et Iſidorus Hiſpalenſis lib. 20. Originum cap. 1. huic Apicio libros illos tribuere videtur his verbis; *Coquinæ apparatum Apicius quidam primus compoſuit, qui in eo abſumptis bonis morte voluntaria periit.* Scholiaſtes quoque Juvenalis ad ſat. 2. v. 23. *Apicius auctor præcipiendarum cœnarum qui ſcripſit de juſcellis, fuit enim exemplum gulæ.* Neque Iſ. Grangæus ad illum Juvenalis locum dubitat eundem M. Apicium auctorem eſſe decem de re coquinaria librorum quos habemus. Quod vero Volaterranus libro 13. Anthropologiæ & ex eo pro more R. Stephanus in elucidario Poetico ait Svidam teſtari quod M. Apicius libros de gula conſcripſerit, vellem locum indicaſſent. Hæc enim apud Svidam non repeſio.

quendam vel *Cæcilium*; hunc autem operi ſuo nomen Apicii indidiſſe, quia ageret de re culinaria. Sic Stephanus Stephanius ad Saxonem Grammaticum p.13. *Pari prorſus modo Cœlii libelli de re culinaria Apicii titulum ſunt ſortiti, cum ad Apicium illum non pauca referantur*. In Latini Latinii Bibliotheca profana, ubi quædam illius viri docti in Apicium obſervationes leguntur, ad verba editoris ubi in præfat. ait: *ſe ſtatim olfeciſſe auctorem eſſe vetuſtiſſimum*, hæc nota occurrit: *Quam vereor ne tuæ nares obeſiores fuerint. Quid enim vetuſtatis redolere poſſunt verba ſemibarbara & ab eo florenti ſeculo prorſus aliena? Ego vero, ut quod ſentio paucis expediam, commentum puto eſſe hominis otioſiſſimi, qui cum illudere poſteris ejusdem naris facile ſibi eſſe perſuaſiſſet, mentito nomine Apicium credidit venditare poſſe: Sed paſſim occurrunt quibus pæne manifeſto prodit ſeipſum auctor ineptus, barbarus & nullius in ea arte ingenii, aut guſtus, qui ea interdum conjungat ad ſaporis gratiam, quæ uſu docente omnes ſcimus ſummam palato moleſtiam nauſeamque ſtomacho creare ſolere.* A Latinio, qui abſurda, & palato ingratiſſima fercula in Apicii libro commendari monuit, longe diverſum ſentit idem Liſterus, cujus hæc ſunt verba: *At propterea tamen hæc antiqua condimenta, quod forte protinus non placeant aliquibus, non abjicienda ſunt. Nam ipſos veteres à pipere olim abhorruiſſe teſtatur Plutarchus, triſteſque citrorum ſuccus ægre tuliſſe, & per multa ſæcula tantum inter veſtimenta in arcis ſuis, odoris gratia, repoſuiſſe, omnium fructuum tamen utiliſſimum ac ſaluberrimum: nec minus à ſale abſtinebant terræ Indiæ occidentalis homines: quis crederet lupuli flores in quotidianum potum admitti potuiſſe, iiſque tantam hordei dulcedinem, œconomiæ ſolum gratia nos ſumma amaritudine libenter inſici voluiſſe? Fructus plerique Americani odoratiſſimi ſunt, ideoque noſtris Europæis primo certe adventu valde ingrati, contra Americanis noſtri, quod iſto vehemente odore fere careant, fatui videntur. Et hujuſmodi ſexcenta ſunt, ſi omnia perſequi luberet, quæ præter guſtum, in victum tamen vulgo recepta ſunt: profecto vel alieniſſima palato condimenta ſola conſuetudo tandem domat adoptatque. Itaque* Latinus Latinius *inconſiderate admodum atque inepte noſtrum Apicium perſtringit propter neſcio quæ condimenta, ſibi ſi Diis placet nauſeam motura*. Hæc ille.

Obſervandum interim, in Palladii libris de re ruſtica occurrere nonnulla, quæ ſimiliter leguntur etiam apud Apicium. Antiquiſſima Viri Illuſtris *Vinidarii* excerpta ex Apicio laudat Salmaſius ad Solinum pag. 253. 358. & 750. edit. Trajectinæ. *Vindiciani* nomine obſervo apud Voſſ. lib. 1. de vitiis ſermonis c. 11. per errorem

rem

Digitized by Google

rem (ni fallor). Quartum aliquem Apicium auctorem horum librorum præter rem ſuſpicatus eſt Iſ. Caſaubonus ad Lampridium pag. 333.

Nonnulla hujus ſcriptoris illuſtravit Caſpar Barthius in Adverſariis, Jo Bruyerius Campegius in Dipnoſophia, Lud. Nonnius in IV. libris diæteticon &c. * De Græcis ὀψαρτυτικῶν ſcriptoribus conſulendus Jungermannus ad Pollucis lib. VI. ſect. 71. 72. & Caſaubonus ad Athenæum XII. 3. De recentioribus Nic. Antonii Bibl. Hiſpana in Franciſco Martineſio Montino.

EPISTOLÆ Q. CURTIO SUPPOSITÆ.

Quinti Curtii (*a*) Epiſtolarum Liber I.
Q. C. De Auctoritate Data Hannibali, Liber Secundus.
Q. C. Epiſtolarum Liber Tertius.
Q. C. Oratio Contra Aſſentatores & Detractatores, Liber quartus.
Q. C. Epiſtolarum Liber Quintus:

Magnifico & generoſo equiti comiti FRANCISCO MARIÆ RANGONO ac pro Illuſt. & Excellentiſſimo Hercule Duce Ferrariæ Regii Lepidi Præfecto UGO RUGERIUS Regienſis S. P. D.

CONſideranti mihi, Magnifice ac generoſe Comes, qua via quoque modo gratias, ſi non beneficiis in me magnifice conlatis æquales, immortales ſaltem referre poſſem, ex penitiſſimis tenebrarum latibulis, in quibus ſuperiorum negligentia diu delituerant, emerſere Quinti Curtii, cum ſcriptoris tum Hiſtorici nobiliſſimi Epiſtolæ, ac mihi opportune obviam factæ, id à me rogare viſæ ſunt, ut ſe ab ſitu mucido blattarumque morſibus vindicare vellem. Eas ego & tanti ſcriptoris majeſtate motus, & quadam miſericordia, quia propediem illis alioqui propter & rariſſimam & occultatiſſimam earum copiam intereundum erat, lubens à ſqualore tutandas, ac in mille publicandas exemplaria ſuſcepi, ac tuo magnifico & ſplendidiſſimo nomini dedicare conſtitui, non quo meritorum hoc munuſculo ſummam exſolvere velim, ſed ut me ab ingratitudine, ingratitudiniſve ſuſpicione nonnihil exonerem. Id ergo qualecunque & quantulumcunque eſt, & vultu hilaro, & fronte derugata; ut adſoles cætera, lubentiſſime manibus capias obviis rogo, oroque. Vale & clien-
tulum

(a) Harum Epiſtolarum mentio fuit ſupra pag. 576. quas licet manifeſto commentitias, & nullius pretii, tamen hoc loco ſubjicere viſum fuit, ut detraheretur illis quo ſolo hactenus ſe poterant commendare, pretium ineptum raritatis: paucis certe viſas opinor, & hoc ipſum exemplar ante ducentos & viginti annos Regii Lepidi in 4. excuſum ex quo illas deſcripſi, nuper in auctione publica duodecim venibat marcis Lubecenſibus.

tulum tuum, qui te non ſecus ac proprios amat oculos, ut ſoles ama. Regii Lepidi, Decimo KL. Auguſti MD.

Quinti Curtii Epiſtolarum Liber Primus Incipit.

1. CURTIUS Salutem D. plurimam FABIO Conſuli.

Fures, ut cuſtodes mihi ſummo mane retulerunt, tentaverunt hac nocte pluries ac pluries poſtes monarchiæ infringere, & in magno numero, adeo quod cuſtodes timent ab illis vinci occidique. Providendum eſt repente: augeatis numerum cuſtodum, jubeatis illos capi, & ſi prope locum capiuntur, ibidem crucientur. Coruncani ſunt: de Leoninis (*a*) verendum eſt, cum munus illud eis datum ſit ab incunabulis furta perpetrare, & contra Remp. quiſquam (*b*) illorum agere. Ut puniantur neceſſe eſt, aliter currente tempore poterunt cuſtodes fallere, quoniam ſuper re hac omnes cogitationes & curas poſuerunt.

2. FABIUS Conſul S. D. P. CURTIO ſuo.

Vigilandum eſt & curandum maxime, ne poſtes monarchiæ rumpantur, ne theſaurum furati ſint fures, ubi poſtes rumpere tentaverunt, potiſſime ſi ſunt in tam magno numero, cuſtodes dubitant (*c*) ab illis vinci occidique: & ubi tibi una cum aliis cura eſt, augeatis numerum cuſtodum obſecro: ſolicitetis illos capi. Nuper mihi unus ex cuſtodibus retulit ſe vidiſſe tres Leoninos (*d*) cum illis, qui non erant a natura ipſorum, & niſi capiantur & puniantur, omnino erit tibi potiſſime decus; (*e*) cui cura eſt monarchiam cuſtodiri, & nobis omnibus infamiæ & damno. Denique ſi poſſibile erit, capiantur; aut conſignentur eis confinia, & apud te die noctuque claves ſerves. Vale.

3. CURTIUS S. P. D. LUCIO ſuo.

Neceſſariæ ſunt mihi pecuniæ meæ: quæ a me tibi traditæ ſunt, te vellem reſtituiſſe mihi. Cogit me neceſſitas repetere. Argentum omne meæ menſæ in pignus & fœnus dedi. Cognoſco me tibi valde moleſtum eſſe, ſed ubi ſcis me multum indigere, rogo te ut per famulum tuum Fulvium fidum pecunias reddas, mutueſque: & ſi non omnem pecuniam habes, aſſumam partem, qua ſimul cum meis poſſim vivere, donec per aliam viam reddam (*f*) pecunias inveniam. Vale.

4. LUCIUS S. D. P. QUINTO CURTIO.

Satis ſuperque ſatis me pudet & tædet pecunias tuas a te mihi in opor-

(a) ſ. *Leontinis*. (b) ſ. *quicquam*. (c) ſ. *ut cuſtodes dubitent*. (d) *Leontinos*. (e) *dedecus*. (f) *ut reddam*.

in opportunis meis mutuo datas, reſtituere vero non potuiſſe; erubeſco, da veniam obſecro, damno tuo ſatisfaciam. Sed ubi pecuniam non teneo omne argentum puero meo & Fulvio conſignavi ut fœnus dent, poſtea quot pecunias habere poterunt, tibi ſolvant. Vigilabo ut quam cito tibi reliquum perſolvam quantum tibi obligor. Tu qui ſapis & noſti, facile jud icare potes. Dii mihi faveant ut debita tibi nota (*a*) perſolvam. Vale.

5. PAPYRIUS S. D. P. QUINTO CURTIO.

Pridie Kalendas Majas totam urbem circuimus, Theatra quæritavimus. Intravimus Theatrum Divini (*b*) Antonii, Theatrum Pampinii (*c*), Theatrum Veſpaſiani & Titi, Theatrum Aurelii, Theatrum Fauſti (*d*) & reliqua. Oraculum Junonis, Oraculum Phœbi, Oraculum Veneris, Oraculum Cereris, Oraculum Bacchi, Oraculum Lucinę, Oraculum Apollinis, Oraculum Saturni. Nuſquam ſacrum Divi Hæmilii: (*e*) Thus vero neque ſacrificia invenio: audio dici ipſum fuiſſe cumulatum (*f*) minuſve apud Janiculum aliqui dicunt, aliqui non fuiſſe crematum. Nil certi de cinere ſuo. Vale.

6. CURTIUS S. P. D. PAPYRIO ſuo.

Vehementer admiror Theatrum Divi Emylii neque memoria in ſculpticiis ſuis neque crematum fuiſſe. In tabula Deorum legitur, Cineres ſunt apud Janiculum montem. Si certior fieri vis, quærito tabulam Deorum, & tabulam templi Apollinis, & quod quæris invenies. Vale.

7. CURTIUS S. D. P. HANNIBALI.

De victoria novella contra Carthaginenſes prout Senatui notificas, Senatus, Conſules Populuſque Romanus lætantur. Omnibus gaudium ſummum attuliſti: a viris, a mulieribus, a pueris, a matronis publico (*g*) & in foro fit, plauſus ingenti lætitia; riſus cantuſque reſonant amœna ſuavitate novis placidiſque tintinulis. In tabula priſcorum Romanorum tu te leges & poſteri tui. In tuo reditu parat tibi Senatus triumphalem currum auroque prætextum, vim bellicam (*h*) conſularem inſigniaque Senatus ſuper culmen tui capitis imponet: locum tibi conſignari volunt in foro, in quo arcum ad triumphum Hannibalis, ſimulacraque tua impreſſa, vel ſculpturam tibi ſimilem aſcribi jubeas. Te Senatus ſalvum eſſe jubet, vult te inpoſterum inſpici, aſpicique tanquam aliquod exemplar Populi Romani. Vale.

8. HANNIBAL Salutem dicit plurimam QUINTO CURTIO ſuo.

Hæc quæ ſcribis, a Senatu non mereor, ni fortaſſe fides mea merea-

(a) *ſ. tota*. (b) *Divi*. (c) *Pompeji*. (d) *Fauſtina*. (e) Æmilii. (f) *tumulatum*. (g) *publicè*. (h) *umbellam*.

mereatur. Non in tabula majorum legi mereor, non currum aureum parari, conſularem vim bellicam (*a*), non arcum: non denique tanquam exemplar intueri. Senatui omni populoque Romano me commendo, loco exigui muneris me ſibi liberum, Senatui ſervum fidumque dono do. Vale.

9. PERSICUS S. D. plurimam QUINTO CURTIO.

Orationes Darium (*b*) lectavi: Neminem noſtra ætate doctiorem puto. Jus judicium & cauſam rei & orationes dictitat. Epiſtolæ ſuæ ſpectatam ſententiam, verborum leporem acutamque attentionem in ingenio legentium afferunt, nec puduit Polycarpum fateri ſe aliquid dicisse ab Archyta Tarentino, ab Armylio (*c*), a Livio, a Plinio, ab Aermio (*d*). Profitetur ſe in commentariolis ſuis plane nihil ſcire: tamen omnes cupiunt ab eo aliquid doceri. Is majorum Romanorum mores ſecutus eſt, Theologos, Aſtrologos, Phyſicos, Muſicos, Augures, vates, ſortilegos, magos: quæ levis fuit ſibi quæque facultas artium: ſphæram circulorum ſiderum quæ numero ſublimis Aſtrologiæ compoſuit: Ingenium ſibi ſimile non reperies: tuo videri parem nuſquam & necubi gentium invenies. Vale.

10. CURTIUS Salutem dicit P. PERSICO.

Quoniam jucunde & orationes libenter Polycarpi, & Epiſtolas ſuas ad Darium lectitaverim, tam ingenter placuerunt, quod quaſi me a me ipſo alienum trahunt. Non admiror ſed ſtupeo, non munus mihi videtur ſibi a natura dari, ſed infundi a ſuperis. Profuit non parum, ſtuduiſſe Archytam, Arindium, (*e*) Livium, Plinium & Emirium (*f*): ſed ut menti ſedet & opinor ſequtum fuiſſe Theologos, Aſtrologos, Phyſicos, Augures ſortilegos & Magos: ſibi meam atque meam (*g*) profuiſſe: dignum Dii judicent ingenium ſuum a nobis commendari. Cupio ab eo aliquid diſcere & audire: ad eum nunquam eo quin doctior abeam: licet eum commendare, & mihi fas eſt. Vale ita me ames, ſicut abs te diligi & amari cupio.

11. SENATUS Salutem dicit P. QUINTO CURTIO.

Cupimus ad Alexandrum profecturum iri, quoniam tu ſibi & Senatui fidus es, nunciesque ei, Senatum admiraſſe vehementer ubi contra Remp. Romanam caſtra poſuit, arma tuſit, & Romanos equites ſeſe ab Alexandro auro redemiſſe, non timoris cauſa, ſed mutuæ priſcæque amicitiæ, eum ab inceptis bellis deſiſtere moneas. Non tam capitali odio inimicitias quæritet, quoniam mos Senatus eſt, injuriam a nemine velle capi. Videtis fortu-

 næ utram-

(a) *umbellam*: (b) *in Darium*. (c) *Æmilio*. (d) *Ennio*. (e) *Æmilium*. (f) *Ennium*. (g) *ſ. me atque mea*.

næ utramque vicem. Si ſuper hac re vigilaverit meditando, ſi rectum judicium habet, ſi finem reſpicit, poterit ſibi honori & utili adeſſe (*a*). Rogo te ut omnia quæ tibi à Senatu ſcripta fuerunt, ſibi diligentiſſime referas. Vale. Ita nos ames, ſicut abs te diligi & amari cupimus.

12. QUINTUS CURTIUS Salutem dicit plurimam SENATUI.

Scitote me iviſſe ad Alexandrum, rem invictam (*b*) explicavi. Videlicet Senatus Romanus admiraſſe te contra Remp. arma tuliſſe, caſtra poſuiſſe & Romanos equites ſe ſuo auro à te redemiſſe: quapropter illum acceptis (*c*) bellis deſiſtere monetis, quoniam Senatus illatam injuriam pati non vult. Magna circutione uſus eſt præter ſuam conſuetudinem: alternus eſt in ſuo ſermone: ex hac reſponſione cernet Senatus judicium & hujus rei finem, ne aut ex improviſo aut dolo Senatum opprimat. Vale.

13. SENATUS S. D. P. HASDRUBALI.

Injuſto contra Remp Senatumque Alexandrum arma cepiſſe cauſam non habet: Credit Senatum timeri (*d*): ſubjeciſſe judicium rectum non putatur, faciet ut libebit. Agat, vigilet, ſic ſibi referas, caveat ne ſe pigeat. Ante belli finem fortaſſe cœpiſſe pigebit. Vale.

14. HASDRUBAL S. D. P. Senatui.

Prout opinor, puto Alexandrum juſte contra Senatum arma cepiſſe. Cauſam habet immo juſtam. Si illum verbis timetis, eſſet ſibi infamis: Sed factis vult timeri. Raro fallit illum judicium. Aget obnixe ut lubebit, & pugnabit adeo viriliter, quod fortaſſe hoſtem commendabitis.

15. CURTIUS S. P. D. Arioſis.

Audivi vos pridie pace tranquilla Fauſtinum cepiſſe. Contra mores majorum eſt, neque Alexandro nec ſibi prædixiſſe. Vos vobis injuriam facitis. Et fidem quam plus auro extimare (*e*) debetis, perdetis apud quamvis gentium. Judicabunt vos ſceleſti atque impii, quo ſit ut vobis perſuaſum eſſe debet. hortorque quantum ingenio proſpicere poſſim pro honore veſtro, Faſtinum à vinclis liberetis: reſtituatis ſibi pecuniam, ne dicant vos avaritiæ cauſa peccaſſe, ſi ſibi non amplius injuriam facietis. Cum eum ſemper mihi deditiſſimum cognoverim, illum cogam ingenium ſuum ut interponat: adeo quod ſpero ex hac illius liberatione optima pacis phedera (*f*) inter vos ſequi. Vale.

16. ARIOLI S. D. P. CURTIO.

Non cepimus Fauſtinum quin prius non fuerit prædictum Haſdrubali

(a) *utilitari eſſe* (b) *indicatam*: (c) *inceptis*: (d) *timere*. (e) *æſtimare*. (f) *fœdera*.

drubali bellum & ſibi: neque nobis nec alteri in hac re injuriam facimus. Sed ut cognoſcas apud nos litteras & ſuaſiones tuas fidem habere, ipſum Fauſtinum liberum ſecimus ſolum (*a*) à vinclis, & omnem pecuniam ſuam reſtituimus, & litteras ſuas ſibi dedimus. Quod apud nos tibi impetraturo negari (*b*) certe nihil debeamus. Vale.

17 FAUSTINUS S. D. P. CURTIO.

Maxime cupivi advocare aut Valvum (*c*) aut alium quenquam ex tuis, ut per eum poſſem tibi cauſam meam commendare: ſed per cuſtodes non licuit. Verum tu præterea non deſtitiſti quin pro liberatione mea omnia libentiſſime faceres & diceres. Tu pro me promitte, quandoquidem ſcis, pro me quodcunque promiſeris, me ſervaturum: Dent me Arioli ſervandum tibi, ego poſtea ita faciam ut jubebis. Te patrono & adjutore meo ſpero me perire non poſſe. Vale & ut ſoles me ama.

18. CURTIUS S. D. P. FAUSTINO.

Opus non fuit te mihi cauſam tuam commendaſſe: obligor, debeo, ſcripſi Ariolis, & ipſi libenter preces meas exaudierunt, & te liberum omnino facient & à vinclis te ſolvent. Ego pro te promitto, & quodcunque promiſero, me ſervaturum confide. Cape hoc, & omnem pecuniam reſtituent. Capiunt abs te veniam, cede obſecro injuriæ: quamvis durum ſit, da culpis veniam rogo, & omnem dolorem poſt tergum projice. Vale & me tibi commenda.

19. HASDRUBAL S.D P. SENATUI.

Omnem Capodotiam in deditionem habui, & Crithinam & Laudonium opidum cepi: Galli fugam arripuere, flumina vadierunt. Caſtra, manus & milites viriliter contra Gallos & Phaſyphos exerceo. Decimo ſeptimo Kalendas ſextilis juxta flumen Navilii caſtra poſui. Decimo quinto Kalendas apud Theniam, XIII. KL. apud Morum, XII. KL. apud Phrygiam minorem XI. Kalendas apud Forum. Hodie vero Marte duce contra Perſicas gentes quæ obſeſſionem nolunt, arma timent, abhorrent pacem & fœdera à me poſtulant. Saltem ſibi inducias credi petunt habere per triduum. Hæc renni, ut ingenium ſimul cum viribus eorum intelligam. Ulterius nihil novi eſt, & demum certiorem faciam de omnibus quæ de die in diem evenient. Vale.

20. SENATUS S. D. P. HASDRUBALI.

Nunquam dubitavit Senatus de virilitate animi tui: Placuit non parum te Capodotiam Crithinam & Laudoniam in deditionem cepiſſe, & vi (*d*) oppidum eſſe, quo magis atque magis com-

(a) *ſolutum*. (b) *negare*. (c) *Valerium*. [d] *occupatum*.

commendaris. Sed ubi Galli lintia flumina vadierunt, age exercitum tuum contra eos, antequam vires ſumant. Deinceps omnia caſtra quæ cepiſti, vel in deditione ſine fide, quæve de Phaſiphæ ſint, vel Salita, jubet Senatus omnino cremari. Da illis viciſſitudinem, ut illud idem quod hi fecerunt contra Sabinos, patiantur & ferant. Vale & ſis vir magni animi, ut eſſe ſoles tempore belli.

21. FAUSTINUS JAMBICUS S. D. P. Hasdrubali.

Ceperunt me Arioli tranquilla pace florente: quotquot vicibus me diræ horribilique torturæ dederunt, numerum explicare nequeo. Membrorum omnium & oſſa omnia quaſſata ſunt in qualibet parte corporis. Nulla vis ineſt corpori: de die in viclis, de nocte ſimul cum compedibus: tales (*a*) aleis premunt, ungues divellunt, dentes extrahunt, cibum negarunt. Scribæ ſcriptitant contra me dixiſſe quid neſcio, feciſſe quid unquam (*b*) feci, valuiſſe & minime valeo; abhorreo, timeo viros feminececes; me eis ſupplicem abhaudiunt (*c*) inquiunt te Hasdrubal redimit: obſecro te ab illo loco ſummi muneris, ne me deſeras, ex vinclis vehementiſſime rogo oroque. Vale & ut ſoles me ama, ſicut abs te diligi & amari cupio.

22. HASDRUBAL S. D. P. FAUSTINO JAMBICO.

Tibi comparior miſericordiam intellexi aſcripſi; Numeri & innumeri collachrimarunt omnes, nihil aliud ſtatui de te. Aut te liberum aut te ſolutum habebo aut flammas ponam in opidum, aut exercitum quidam (*d*) vel te redimam, aut quicquid cupis faciam, vel me ſimul vinctum habebunt. Fave tibi vir magni animi, & vir ſis ut ſemper eſſe ſoles. Vale & ut ſoles me ama.

23. POSTUMUS Decemvir S. D. P. QUINTIANO Proconſuli.

Verebar nimis te mei immemorem fuiſſe, ubi ad me tuas minus ut ſoles litteras non des. Soles me ſæpe ſæpiuſque tuis litteris viſitare, meque tibi non parum commendare. Ego ita te colo & obſervo prout obligor ſed hac ſi eſſem alumnus tui. Deinde Germanicum Fauſtinum meum tuum ejuſque cauſam tibi ſatis ſuperque ſatis humiliter commendo. Obſecro te non quantum debeo ſed ut quantum poſſum, ut is cognoſcat fidem meam preceſque apud te maximi pondus habere. Vale & nos ambos ut ſoles ama.

24. QUINTIANUS Proconſul S. D. P. POSTUMIO Decemviro.

Nullo equidem pacto me credas Poſtumii mei immemorem fuiſſe;

(a) *talos*; (b) *nunquam*. (c) *obaudiunt*. (d) *mittam*.

fuiſſe: te humiliter uſque nati loco ſemper dilexi. Cum cognoverim te genitori tuo ſimilem eſſe, a te amari non mereor niſi mutua inter nos dilectione, quod obligeris aliquo minime. Germanicum Fauſtinum ejuſque cauſam & te nati loco & ipſum vehementer diligo, diligamque ex animo, in ea quæ tibi & ſibi quoniam juſtiſſimum eſſe video, & infero loco muneris amicitiæ noſtræ ex animo prout nato meo tibi ſubveniam. Demum poſtulationibus tuis quæ juſtiſſimæ ſunt, libenter complacebo. Vale & ut ſoles me ama.

25. VALGARIUS Salutem dicit plurimam EULIBIO.

Huc ad me venit puerulus Genutii, feſtinanter litteras ſuas obtulit. Capua obſeſſa eſt, turres æquatæ ſunt ſolo. In ponte Vulturni obſtacula ſunt, undique inſultant bellatores, nullam habent penitus monitionem (*a*): Sperant inſalanter (*b*) deditionem infra menſem. Sanites (*c*) parant defenſionem eorum, nullum poſſunt ſubſidium dare, nullum vident auxilium parari. Niſi ſenatus ſibi ſubveniat, perdet aram omnino. Vale.

26. EULIBIUS S. D. P. VALGARIO.

Mos eſt nunciorum factis verba addere: ſempre agent re fides adhibeatur. Capuam obſeſſam ſcivi, tamen copioſe munitam. Si turres ſolo æquatæ ſunt extra pontem, extra flumen & extra civitatem, magis prodeſt quam obſit. Si ſupereſſent, valde nos vexarent, quoniam eminent (*d*) civitati. Nulla ſuperent, præterea deditio a nobis: neque Samnitum auxilium ſperamus: nullum ſubſidium credimus niſi a Senatu vel nos is cogat deditionem nullam: Inducias minus a nobis ſperent obſides dare obniſi rogavimus. Vale quantum cupis.

27. FABIUS S. D. P. PORCIÆ.

Lentulum noſtrum mortuum ſcito, heri ante veſperos obiit Quam cito defuit ætati ſuæ. Multum indoleo virum comitem amiſiſſe. Quando ſumus extra domum, poſitum aſpexi, nec continere quivi, quin lachrimas effunderem. Nuſquam tui amiciſſimum invenies ſimilem. In utroque eventum paruit neceſſitatibus meis tuiſque. Doluit tamen id mihi. Tandem tu qui ſuperes, quantum potes cura ſalutem tuam. Vale.

28. PORTIA Salutem dicit P. FABIO. SUO.

Nec expectabam eventum ita infelicem a te mihi ſcribi, ſcilicet Lentulum meum obiiſſe. Litteras mœſtas repetere non potui, tot me lachrimæ impediunt: tot emanant oculi: (*e*) nec mihi quidem adverſus (*f*) evenire potuiſſent (*g*). Is mihi pa-

ruit

(a) pro *munitione*, (b) *inſolenter*. (c) *Samnites*. (d) *imminent*. (e) *oculis*. (f) *quidquam adverſus*. (g) *Potuiſſet*.

ruit in utraque ſorte, & ego ſici. Hoc unum dolori meo ſubvenit, quod omnes mori oportet. Vale.

QUINTI CURTII Epiſtolarum liber primus explicit.

QUINTI CURTII, De auctoritate data Hannibali, Liber ſecundus feliciter incipit.

1. SENATUS ſalutem dicit P. HANNIBALI.

Deſtinavit Senatus ducem ſuum in Africam proficiſci. Se is tibi omnem auctoritatem a Senatu fuiſſe conceſſam, nemine abſtante. Te ducem cum auctoritate quæ raris conceditur: bene merentes conſtituit Senatus tibi duces: tibi in bello conſules; Tibi in foro proceres: Tibi ubilibet Romanos milites: Tibi equites: legiones, cohortes, manus & centuriones parent & obediunt omnes: ſi tibi uni ſi neceſſe eſt Albanos & Sabinos, equites & cuſtodes plebis & Senatus ut ex hoc bello cunctando non, ſed pugnando conſequi victoriam poſſis: petitioni tuæ parcens laboribus: nil parcens ſumptibus: nil cedens periculis: nil denique deficere; nil denuo ſtatuit. SENatus victa Africa, Te in Carthaginem vult proficiſci, teque in laudibus majorum Romanorum aſcribi vult legique. Vale.

2. HANNIBAL Salutem dicit plurimam SENATUI.

AFRICAM omnem in dedicationem (a) cepi: paret & obſequitur. Legatis Romanis de auctoritate me abſente a Senatu mihi conceſſa nullam habeo gratiam quæ plene ſibi ſatisfaciat, præter unicam fidem: nihil agam ſine matura deliberatione ducum: conſulum: militumque: niſi cogente neceſſitate. Demum diu optavi me in Africam proficiſci, contra quos magis magiſque meditor; cogit me & natura & animus debellare; ex quibus confirmo me firmam deditionem & laudem conſequi poſſe. Vale.

3. PAPIRIUS Decemvir Salutem dicit P. SENATUI.

Decimo Calendas Majas hora prima & vigeſima, quadraginta & centum triremes, naves octo & viginti, rates quatuor & decem huic viciniæ in alto æque paruerunt bellatorum; pulvere; ferro; & ſagittis copioſe munitæ; Altera die nuntium ad prædicendum bellum navale dederunt; nil aliud nos reſpondiſſe ſcito, niſi quod quæſiverimus; unde? qui ſunt? quid a nobis? quid nobis bellum inferre volunt; ab eis ſpatium poſtulavimus quouſque Senatum certum fecerimus. Et ipſi ſtatim moram negarunt. Deinde deſcendentes portum, Litiora vi ceperunt arcem Quiritum; turres & caſtra cremaverunt; bellatorum numerus circiter quinque & viginti millia; totidem pugnatores remanent

(a) deditionem.

Digitized by Google

manent ad cuſtodiam claſſium ; pediteſque littora peditant , & prædas undique rapiunt ; ſunt circiter duo & decem millia ; vires noſtræ paucæ ſunt ad obſtandum ; vires non animi deficiunt ; preces infundo, ut quam cito videamus provinciæ & nobis a Senatu aliquod auxilium dari , aliquod præſidium ferri ; & omnes nos ſalvos velit ; provinciam omnino perditam ad recuperandum provideat ; alioquin omnem provinciam in deditionem vi & manu capient . Vale .

4. SENATUS S. D. P. PAPIRIO X. viro Proconſuli.

Ita mos eſt Gallorum, bellum non prædicere. Primo ingreſſum faciunt inopinatum contra Senatum , deinde bellum prædicant . Pugnant dolo, priuſquam cum armis ; ſpecies eſt proditionis: Te viriliter hortamur & monemus , ut in eadem animi virilitate perſiſtas, in qua eſſe ſoles tempore belli . Tot Duces, Tot Milites, Tot equites, Tot pedites ; Totque viros Romanos ad te citius quam tu petis dabimus : & tam infinitum numerum Claſſium , & quæ bello ſunt neceſſaria , quoad hoſtes fugabis ; provinciam perditam recuperabis . Interim unam penitus civitatem tibi in tutiori loco provinciæ reſerva , in quo ſalvus eſſe poſſis, ut in illo timere de obſeſſione non oporteat, & ſi ibi tibi neceſſe erit , obſeſſionibus illorum poſſis obſiſtere , donec Senatus tibi ſubveniat. Vigila & a dolo Gallorum cave , aliter decipieris . Vale, & ut ſoles me ama.

5. SENATUS S. D. P. SARTORIO.

Sumus inter nos magna contentione verbis tantum , de magnitudine regionum & provinciarum citra alpes potiſſime , quam vellemus duces ſecundum qualitatem & vires ac facultates diſpenſare huc illuc mittere . Ex te præcipue certiores fieri volumus de Romanæ Provinciæ circuitu ; ſcis nos ſciviſſe te omnem Provinciam diſcurriſſe . Vale & ſcribe, & poſt vim (a) bellum tibi inſignia conſignari decrevimus.

6. SARTORIUS S. P. D. SENATUI.

Quæ ab auguſta prætoris per urbem Capuamque porrigit uſque ad opidum regium decies centena , & XX. millia paſſuum colligit . Latitudo vero , ubi per plurimum , novem & quadraginta ; ubi minimum , ſex triginta & centum ; arctiſſimum eſt ad portum , quoniam Hannibal caſtra ducunt , neque enim excedit quadraginta millia . Umbilicum ut ait Lycurgus in agro Reatino habet , in ſolidum ſpatium curcuitus univerſi vices quadragies novi centena . Vale .

7. ALE-

(a) *victum bellum.*

7. ALETHES Rex Corinthi S.D.P. CURTIO.

Multas laudes nobis milites noſtri qui ab urbe venerunt, de clariſſimis mulieribus Romanorum retulerunt; commendarunt caſtimoniam, commendarunt mores, conſtantiam, innocentiam illarumque ingenium. Vellemus inter Corinthias illarum laudes diſcere, quarum nomina diſtinctasque virtutes, facultates, & ingenia, mores, & pudicitam nobis tuis litteris ſignificare velis. Vale.

8. CURTIUS S.D.P. ALETHI Regi.

Corinthi commendo me tibi quantum decet tibi non ita diſtincte ſicut a me petis ſingulas virtutes mulierum Romanarum, nec quamq; illarum ſignate nec nomina deſcribam cum eſſet mihi difficile & longum dinumerare, cum urbs ampla ſit. Tamen in aliqua parte. Primum habemus Cajam Cerilam, Tarquinii Priſci conſortem, nunquam otioſam, quæ lanificio operam dedit, Lucretiam Sabinam Collatini conſortem, quæ decepta & ſtuprata mortem ſibi conſcivit. Clodiam virginem cum aliis virginibus datam obſidem Porſennæ, quæ cum equo Tiberim vadiens ſe & reliquas liberavit. Habemus Veturiam Coroliani matrem, quæ filium a bello Romanorum eduxit, & in hoſtium exercitum ſe tranſtulit. Legitur de Virginia quæ ab Appio decem viro rapta a Patre Virginio percuſſa in foro obiit; Claudia fuit Veſtalis, Patri triumphanti a tribunitio impetu mediam in publico ſe ponendo liberum cum triumpho in Capitolium præbuit ingreſſum. Virginia Lucii conjux nobilis, tamen a ſacris ſemota quia plebejo nupſerat, aliam aram ſibi conſtituit, ubi multas matronas convocavit. Flora Romana meretrix & dives ſibi populum hæredem inſtituit & propter hoc in nimpham adorata eſt. Romana juvencula mulier matrem in carceribus proprio lacte nutrivit, & ſic liberavit eam a carcere. Vidi Marciam Varronis, licet continentem Virginem mirabilem, tamen pictrix fuit, & ſui corporis famoſa, & contra conſuetudinem fœminarum. Fuit deinde Æmilia; Terentia Scipionis Africani conjux, ſtuprum viri tam famoſi celavit, ne viro etiam poſt mortem infamia oriretur; Sempronia Cornelio genere fecit caſtimoniam. Vidi Semproniam eam tam elegante ingenio, quod ipſa tam Græca quam Latina lingua verſus & orationes omni laude digniſſimas compoſuit. Curtia Romana tempore triumvirorum Lucretium virum ſuum abſcondit. Sulpitia tantas facundo lepore in poematibus laudes acquiſivit, quæ adſcripta fuit in tabula ærea. Agrippina Marci filia à Tiberio Græco (a) multis injuriis

(a) Cæſare.

injuriis laceſſita, & ut eis finem imponeret cibum guſtare noluit, quouſque fame oppreſſa interiit. Fauſtina Auguſta adeo decora fuit, ut ab amantibus ſculperetur, nec uno amaſio contenta, ſed libidinoſa, poſtea vero ſacra fuit inter omnes Romanas. Longum eſſet omnes mihi diſtinƈte narrare, tamen petitioni tuæ in aliquo ſatisfaciam, multas nunc virgines novitias ſcriptas legi, quarum nomina narrare non valerem. Vale & me Alethi regi commenda.

9. QUINTUS CURTIUS S.D.P. PAPIRIO Viro conſulari.

Placuit mihi procul dubio te nuper Conſulem creatum eſſe; bene meritum eſſe virtute, & opera tua omnes judicant. Sequere majorum tuorum vitam, mores & poſteritatem, qui Reipubl. defenſores fuere, tu autem in principio conſulatus gravitatem obſerva, juſtitiam in omnes, pietatem in tuos, bonitatem in ſubditos, denique unicuique prout jus poſtulat fave. Vale.

10. PAPIRIUS S.D.P. CURTIO.

Opportunæ mihi fuerunt monitiones tuæ in primo conſulatu, tamen non dico illas fore neceſſarias, niſi ut me in eadem voluntate confirmarent. Conaborque diu cum laboribus & periculis maximis quod majores mei adepti ſunt, non amittere. Repugnant mihi conſulatus honor, neceſſitas reipublicæ, munus hereditatis majorum meorum; & relinquenda hereditas poſterûm meorum, ut virtute parentur, ut augeantur coram ſenatu, quando eis peropus erit adſiſtere. Vale.

11. CURTIUS S.D.P. HASDRUBALI.

Quæris a me ſcire quo adſcripta ſit Oƈtavii memoria, quo laudes; quo denique ſacramentum, & cineres humati ſunt. Ego ut te potuiſſem certiorem facere; per urbem totam quæſivi Deorum Templa, privatorum virorum Oracula, Speƈtacula Imperatorum Romanorum, Theatra nobilium, moenia in quibus adſcribitur memoria majorum, ædificia ædilium, locum theſauri, Monarchiam & quæque Sacra per Senatum, viris conſularibus deputata. Ad hodiernum uſque diem, nihil certi in Senatu habetur de Oƈtavii Auguſti memoria, nihil de cinere, nihil de ſacro. Vale.

12. HASDRUBAL S.D.P. CURTIO.

Mihi miranda inſcribis. Non dico te a veritate erraſſe, ſed tantum non credenda; ut Divi Oƈtavii memoria nec ubi reperiatur; neque ſacrum; neque cineres reperiantur. Tamen in chronis (a) trium primorum Imperatorum unus ex tribus primus Auguſtus legitur; plurimi tenent in diſputationibus, primum

(a) *Chronicis*.

mum Auguſtum fuiſſe Octavium ; poſtea Julium, & deinde Octavianum, cum in chronis & annalibus numeratum, ſculptumque non fuiſſe in ſimulacris, ſatis ſuperque ſatis, & vehementer admiror ; quantum mihi ejus laudes gratæ fuerunt tenore calami non judicatum (*a*) eſt. Vale.

13. LUCIUS S. D. P. CINCINNATO.

Tu mihi notus non es affinitatis gratia. Ego minus tibi non conjunctus minus ego tibi. Sumus ex eadem Patria oriundi, nec credas me puduiſſe tibi parere, invenies me tibi libentiſſimum; & præſertim uſque quo conſecutus fueris quod voles ; deinde te ſpero me juvare donec comperiam quod volo. Tu ſalvus ſis ut cupis; dilige familiaritatem meam ſicut & ego tuam, & prout ambobus neceſſe eſt. Vale.

14. CINCINNATUS S. D. P. LUCIO.

Non affinitatis gratia neque conjunctionis tibi notus ſum, minus tu mihi. Te mihi deditum nolo ſed amiciſſimum & libentiſſimum cupio : Do me tibi & dedititiſſimum facio, ſatis placet ſi aliquo dono poteris conſequi quod voles, libenter juvabo, ut quicquid vis comperias. Non quod vis ab aliis quærito, ſed tibi ſatis eſſe debet quod poſſunt, cave ne errent a via. Vale.

15. PAPIRIUS S. D. P. CURTIO.

Pridie cum omnem provinciam bellæ cepi ſine bello, quaſi eum nullum ſpectare voluerunt; Hi mihi beluæ videntur monſtra quædam non homines. Nam provinciæ nomen res conſequens. Obtulerunt mihi commilitones loco magni muneris. Ex beluis hominem unum altitudinis forma ulnarum duarum. Mas non eſt, fœmina minus, ſed neuter eſt habuiſſe ſexum. Os eſt virile. Corpus fœmineum, diſcerni non poteſt ipſum agi nec pati. Tamen unde natura fluat neutrum eſt. Monſtrum ſuſpicatur, quod quidem tuum eſſe tribuo, neutrum dono do, ut cum eum videris, amicitiæ noſtræ recorderis. Vale & me amare non deſine.

16. CURTIUS S. D. P. PAPIRIO Conſuli.

Perjucundum fuit mihi neutrum quod a te mihi dono traditum eſt. Neutrum vero eſt, caret utro ſexu. Multum in eo delectatus eſt Senatus, & Prætores admodum. Neutrum doceo. Neutrum inſtruo. Neutrum facio. Neutrum intelligit. Neutrum provinciæ bellæ nomen ſequitur, non negant provinciam bellam. Neutrum belua eſt, plus mihi jocunditatis neutrum affert quam ſi mihi duos aut tres ſervos dono dediſſes. Vale: Neutrum diligo.

17. HOS-

(a) *indicatum*,

Digitized by Google

17. HOSTILIUS S. D. P. QUINTO CURTIO.

Legiones, cohortes, manus quinque & viginti & plebis centuriones ducentos nonaginta, & ſex mille equites, octies decies centena millia hominum, omnes ſecundum numerum diviſi, ſicut militari rei mihi videtur neceſſarium, fiunt bella, fiunt pugnæ magnæ ordinatæ, habes numerum hominum, habes bellatorum numerum diſtinctum, tibi noti ſunt idonei ad bellum, tibi majores, tibi mediocres, unuſquiſque ſecundum quod agit. Scies tui exercitus copiam numerumque diſtinctum, tu jubens quibus mandes, habebis rei militaris ordinem alias, pedites qui, & quæ neceſſaria ſunt bello ſub actu rei militaris, aliam per ſimilitudinem exercere potes: hæc omnia diviſi arbitratu meo, nomina impoſui, diviſionem feci, & quando opus eſſet, & Senatui neceſſaria ſcientia tui jubeam ut cito pareant, quibus mandarem ut ſervarent, quam rogarem ut exaudiar, quos cogam vel quam cito vadant, hoc autem ſtatui ut Senatui & mihi honori & utilitati ſimul ſit. Vale.

18. QUINTUS CURTIUS S. P. D. HOSTILIO.

Quod ſecundum ordinem militarem equeſtremque accurate legeretur ita percompoſite ordinas & acies, quæ ſecundum numerum bene diſtinctum ſecundum facultates illorum eleganti voce commendarunt ingenium tuamque militiæ normam & regulam, qui equeſtrem ordinem ſtatuiſti, quo fit omnes duces, milites, equites, ordines, illorumque nomina litteris & memoriæ præfixerunt, tibi omnes parent, obſequuntur: ad te cupiunt venire, feſtinant inſtrui à te viam & productionem, Romanus exercitus cupiunt videre. Vale.

19. (a) NUMA POMPILIUS S. D. P. SARTORIO.

Senatus ſtatuit nunc nuper Romanum exercitum in Syriam dirigere, deinde contra Cimbros & Perſicos: nondum ducem fecit, multi capi Silvium, qui Capuam in ſuis ſignum tulit, multi Flaminium, multi Fabium Maximum volunt: Sed in concione, ut percipere poſſum, Sartorium in ducem Romani exercitus bene merentem conſtituerunt: Tu tibi in dignitate conſule, quid quantumque laudis Antonianus fuerit aſſequutus: qui in vita leve domiani rebellem deſtruxit, exules pro Reip. cepit, illos in carcere poſuit, voluit in ponte pro Reip. ſalute occidi: ne reſpublica deſtrueretur. Poſt mortem ejus dictus poſt pons Antonianus. Vidiſti Hannibalem, quem altam & inſignem laudem contra Carthaginenſes conſequutum eſſe: Vidiſti Scipionem noſtrum virum ſpectatum, omni laude digniſſimum qui Africam ſubegit: Codrum Jambicum majorem, qui ſe occidi fecit pro Pop. Salute: Alterum codex verſa vice, ſed non virtutis ab omni commercio cœtuque nobilium expelli; & cum majores noſtri,

(a) Corruptiſſimam hanc Epiſtolam emendabit ſi tanti videbitur, cui erit otium.

ſi quem damnare voluerunt dicebant, ille utilior eſt Codro. Alios huic ſimiles vituperant ut plumas Sardanapali. Quare te obſecro, ſummas vires in animo & virilitatem in Cimbros, age ut ſoles: parabis te quam cito profecturum in Syriam; ſpero te non minus laudis adipiſci quam alios duces Romanos quoniam te ſemper pace aliorum in bello prævaluiſſe cognovi. Vale.

20. SARTORIUS. S. D. P. NUMÆ POMPILIO.

Pergratiſſimum fuit abs te fieri certior per prius, de intentione Senatus; Nollem aliis ducibus obeſſe, tamen quantum mihi videbitur libenter agam, libentiuſque vellem in Syriam proficiſci, Cimbros & Perſicos adnotavi, in mentemque præfixi. Exempla clariſſimorum illuſtrium à te mihi data, & vituperationem humilem Codri minoris, ſegnitiem Sardanapali. Tamen litteris prævaluit & opificio ſuo; ſi vellet me omnino profecturum, cuperem ut faceres certiorem, ut præpararem quæ duci ad bellum neceſſaria ſunt; legerem modum & ordinem Hoſtilii de re militari, ac de equeſtri ordine; Denique tibi habeo meritas gratias non, ſed quas poſſum; quaſve debeo. Me tibi obnoxium quoque gentium polliceor eſſe. Vale & me omni Senatui commenda.

Q. CURTII Epiſtolarum liber ſecundus explicit.

QUINTI CURTII liber tertius incipit.

1. HANNIBAL S. P. D. PORCIO.

Scis adverſus Senatum perpetrationem tuam quam dignum affici atroci ſupplicio & merito capitali. Jura gentium te mori ideo jubent; vera ratio eſt. Sed amicorum tuorum preces minus gratæ ſunt Senatui, animo deprecantur, inſtant, poſtulant reverenter ut exaudiantur. Tamen Senatus reddit vitam tuam pro munere. Vult jubetque te ultra Alpes tranſgredi & ultra Syriam. Citra non redeas per decennium. Hanc legem tibi imponunt, & confines ſervare. Vale.

2. PORTIUS S. D. P. HANNIBALI.

Scio me nihil contra Senatum perpetraſſe. Judicium nullum quærito contra libitum Senatus. Capitali ſupplicio puniri non mereor, neque tam dira affici pœna. Nil denique ultra voluntatem Senatus volo. Si me non mori jubet, paream. Si me in exilium vult, accedam. Si me in Syriam, ibo. Et citra confines abſque gratia & venia me non rediturum, ita denique faciam & obediam. Vale.

3. SENATUS S. D. P. VIRIDIANO Doctiloquo.

Diu eſt quod Senatui Populoque Romano notus es, noti mores, notum ingenium, nota ſententia, nota virtus animi & corporis tui, nota virilitas; quo fit tum in litteris, tum in armificum (*a*), tum in

(a) *ſarmificina*.

Digitized by Google

in cantionibus & ſermonibus tum in equis te puerorum pubeſcentiumque futurum Doctorem cum competenti optimaque mercede Senatus ordinavit. Tu illos ita doce ut litteras intelligant, in armis ut valeant, in ſermonibus ut quicquid dicere volunt, accurate dicant, equos & equitare ſciant. Tu ita & taliter age, ut apud Senatum laudem conſequi poſſis.

4. VIRIDIANUS S. D. P. SENATUI.

De officio mihi proviſo per Senatum me non bene meritum reputo, tum parere ſibi decrevi. Cauſa equidem eſt, quod adoleſcentuli rudes ſunt, qui ignaros & barbaros præceptores habuerunt: Sed ſi bonis & eruditis imbueremus, non incognita pro cognitis haberemus. Scurram ſane pro Oratore habemus, & pro poeta corvum: ſiquidem aliqui ſcribunt (a) futilia, quædam inventa ſunt quæ ſi accurate leges, plane deliramenta eſſe cognoſces, qui à Græcis & Latinis litteris tantum abſunt, quantum ab oloribus anſeres. Fieri mihi neceſſe videtur quod nullus ad ſcribendum accedat, niſi prius undique genti (b) volumine Græcas ſimul Latinas guſtaverunt litteras. Vale.

5. CURTIUS S. D. P. ENNIO Montano.

Opus tuum de regimine Reipublicę probatum eſt apud Senatum, privare & in foro approbati ſunt libri & bene diſtincti, cœtus oratorum approbaverunt Comœdias, ſenex interlocutores. Neminem introductus (c) poſuiſti loquentem, neque (d) idoneos Fabricium & Papyrium, qui Conſules fuere, qui Decemviri, qui Conſulares, qui non ſenes ſolum verum & decrepiti ſunt. Nullę videbantur aptiores perſonæ quæ de regimine Senatus loquerentur quam iſtis ſenes. Quamobrem Senatus omnis Populuſque Romanus Cœtuſque Oratorum tibi parant dignam lauream, cingere tempora benemerita lauro; ſtatuerunt te bene merentem approbatumque in foro laureari. Vale & me in tuis interdum aſcribe.

6. ENNIUS S. D. P. Q. CURTIO.

Dignum non arbitror opuſculum meum de Reip. regimine apud Senatum, apud Conſulares Viros atque apud Oratorum cœtum commendari. Si quid autem ponderis & gravitatis vel ęſtimationis habere Fabricio & Papyrio ſenibus in hoc quoque loquentibus tribuunt, qui Reip. Conſules, qui defenſores fuerunt, denique fateor me in dignum eſſe, meque ſecundam lauream non mereri. Muſarum fontem anxius diu ſæpeque ſitivi, liquorem hauſturus. Tibi mi Curti hæ gratiæ ſunto, quas ſemper ex me meritus es. Vale.

7. MASINISSA S. D. P. FABIO MAXIMO.

Diſtributa ſunt per Senatum, contra voluntatem Titi Coruncani, qui ferrum & flammas contra Capitolium ferre voluit, & omnia

Tt 2 urbis

(a) *ſubtilia*. (b) *ingenti*. (c) *introductum*. (d) *niſi*.

urbis palatia. Pro Jugurtha, palatium Severi & palatium Claudii; pro Ligario, Palatium Conſtantini, Palatium Suſuranum & Palatium Voluſianum. Pro Flaminio, Palatium Remulianum, Templum Pacis, Palatium Trajanum & Palatium Salluſtii. Pro Genutio Xviro, Palatium Camilli, Palatium Neronis & Palatium Camilli. Pro Vecturio, Palatium Pompei, Palatium Titi Veſpaſiani. Pro Manilio, Palatium Octaviani. Pro Sulpicio, Palatium Antoniani. Appius Claudius & Curatius Capirolium gubernat & S. P. Q. R. Vale.

8. FABIUS S. D. P. MASINISSÆ.

Placet urbis palatia poſt mortem Divi Auguſti Conſularibus & X. viris fuiſſe diſtributa. Unumquemque benemeritum judicio & majoris muneris & dignitatis, præſertim Genutium & Sulpicium: Recte Senatus à bene merentibus, verum Capitolium à cuſtodibus deputatis deberet cuſtodiri. Vale.

9. MANLIUS TORQUATUS Conſul S. D. P. ALEXANDRO.

Oportuit me hodie ire ad Hyadum (a) Pontificem prolixam barbam redimitum. Albani P. R. ſe plane profitetur fuiſſe inimiciſſimum. Audivi te illum adoraſſe. Fatetur palam ſe ab Alexandro adorari, quoniam is præſagivit victoriam tuam, prædixit Darium à te vinci. Ego autem judico cauſam fuiſſe virilitatem animi tui corporiſque, & non Pontificis Hyadi cantationes. Parum placet Senatui te ſibi crediſſe. Poſt hæc te certiorem facio, X. KL. Quintil. Samnites victi ſunt à Romanis. Vale.

10. ALEXANDER MANLIO TORQUATO S. D. P.

Placuit mihi te vidiſſe Hyadum maximum Pontificem. Credo ipſum dediſſe ſe. Rom. Populi inimiciſſimum plane coram quocunque judice profitetur. Cum hoc ſic, mihi odio eſt, ſicut & vobis. Tamen colui eum, profuit mihi conſilium ſuum. Bene de me præſagitavit & rectum judicium. Gaudeo plurimum Samnites victos eſſe ab exercitu Romano. Vale. Et poſt mortem Remi Poſthumum addiderunt X. viris Conſularibus.

11. CURTIUS S. D. P. BRUTO Conſuli primo.

De Piſiſtrato Trajano Athenienſi à te victo nihil fiet; nil contra eum donec redeas, nil novabitur. Novit Senatus quantum ego ſemper tibi fuerim deditiſſimus & ſibi fidus; propter me tibi vexillum f. p. r. illud notabile dictum Periandri Corinthii quod ſcriptum eſt ante ſedilia, ubi ait; *Conſule non dulciora, ſed optima*. Aſcribit tibi Senatus verba Fabricii & ſermonem ad Xviros, primum ad Ge-

(a) *Jaddum*, vide Joſeph. XI. 8.

Digitized by Google

ad Genutium, Veſturium, Julium, Manilium, Sulpitium, Sextum, Curatium, Appium Claudium; Romulum & Remum, poſt mortem cujus addiderunt Poſtumium, qui conſulari poteſtate mutuatas X. tabularum ab Athenienſibus Leges, quas eorum tres legati ad urbem detulerunt, eas uſque ad Rempublicamque Romanam accommodanda duabus additis emendarunt. Omnia hæc ad laudem Bruti Conſulis primi acta ſunt. Vale & ut ſoles me ama.

12. BRUTUS Conſul S. D. P. Q. CURTIO.

Ego tibi ingentes gratias, ubi me de Piſiſtrato Athenienſi in vinclis poſito certiorem feciſti de vexillo Sen. & tibi cuperem avide videre verba Periandri Corinthii, Verba & ſermonem Fabricii, & leges mutuatas quas emendarunt: Quandoquidem mihi ut veniam ſcribes, tunc libenter veniam. Vale.

13. Q. CURTIUS S. D. P. LIVIO.

Vereor non parum ne res P. R. evertatur, quoniam adeo temerarie impetum voluntatemque Romani appoſuerunt. Nam contra Auguſtos arma tulerunt, quod ſceleſtius puto Julium Cæſarem Auguſtum in templum aſyli juxta Capitolium occiderunt. O facinus nefandum: nullam arbitror punitionem poſſe contra illos reperiri, quæ reatum puniendo ſufficiat. Equidem minus credendum eſt vulgo, Octavianum virginem vidiſſe apud templum Phœbi, ab ea hanc revelationem habuiſſe, quod in Julium arma portarent. Utilius eſſet Reip. legi in el modo argentario (a) in loco qui dicitur templum Concordiæ poſt mortem Auguſti Virgines numeri & innumeri æquabunt. Canna parum tunc timendum eſt ne Reſp. obſeſſiones evertat. Vale.

14. LIVIUS S. P. D. CURTIO.

Judicium tuum probo: levis eſt Reſp. evertatur ſi Romani voluntatem ante poſuerunt, ſi Julium Cæſarem Auguſtum in templum aſyli occiderunt tam temerarie. Nullum tam dirum ſupplicium invenio dignum quo illi poſſint puniri. Nullam pœnam video quæ ſatis ſit ad puniendum illos. Ego judicio meo non credo de morte Julii Auguſti Octavianum in templum Phœbi a virgine revelationem habuiſſe, & quod a ſimilibus fuerit Reip. Julium occidi. Tamen tibi perſuadeo, erroribus vulgi, plebiſque tumultui non contradicas in furore ſuo. Vale.

15. HASDRUBAL S. D. P. CURTIO Q.

Res noſtra nunc eſt plena timoris. Pridie KL. Martias cum Senatus juſſit Coruncanum minorem torturæ dari: confitetur autem barbariſſimum Quintianum Vulpium & Sarſuranum conjurationem feciſſe antequam cædem feciſſent, in foro poſuerunt

Tt 3 manus

(a) corruptiſſima hæc ſunt.

manus in Conſules, poſtes Capitolii cremaverunt. Lucinam Miliani filiam violarunt. Germanum unicum occiderunt ſopitum. Templum divæ Fauſtinæ æquaverunt. Oracula virginum & niſi cum matura provideatur deliberatione, ut capiantur & puniantur, ut digni ſunt, parum eſſet illis iterum flammas in Capitolium ponere. Quare obſecro te ut Papirium moneas Conſulatum ſuum ab iſtis doloſis ſervet, & vigilet ne obumbretur dolo. Vale.

16. CURTIUS S. D. P. HASDRUBALI.

Eſt quidem res noſtra non parum plena timoris, cum homicidæ ſervantur & non puniuntur ut æquum eſt: & ob non puniri video futurum exceſſum & irreparabile, eritque Senatui infamiæ & damno. Solicitabo ut capiantur, & quod quærat Papirius conjunctionem rumpere. Non tam enormia facinora tempore Tarquinii & Coruncani majoris perpetrabantur non ita impune. At illos Dii ſubmergant. vere digni ſunt ira Jovis. O indignum facinus, poſtes Capitolii cremaſſe, Fauſtinæ templum & Virginum Oracula æquaſſe. Quid reſtat niſi quod Conſulatum deſtruant & Remp. occupent. Ego vehementer indoleo, & ponam vigilationes & curas meas omnes, ut puniantur taliter, ut in futurum ex illis quiſque infandus qui malum & proditionem Reip. ſumpſerit, exemplum capiet & cum timore. Vale.

17. SENATUS S. D. P. SEXTIO X. viro.

Neceſſe eſt te & alios viros ad Urbem ante ludos conſuetos redire, quoniam tu unicus tributa omnia quæ Romanorum ſubditis debentur, recipies & annotabis. Tibi auctoritas, tibi facultas omnis a nobis ex nunc ſit. Statuit Senatus ludos qui in agro Olympio ante ſacrum Romuli fieri: ibi palæſtræ ædilibus fiunt, ibi pugnæ plebis, ibi tributa ſubditorum recipies: ibi currus prætextos ad memoriam ante portam monarchiæ: te ſedente in alto ſolio auroque prætexto inſignia Senatus, repræſentationes ut ſolitum eſt: in agonibus ſedilia circumſtantia ſint nobilium ſecundum ordinem majorum noſtrorum. Poſt hos ſolium tuum portari volumus in campo-martio: ibi per tres dies Populus Rom. adſit: fient primo Marti ſacrificia, deinde bellum Ducum, pugnæ Nobilium, cantus juvenum & plauſus mulierum. Ibi commilitones, equites, milites & viros Rom. qui ad exercitum & in militia proficiſci volunt, ſcribi facies, & ſolium tuum ad memoriam cum inſigniis tuis ibidem dimitte ut moris eſt. Vale.

18. CURTIUS Q. S. D. P. ANTONIANO.

Neque tibi neque Tintilio meo de his, quæ pollicitus ſum vobis, deficiam. Alterum ex duobus elige, an in Leudoniam legationem ſumere contra Lirifmidianos & Magos, an contra Cimbros Te Romanorum Ducem faciet Senatus. Illud eſt gra-

vitatis

vitatis plenius, ex Leudonia rediiſſe cum honore, ſed viciſſe Liriſmidianos & Magos. Erit cauſa tibi credendi tropheum & vim bellicam (a) conſularem fortaſſe conſequeris. Iſtud datur viribus, legationem damus graveſcentibus. Habes ex his rebus judicium meum: Quare me quam cito de tua voluntate certiorem redde, ne de te apud Senatum conſultum mendax ſim. Vale.

19 ANTONIANUS S. D. P. CURTIO.

Non equidem verebar te neque Tintilio nec mihi de pollicitatione tua defeciſſe: nam ſoles tuos complecti pro amore, & proſequi beneficiis. Ego ipſe in me expertus, & quando morem & ingenium meum & vires animi mei, ſic egi ut diu noviſti, ex duobus alterum acceptabo, quod videbis & jubebis. Verum ſi me judicium meum non fallit, ſum in virilitate animi & corporis eundi contra Liriſmidianos. Cuperem judicium meum experiri, ſi pro Senatu viriliter agerem, commendari, ſi non, non commendari. Denique virtutes cognoſci non poſſunt, niſi experiantur in utroque exercitio. Ego ita faciam quantum jubebis. Vale.

Quinti CURTII Epiſtolarum liber tertius explicit.
Incipit Liber Quartus.

Oratio contra aſſentatores & detractores.

Vitiorum virtus comes non eſt: Sereniſſime Princeps; Hanc rudem oratiunculam meam in detrectores editam, ut ſuis titulis magis luceat, tibi obſignare volui. Deteſtabile verbum illud quidem contra animi innocentiam quis nefarius adulatoris cauſa a quoquam ſubtraxerit: detrahendoque mordaciter ad innocentis hominis apprehenſionem illud idem coram Principe divulgavit. Eſt horum hominum genus peſſimum, quos nebulones apud virtutes diligentes, & detractores vocitamus; quorum converſatio apprime evitanda eſt, Multi enim ſunt qui audacia pro ſapientia utuntur, qui ſunt maxime linguaces, quive ſcire omnia ſe jactant, cum nihil ſciant. Horum nebulonum maxima turba eſt. Illos tanquam dicaces & ſcurras exiſtimo, immo pace eorum mordaces. Appellant ſapientes, qui mendaces ſunt; & cum cuiquam aliquid flagitioſum narrant; aliquid & utilitatis ibi præponunt & commodi, ut exaudiantur; augentque narrata majori commendatione, ad ſubmergendum quanquam innocentem. Hi quippe aſſentatores & ſuſurrones; diligentibus virtutes, cupientibus innocentiam, viriſque accuratiſſimis, valde odio

 ſunt.

(a) ſupra

ſunt. In cœtu hominum, cum ad amicum accedunt, amicitiæ cauſa quadam, quaſi cum ignita caritate, ſed ſimulate, tum fidei ſe ipſos narrant; ab illis diu amari ac diligi, quod inter eos una pariter urget viciſſitudo; amico auxilium pollicentur, uſque ad capitis periculum adire. Cum vero poſtea ab illo diſceſſerint, & abſentes ſunt, nuſquam hominem adeo merentem in Aſia reperiſſe ajunt: nec quoquo ridiculum animal inveniri poſſit. Ita bene agentes carpunt, horum vita vituperanda eſt, & mihi exoſa, qui veſtitum a pellice, cum labore ejuſdem trahunt; victum vero a mendaciis, & a nugis more nebulonum. Diſcurrunt domicilia tamquam canuli juris reliquias lambentes. Deinde nebulonum vitam parum laudandam eſſe cenſeo, & neque illorum qui eorum aures his mutuo dant, quoniam cum vident ſe ab illis audiri, inquiunt equidem doctiores ſumus, & quorum pectora non ſolum inflantur, verum etiam tumeſcunt. Audaciam ſimul ſibi pro ſapientia ſumunt, cum videntur intelligi. Teſtante Philoſopho, ille eſt aſpis inſanabilis, cujus morſum minus ſanandum verbis veneficis impreſſum cenſeo male quam dentibus. Horum quiſquis ſemper mendax, & hi animum ac corda hominum mordent, aſpis autem cutem; plura quippe inter cutem, & carnem media ſunt, per quæ aſpidis venenum non ita acute penetrabile fit, ſicut detractorum morſus; qui in medio cordis audientium cicatricem imprimunt. Ita eſt illorum mos, cum ſi quem bene agentem laceraverunt, in ſemetipſos jocunde gloriari, ait montanus Ennius. Hos detractores non homines eſſe dicatis, ſed hydros immanes ac perfidum genus hominum aſpidumque. Denique ad me redeo. Fauſtinum virum ornatum fidumque & mihi dedititiſſimum ab illis accuſatum præter jus eum innocentem recommiſſum duco. Itaque principis aures illis præſtandæ non ſunt. Cum plane videmus eas ab invidia radi quomodo veſtes a tineis; homines ſunt ſatis digni ira Jovis, non homines ſunt ſed manes. Quilibet acerbiſſimas dare dignum pœnas cenſetur; non minori illos & ſupplicio affici quam quivis ſceleſtorum; clamo, poſtulo, atque imploro fidem; quæ facinora, impune capitalia fieri video? Quis igitur miretur ſi quis doctus, ſi quis fidus, etiam virtutis amator in remiſſionis genere proſtratur: Cum hi nebulones exaudiuntur, qui ad quæſtum veluti prophanæ mulieres dediti videntur, poſtremo mi Fauſtine tu novus quaſi in hac vita ingrederis, ſi te ad vitæ hujus beatitudinem venire cupis, non tibi quaſque injurias ac indignationes ſumere, ſed pati, ac perpeti rite te beatum ferunt, quoniam virtuti tuæ fortuna conjuncta eſt. Hoc ſolum evenit mihi ſeneſcenti, de hac vita nihil niſi aliquid extremum, cum illud quod præterierit defluxit, tantum remanet quantum cum virtute & recte factis conſequutus ſum.

Horæ

Horæ cedunt, dies & menſes, & anni, nunquam præteritum tempus revertetur. Nec quid ſequatur ſciri poteſt: Ergo quia a vobis diſcedam, cum octuaginta natus ſum, non libet mihi deplorare vitam, cum ex hac diſcedo tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex conſortio: mihi autem leve eſt mori, quod ſatis diu expectavi. Quid eſt tam ſecundum naturam quam mori ſenibus? Multas mihi cicatriees hi detractores tempore meæ ætatis infixerunt, quas tolerantia & cum virtute ſanavi bene recteque agendo; quod cum videbant, idem dolor in eorum capite remanſit; Ego nunc ſum in meliori conditione quam adoleſcentes, cum id quod illi ſperant, ego ſenex conſecutus ſum; voſque diu vultis vivere, ego diu vixi. Hanc meam orationem ad principem direxi, in qua Fauſtino ornatiſſimo contra detractores ſatis complacui. Vale princeps, & magis Fauſtinum diligi qam nebulones finis tui.

2. Omnes ſapientes liberos eſſe & ſtultos ſervos.

Audivi de te mi Fauſtine illud de quo multum indolui; tuas virtutes, laudabilemque conſtantiam & honeſtarum rerum ingenium, in facinus infandum convertiſſe; Te duce latrocinium in foro conſtitutum fuiſſe, cædem in foro feciſti; armatus latronibus quaſi rempublicam deſtruxiſti, privatorum & honeſtorum virorum domus incendiſti. Non vides vir dementiſſime; tibi ſecundum leges exitium perenne parari, omnes ſcelerati atque impii te eorum ducem profitentur; contra mores majorum tuorum, qui honeſtiſſimi & defenſores reipublicæ fuerunt. Inquit Socrates, inſanire omnes ſtultos; Egit itaque genitor ille tuus, quaſi divinus nihil aliud, niſi quod & beatum, florenſque in foro videtur, & laudabile; Vidiſti lioninos qui illud iter & viam, quantum ipſe ſequeris ceperint, perpetuos à Republica exules; qui contra Rempublicam geſſerunt, qui homicidæ fuerunt. In quo vir ſceleſte, atque infamis, noſtræ progenies omnes vigilaverint; & cogitationes tuæ, te miſeriæ te ærumnæ premunt, errant omnes qui te beatum atque florentem putant; te tuæ libidines torquent. Tu dies noctesq; cruciaris, cui nec ſatis eſt quod habes. Te tuæ conſcientiæ ſtimulant maleficiorum tuorum, metus te exanimat, judiciorum atque legum metus. Sic ſtulto & improbo viro, nemini bonum eſſe poteſt; verſaque vice vir bonus, & ſapiens, & fortis miſer eſſe non poteſt. Obſecro te mi Fauſtine, ut in viam redeas, vides apud urbem hac ætate. Virum bonum virtutes illum feciſſe meliorem, temperatiorem, fortem; ſapientem ſapientiorem etiam poſſe fieri. Qui à multis timetur, multos timet, Fauſtine, nunquam ſcelus ſcelere vincitur. Ex te poſtremo, niſi aliud vellem, niſi te tuis ſimilem eſſe, me meis, alios ſuis & ſi mihi honori

 & utili-

& utilitati eſſe non vis,ſaltem non mihi pudori & infamiæ ſis,ut ne quid dejectus iterum in futurum mihi os meum clauſum opprimat.Te ſalvum eſſe jubeo, & ab iſtis deſine,qua cura potes, parabis pecuniam omnem quam mihi debes, & de brevi ad te proficiſcar. Vale & emenda.

3. APPIUS CLAUDIUS L. CAMILLO. S.D.P.

Non admiror te conſultaſſe ingenii exercitationes recte conſiderando,& quod male ingenii atque vires animi,quam corporis deſideraſſe.Potes namque mage amicis,publice & in foro,utilitati & honori adeſſe,conſilio & auctoritate,quam corporis viribus. Flectis ſilum orationis contra venereos, cedis veniam ætati. Huic particulæ reſpondeo,ſi furori juventutis fervente ætate non obſtabis,juveneſque verbis & factis non objurgabis, poſtquam illis erit vivendi poteſtas libera, objurgare parum, non proderit.

Quin immo ad libidines proclives ipſos venturos eſſe cenſeo.Morbo inveterato infirmitas non ita leviter curari poteſt.Multas ſcribis ob libidines ſeditiones plurimas exoriri. Nonnulla facinora ac hominum ſcelera ex libidine naſci,teſte Platone in libro contra venerem ubi ait; voluptas homines capit,ut hamus piſces. Non poſſum deniqne tuis clariſſimis ſententiis reſpondere; unum ſcias volo me natis & poſteris meis omnibus mandaſſe, ut tuam hanc orationem omni gravitate copioſam menti commendent, eamque menti ſervent.Tibi noviſſime gratiæ ſunto,quas ſeper ex me meritus es.Vale

4. PAMPINIANUS MAGNUS S. D. P. SENATUI.

Hodie XIV.KI.Quintil.hora XV.invictiſſimorumRomano.Exercitus marte favente,ſacris auſpiciis,ac auguriis Alphatucii & Zoroaſtris ſignis firmiter militantibus Liriſmidianos Pantarulios & Vaſcos populos acerrimos, aurique ditiſſimos,ſuperbia elatos,victoriæ inſolentes inſultavit, duravitque prelium VII.horas,in quo mortui ſunt viri circiter tria millia, pedites mille & ducenti: demum illorum populorum exercitum omnem rupit & illos fugavit.De quibus à Romanis capti ſunt circiter XX. millia quingenti & nonaginta, reliqui vero qui evaſerunt, Leudonium oppidum inexpugnabile intraverunt,quod ab invictiſſimo exercitu obſeſſum extitit.Diebus quatuor elapſis obſides dederunt, & niſi eis à Liriſmidianis, & Vaſcis aliquod auxilium detur, ſeſe in deditionem & ſubjectionem S.P.Q.R.polliciti ſunt, ſi nullum vident auxilium atque preſidium dari, nec vereor quod intra X.dies oppidum non in deditionem veniet; ſed ſi in aliquo contra fœdera & pacta devenerunt, Romani duces oppidum cremari ſtatuerunt & ſolo æquari.Data ex felici & invictiſſimo exercitu contra Vaſcos. Vale.

5. SENATUS S. D. P. PAMPINIANO MAGNO.

Satis literæ tuæ gratæ fuerunt Senatui, placuit ſummopere à te fieri

te fieri certior, marte favente Romanum exercitum Lirifmidianos, & Vaſcos fugaſſe, illos rupiſſe. Nec dubitamus quod Romani duces, qni prævalent, qui in armis diu probati ſunt, non ſolum Lodonium oppidum, verum etiam provinciam omnem, omneſque Pantamilios populos in deditionem omnino capient: quod erit gaudio, laudi & honori ſui, populoque Ro. triumpho. Tandem unum vellemus, ut caſtra quæ in deditionem capient, illæſa conſervent: ſed quæ vi & manu, aut cremari, aut ſolo æquari, ut ducibus libebit, concedimus. Vale.

6. JULIUS CATONI Uticenſi S. D. P.

Honorem & gloriam pro imperii ſalute apud viros ſpectatos cupio, potius quam vitam. Vir præſtanti bonitate, animique integerrimi vocari haberique volo quouſque ſpiritus ſuperſit: neque amore neque precio alicui injuriam faciam. Nec quis ceſſabit me ab illa omnium rerum licentia facere juſtitiam. Unum ſupereſt, quod injuria qua laceſſitus ſum, illuſtrabor omnino: Munera in me tua, quæve a te mihi impenſa ſunt a teueris meæ ætatis annis, tunc cùm mihi apprime neceſſaria erant: dediſſe me id oblivioni non credas: Habuiſti a me ſæpiſſime in pubeſcentia mea. Quod ſi ulla apud me unquam eſſet facultas, tuo patrocinio, ac dominio: firme tuam eſſe judicare poſſes. Nunc vero omnia quæ ſummo cum labore ac induſtria adeptus ſum, ea ipſa omnia in tua diſpoſitione, ac velle tuo aſcribe. Et ſi omnia Romana oppida, portuſque omnes, mihi nunc in reditu meo ad urbem aditum adventumque copiis clauſum comperiam: Non hæc ſolum ſed ſi provinciam omnem, civitates, oppida, & caſtra, & ſi omnes mentes everſas, ac rebelles reperiam, Nec vereor quod ſtatim cum noſtram viderint præſentiam, redient in fidem atque deditionem. Non ita ſtatus noſtræ Reipubl. nutat, ut hi credunt. Confirmatus eſt iterum noſter exercitus in magna copia militum peditumque: Caviſſe me ſcio omni cum diligentia, ne populo Romano, ac provinciæ ulla contumelia fieret: neque mea cnlpa hoc diſſidium eveniſſe teſtor: unum exitum mearum rerum meorumque operum noviſſime, mi Cato, cenſui: quod Deorum promiſſione, vigilantia, ac mei animi virilitas, mihi fellitum exitium affert, & qua ve ardua ſunt, ab humilibus gubernari faciam. Si victor, extollar: ſi finis infelix, omnes publice, & in foro carpent. Demum ita accurate, ita potentiſſime, & cum aſtu: itaque cum ingenio & ſolicitudine in armis rem meam, omnemque exercitum meum, & milites atque pedites parabo, quod ſpero me victoriam & triumphum ſeqvuturum. Illos qui nunc mihi obeſſe volunt, mihique vehementer detrahere cupiunt, fugatis hoſtibus, recuperatis provinciis (domitabo) victoriis conſeqvutis, partis tropheis, ad me confugient nonnulli. Confido me multos

Digitized by Google

tos tùnc amicos, cum plures ſubditos ſervos habiturum. Vale.

7. CATO UTICENSIS S.D.P. Divo JULIO.

Herus meus, & lumen totius orbis: non ſolum vereor, ſed timeo de vita Julii: quæ apud immortales Deos mortalis eſt. Non propter Julium timeo, ſed ne urbis lumen, orbis ſalus & Reipublicæ honor extinguatur. Ne ab externis nationibus obumbremur, vi ac dolo. De injuriis inimicorum illuſtraberis: Quis obſtabit Julio? quæ provincia, quæ nationes, quæ civitates, quæ oppida negabunt Julio parere velle? Tu urbis, & orbis herus, tu juſtitiam colis: Tu armis, conſilio, & auctoritate polles: Dii Julio favent, homines parent. Tibi facta ſecula ſunt: Tibi ſidera cœli lucent, & phœbus & phœbe parent: Quis veretur conſideratis viribus, auctoritate, poſſe, ſcire, velle, conſilio, ingenio. Julii tui animi ſinceritate atque munificentia: quod victoriam, laudem, ac triumphum conſequeris, omnem urbem in deditionem capies. Tibi omnes nationes numeri & innumeri parebunt, & obedient, ac unicum colent & adorabunt quem obſervavi, quem colui, quem colo, quem colam, dignum cui ſacrificabo, quouſque vivam. Ita felix & perennis vivat herus orbis, ut optat, cupit, & vult. Vale.

8. PARTHICUS Major S. D. P. QUINTIANO Caputeo.

Quæris a me fieri certior de raptu virginum, & de violentia Curii erga Fabrinam. Fulvia Romana mulier eſt nobilis ex utroque parente, quam & Curius haud obſcuro genere procreatus, coopertus multis flagitiis, atque facinoribus cui non minor vanitas inerat quam audacia, neque ejus ſcelera occultare curabat, vitiavit. Vetus ſtuprum: Deinde cum Fulvia fuerat cauſa, puellulam decepit: Et quia inopia minus largiri poterat, ſe glorians: maria ac montes pollicens, ut acquieſceret, ferro interdum, ni ſibi morigera foret. Tunc Fulvia Curii inſolentia, & timore perculſa: ubi profecta fuit ad ætatem, munus augurandi vaticinandi ſibi, ex parentum hereditate inerat: & ubi novit pollui, decipi, ac violari, acceſſit ad Senatum, ut aut eam defenderet, aut ambos capitali poena (ut jus clamat) punirentur: & ſupplicium ac juſtitiam fieri, ut eſſet futuris mulieribus tanquam aliquod exemplar. Statim in ſe Senatus & Populus omnis, mirabili clamore in tumultum excitatus, eam liberavit: Curius fugam arripuit, deinde non ſolum amplius non novit, verum donec vixit, virum videre noluit. Vale.

9. PAPIRIUS Conſul S. D. P. FABIO MAXIMO.

Ex totius Senatus matura deliberatione, ubi animi tui moderationem & æquitatem cognovi, & te non ſolum a Liriſmaticis nomen depor-

deportaſſe, ſed humanitatem & prudentiam intelligo; Et cum de cuſtodia pontum ſuper tiberino agitaremus, tu tunc occurrebas dignus illo munere pace aliorum dignior: ordo vero talis in tabula & cuſtodia XI. & numerus cuſtodum ad pontem Milvium cuſtodes X. ad pontem Adrianum cuſtodes VII. Neronianum cuſtodes XIV. ad pontem Antonianum cuſtodes XX. ad pontem Fabricii cuſtodes XV. ad pontem Gratianum cuſtodes VIII. ad pontem Senatorum X. ad pontem marmoreum XII. ad pontem Valentinianum V. hi denique armis. Tu autem armis ingenii cuſtodito, ac virtutum exercitationibus; id quidem & maximum erit animi conſcientia vivendi tua & multorum beneficiorum recordatio jocundiſſima ſit, quoniam & gloria non ſolum te ſed ſplendorem patriæ conſeqvuta eſt. Vale.

10. FABIUS MAX. S. D. P. PAPIRIO Conſuli.

Senatui & tibi gratias ingentes ago. Nullam in me puto animi moderationem, ſed æquitatem cupio, non cognomen conſeqvutus ſum; prudentiam nullam, nullam in me virtutem. Sed opinionem non nullam de me habueras, & fortaſſe bonam. Ego viciſſim de te me autem dignum illius muneris puto, ordinem cuſtodiæ ſervabo, & cuſtodum numerum. Nihil aliud jocundius, nihilque licentius, niſi quod juſte & recte, ac cum virtute & amatæ patriæ ſplendore conſeqvutus; gloriam Senatui cum amplificatione regionum tribuens. Vale.

11. MARCUS CURIUS S. D. P. FABRICIO. (*a*)

Nonnullæ ſunt cauſæ quæ me apprime cogunt ad te ſcribere, potiſſime cum Tarentum cepiſti; Ita me adoleſcentem ſenex dilexiſti ut æqualem; ſemper ſuit in te gravitas comes ætati, nec ſenectutem mores mutaverunt; Ego enim te non ſolum cepi ad nomen grandem natu, ſed tamen avide ętate provectum; Anno primo quo tuo opere conſul fueram, adoleſcens, & miles ad Capuam profectus ſum, quartoque anno poſt ad Tarentum quæſtor, deinde ædilis. Triennio poſt factus ſum prætor, tu quidem tunc magiſtratum gerebas, cum quod ad nomen ſenex, tamen legis Ciciniæ (*b*) emendator. Tunc Hannibal bella gerebat, & adoleſcens cum grandis eſſet eum juveniliter exultantem tua moderatione atque patientia molliebas. Quo denique munere Ennius noſter te dignum judicat, quoniam non ponebas rumores ante ſalutem; Tarentum vero, qua vigilantia, quo conſilio cepiſti, non minus præſtantior in armis quam in toga, optimis denique auſpiciis omnia geſſiſti pro Reipublicæ ſalute; Multa etiam præclara in te cognovi, eſt in tuis manibus laudatio; neque vero in luce modo atque in oculis civium

(a) *Fabio*. (b) *Sicinia*.

civium magis, ſed intus domique præſtantior: qui ſermones, quæ præcepta, quæ ſe ve conſilia, quanta rerum notitia, quantaque antiquitatis memoria, quanta juris ſcientia, multæ denique in te uno litteræ ſunt, cujus quidem ſermone & doctrina fruor, quaſi ut jam id quod evenit divina reſpondens. Vale, & me tui deditiſſimum adoleſcentem, alumnumq; tuum, ut ſoles inſtrue, illud enim me quidem profiteri non puduit, ſequentem te, doctiorem fuiſſe.

12. FABRICIUS (*a*) S. D. P. CURIO.

Nonnullas ſcribis fuiſſe cauſas, quæ te cogunt ad me aliquid ſcribere: Et quod te adoleſcentem ſenex æqualem dilexerim. Nullam puto fuiſſe cauſam, quæ te cogat ad me ſcribere, neque ut mereris erga te aliquid beneficii, & ut debeo tribui: Ego equidem te adoleſcentem meum æqualem dilexi: quoniam ſenectutis meę æquale non ætatis: verum ſtudio, moribus, ſcientia, doctrina, atque gravitate: Magnam præſtantiam futuramque cognovi multis ſignis pręter ætatem atque adoleſcentiam. Tu Conſul & Miles ante tempus: Tu in tempore Quæſtor & Ædilis, & tamen ego magiſtratum gerebam, tunc Prætor factus es: ætatem tuam juvenilem exultantem me mollire non oportuit. Sed omnes te uno ore meę ſenectuti moribuſque æqualem judicabant. Vale & ſalvus ſis quantum cupis.

13. M. ATTILIUS S. D. P. FULVIO.

Multum te tua ſapientia fallit, quod ita adverſus acutiſſimos viros & diligentes virtutes, ita ampulloſa verba proijcis; ita bene agentes recteque carpis, contra mores majorum tuorum; tu Fabricium accuſas: Quod cum conſules noverint, teque alternum & inſtabilem eſſe, accuſaberis & ſuperbiæ cauſa; Ea propter ſcribit in te Senatus Epiſtolam de ætatis tuæ intemperantia; ſcis litteras ſuas fuiſſe magni ponderis. Cæcilium Comicum teſtem inducit adoleſcentulos ſtultos, credulos, obliviosos, quæ libidinum vitia ſunt juvenibus; quanta inertia, quanta ignavia, quanta petulantia, quanta diliratio verborum; juvenes quoſdam ſemper excipit, ut M. Curium, qui primum tempus factus eſt prætor, & alios qui ſunt ſtudio debito quive in armis floruerunt; qua igitur audacia quave temeritate auſus es Fabricium carpere? qui adeo juſte Senatui conſuluit, adeo juſte Reip. defenſor, adeo plebem & clientelas regebat Fabricius; Intentum enim animum tanquam arcum habebat pro honore Reip. qui non modo auctoritatem habebat, ſed & quaſi imperium in Senatu. Metuebant eum improbi, tanta in eo homine diſciplina & mos patrius vigebat, quod omnes liberi verebantur, eum carum omnes habebant. Ita virtus Fabricii eum ſeſeque defendit; tu aut niſi cito deſiſtas & deſinas maledicere, labo-

(a) *Fabius*.

laborabis contra te, & confudabis non parum adverſus te cum populi exclamatione. Vale.

14. FULVIUS S. D. P. M. ATILIO REGULO.

Nemini ſit dubium, quod me ut ſcribis mea ſemper ſefellit opinio; plane profiteris, me ampulloſa verba adverſus viros accuratiſſimos projeciſſe, bene agentes carpſiſſe; & præſertim contra Fabriciũ, qui me palam & in foro damnavit, fateor dixiſſe & feciſſe, nondum quo ad poſſem. Eſtne hominum adeo natura ſtabilis, quoniam quandoq; aut injuria, aut precibus aut amicorum complacentia non flectatur? Mutavit namque Fabricius animi ſui temperantiam, æqualitatem veri judicii, dilectionem erga ſuos, bonitatem in amicos; qua cauſa me inſontem publice & in foro damnavit; debuit ne ſi adoleſcentia meæ ætatis in aliquo erraſſet, ita me Fabricius carpere? Jam ipſe equidem ut accepimus Hannibalem exultantem ſumma cum moderatione molliebat; ſolebat ætatis eſſe defenſor, nec me continere poſſum quin exclamem, cum nulla de cauſa laceſſitus ſimile & potiſſime à viro ſene, a prætore, a quæſtore, a conſule. Nec hoc quidem ſperaram, ſed ſi a via erraſſem, verbis amicorum corrigi, non cædi, non damnari, ac ſi contra rempublicam egiſſem.

15. METELLUS pollice titubante S. D. P. ENNIO.

Ad te litteras dedi, cum noſtræ florentis ætatis temeritatem videlicet, ac ſenectutis prudentiam annotavi: illa quę nos regit ducitque, urget me qua minus audax fio: Illa me quam in ſenibus floruiſſe cognovi, cogit ut ſileam. Tamen me ipſum complector: primum habui ſemper ſodales: ſodalitates habui cum æqualibus: epulabar cum ſodalibus non modice; erat tunc quidem fervor ætatis meæ; præponebam voluptatem rationi; Nunc vero ſeneſcere incipiunt. Ego autem ſemper cupivi ad te proficiſci; ut aliquod opuſculum tuum viderem, de agricultura præſertim; de corrigenda ætate juvenum, quod noſtræ ætati multas & maximas utilitates afferet, cum & nos inſtruit & vivere docet. In libello tuo de liberis educandis mire delectatus ſum vehementer, cum ſcripſiſti de natura hominum mulierumque, de moribus, de cibis ſumendis, de evitandis, de eorum proprietate: quomodo corrigi debeant in ſumendo cibum; de geſtu edendi; quo præceptore erudiri, qua venuſtate cuſtodiri; quibus virtutibus imbui, quo ſtudio inſtrui, qua moderatione corrigi, quo timore regi, qua reverentia præſervari, tum in infantia, tum in adoleſcentia, tum etiam in juventute; qua æquitate gubernari, qua denique bonitate & prudentia nutriri. Non puduit me fateri, hæc legiſſe fervori meo & ætati profuiſſe. Vale.

16. ENNIUS S. D. P. METELLO.

Nec verebar ætate ineunte te mores mutaſſe, cum legeres de ſenum prudentia; credo te ſatis delectari in libello meo de liberis educandis,

candis, & de hominum natura, qua moderatione juvenes regi debeant. Ex hoc opuſculo, & de aliis qui gravitatem & moderantiam contineant, ſi accurate leges, & memoriæ ut ſoles commendabis, erit tibi utile, honori & dignitati. Vale.

Q. CURTII liber quartus explicit.

Quintus Liber incipit.

1. HANNIBAL S.D.P. M.MARCELLO.

Cupio ac vellem te, ſi tempus daretur, Numiam (a) profecturum quam cito, deinde Romam: quoniam neceſſe eſt me alibi proficiſci, meumque exercitum dirigi contra Samnites oportuit: (me abſente) facultas datur nemini: Milites unus alteri præponi volunt nobilitatis cauſa, alius militiæ, alius virium corporis, alius ingenii, alius virtutis, alius denique divitiarum cauſa: qua re cum hæc communi bono & utili Reip. proponantur, quæ Senatui utilitati ſunt non agunt, me illuc igitur proficiſci neceſſe eſt, ne mihi infamiæ ac dedecori eſſet, non ante providiſſe. Vale.

2. MARCUS MARCELLUS S.D.P. HANNIBALI.

Vis me quam cito Numiam * profecturum & Romam deinde, quoniam neceſſe eſt tibi alibi proficiſci & Romanum exercitum contra Samnites dirigere. Te abſente de militum alternatione eſſe putas verendum. Ego omnino ut jubes ad te proficiſcar, &, ſi jubebis Romam etiam vadam: Verum quid Romæ faciam neſcio, mentiri nolo, contra Remp. loqui non audeo, contra juſtitiam non ſcribam. Si contra primates dicam, puniar: proditionis officium eſt, nunquam id agam. Tu autem noſtræ Reip honori provideas. Teſte Comico non iſtuc eſt ſapere, quod ante pedes nunc præſens eſt, ſed quæ futura ſunt providere. Vale.

3. SAMNITES S.D.P. CURIO.

Intentionis noſtræ ac Valuenſium nunquam fuit viribus animi tui obſiſtere, neque rebelles eſſe: cupivimus vicinitatem circumſtantem in utroque eventu, amicos noſtros tuos numerari ſubditos, & libertatem tuam a te redimi, cenſum, ſubſidium, & ſubventionem quantum ſcriptum eſt ſolvemus. Et per hunc fidum amicum Architam damus, &, ſi majorem denique quantitatem cupis, curabimus ſubveniri ſiti tuæ. Vale.

CURIUS S.D.P. SAMNITIBUS.

Uſque potuiſtis viribus, animo meo obſequi noluiſtis. De Valvenſibus certus eram; vos vicinateſque omnes ut pareant Senatui volo in deditionem, neque meos veſtros amicos voluiſtis, neque veſtram

(a) Numantiam.

veſtram neque illorum libertatem redimetis; Cenſum aurumque veſtrum, cum mihi Archita minor vobis fidus obtuliſſet, repudiatum fuit; Nam habere aurum non mihi præclarum videtur; aurum nolo, ſed illos volo, qui poſſident aurum. Poſtremo pecuniam veſtram per eundem, eandem non viſam non numeratam remitto. Cavete. Valete.

5. SENATUS S.D.P. FABIO Conſuli.

Umbriam cremari, moleſte tulimus, & Apuliam minorem ſolo ęquari & poſtratam eſſe, moleſtius fuit; Conſuevit Senatus civitates quas ad deditionem ceperat, perſervare. Et Senatui gloriæ & honori ac utilitati ut hæ ſuperſint, maxime quę armis vincantur. Dolo nullatenus pugnare ſtude, quoniam Senatui & tibi eſſet dedecori: Denique eſto vigil ut ſoles, mortui ſunt inimici, nondum caremus hoſtibus; omnis patria deſtructa eſt, hinc proditiones, hinc clandeſtina bella exoriri. Tu ita ſalvus ſis, ut tibi ſat ſit & neceſſe. Vale.

6. FABIUS CONSUL S.D.P. SENATUI.

Umbriam cremari feci, quoniam erga Senatum nullam penitus fidem cognovi. Apuli nullam habent fidem. Civitates quas fidas inveni, & ſuperſunt, reliquas vi & armis, ſolo proſtrari feci: Id Senatus & glorię intereſt, ego vigil ero, nondum carere hoſtibus ſat intelligo, neq; bellum extingui. Proditores timeo, quoniam niſi in quibus confidimus, decipi non poſſumus. Ut pugnem dolo, prius moriar. Meum velle ac poſſe in armis eſt. Demum ut mihi neceſſe eſt ſalvum putetis. Vale.

7. CATO Uticenſis S.D.P. SCIPIONI ſuo. Mirifice laudat Senatus Scipionem & cunctis præfert eum.

Obſecro te mi Scipio, ut judicium tuum erga Senatum non mutes ab invido, ab inceptis non deſiſtas: ubique ſunt detractores bonorum, tu unus diu notus es Senatui. Novit omnis Senatus, quot labores, quot ſudores, quot anguſtiæ, quot pericula, quot vulnera, ſitim, famem, dolores pro Reipublicę ſalute paſſus es; quot bella geſſiſti, quot regiones, provincias, civitates, arces, terras, oppida, rebelles, in deditionem cepiſti; quam proprii ſanguinis magnam copiam pro honore Reipublicæ effudiſti. Quot cicatrices tuæ cuti inſunt; pace aliorum, neminem poſſe reperiri clariorem. Quis tot ſigna, tot pręſidia, munera, dignitates, commoditates, honores, laudes, ac triumphos, Romanæ attulit Reipublicæ. Neque fuit neque erit vir ſimilis Scipioni, nec doctior, nec Africano melior. Te in vidi odiunt, non te, ſed gloriam, honorem ac dignitatem. Non deſiſtas obſecro, quoniam non te ſolum, ſed poſteros tuos claros facis. Innumeri de te laudes cantant in chronis, in foro, ſuper tabula aurea ſculpturam tuam auream impreſſam aureatis litteris, ad laudem Scipionis, quique legere poſſunt. Æquo animo injuriam ferre potes, quæ non Senatui ſed tibi illata eſt; Quis autem, quid vero clarius, quid ſalubrius, quid elucentius, quid utilius faciet pro

ſalute

ſalute Reipublicæ quam quæ Scipio fecit. O magnum precii munus heteditatis Scipionis! quis Africano clarior quis recitari in Kal. dignior, qui ſibi nomen ac dignitatem adeptus. Nec me putes tibi more adulatoris ſcripſiſſe, ſed amice, cum ſcis me tibi deditiſſimum. Vale. Quandoquidem te rediturum putas, per dies ante me certiorem face, ad laudem tui currum auro prætextum paratum, vim bellam (a) & arcum triumphalem conſtitutum puta.

8. SCIPIO AFRICANUS S. D. P. CATONI.

Et quamvis ſim laceſſitus multis injuriis, erga Senatum nullo pacto judicium mutabo. Invidis compatior, quoniam voluntati vires eorum deſunt. Provincias, civitates, & oppida, quas cepi, non mihi ſed Senatui cui paretur obediunt, inſignia, præſidia, dignitates, & munera, non mihi, ſed Senatui omnino tributa ſunt: nec merentem mihi dignitatem judico tribuendam: de ceteris de quibus me certiorem facis, non poſtulo, neq; mereor, neque danda mihi ſunt: denique in me nullam poteſtatem ac dignitatem fuiſſe puto. Sed jus Senatus, cui obſequar quouſque vivam. Vale.

9. PARTICUS major S. D. P. QUINTINIANO CAPUTEO. Laudat mulierem hero.

Quæris à me ſcire ſi proba Romana mulier, digna eſt in chronis aſcribi, & ſi de ea judicium factum eſt. Et laudes agit, & certiorem facio primo, quod ipſa Deorum revelatione, futura prædicabat. Cibi potuſque triduanum faciebat; pollebat conſilio, nunquam ex ejus ore fluxit mendacium, & ubi e viro ſuo gravida facta eſt, niſi facto puerperio virum minus cognovit, veneris inimica; grata Diis, & omni populo Romano, non ſolum in vita, ſed poſt mortem Romanæ mulieres eam adorarunt. Nunc autem ad ejus ſimulachrum ſuper cinerem diem anniverſarium cantant, in chronis, & laudibus clariſſimarum mulierum Romanarum ſcribi facere.

10. PARTICUS MAJOR S. D. P. QUINTINIANO CAPUTEO. Laudat Lucretiam.

Quantum laudis reperit de Lucretia Sabina apud chronas litteris clara. Lucretiam condidit Lucretium oppidum juxta flumen Fallaris, in quo adeo devote & pie Deorum ſimulacra coluit, quod omnis populus Romanus æquabat eam ſuperis. Religionem fecit, caſtimoniam ſervavit, & ubi nota fuit, & Senatui ſcriptum, quod Lucretia in tertio decimo anno ſuæ ætatis aram conſtituerat, tunc virgines Veſtales & claræ mulieres Romanæ omnes Matronæ periandræ & Albanæ ad ſimulacra colendum, ad regulas vitæ & caſtimoniam Lucretiæ ſequendam & obſervandam curritabant. Anno decimo ſeptimo, tunc Deorum promiſſione per tres dies, ſol ortum cælavit. Et propter hoc Romanus populus etiam poſt

(a) Supra

Digitized by Google

poſt mortem adorabat eam, anniverſario die tulere oblationes & ſacrificiis adhuc etiam venerantur. Vale.

11. SUPLICIUS Augur S. D. P. SENATUI.

Rogat ut augeatur ſibi exercitus propter multiplicatos hoſtes. Hodie IV. KL. Quintil. Byſantini, Cimbri, Perſici, Gallici, Phrygii, Arabici, Indiani, Chaldæi, & nonnullæ barbaræ & externæ nationes, in magna copia una confœderati contra Senatum prope Albanos, equites, milites, & pedites, incredibili copia apparuerunt, qui terram totam & provinciam Romanam omnem curritant, captivos capiunt, prædas rapiunt, caſtra vincunt, nonnullas civitates obſeſſas tenent, in alto vero prope littora naves centum triginta. Triremes quinquaginta ſeptem, bellatorum claſſes quadraginta. Sagittas pulvere ac ferro munitas. In dies litus diſcedunt, littora curritant, prædas magnas intra lucos faciunt, provinciam deſtruunt, adeo terra, mari, ac undique vexant, quod nunc tota provincia nutat: & ſumus omnes ſub magno timore ac metu perculſi: & niſi quam cito provideatur nobis, vereor ne omnis Senatus & ſalus Reipubl. evertatur. Caput ipſorum qui atrociores ſunt Arabicos fecerunt, quibus non verbis obſtandum eſt, ſed armis. Hi non intelligunt, mortem quæritant, timorem nullum noſcunt: Jus non habent, humanitate carent, ſuperbi, elati, victoriæ inſolentes, armis feroces, hoſtes pacis: obſecro exercitum augeatis. Omnes Romanos milites, equites, plebis Quirites, Sabinos feſtinanter mittatis. Vale.

12. CAMBIUS ADOLESCENS S. D. P. GENUTIO LIBICO optimo Præceptori.

Vere ego cum adoleſens, quouſque parui mandatis tuis, liber fui: quouſque monitionem tuam ſervavi, in viam ſteti: quouſque præceptis obedivi, mihi profuit. Tunc neque ſodalitates, neque amores, neque mulieres me a via virtutis movebant. Nunc autem in rete paſſionis involutus ſum propter ſodalitatem & mulierum commercium. Nunc parentes, amici & affines præter conſuetudinem & doctrinam tuam noſcunt me exultantem. Et quamvis id noſcam & me peccaſſe, in viam redire non poſſum. Ex vicinitate verum eſt quod interdum ſequitur commodum & incommodum. Ego ætati languorique & mulierum facetiis obſtare non poſſum: ætas me impulit, amor vexat, ſodalitas inducit, formoſitas alicujus me cogit & premit: diligoque & diligor, timeo ab amore hamo capiar, cum aliquorum exempla conſidero: Ego adoleſcens tametſi adoleſcentulam diligo: novi me ab illa diligi: tandem nobilis eſt adoleſcens & formoſa, me nudo amore complectitur. Exardeo, fio in dies frequens, novus miles ſum, falli

ſalli vereor, neſcio mores mulierum ſi blanditiæ ſunt fraudes; multi ajunt, multi negant, nonnulli affirmant. Tantum voluptates me adoleſcentem oblectant, ſuavitates guſtavi. Dolore me ut illam perdam perire video, ſalli timeo, dimittere non poſſum, ſolvi non geſtio; honor me ex alio reducit, honorem & voluptatem novi ſimul regnare non poſſe. Cuperem quam cito te rediturum ut me juvares, a retiis ſolveres, tuo judicio ac conſilio ſanari volo. Cura obſecro, ut honorem meum (ſi fieri poteſt) ſimul cum jocunditate domus meæ ſalves. Vale.

13. CORNELIA S. D. P. JUSTINO ſuo.

Obſecro ſit tibi cura mei, nemo alter ſupereſt, qui erga me pietatem exhibeat, orbata ſum parentum, germani diem clauſerunt, omnes mei reliquerunt, ſola & unica ſum adoleſcens & pauper, quo vadam neſcio, ſumptus & unde vivam, mihi deeſt, nec aliquid habeo. Nonnulli mali ſuaſores, qui me egenam norunt, quæritant contra honorem meum, inſtant & volunt, & hi qui poſſunt jubent. Quam conſentiam, prius mori ſtatui; & ut poſſim me ſalvari, ſi lubebit, & ut ſim in loco tutiori ſub protectione & regimine uxoris tuæ, quæ me nutrivit, cuperem erudiri affecto tuo patrocinio ſalvari ab iſtis inſolentibus & honorem meum defendere. Non vinci vereor, ſed timeo ab illis decipi. Vale, & me ab iſtis cuſtodias ſalveſque.

14. LUPIO S. D. P. LIRIDIONI.

Senatus decrevit leodomios : pathaphicios, ſemoſithanes : andidaon : althaſos, preindios; leudianos, trucidari, mori, cremarique apud Olympianum ſi infra VII. KL. Octobr. Varium Genutium paruum, & Archidianum, non liberabunt. Statuit, juſſit, voluit, & decrevit, tempus illud præteriri nullo modo, donec infra illos ſalvos, ſolutos, & liberos videat. Vale.

15. LIRIDIO S. D. P. LUPIONI.

Summatim diſponat Senatus de captivis illos mori, cremari aut membra ſingula divelli : quoniam Varium noſtrum & Genutium & Archidianum mortuos vidi in oppobrium Senatui. P. R. jugulari illos juſſit & fecit præſes leodomiorum, & ſanguinem illorum ſervant, cum quo ſingulos captivos antequam ponantur in carceribus linguam lavant quod ſignificat mori, aut ex carceribus nullo unquam tempore ſolvi. Vale.

Quinti Curtii, & aliorum Epiſtolæ expliciunt.

Laus Deo.

Impreſſum in inclita civitate Regii : per me Ugonem de Rugeriis civem Regienſem. Dominante Bononiæ Joanne II. Bentivolo. Anno Domini MD. ultimo Auguſti.

Digitized by Google

Digitized by Google